HERCVLIS MARESCOTTI SENIORIS

Iuriſconſulti Clariſsimi.

PATRICII BONONIENSIS

Liber Secundus.

VARIARVM RESOLVTIONVM

Cum Summarijs, & duplici Indice, vno ſingulorum Capitum, & alio omnium rerum locorumq; inſignium locupletiſsimo.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. IO. BAPTISTAM LENIVM

S. R. E. CARD. AMPLISSIMVM.



CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS.

ROMAE,

Ex Typographia, & ſumptibus Aegydij Spadæ. M. DC. XIIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Ant. 1403 X 13

Digitized by Google

IO. BAPTISTAE LENIO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Egidius Spada Felicitatem.

MVLTA, & egregia in me (Cardinalis Illuſtriſs.) tuæ Amplitudinis merita iamdiu expetunt, vt pro mearum virium imbecillitate aliquod veteris meæ ergà te obſeruantiæ ſpecimen appareat. Verum cum id, vti decet, præſtare adeo difficile ſit, vt L. Annæus Seneca ſapienter ſcriptum reliquerit, nihil cum maiori cura faciendum eſſe, quàm gratias agere, & furtiue agere, qui in angulo, vel ad aurem, & non palam eas agunt; hinc eſt vt & diu occaſionem expectauerim, eaque demum oblata cunctabundus vſus ſim. Hercules Mareſcottus Excellentis Doctrinæ vir, lucubrationes ſuas duobus comprehenſas libris in lucem editurus, meis typis vti voluit. Quorum alterum (prioris enim libri dedicationem ipſe ſibi reſeruauit) ego tibi dicatum volui: Ita ſcilicet ratus fore, vt opus tui nominis præſidio, atque ornamento tutius atque honeſtius appareat; & ſimul tua in nos merita hac meæ, necnon Stephani fratris mei ergà te obſeruantiæ ſignificatione teſtemur. Tu igitur, cui tantum debemus, quantum nunquam exſolui poſſit, pro tua ſin-

Digitized by Google

gulari humanitate hoc quicquid eſt, ſiue conatus, ſiue propenſionis ac voluntatis noſtræ æqui bonique conſule. Et dum nos te patronum, noſtræq; fautorem exoptamus induſtriæ, patere hoc qualecumque noſtri in te ſtudij, atque obſequij publicum extare teſtimonium. Deus Optim. Maxim. te quam diutiſsime ſeruet incolumem. Romæ, Sexto Nonas Aprilis. M. DC. XIV

HERCVLIS MARESCOTTI
I. C. BONONIENSIS.
VARIARVM RESOLVTIONVM.
Liber Secundus.

De narratiua gratiæ quando ſit iuſtificanda, & quomodo iuſtificetur ex his quæ in Rota deciſa fuerunt luculenta, & accurata, explanatio. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua gratiæ debet iuſtificari aliàs gratia non ſuffragatur.*
2 *Narrata pars gratiæ ſunt.*
3 *Reſcripta Principum habent ſubintellectam clauſulam, quatenus preces veritate nitantur.*
4 *Clauſula ſi preces veritate nitantur ſubintellecta in mandato Papæ facto ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſuſpendit ipſam excommunicationem donec verificetur.*
5 *Narrata quæ reddunt Principem ad concedendam gratiam faciliorem, vel ſuper quibus ſe fundauit, omnino verificari debent maxime ſi copulatiue ſunt narrata, & quælibet narratiua per ſe non ſufficiat, & n.6.*
7 *Narratiua iuriſpatronatus debet iuſtificari.*
8 *Item narratiua ætatis, quamuis conſiſtat in facto proprio.*
9 *Narratiua gratiæ ab eo eſt iuſtificanda qui cõmiſit cauſam, & ſic effectus fuit actor reſpectu alterius concurrentis cum eo, & habentis gratiam de eadem re, quod amplio, vt in n.10.*
11 *Qualitas narrata quando ſit iuſtificanda, vt gratia ſuffragetur, & n.12.13.14.& 15.*
16 *Regula, quod actori ſufficiat fundare intentionem ſuam, nec teneatur probare reo exceptionem non competere, non procedit, quando impetrans id narrauit, nam ex vi narratiuæ aſtringitur ad probandum.*
17 *Narrata in diſpenſatione ſunt verificanda.*
18 *Diſpenſatio ad retinenda plura beneficia ſub eodem tecto poſtquam eſt narrata debet iuſtificari etiam quod poſſint retineri ex diſpenſatione Ordinarij ſi ſint difformia.*
19 *Narrata omnia ſunt iuſtificãda, quæ poſſunt facilius mouere Principẽ ad gratiã concedendã.*
20 *In narratiuis duorum beneficiorum ſub eodem tecto ex ſtylo Cancellariæ ſemper apponi ſolet clauſula (quæ obtinent ex diſpenſatione Apoſtolica) & ſi non eſt appoſita in ſupplicatione ex officio additur (alterũ illorum ad electionem partis) & aliter litteræ non expediuntur*
21 *Narratiua gratiæ iuſtificari debet etiam ſi ſit negatiue concepta præſertim in impetrationibus beneficiorum, & n.22.*
23 *Narratiua non factæ publicationis ſecundum Rotã probatur ex productione collationis factæ in fauorem reſignatarij poſt tempus datum ad publicandum.*
24 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorũ.*
25 *Narratiua negatiue concepta ab impetrante probari debet ſiue ſit negatiua facti, ſiue qualitatis.*
26 *Item quamuis ſit narratiua tituli, & n.27.*
28 *Fallit ſi verba nullo titulo ſuffragante, & alia huiuſmodi adduntur de ſtylo ad effectum colorandi narratiuam intruſionis propter intereſſe Annatiſtarum.*
29 *Negatiua diſpenſationis ab impetrante eſt iuſtificanda, & n.32.*
30 *Diſpenſatio eſt facti, & non præſumitur de iure.*
31 *Habens præſumptionẽ iuris pro ſe ſuper negatiua narrata releuatur ab onere illã probandi.*
33 *Negatiua diſpenſationis ſit ſit adiecta, vt qualitas narratæ illegitimitatis, ſeu incompatibilitatis, omnia cum illa ſunt iuſtificanda.*
34 *Actor, qui in actione includit, & deducit exceptionem ſuo ſe ligone percutit, & ei incumbit onus probandi ad excluſionem exceptionis.*
35 *Negatiua non promotionis, ſeu non diſpenſationis expreſſa ad aggrauandum perſonam poſſeſſoris omnino eſt verificanda.*
36 *Poſſeſſor à ſua poſſeſſione remoueri non debet niſi contra eum probatum fuerit.*
37 *Impetrans beneficium, qui narrauit aliquem non fuiſſe diſpenſatum ſufficienter, vel minus legitime tenetur probare talẽ inſufficientiam.*
38 *Item tenetur probare negatiuam diſpenſationis quando illegitimus poſſedit beneficium per decennium.*
39 *Poſſeſſio decennalis ſuffragatur etiam ſubrogato quo ad ius, & poſſeſſionem defuncti.*
40 *Diſpenſatio præſumitur ex poſſeſſione triennali niſi narratiua non diſpenſationis ſit facta ab ipſo beneficiato, quia tunc regula de triennali ei non prodeſt quominus teneatur negatiuam diſpenſationis iuſtificare.*
41 *Narratiua gratiæ ab impetrante eſt iuſtificanda nedum in iudicio ordinario, & vbi agitur de canonizatione gratiæ ſed etiã in iudicio executiuo, etiã ſi nullus adſit cõtradictor & n.42.*
43 *Narrata omnia ſunt verificãda vbi agitur poſſeſſorio adipiſcenda, vel executiue, ſi pars oppo-*

nat, parte vero nõ opponente ea ſolũ ſunt iuſtificanda, quorũ falſitas vitiat gratiã, vel quorum expreſsio facilius mouit Papã ad cõcedendum.

44 Narratorum verificatio non requiritur quando agitur poſſeſſorio recuperandæ, & retinendæ, ſed in iudicio recuperandæ ſuſſicit oſtendere ſolam poſſeſsionem, & titulum coloratum; In poſſeſſorio autem retinendæ ſatis eſt probare poſſeſsionem etiam ſine titulo colorato.

45 Poſſeſsio titulata in aliarum cõcurſu præfertur.

46 Manutentio in beneficialibus datur abſque tituli productione, licet poſſeſsio ipſa acquiri non poſsit abſque eo, quod habeat titulũ ad habente auctoritatem.

47 Regula Cancellariæ prohibens iudicari iuxta formam ſupplicationis etiam in poſſeſſorio, non habet locum in poſſeſſorio retinendæ.

48 Translatarius tenetur iuſtificare gratiam trãſferentis etiam ſi ſit in quaſi poſſeſsione exigendi penſionem, & n. 50.

49 Allegatio Lapi 89. nõ habet locũ in penſionario.

51 Translatarius non tenetur iuſtificare gratiam transferentis, qui per 30. annos poſſedit.

52 Subrogatus gratioſe in ius ſui auctoris non poſſidentis tenetur ad iuſtificationem gratiæ ac ſi ad canonizationem ageretur, niſi alter ſit intruſus, quia tunc non tenetur ſuam gratiam iuſtificare, & nu. 53.

54 Item ſubrogatus gratioſe quoad ius, & poſſeſſionem defuncti ſi beneficium nõ ſit litigioſum nec reſeruatum tenetur iuſtificare nedum clericatum, & defuncti poſſeſsionem, ſed etiam omnia alia narrata.

55 Non tenetur iuſtificare niſi ipſam litem, vel reſeruationem, Item clericatum ſuum, & poſſeſſionem defuncti ſi beneficium ſit litigioſum ſiue reſeruatum, etiam ſi ad partem expediuerit Bullas ſuper gratioſa ſubrogatione deſumpta, vel ex corpore, vel ex clauſulis generalibus eiuſdem ſupplicationis, & n. 56.

57 Reſeruatio vt gratia valeat debet iuſtificari vbi collatio fuit facta de beneficio vti reſeruato reſeruatione diſpoſitiue.

58 Ampliatur quamuis adſit clauſula generalis quod collatio valeat ſiue præmiſſo ſiue alio quouis modo.

59 Reſeruatio particularis puta ratione menſis expreſſa diſpoſitiue reſtringit diſpoſitionem ad vocationem illam expreſſam.

60 Clauſula (ſiue quouis modo) beneficium vacet reſtringitur, vt non contradicat expreſsis.

61 Nõ intrat ſtante reſtrictiua ſignaturæ in calce ſupplicationis, quod detur deuolutio diſpoſitiue.

62 Valor expreſſus in gratia impetrationis beneficij debet verificari etiam ab obtinente gratiam in forma pauperum, & n. 63.

64 Debet iuſtificari attento tempore datæ gratiæ niſi verſemur in gratia expectatiua, quia tunc attenditur tempus vacationis.

65 In eius iuſtificatione onera perpetua beneficij non computantur.

66 Valor exceſsiuus beneficij cõtra impetrantẽ cum expreſsione minoris valoris nõ probatur ex inſtrumentis locationum bonorũ dicti beneficij, & cedulis receptionum, & ſolutionũ arrendamẽti.

67 Teſtes deponentes de valore beneficij debent ſcire illius qualitatem, ſecus ſi illam ignorent, quia tunc non probant.

68 Narratiua plurium delictorum facta in ſupplicatione in forma iuris cum clauſula (ſi de præmiſsis ſeu altero eorũ cõſtiterit, &c.) debet verificari quoad oĩa delicta narrata, ſi verba illa (ſeu altero eorũ, etc) ſint caſſata, vt fieri ſolet.

69 Si Papa prouiderit de prioratu quatenus per ſeculares conſueuerit obtineri in titulum, Sin autẽ per regulares, ſi commendari conſueuiſſet in commendam, impetrans tenetur iuſtificare gratiam in vno ex dictis modis.

70 Clauſula (dũmodo omnes pẽſiones ſimul nõ excedant, &c.) appoſita in reſeruatione pẽſionis, ne importet conditionẽ ſiue modũ, in vtroque caſu iuſtificanda eſt ab eo qui intentionem ſuã fundat in gratia.

71 Appoſita poſt reſeruationem puram, ſi adſit clauſula (etiam ſi ſuper illis aliæ penſiones reſeruatæ exiſtant) tunc modificat dictam clauſulam, & onus iuſtificandi conditionem non ſpectat ad penſionarium niſi titularis oſtendat quod adſint aliæ penſiones antea reſeruatæ.

72 Clauſula, (dũmodo remancãt centũ pro Rectore) operatur, vt agens ad penſionẽ debeat hoc iuſtificare etiam ſi ſit in poſſeſsione exigẽdi, & n. 73.

74 Declara niſi is, qui penſione fuit grauatus dictæ penſioni conſenſerit, tunc enim contra eum poteſt procedi executiue ſine iuſtificatione litterarum, dummodo gratia ſit pura non autem contineat conditionem vel modum, & n. 75.

76 Clauſula, prout hactenus conſuetum extitit, &c. vel iuxta ſolitum, & ſimiles appoſitæ in gratia ſi ſtant conditionaliter ſunt iuſtificandæ vt gratia ſuffragetur, Secus quando ſtant cauſatiue, quia illis etiam non verificatis gratia ſuſtinetur. & n. 77.

78 Stat conditionaliter quando refertur ad aliquod incertum. & cauſatiue quãdo ad aliquod certũ.

79 Dictio, prout, quando refertur ad verbum impersonale infinitiuum, quod non habet certum numerum, & perſonam infinitiue intelligitur, & accipitur conditionaliter.

80 Clauſula (vocatis vocandis) facit executorem de mero mixtum.

81 Qualitates omnes beneficij, & modus vacationis & alia requiſita in impetratione beneficiorum in gratia ſi neutri ſunt iuſtificanda.

82 Item, & ipſa quoque lis iuſtificari debet.

83 Reſeruatio iuſtificari debet in breue de capienda poſſeſsione nomine Cameræ, & n. 85.

84 Sufficit de ea docere quandocunque, quando in Breue adeſt clauſula conſtito, &c.

86 Iudex ſi vigore breuis de capienda poſſeſsione nomine Cameræ procedit non iuſtificata reſeruatione, dicitur nulliter procedere, & eiecto à ſua poſſeſsione datur reſtitutio.

87 Amplia etiam ſi in Breue adeſſet clauſula abſq; vitio ſpolij, quia intelligitur quatenus Breue ſit iuſtificatum.

78 Eiectus

88 *Eiectus à ſua poſſeſſione ſi non habet ſe pro ſpoliato, & Iudex nulliter proceſſit, abſoluitur à cenſuris, & datur ei manutentio.*

89 *Clauſula ſublata aliter iudicãdi, etc. ſola nõ operatur, vt defectus obreptionis opponi nequeat.*

90 *Clauſula, quod de ſubreptione, & obreptione dici non poſſit, quando eſt poſita abſque clauſula ſublata, &c. in gratia cõceſſa ad poſtulationẽ partis, & non motu proprio, non operatur, vt defectus ſubreptionis opponi non poſſit.*

91 *Item intelligitur veris exiſtentibus narratis.*

92 *Clauſula ſublata, &c. non operatur, vbi eſſet detecta ſubreptio.*

93 Narrata *in gratia cum clauſula, vt aſſeritur non ſunt iuſtificanda.*

94 Idem *eſt, quando adeſt clauſula ſicut accepimus, vel ſicut intelleximus.*

95 Intruſio *narrata in gratia iuſtificari nõ debet.*

96 *Narratiua, quæ habet iuris præſumptionem pro ſe non eſt verificanda.*

97 Beneficia *omnia de iure præſumuntur ſecularia*

98 Narratiua *quod beneficium eſt ſeculare non debet iuſtificari niſi* Papa *prouiderit de eo, quatenus per ſeculares obtineri conſueuerit.*

99 *Item nec narratiua quod beneficium non eſt curatum, ſed ſimplex, & reſidentiam perſonalem non requirens.*

100 *Beneficium de iure ſimplex præſumitur, et ſimplicia beneficia ex vniuerſali conſuetudine reſidentiam non expoſcunt, licet ex ſpeciali conſuetudine illam poſſint requirere.*

101 Narratorum *iuſtificatio non eſt neceſſaria quando gratia per 30. annos apparet obſeruata & executioni demandata.*

102 *Poſſeſſor triennalis propter regulam aduerſus omnes eſt tutus titulo ſuo ne iuſtificare aliquid teneatur.*

103 *Iuſtificatio gratiæ (vbi non intrat regula de triennali) non præſumitur ſecundum Rotam niſi per ſpatium triginta annorum.*

104 Non *requiritur etiamſi verſemur in gratia ad poſtulationem partis, quando Princeps non vult quod de ſubreptione, & obreptione dari poſſit, cũ clauſula ſublata, &c. ſecus ſi clauſula ſublata non ſit adiecta, & n. 105. 106. & 107.*

108 *Idem eſt ſi enim clauſula ſublata nõ adſit clauſula quod de ſubreptione, etc. ſed alia æquipollens, veluti, quod non poſſit contrauenire.*

109 Clauſula *ſublata poſita in fine reſpicit totam gratiam, & refertur ad omnia præcedentia.*

110 *Igitur cum clauſula quod de ſubreptione, &c. etiam ſi plura adſint intermedia, & n. 111.*

112 Oris *apertio non adſtringit partem ad verificationem narratorum ad quam non tenebatur propter clauſulam quod de ſubreptione, iuncta cum clauſula ſublata, &c. ſed onus probandi incumbit alleganti ſubreptionem.*

113 Clauſula *ſicque in præmiſſis iudicari debeat per quoſcunque, intelligitur veris exiſtentibus narratis nec liberat impetrantem ab onere iuſtificandi gratiam, quamuis concurrat clauſula, quod de ſubreptione, &c.*

114 Clauſulæ *acceſſoriæ regulantur ſecundum naturam gratiæ principalis.*

115 *Supplicans, vel impetrans gratiã cẽſetur fateri omnia in ſupplicatione cõtenta, ſicut, et libellũ.*

116 Confeſſio *facta in ſupplicatione præiudicat cõfitenti, & ei qui gratiam impetrauit, & n. 118.*

117 *Facta in narratiua ſupplicationis de iurepatronatus nocet confitenti etiam ſi poſtea in clauſulis dicatur conditionaliter, & quatenus ſit de iurepatronatus.*

119 *Titulus aduerſarij ex confeſſione facta à reo in ſupplicatione non probatur, ſed aliunde de iure eius canonico conſtare debet, Niſi actor vellet ſuum ius quod erat dubium ex confeſſione facta per reum de titulo ſuo iuuare, quia tunc bene poſſet, & n. 120.*

121 Confeſſio *aduerſarij reſpectu tituli quamuis qualificata ſufficit pro titulo colorato in interdicto recuperandæ.*

122 *Vnio probatur ex confeſſione aduerſarij confitentis factam fuiſſe vnionem, licet ſubdat illam reuocatam fuiſſe.*

123 *Narratiua gratiæ quæ potius debuit retrahere* Principem *ad concedendum nõ eſt iuſtificanda.*

124 Narratiua *litterarũ, ꝙ aliquis ſit approbatus, & idoneus repertus nõ eſt iuſtificãda cum ſuper ea ante expeditionem recipiatur* probatio.

125 Quando *plura narrantur, quorum vnum eſt ſufficiens ad impetrandam gratiam eo probato gratia ſubſiſtit licet alia non verificentur vel falſa exiſtant.*

126 *Quando impetrans beneficium pure, & diſpoſitiue aſſerit vnum ex pluribus modis vacandi omnes alij cenſentur negati, & ſatis eſt probare vnum modum.*

127 Narrata *omnia ſunt verificanda, quando exprimuntur, vt* Papa *facilius inducatur ad gratiam concedendam. Præſertim quando plura exprimuntur ad aggrauandum perſonam poſſeſſoris, & agitur non ſolum ad effectum priuationis ſed etiam adiudicationis, & n. 128.*

129 Narratiua *pluriũ quorũ vnũ venit qualificatiue ad aliud requirit iuſtificationem vtriuſq;.*

130 *Conſiſtens in facto proprio non eſt verificanda niſi ſit narratiua ætatis & n. 131.*

132 *Facta in gratia auctoris a ſucceſſore in beneficio non eſt iuſtificanda, ſiue vtatur dicta gratia agendo ſiue excipiendo, dummodo prædeceſſor fuerit pacificus poſſeſſor triennalis.*

133 *Succedens in ius alterius non magis grauari debet, quam grauaretur prædeceſſor ſi viueret.*

134 *Succeſſor in beneficio quando auctor ſuus non poſſedit pacifice per triennium, tenetur illius gratiam iuſtificare, etiam ſi de illa opponat excipiendo tanquam de iure tertij ad excludendam intentionem agentis, & n. 135.*

136 *Clauſula (attento conſenſu maioris partis) poſita in* Breui *non eſt verificanda.*

137 *Item nec clauſula (cuius ad id expreſſus acceſſit conſenſus) in reſeruatione penſionis poſita.*

138 *Declara ſecundum* Rotam *quando hæc clauſula ponitur in litteris expeditis, ſecus ſi ſit poſita in ſupplicatione, quia tunc ſtat conditionaliter, & eſt verificanda, & n. 139.*

Digitized by Google

140 *Clauſulam (cuius ad id expreſſus accedit conſenſus) poſitam in ſupplicatione non ſtare conditionaliter defenditur.* (& n.162.

141 *Conditio in præſens, vel preteritũ nõ conſertur*

142 *Penſio non ſolet à Papa reſeruari ſuper beneficio collato niſi de conſenſu beneficiati.* (ſenſus.

143 *Conſenſus ſub cõditione præſtitus nõ dicitur cõ*

144 *Gratia dicitur perfecta per ſolã ſignaturã Papæ, licet porrigens preces non habeat mandatum.*

145 *Cauſa in gratia, ſeu in reſcripto narrata non eſt verificanda, quando conſtat de re cuius cauſa vel demonſtratio dicitur, niſi ſit talis ſine qua impetrans gratiam non obtinuiſſet, vel niſi ſit poſita ſub conditione.*

146 *Priuilegiũ habẽs certã diſpoſitionẽ, operatur, vt licet in eo fiat mẽtio per dictiones relatiuas de alijs priuilegijs nõ ſit opus vt illa appareant.*

147 *Clauſula (quia ſicut genitor noſter tibi ſandũ conceſſit ita, & nos concedimus) non aſtringit Vaſſallum, vt pro validitate ſecundæ conceſſionis teneatur oſtendere primam.*

148 *Narratiua conſiſtens in mente, vel animo impetrantis ſi aliter iuſtificari non poſſit probatur per ſolum iuramentum.*

149 *In dependentibus ab animo ſtatur iuramento eius de cuius animo, & propoſito dubitatur niſi contrarium probetur etiam per indicia & coniecturas, & n 150.*

151 *Iuſtificatio iudicialis non requiritur coram executoribus Apoſtolicis, quibus committitur facultas aliquid faciendi. & litteræ eis directæ non habent clauſulam ſonantem in iudicialem indaginem, aut conditionem, quæ tacite non inſit, nec agitur de præiudicio alieno, ſed executores, qui ſunt meri poſſunt ſuper narratis extraiudicialiter ſe informare.*

152 *Executoribus Apoſtolicis meris creditur de proceſſu ab illis facto, licet de illo non appareat dummodo præceſſerit tempus, quod potuerit capi extraiudicialis informatio, & niſi contrarium probetur, & n.153. & 154.*

155 *Executor Apoſtolicus quãdo eſt merus licet admiſerit articulos ſuper iuſtificatione narratorum & aliqui teſtes ſuper illis fuerint inducti, & examinati, non propterea dicitur ſe feciſſe mixtum, itaut iuſtificatio iudicialis, ſit neceſſaria, ſed omiſſa via iudicis poteſt ad aliam tranſire, & reaſſumere partes executoris.*

156 *Arbitrator ſi poteſt etiam procedere, vt arbiter non prohibetur facere aliquos actus, vt arbiter, & aliquos, vt arbitrator.*

157 *Clauſula ſi inueneris, ſi reperis, & ſimiles non important de ſui natura iuſtificationem aliquã iudicialem, niſi quando adijciuntur in perſonam Iudicis, & circa materiam iudicialem.*

158 *Clauſula, (ſi ita eſt, tacite ſubintelligitur, nec reddit gratiam conditionalem, itaut iuſtificatio iudicialis requiratur, & n. 159.*

160 *Poſita in ſupplicatione, non impedit quominus litteræ expediantur in forma gratioſa ſine alio examine.*

161 *Clauſula (quatenus idoneus reperiatur) appoſita in gratia in forma dignum non reddit gratiam conditionalem quoad eius ſubſtantiam, ſed tantum reſpectu executionis, & prouiſionis faciendæ, quæ eſt dilata in tempus poſtquam idoneus fuerit repertus.*

163 *Narrata in gratia Motu proprio conceſſa non ſunt iuſtificanda, & n 165.* (nis.

164 *Clauſula (Motu proprio) tollit vitiũ ſubreptio-*

160 *Narratiua Principis de facto proprio plene probat, ſecus ſi narratiua ſit de facto alieno, quia tũc etiã Motu proprio facta nõ probat, ſed trãſfert onus probandi in aduerſarium & n. 167.*

168 *Clauſula (Motu proprio) non tollit vitium ſubreptionis nec purgat falſo expreſſa in tertij præiudicium, & n.169.*

170 *Clauſula Motu proprio, ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & ſimiles non operantur in his quæ Princeps ignorauit.*

171 *Clauſula (attento quod vtraque pars ſupplicat) poſita in gratia conceſſa ad ſupplicationem vtriuſque partis, verificari debet diſtributiue, non autem copulatiue idest quod vnuſquiſque ſupplicat pro his quæ ad ipſum ſpectant, quo caſu illa ſolum ſunt verificanda.*

172 *Clauſula (dummodo alteri non ſit ius quæſitũ) non ſuſpendit executionẽ gratiæ ſed tantũ præſeruat iura, itaut cõſtito de iure quæſito gratia reddatur nulla nec eget iuſtificatione, et n.173.*

174 *Narratiua Principis facta in gratia ad poſtulationem partis, quando eſt narratiua facti proprij in qua Princeps principaliter ſe fundat, non eſt verificanda.*

175 *Idẽ eſt in narratiua de facto alieno in qua Princeps fundat gratiã, quæ licet nõ probet, inducit tamen præſumptionẽ pro impetrante quæ transfert onus probandi in aduerſarium, & n. 176.*

177 *Narratiua Papæ ſuper eo quod veriſimiliter ignorat non transfert onus probandi in alium ſed ab ipſomet impetrante eſt iuſtificanda.*

178 *Gratia ſeu prouiſio facta ab Ordinario collatore cenſetur facta Motuproprio, & nulla indiget iuſtificatione, niſi prouiſus ab Ordinario agat ad excluſionem prouiſi Apoſtolici quia tunc eſt verificanda, & n.179.*

180 *Prouiſus ab Ordinario, qui cõtra prouiſum Apoſtolicum ſe fundat in prouiſione ordinaria ratione menſis tenetur probare vacationem in tali menſe, in quo fundat intentionem ſuam.*

181 *Clauſula (conſtito quod N obierit in poſſeſſione) non requirit iuſtificationem de tempore obitus quãdo ſuit probatũ N. ſemel in vita poſſediſſe.*

182 *Poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad mortem niſi doceatur de interruptione etiam ſtante intruſione alterius, dummodo poſſidens non habeat ſe pro ſpoliato, & n.183.*

184 *Clauſula (conſtito quod defunctus obierit, & c. non eſt iuſtificanda quando in ea non ſit mentio de pertinentia collationis, ſi autem de illa fiat mentio talis narratiua, vti conditio dictæ clauſulæ verificari debet, itaut ex dicta pertinentia induceatur reſeruatio propter quam Breue fuit conceſſum.*

185 *Poſſeſſio etiam contra ius coadiuuata aliquo titulo releuat ab onere iuſtificandi gratiam*

quan-

quando agitur in poſſeſſorio tantum.

186 *Ex poſſeſſione præſumitur pro qualitate tituli reſpectu status in quo poſſidens reperitur quãuis de validitate ipſius tituli controuertatur.*

187 *Poſſeſſio improba, & vitioſa, veluti capta lite vel appellatione pendente nullum parit iuris effectum nec liberat poſſidentem ab onere iuſtificandi, & n.188.*

189 *Prouiſus à Papa non tenetur verificare narratiuam vacationis tanquam de beneficio reſeruato plene, & concludenter quando nec ordinarius, vel alius prætendens collationem ad ſe ſpectare, aut ab illis prouiſus ſe opponit etiamſi in prouiſione Papæ adſit clauſula dũmodo hac vice collatio ad nos pertineat ſed ad ſemiplenam tantum probationem tenetur. & n. 191. 192. & 193.*

190 *Clauſula generalis ſiue alio quouis modo vacet, &c. operatur vt ex illa beneficiũ cap i poſſit.*

194 *Narratiua gratiæ regulariter non expoſcit plenam probationem ſed ſufficit ſemiplena.*

195 *Requirit plenam probationem quoad narrata ſuper quibus gratia fundatur niſi agatur de re parui præiudicij, & n.196.*

197 *Quando agitur de probatione obitus ad effectum reſeruationis, nec Ordinarius aut ab eo prouiſus eſt in cauſa, ſufficit probare reſeruationem ſeu vacationem in menſe Apoſtolico per publicam vocem, & famam, & illa habetur pro plena probatione & nu.199.*

198 *Probatio plena illa dicitur, quæ ſecundum ſubiectam materiam eſt talis.*

200 *Item probatio plena requiritur in re magni præiudicij.*

201 *Impetrans, qui ſe fundat in tempore obitus debet plene probare illud tempus quotieſcumque agitur de obitu principaliter, & ſumus in materia obiectiua, videlicet quando probatio tendit ad annullandũ gratiam, ſecus ſi agatur de obitu incidenter, & per viam replicationis, quia tunc ſufficit probare obitum per publicam vocem, & famam, etiam quod non probetur tempus obitus, & n.202.*

203 *Mortuus quis præſumitur tempore debito, vt gratia impetrationis beneficij per obitum ſuſtineatur, & qui vult dicere contrarium tenetur ipſe probare, etiam ſi gratia, & obitus concurrant eadem die, & ex parte obijcientis probetur hora mortis, nam adhuc præualet præſumptio pro validitate gratiæ, & n. 204.*

205 *Impetrans beneficium eodem die obitus non tenetur probare impetrationem præceſſiſſe ſed aduerſario, quod obitus præceſſerit dummodo ſit derogatum regulæ de veriſimili notitia, &c. alias ſi excipiatur de dicta regula, impetranti incumbit onus probandi veriſimilem notitiam obitus, & ſic ſatisfeciſſe dictæ regulæ, & numero 208.*

206 *Actus ille in dubio præſumitur præcedere, qui eſt neceſſarius ad validitatem gratiæ ſeu diſpoſitionis.*

207 ***Impetratio beneficij viuentis in dubio non præſumitur.***

TRIVIALIS, & tyronibus iuris nota eſt illa
cõcluſio quod in gratio-
1 ſis † narrata ſunt iuſtifi-
cãda, vt gratia ſuffragetur tex. in c. 1. vbi Io. Andræ. & alij de lit. conteſt.
lib. 6. Felin. in c. ad aures
col. 5. verſ. Tertia cõcluſio de reſcript. Dec. conſ. 142. n 6. Rota deciſ.
20. de præben. in nou. Ægid. deciſ. 76. verſ. & ſi
teneremus & deciſ. 303. Caputaq. deciſ. 39.
par. 2. Put. deciſ. 242. n. 1. lib. 1. cum alijs mul-
2 tis qui allegari poſſent. Ratio eſt quia † narrata pars gratiæ ſunt c. 2. de reſcript. Hinc eſt
3 quòd Principum reſcripta habent † ſubintellectam clauſulam quatenus preces veritati
nitantur ad l. fin. in princ. C. de diuerſ. reſcrip.
Vnde Anchar. conſ. 240. n. 5. verſ. ex quibus, dicit, quod ſi Papa mandauit aliquid fieri ſub
pœna excommunicationis latæ ſententiæ non
incurritur excommunicatio non obediendo,
quando narrata non ſunt iuſtificata, quia hæc
4 conditio, † ſi preces veritati nitantur ſubintellecta ſuſpendit excõmunicationem ante il-
lius verificationem iuxta not. in c. præterea
de appellat. & Anchar. refert, & ſequitur
5 Marſ. notab. 153. Et ea præſertim † ſunt verificanda quæ reddunt Principem ad concedendam gratiam faciliorem Rota deciſ. 4. & 75.
reſcript. in antiq. Ægid. deciſ. 4. & 95. Caſſad.
deciſ. 11. n. 3. & 12. in fine de præben. Caputaquen. deciſ. 310. par. 1. in impreſſis. Vel ſuper
6 quibus † Princeps ſe fundauit maxime quando copulatiue ſunt narrata, & quęlibet narra-
tiua per ſe non ſufficit Caputaq. deciſ. 242.
par. 2. qui loquitur de noua erectione in qua
fuerat narratũ, quod populus erat auctus, &
quod infantes ſine Baptiſmo, & homines ſine
Sacramentis decedebant, & dicit Rotã tenuiſſe, quod omnia erant verificanda, tum quia
copulatiue narrata, tum quia ad conceſsionẽ
nouæ erectionis Papa videbatur fundaſſe intentionem ſuam ſuper omnibus narratis, quæ
erant neceſſaria ad nouam erectionem faciendam, c. ad audientiam il primo in princip.
§. 1. de Eccleſ. ædific. & ibi per Doct.

Extenditur primo ſupradicta concluſio, vt
7 procedat etiam † quoad narratiuam iuriſpatronatus, quæ ſimiliter debet iuſtificari, vt tenuit Rota deciſ. 203. & 531. num. 1. par. 1.
diuerſ.

8 Secundo extenditur † quoad narratiuam
ætatis quamuis conſiſtat in facto proprio Fab.
deciſ. 17. Mohed. deciſ. 336. Et quod gratia
reddatur nulla ſi narratiua ætatis non iuſtificetur tradit Caputaquen. deciſ. 114. par. 2.

9 Tertio extenditur, vt locum habeat † etiam
ſi concurrant duo habentes gratiam de eadem re, nam ille prius tenetur iuſtificare, qui commiſit cauſam, & ita effectus
fuit actor reſpectu alterius, vt fuit dictum in
vna Placentina, & Oxomen præſtimonij 13.

Aprilis 1592. coram Penia ; Idque pro-
cedit licet, is, qui impetrauit † beneficium
10 commiſerit cauſam contra duos ſimiliter im-
petrantes vtroq; citato, & poſtea proſequen-
do iudiciũ contra vnum tantũ, & reportando
ad ſui fauorẽ ſententiã, & rem iudicatã, ade-
ptus fuerit poſſeſſionem beneficij; quia ſi poſt-
modum agat contra alium non poterit ſe tue-
ri illa poſſeſſione, ſed tanquam committens
cauſam tenebitur in primis iuſtificare gratiã
ſuam non obſtante re iudicata, & executoria-
libus. Ita tentum per Rotam in vna Iacen.
beneficij vltima Ianuarij 1597. coram Orano.

Quarto extenditur, vt procedat etiam re-
ſpectu qualitatum, nam in gratioſis etiam
11 qualitates † narratæ ſunt verificandæ iuxta
tradita per Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum de lib & poſthum. & per Felin. in c. licet
cauſam n. 40. verſ prima concluſio de probat.
Cæſar de Graſſ. deciſ. 7. n. 3.

Sed iſtud declaratur primo, vt procedat
12 quãdo † qualitas narrata ineſt de facto, ſecus
ſi inſit ex natura ipſius rei, ſiue ex iuris di-
ſpoſitione, quia tunc non eſt opus eam proba-
re Felin. in c. ex parte il 1. n. 25. de reſcript. &
Rip 1 n. 69. Rota deciſ. 75. & 37. de reſcriptis
in antiquis.

13 Rurſus declaratur, vt non obtineat † quan-
do qualitas non eſt de ſubſtantia, quia tunc
ſufficit probare id quod eſt principale abſque
probatione qualitatis idem Felin. in d. c. licet
n. 41. verſ. ſecundo limita de probat.

Sed hoc dictum Felin. confunditur ex tra-
ditis per Dec. ibidẽ n. 188. verſ. ſed tamen, &
per Ripã in d. c. ex parte il 1. n. 70. circa finem
de reſcript. Vnde ego ſic puto diſtinguendum
14 ex mente Rotæ. Aut qualitas † non ſubſtan-
tialis à parte non negatur, & tunc nulla pro-
batio requiritur, & proceſſus eſt validus, &
iuſtus dũmodo de alijs ſubſtantialibus con-
ſtet, Rota deciſ. 20. de præb. in nouis. Aut qua-
litas negatur, Et tunc ſi nemini ſit pręiudicia-
lis non eſt neceſſario iuſtificanda Rota deciſ.
531. n. 2. par. 1. diuerſ. Vbi narrabatur quis fa-
miliaris ſcriptoris, & fuit dictum, quòd talis
narratiua non erat verificanda, quoniam litte-
ræ erant taxatæ, quo caſu narratiua nemini
præiudicabat Caſſad. deciſ. 10. de præben. Aut
vero qualitas exprimitur ad aggrauandũ per-
ſonã poſſeſſoris, & inducendũ Papam, vt faci-
lius gratiam concedat, & tunc neceſſario pro-
bari debet, Ægid. deciſ. 734. Præſertim quando
agitur non ſolu ad effectũ priuationis, ſed etiã
adiudicationis, quo caſu oĩa expreſſa requirũt
verificationem iuxta tex. in c. olim de reſcript.
& ibi gloſ. in verbo ad omnia, & Abb. n. 3.

Præterea animaduertendum eſt, quod qua-
15 litas narrata † ab actore probari aliquãdo de-
bet, quãuis alias ſit de exceptione ipſius rei, vt
fuit tentũ in vna Burgen. Canonicatus 6. Mar-
tij 1606. corã Ludouiſio, vbi quis impetraue-
rat canonicatũ ſub prætextu, quod prouiſio
ad fauorẽ alterius fuiſſet nulla ob eius inha-
bilitatẽ ex defectu nataliũ ſuper quo ad dictũ
beneficium obtinendũ cũ eo nõ fuerat diſpen-
ſatũ. Et fuit dictũ quod licet conſtaret de il-
legitimitate, quod erat fundamentũ intẽtio-
nis actoris, & propterea qualitas diſpenſa-
tionis videretur probãda per reũ ex quo erat
illius exceptio; Nihilominus quia erat adiecta
vti qualitas narratæ illegitimitatis, omnia cũ
illa erant ab impetrante iuſtificãda ex tradit
per Ripam in d c. ex parte nu. 65. de reſcript.
16 Nam regula † quòd actori ſufficiat fundare
intentionem ſuam, nec teneatur probare reo
exceptionẽ non competere, non procedit quã-
do impetrans id narrauit, nam ex vi narratiuę
aſtringitur ad id probandũ, Abb. in c. 3. n. 7. de
libel. obl. Caſſad. deciſ. 10. de reſcrip. qui dicit,
ꝙ actor ita narrando ſuo ſe ligone percuſſit.

Quinto eadẽ concluſio extenditur, vt obti-
17 neat etiã quoad † narrata in diſpenſatione,
nam illa quoque ſunt verificanda, Cęſar de
Graſ. deciſ. 66. n. 2. & 3. Immo diſpenſatio ipſa
18 ad retinenda plura † ſub eodẽ tecto poſtquam
eſt narrata, debet iuſtificari, etiã quòd poſſint
retineri ex diſpenſatione ordinarij ſi ſint dif-
formia, iuxta notata per gloſ. in c. 1. de cõſuet.
in 6. & ita ex voto habito à Reuerendiſſimis
Dominis de Parco maiori fuit reſolutum per
Rotam in Iuuennacen. Archipræsbyteratus
26. Iunij 1591. coram Cardinale Pamphilio, &
deinde coram Seraphino, in vna Teleſina be-
neficij vltima Ianuarij 1594. Ratio eſt, quia
gratia eſt magis iuſtificata per narratiuã di-
19 ſpẽſationis ordinarij, vnde omnia ſunt † veri-
ficanda, quæ Papã poſſunt facilius mouere ad
gratiã concedendã, ad not. in c. poſtulaſti, & in
c. ſuper litteris de reſcript. Ægid. deciſ. 4. nu 3.
Caſſ. deciſ. 12. n. 14. de pręb. Altera ratio eſt qa
20 ex † ſtylo Cancellariæ in ſimilibus narratiuis
duorũ beneficiorũ ſub eodẽ tecto, ſemper ap-
poni ſolet clauſula (quæ obtinẽtur ex diſpẽſa-
tione Apoſtolica) & ſi nõ eſt appoſita in ſuppli
catione, ex officio additur (alterũ illorum ad
electionẽ partis) & aliter litteræ nõ expediũ-
tur, vt fuit facta fides per Dominos Abbreuia-
tores in ſupradicta cauſa Iuuenacen. Archipręſ
sbyteratus q ſtylus in hac materia ſubreptio-
nis inſpici debet, Caſſ. d. deciſ. 12. n. 14. de pręb.

Sexto debet extẽdi, vt habeat locũ etiã ſi nar
21 ratiua gratiæ † ſit negatiue cõcæpta l. pen. §.
docere. ff. ne quis eũ qui in ius voc. l. in illa la
1. vbi Bart. n. 5. Alex. n. 9. & Iaſ. n. 17. ff. de verb.
obligat. Dec. conſ. 624 n. 3. Pariſ. conſ. 128. n. 1.
& 2. lib. 4. Aym. conſ. 112. nu. 6. late Gabr. con-
22 cluſ. 6. de prob. n. 1. Quod præſertim † obtinet
in impetrationibus, vt tradit Ægid. in c. inter
cæteras n. 5. de reſcript. & in deciſ. 611. in fine
Et in terminis impetrationis factæ ob non di-
miſsionem beneficij incompatibilis iuxta for-
mam decreti, tenuit Rota in vna Meliten. Ca-
nonicatus 16. Iunij 1586. corã Cardinale Pla-
to ex traditis per Caſſad. deciſ. 5. ſuper regul.
Et in terminis impetrationis ob non factã pu-
blicationẽ reſignationis, aut non factam tem-

pore

pore debito fuit tentum in vna Palentina, &
Oxomen. præſtimonij 11. Martij 1594. corã
Penia;& in vna Iacen. beneficii 21.Maij 1599.
coram Orano;In qua fuit dictũ, quod ad pro-
23 bandam † talem negatiuam non ſufficit pro-
ducere collationem factam in fauorem reſi-
gnatarij poſt tempus datum ad publicãdum,
quia poteſt eſſe quod obtinuerit aliam gratiã
à Papa,& eam in tempore publicauerit, cum
24 in† beneficialibus detur multiplicatio titulo-
rum cap. poſt electionem de conceſſ. præben.
c.2.de arbitr. Caſſad. deciſ 21. ſuper regulis.
25 Et huiuſmodi negatiua † ab impetrante
probari debet,ſiue ſit negatiua facti,ſiue qua-
litatis Bart. in d.l.in illa n.10.de verb.oblig.
26 Item quamuis ſit † negatina tituli,vt fuit ten
tum in vna Conchen. Archipresbyteratus 9.
Martij 1592. coram Penia; Vbi cum narrati-
ua impetrantis duobus niteretur quæ Papam
ad concedendam ei gratiam principaliter mo
uiſſe videbantur,nempe lite inter Oſorium, &
Polimares, & nullo titulo Hieronymi ab Or-
dinario prouiſi,fuit dictum quod non ſufficie-
bat probaſſe litem aliquã extitiſſe inter Oſo-
rium, & Polimares per cuius obitum vacauit
Archipresbyteratus, niſi amplius doceretur
litem fuiſſe talẽ, quæ manus Ordinatij ſic li-
gauerit, aut eius poteſtatem, & iuriſdictionẽ
impediuerit,vt Hieronymo de vacante Archi-
presbyteratu prouidere non potuerit; quod
cum probatum non fuiſſet gratia erat nulla.
Veral.deciſ.345. lib.2.& 229. lib.3. Idem te-
nuit Rota in vna Bononien. Prioratus 9.Iunij
1606. coram Manzanedo, in qua Stephanus
narrauerat Pompeum detinuiſſe Prioratum,
& canonicatum nulla ſaltem ſufficienti per-
27 miſſione Apoſtolica;Et fuit dictum † quod hu
ius negatiuæ probatio ipſi Stephano incum-
bebat cum eſſet fundamentum intentionis il-
lius iuxta not. per Doct. in dict. l. in illa vbi
Bart. & Ripa n. 13.de verb. obligat.
28 Sed iſtud temperari debet,vt procedat †dũ-
modo ſit narratiua partis in ſupplicatione,ſe-
cus ſi verba nullo titulo ſuffragante, & alia
huiuſmodi addantur de ſtilo ad effectum co-
lorandi narratiuam intruſionis propter inte-
reſſe Annatiſtarum, vt fuit deciſum in vna
Iſpalen. beneficiorũ 14. Aprilis 1603. coram
Iuſto, & in cauſa Burgen. Canonicatos 9.Fe-
bruarij 1609. coram Ortembergo.
Hic autem pulchra exoritur dubitatio, An
negatiua diſpenſationis ab impetrante ſit iu-
ſtificanda? Veluti ſi narretur aliquem ſine di-
ſpenſatione duas Parochiales obtinere,vel be
neficium vacare ob inhabilitatem ex defectu
natalium ſuper quo non fuit diſpẽſatum; Ete-
29 nim quod impetrans † teneatur probare non
ſolum incompatibilitatem, vel defectum na-
talium,verum etiam negatiuam ipſius diſpen
ſationis tenet Pariſ conſ.138.n.1.& 2.lib.4.
Contrariam vero ſententiam amplectitur
Rebuff. in prax. tit. de diſpenſ. ration. ætat.
verſ.defectu prædicto n.14.ſol.285. Quæ qui-
dem comprobari poſſe videtur. Primo,quia
probata vacatione, & inhabilitate ſuper qua
eſt fundata intentio actoris, iſta negatiua
remanet de exceptione rei.
Secundo facit deciſ. Ægid.415.vbi ſi impe-
tro ob incompatibilitatem,& narro, quod nõ
promotus ad ordines indebite detinuit, Iſta
negatiua non promotionis non eſt iuſtifican-
da probata narratione per incõpatibilitatẽ.
30 Tertio adducitur,quia diſpẽſatio †eſt quid
facti,ideo non præſumitur de iure,maxime cũ
pendeat à Principe, vt bene deducit Roman.
31 conſ.499.n.4.Quando autẽ † quis habet præ-
ſumptionẽ iuris pro ſe ſuper negatiua,narra-
ta,tunc releuatur ab onere illã probãdi,vt eſt
* communis * opinio ex plene cumulatis per
Gabr. concl.6. tit. de probat.n.58.Achil.de-
ciſ.412. in impreſſis,& hac ratione mouetur
Rebuf. in loco ſupra citato.
32 Sed iſtis non obſtantibus opinio † Pariſij
amplectenda eſt,quam tenuit Rota poſt lon-
gam diſcuſſionem in d. cauſa Burgen. Ca-
nonicatus 6. Martij 1606. coram Ludouiſio,
quę fuit confirmata ſub die 9.Februarij 1609.
coram Ortembergo. Potiſſimum fundamentũ
in eo conſiſtit, quia negatiua diſpenſationis
cenſetur adiecta, vt qualitas narratæ illegiti-
33 mitatis, ſeu incompatibilitatis;ideo † omnia
cum illa requirunt verificationem Felin. in c.
cauſam n.40. de probat. & in d.c.ex parte il
t. n.25. de reſcript.ibique Ripa n.65. qui de
* communi * atteſtatur.
Non obſtat, quod diſpenſatio pertineat ad
exceptionem rei quam actor nõ tenetur pro-
bare; Quia id non procedit,quando impetrãs
vlterius progreditur narrãdo negatiue Innoc.
in c.ſuper his n.10. de accuſat. Abb. in cap.3.
n.7. de libel.oblat. Bart.in l.2. n.10.C.de iu-
re emphit. & in d.l. in illa nn 4.& 5. de verb.
34 obligat.Actor enim † qui in actione includit,
& deducit exceptionem ſuo ligone ſe percu-
tit,& ei incumbit onus probandi ad excluſio-
nem exceptionis Ferret.conſ.53.n.11. Caſſad.
deciſ.10. n.10. de reſcript.
Similiter non obſtat deciſ. Ægid.415. quia
35 cum narratiua† non promotionis,ſeu non di-
ſpenſationis exprimatur ad aggrauãdam per-
ſonam poſſeſſoris, & per conſequens ad indu-
cendum Papam ad facilius procedẽdum con-
tra eum,& gratiam concedendam omnia ex-
preſſa ſunt verificanda,vt fatetur idem Ægid.
deciſ.734. in fine,& deciſ.4. & tradit ita fuiſ-
ſe deciſum in Rota,Idem Ægid. in cap. inter
cæteras n.4. & 5. de reſcript.
Nec eſt verũ, quod impetrans habeat præ-
ſumptionem iuris pro ſe: Quia licet non præ-
ſumatur diſpenſatio tanquam facti attamen
non præſumitur etiam non diſpenſatio, quia
eſt contingens, quod poteſt eſſe, & non eſſe.
36 Præſertim in poſſeſſore, qui † remoueri non
debet niſi contra eum probatum fuerit, In-
noc. in cap. ex inſinuatione nu. 3. de pro-
curat.gloſ.penul. in l.Titia ff. ſolut. matrim.
Præ-

Præſuppoſita tamen opinione Rebuffi pro
vera illam declara dupliciter ſecundum Ro-
tam in allegata Burgen. Canonicatus coram
Ortembergo. Primo, vt non procedat, quando
37 impetrans narrauit † aliquem non fuiſſe diſ-
penſatum ſufficiēter, vel minus legitime, quia
tunc ipſe fatetur diſpenſationem, qua poſita
de iure præſumitur legitima, & ſufficiēs, quia
præſumptiones iuris ſemper militāt in melio-
rem partem: Vnde cum inſufficientia ſit de
replicatione, & intentione impetrantis ab eo,
probari debet ab excludendam exceptionem
diſpenſationis.

Rurſus declara, vt non obtineat quando il-
38 legitimus† beneficium poſſedit per decenniū
quia tunc impetrans tenetur ipſe probare ne-
gatiuam diſpenſationis, cum attenta decen-
nali poſſeſſione diſpenſatio præſumatur An-
char. conſ. 117. verſ. poſito enim Felin. in c. ſi-
cut nu. 31. de re iudic. Sarnen. ad regul. de
trien. quæſt 10. n. 12. Quæ poſſeſſio licet tertio
ſuffragari non poſſit, quia eam non poteſt al-
39 legare, tamen ſuffragatur etiam †, ſucceſſori
qualis eſt ſubrogatus quo ad ius, & poſſeſſio-
nem defuncti, vt in d. deciſione dicitur.

Idem dicas quotieſcumque beneficium per
trienniū pacifice fuit poſſeſſum, cum etiam ex
40 poſſeſſione † triennali oriatur præſumptio di-
ſpenſationis, Caputaquen. deciſ. 45. par. 3. vbi
dicit deciſionem præcedētem ibi poſitam re-
uocatam fuiſſe; Quod intellige verum, niſi nar
ratiuā non diſpenſationis ſit facta ab ipſo be-
neficiato, Quia tunc regula triennalis ei non
prodeſt, quominus teneatur negatiuā diſpen-
ſationis iuſtificare licet poſſet illius narrati-
uam omittere, Ita tentum in vna Aurien. Pa-
rochialis 24. Maij 1606. coram Sacrato.

Septimo ſupradicta concluſio extēditur, vt
41 locum ſibi vendicet nedum in † iudicio ordi-
nario, & vbi agitur de canonizatione gratiæ,
ſed etiam in iudicio executiuo, quia etiam in
hoc caſu ſubintelligitur clauſula, Dummodo
preces veritati nitantur Abb. in d. c. ex parte
nu. 1. de reſcript. Mohed. deciſ. 304. Et quod
narratis non verificatis non poſsit executiue
procedi maxime parte opponente tenuit Ro-
ta apud Cæſarem de Graſsis deciſ. 48. num. 4.
per cap. ſuper litteris cum ibi not. de reſcript.
& l. precibus C. ſi contra ius, vel vtilit. pu-
blic. Idem fuit tentum in vna Legionen dene-
gationis poſſeſsionis 26. Martij 1593. coram
Cardinale Blancherto, in qua fuit dictū, quod
idem obſeruandum eſt in cauſa beneficiali in
iudicio adipiſcendæ, quod in canonizatoria,
42 ne detur vitioſus ingreſſus, etiam † ſi nullus
adſit contradictor. Et quod requiratur iuſti-
ficatio prædicta etiam quod agatur executi-
ue, & nullus adſit contradictor. Fuit etiam
tentum in vna Ferrarien. Parochialis 1. Apri-
lis 1596. coram Corduba, vbi fuit allegatus
Pariſ. conſ. 49. n. 31. lib. 4. & Ægid. decii. 303.

Sed aduertendum eſt, quod Ægid. in deciſ.
præcedenti 302. loquitur dubitatiuè ſi nar-
ratiua negetur; Ideo Rota in vna Salamanti-
na penſionis 18. Aprilis 1572. coram Cardi-
nale Lancelotto, diſtinguēdo tenuit, quod vbi
agitur poſſeſſorio adipiſcendæ, vel executiuè
43 omnia † narrata ſunt verificanda parte oppo-
nente iuxta doctrinam Imol. in d. c. ſuper lit-
teris n. 3. de reſcript. parte vero non opponen
te ea ſolum ſunt iuſtificanda, quorum falſitas
vitiat gratiam, vel quorum expreſsio facilius
mouet Papam ad concedendum, & hanc di-
ſtinctionem veram puto per ea, quæ dicam in-
ferius in nona limitatione.

Declaratur tamen hoc, vt non procedat in
44 poſſeſſorijs † recuperandæ, & retinendæ, in
quibus non requiritur aliqua narratorū veri-
ficatio cum in recuperandæ iudicio ſufficiat
oſtēdere ſolam poſſeſsionem, & titulum colo-
ratum; In poſſeſſorio autem retinendæ ſatis ſit
probare poſſeſsionem etiam ſine titulo colo-
rato. Mohed. deciſ. 158. quæſt. 9. de cauſ. poſ-
ſeſſ. & propriet. n. 2. Qui licet dicat, quod ſuf-
ficit oſtendere litteras expeditas, & tranſla-
tionem, tamen hoc non eſt neceſſarium Abb.
in cap. conſtitutus n. 3. in fine verſ. & aduerte
de elect. Put. deciſ. 26. de reſtit. ſpoliat. Capic.
deciſ. 189. nu. 7. Couar. pract. quæſt. cap. 17.
n. 6. Niſi eſſemus in concurſu poſſeſſionum,
45 quia tunc titulata † præfertur l. ſi duo ff. vti
poſ. Caputaquen. deciſ. 339. par. 2. Lancelott.
de attent. cap. 31. n. 201. & 203. Et fuit reſolu-
tum in vna Bononien. Iuriſdictionis prima
Februarij 1574. coram Cardinale Lancelot-
to, quæ eſt 595. par. 1. diuerſ. n. 2. & nu. 8. vbi
dicitur ita paſſim obſeruari in beneficialibus
46 in quibus licet † non poſsit haberi poſſeſsio
abſque eo quod habeatur titulus ab habente
auctoritatē, datur tamen manutentio abſque
tituli productione; Quod etiam alias reſoluit
Rota in vna Sorana beneficiorum 22. Maij
1587. coram Orano, & de eodem anno in vna
Anconitana pēſionis die 15. Iunij corā Cardi-
nale Plato, In qua fuit dictum in hoc Iudicio
non eſſe neceſſariam litterarum exhibitionem
non obſtante regula Cancellariæ prohibente
iudicari iuxta formam ſupplicationis etiam
47 in poſſeſſorio, cum illa † regula locum habeat
in alijs poſſeſſorijs non autem in poſſeſſorio
retinendæ, in quo non eſt opus aliquo titulo
nec colorato, quia poſſeſſor, qui non habet ti-
tulū poteſt dicere, quo ad re liberas ædes ha-
beo, vt per Caſſad. deciſ. 4. de reſtit ſpoliat.
num. 8.

48 Octauo extenditur, vt procedat etiam † in
trāſlatario, qui pariter tenetur iuſtificare gra
tiam transferētis, Gig. de penſ. quæſt. 85. n. 8.
in 7. caſu Gomeſ. in compend. vtriuſque Si-
gnat. quæſt. 16. n. 87. in fine verſ. & idem eſſet,
& tenuit Rota in vna Brixien. penſionis 28.
Nouembris 1594. coram Cardinale Millino
in qua fuit reſponſum ad allegationem Lapi
49 89. quod illa † non habet locum in penſiona-
rio, cum non poſsideat vti titularis Put. de-
ciſ. 360. lib. 1.

Et

50 Et hoc locum ſibi vendicat, quamuis † in
transferente concurrat quaſi poſſeſsio exigen
di penſionem, quia non propterea tranſlata-
rius releuatur ab onere iuſtificandi gratiam
illius, quando agitur ſuper validitate tranſla-
tionis, & ſic ſuper proprietate cõtra ſucceſſo-
rem, qui reſeruationi non conſenſit, & habet
intentionem fundatam, quod Eccleſiaſtica be
neficia ſine diminutione conferantur, vt fuit
reſolutum in vna Salamantina penſionis 26.
Martij 1593. coram Gipſio, & in vna Carta-
ginen. penſionis 13. Februarij 1604. coram
Cardinale Pãphilio. Quod eſt verum niſi trãſ-
51 ferens † per triginta annos poſſediſſet, quia
tunc ex Lapſu tanti temporis iuſtificatio prę-
ſumeretur, nec tranſlatarius teneretur veri-
ficare gratiam illius, vt fuit tentum in vna
Landen. penſionis 29. Martij 1599. coram
Penia, & deinde in vna Nerotinen. penſionis
24. Maij 1602. coram Ludouiſio.
52 Nono extenditur, vt habeat locum † etiam
in ſubrogato gratioſè, nam is quoque omnia
narrata tenetur iuſtificare; Sed quia hoc ex
varietate caſuum variatur, ideo ex ſententia
Rotæ ſic eſt diſtinguendum, Aut ſubrogatur
quis in ius ſui auctoris non poſsidẽtis, & tunc
ſubrogatus tenetur ad iuſtificationem gratię,
ac ſi ad canonizationem ageretur, & procedi-
tur ordinariè, nõ executiuè Mohed. deciſ. 204.
& 306. & tenuit Rota in vna Cartaginen. pen
ſionis 21. Octobris 1588. coram Gipſio: Quod
eſt verum quando alter verè poſsidet, cum illi
nõ debeat fieri iniuria mediãte ſubrogatione;
53 ſecus † ſi ſit intruſus nec verè poſsideat, quia
tunc ſubrogatus gratioſè nõ tenetur ſuã gra-
tiam iuſtificare. ſic fuit reſolutum in vna To-
letana beneficij 14. Nouembris 1606. coram
Iuſto, in qua Rota receſsit à deciſione antea
facta in eadem cauſa coram Ortembergo. Et
ita quoq; fuit tentum in vna Camerinen. Ca-
nonicatus 4. Decembris 1573. coram fel. rec.
Clem. Papa VIII. tunc Rotæ Auditore, vbi fuit
dictũ, quod ſubrogatus gratioſè cõtra ſpolia-
torem non tenetur iuſtificare ſuam gratiam.
Aut ſubrogatur quis gratioſè quoad ius,
& poſſeſſionẽ defuncti, & tũc eſt ſubdiſtinguen
dum, Aut enim beneficium nõ eſt litigioſum,
54 nec reſeruatum, & hoc caſu † ſubrogatus te-
netur iuſtificare nedum Clericatum, & defun
cti poſſeſsionem, ſed etiam omnia alia narra-
ta cum agatur de pręiudicio Ordinarij colla-
toris, vel ab eo prouiſi, quo caſu ſubrogatio hu
iuſmodi habet vim collationis, quæ iuſtificari
debet prout alia prouiſio, & collatio pro ob-
tinẽda canonizatoria. Ita tentum in vna Bur-
gen. de Pancoruo 28. Octobris 1588. coram
Gipſio, & poſtmodum in vna Ginen. præſti-
monij 15. Februarij 1593. coram Cardinale
Blanchetto, & in vna Miranden. Parochialis
17. Maij 1600. coram Penia.
Aut beneficium eſt litigioſum ſine reſerua-
55 tum, & tunc gratia † non indiget alia iuſtifi-
catione, quàm ipſius litis, vel reſeruationis,
Item clericatus impetrãtis, & poſſeſsionis de-
functi, Mohed. deciſ. 292. in princip. verſ. ex
parte altera, & deciſ. 327. n. 1. verſ. in ſecundo
autem Put. deciſ. 214. n. 1. lib. 1. Palcot. deciſ.
103. incip. Marcus Podianus circa medium,
& deciſ. 119. in princip. & fuit tentum in di-
cta Burgen. de Pancoruo coram Gipſio.
56 Et iſtud quidem obtinet etiamſi † Papa fe-
cerit gratiam de beneficio litigioſo; ſine reſer
uato cum gratioſa ſubrogatione, quo ad ius,
& poſſeſsionem defuncti, & impetrans ad par
tem expediuerit Bullas ſuper gratioſa ſubro-
gatione deſumpta vel ex corpore, vel ex clau-
ſulis generalibus eiuſdẽ ſupplicationis: Nam
adhuc ſufficit iuſtificare litem ſeu reſeruatio-
nem, item clericatum, & poſſeſsionem defun-
cti, vt Rota tenuit in allegata Mirãden. Paro-
chialis 17. Maij 1600. coram Penia, ea ſcili-
cet ratione, quia cum agatur de beneficio li-
tigioſo ſine reſeruato de quo nemo præter Pa
pam poteſt prouidere nulli ſit iniuria per ta-
lem prouiſionem, & conſequenter ſatis eſt
iuſtificare prędicta prout requirit natura gra
tiæ ſubrogationis.
57 Decimo extẽditur, vt procedat † etiam vbi
agitur de collatione facta de beneficio vti re-
ſeruato expreſſa reſeruatione diſpoſitiuè, nam
ipſa reſeruatio debet iuſtificari, vt gratia ſit
valida Roman. conſ. 335. n. 11. & 14. Caſſad.
deciſ. 5. de præben. & fuit reſolutum in vna
Corduben. Cantoriæ 5. Maij 1569. coram Car
dinale Quirogha. Et in vna Virdunen. Cano-
nicatus 19. Iunij 1595. coram Cardinale Pam
58 philio. Quod habet locũ non obſtante † clau-
ſula generali, quod collatio valeat, (ſiue præ-
miſſo, ſiue alio quouis modo, &c.) quia quan-
do reſeruatio particularis, puta ratione mẽſis
59 exprimitur diſpoſitiuè, tunc † diſpoſitio re-
ſtringitur ad vacationem illam expreſſam, ſci-
licet in mẽſe Apoſtolico, & ideo illa eſt iuſti-
ficanda, nec illius vigore poteſt capi benefi-
cium vacans in menſe Ordinarij, non obſtan-
60 te dicta clauſula quouis modo, &c. quæ † re-
ſtringitur, ne contradicat expreſsis, Creſcen.
deciſ. 15. de præben. Put. deciſ. 320. lib. 1. Et
ita loquitur ſupra allegata deciſio in cauſa
Virdunen. Et fuit etiam deciſum in vna Ro-
mana Clericatus S. Petri 27. Nouẽbris 1602.
coram eodẽ Cardinale Pamphilio. Hoc idem
tradit Mohed. deciſ. 17. de præben. alias 210.
61 Vbi dicitur, quòd ſtante † reſtrictiua Signatu-
ræ in calce ſupplicationis, quod detur deuolu
tio diſpoſitiuè nõ intrat clauſula (ſiue quouis
modo,) ſed deuolutio debet gradatim verifica
ri, & deuolutione non verificata non intrant
clauſulę generales ſicuti etiam voluit Caſſad.
deciſ. 5. n. 3. de præben. Caputaquen. deciſ.
65. par. 1.
Vndecimo extenditur, vt procedat etiam
reſpectu valoris expreſsi in gratia impetra-
62 tionis beneficij, nam † talis expreſsio habet
vim cõditionis, qua non verificata gratia red-
ditur nulla, & ſubreptitia Felin. in c. ad aures
col. 6.

col.6. concluſ.7. in fine de reſcript. Creſcent.
63 deciſ.17. eod. tit. Quod procedit etiam † in
obtinente gratiam in forma pauperum, nam
licet alias iſte non teneretur probare valorem
ad not. per Felin. in d. cap. ad aures col.5. verſ.
fallit ſecũdo, hodie tamẽ tenetur Creſcen. de-
ciſ.9. de reſcrip. & ratio eſt ſecundum eum,
quia hodie mutata eſt forma gratiarum.
64 Et aduerte, quod iuſtificari debet † valor
expreſſus in gratia impetrationis beneficij at-
tento tempore datæ gratiæ niſi verſemur in
gratia expectatiua, quia tunc attenditur tem
pus vacationis Oldrad. conſ. 58. 168. & 229.
cum alijs per Guidobon. deciſ. 25.

Rurſus aduerte quod in iuſtificando valo-
65 rẽ non eſt habenda † ratio fructuum eiuſdem
beneficij perpetuo applicatorum ſeu aſsigna-
torũ pro ſeruitio alterius Eccleſiæ, & ſic one-
ra perpetua nõ computantur ad effectum re-
gulæ de valore Guidobon. deciſ. 19. qui con-
cordantes allegat, & exemplificat in vno, qui
contendebat annullare penſionem quamdam
100. ducatorum ſub prætextu, quod d. penſio
fuiſſet reſeruata cum clauſula, dummodo non
excedat medietatem fructuum, Vnde cum di-
ctum beneficium eſſet grauatum onere perpe-
tuo 400. ducatorum videbatur quod compre
henſo d. onere beneficium mediante dicta pen
ſione eſſet grauatum vltra dimidiam valoris
expreſsi 800. ducatorum: Et tamen fuit ſal-
uata penſio ſupradicta ratione videlicet, quia
in valore expreſſo non comprehendebatur il-
lud perpetuum onus ſcutorum 400.
66 Tertio eſt aduertendum quod † exceſsiuus
valor beneficij contra impetrantem cum ex-
preſsione minoris valoris nõ probatur ex in-
ſtrumentis locationum bonorum dicti benefi-
cij, & cædulis receptionum, & ſolutionum ar-
rendamenti, & cum duobus teſtibus ſimplici-
ter deponentibus per 10. annos ſcire fructus
aſcendere ad ducentos, vel trecentos aureos,
& duobus idem dicentibus de publica voce,
& fama, & alijs idem dicentibus de auditu,
& quod ita credunt Guidob. deciſ. 144.
97 Quarto aduertendum eſt quod † teſtes de-
ponentes de valore debent ſcire qualitatem
beneficij de cuius valore deponunt, ſecus ſi il-
lum ignorent, quia tunc non probant, vt fuit
deciſum per Rotam in vna Anconitana terra-
rum 17. Martij 1589. coram Cardinale Plato
quæ loquitur de teſtibus deponentibus de va-
lore vnius prædij ſuper quo aderãt plura ędi-
ficia, & ipſi ignorabant ea, & eorũ qualitates.

Duodecimo extenditur principalis conclu-
68 ſio, vt procedat quamuis † in ſupplicatione
in forma iuris ſub narratiua plurium delicto-
rum adſit clauſula (ſi de præmiſſis ſeu altero
eorũ conſtiterit, &c.) quia ſi verba illa, ſeu al-
tero eorum, &c. ſint caſſata prout fieri ſolet
non ſufficit vnum delictum verificare, ſed om-
nia delicta narrata ſunt iuſtificanda Stafil. de
ſignat. iuſtit. §. & primo ſciẽdũ n.2. Sarnen. in
regul. de ſubrogan. quæſt. 7. verſ. item ſcien-
dum. Et fuit reſolutum in vna Oſcen. Archi-
diaconatus 19. Octobris 1601. coram Hora-
tio Cardinale Lancelotto, vbi etiam habetur
an ſit neceſſaria plena probatio.

Decimo tertio extendi debet, vt habeat lo-
cum etiã ſi Papa prouiderit de prioratu qua-
tenus per ſæculares obtineri conſueuerit in
titulum, ſin autem per regulares ſi commen-
dari conſueuiſſet in commendam; Quia tene-
69 tur impetrans † iuſtificare gratiam in vno ex
dictis modis; Quia cum Papa reſpiciat vſum
beneficij, an ſit ſolitum regi per ſæculares, vel
regulares ſi neutrum ſit probatum non poteſt
impetrans obtinere l.2. ff. de probat. cap. ad
aures de reſcript. Maxime ſi ex altera parte
fuit probatum Prioratum ſolitũ regi per Mo-
nachos regulares iuxta c. cũ de beneficio de
præben. lib.6. Et licet illa verba Papæ ſint di-
ſtributiua quoad titulum, vel commendam, ta
men quo ad vſum probandi, An ſit ſolitum te-
neri per regulares, vel ſæculares, ſunt condi-
tionalia, quæ neceſſario ſunt probanda ab im-
petrante, Ita fuit reſolutum in vna Aretina
Prioratus 24. Ianuarij 1560. coram Oradino
quæ habetur in manuſcriptis diuerſorum
deciſ. 173.

Decimoquarto extenditur, vt procedat e-
70 tiam ſi penſio fuerit † reſeruata cum clauſula
(dummodo omnes penſiones ſimul non exce-
dãt, &c.) quia ſiue hęc clauſula importet con-
ditionem ſiue modũ ad tradita per Tiraquel.
de retract. lign. §.8. gloſ.8. Gabr. conſ.5. n.3.
lib.1. & per Mandoſ. in regul. de iure quæſi-
to non tollen. quæſt. 2. Attamen ad effectum
iuſtificationis narratorum in gratia nihil in-
tereſt, quia vtroque caſu ſunt iuſtificanda nar
rata ab eo, qui intentionem ſuam fundat in
gratia iuxta doctrinam Ioã. Andr. in cap. 1.
vt lit. non conteſt. & Felin. in cap. conſtitu-
tus in princip. de reſcript. cum vulgar. Et ita
fuit reſolutum in vna Paduana penſionis 28.
Iunij 1581. coram Rubeo, & in vna Meleuita-
na penſionis 27. Iunij 1597. coram Litta, & in
vna Carpentoraten. pẽſionis 15. Martij 1602.
coram Horatio Card. Lancelotto. In qua iſtud
fuit declaratum procedere quãdo modus, vel
cõditio apponitur reſeruationi, ſecus ſi appo-
71 natur poſt † reſeruationẽ puram, & adijciatur
clauſula (etiã ſi ſuper illis aliæ pẽſiones reſer-
uatæ exiſtãt,) quia tũc hæc clauſula limitatur
ſiue modificatur per clauſulã (dummodo om-
nes penſiones huiuſmodi medietatem fructuũ
non excedant,) & onus iuſtificandi dictã con-
ditionem non ſpectat ad penſionarium, niſi ti-
tularis oſtendat, quod adſint aliæ penſiones
antea reſeruatę: Hæc namque clauſula (dum-
modo, &c.) in tali caſu reſpicit ſolum alias pẽ
ſiones quatenus adſint, quod etiam alias an-
nuit Rota in cauſa Monopolitana penſionis
13. Iunij 1597. coram Orano.

Idem eſt dicendum de clauſula (dummodo
remaneãt centum pro Rectore,) Nam ea ſtã-
72 te qui † agit ad penſionem debet iuſtificare
quod

quod remaneant Rectori centum Mohed. de-
ciſ. 148. alias 3. de teſtib. in fine,& fuit reſo-
lutũ in vna Cluſina pẽſionis 9. Decẽb. 1573.
coram Cardinale Lancelotto,& in vna Oppi-
den. penſionis 3. Iunij 1585. coram Cardina-
le Pamphilio. Et hoc procedit non obſtante
73 poſſeſsione exigendi penſionem, quia † hæc
non ſuffragatur niſi reſpectu ſolutionis, quæ
non poteſt retardari, donec per tres ſentẽtias,
& rem iudicatam cauſa fuerit determinata;
ſecus ſi de nullitate pẽſionis in petitorio tra-
ctetur, nam prædicta quaſi poſſeſsione nõ ob-
ſtante adhuc debet aſſumere onus probandi
validitatem reſeruationis penſionis, vt ſentit
Gig. de pẽnſ. quæſt. 47. Mohed. deciſ. 158. &
tenuit Rota in vna Salamantina pẽſionis 26.
Martij 1593. coram Gipſio. Niſi is, qui pen-
74 ſione fuit grauatus † dictæ penſioni conſenſe-
rit; Nam hoc in caſu contra eum etiam exe-
cutiuè poterit procedi ſine iuſtificatione lit-
terarum; Maxime ſi ſe obligauit in forma Ca
75 meræ dũmodo gratia † ſit pura, quia ſi conti-
neat conditionem, vel modum conſenſus reci-
pit eamdem conditionem, vel modum, & non
liberat ab onere iuſtificãdi, vt fuit reſolutum
per Rotã in vna Aretiña plebis 28. Iunij 1600.
coram Cardinale Millino.

Decimoquinto extẽditur, vt locum habeat
76 etiam reſpectu clauſulæ † (prout hactenus cõ-
ſuetum extitit, &c.) quia hæc narratiua prout
illa (iuxta ſolitũ,) & ſimiles, quando ſtat con-
ditionaliter ſcilicet quatenus ſit conſuetum
eſt verificãda, vt gratia ſuffragetur Aret. conſ.
76. n. 5. Felin. in c. 2. n. 11. verſ. aliquando de
reſcript. Dec. conſ. 63. n. 6. conſ. 361. num. 1. &
conſ. 374. n. 4. Ripa reſponſ. 5. n. 5. Rebuf. conſ.
92. n. 4. & facit deciſ. 665. lib. 3. par. 3. & de-
ciſ. 534. ſub n. 6. verſ. nec in contrarium par.
77 1. diuerſ. Secus quando ſtat cauſatiuè † ſcili-
cet (quia conſuetum,) nam hoc caſu, quamuis
non verificetur, nihilominus gratia ſeu con-
ceſsio eſt valida, Bart. in l. eum qui, §. Iulianus
nu. 1. ff. de conſtit. pecun. & in extrauagãti ad
reprimendum in verbo, prout, nu. 2. Caſtren.
conſ. 17. n. 2. lib. 2. Ripa d. reſponſ. 5. n. 6. Felin.
in d. c. 2. n. 10. verſ. ſed certe, & n. 11. verſ. ali-
quando; & ibi Ant. de Burgos n. 86. & ſeq. de
reſcript. Curt. Iun. conſ. 97. n. 4. Gram. deciſ.
59. n. 22. 23. & 24. Rota deciſ. 27. n. 2. & deciſ.
40. n. 3. & deciſ. 36. n. 8. 9. & 15. par. 2. diuerſ.
78 Conditionaliter autem † dicitur ſtare, quan-
do refertur ad aliquod incertum, & cauſatiuè
quando ad aliquod certum, vt declarat Bolo-
gnet. in l. edita n. 141. C. de eden. vbi dicit ita
* intelligẽdam eſſe cõmunem *ſentẽtiam Bart.
in d. extrauaganti ad reprimendum in d. ver-
bo prout n. 2. Et hanc quoque diſtinctionem
tenuit Rotã in vna Baren. Iuriſdictionis 16.
Februarij 1609. corã Coccino, vbi ex ſtructu-
79 ra verborum apparebat, quòd dictio † prout,
referebatur ad verbum imperſonale exercere,
& non ad verbum perſonale concedimus, vel
declaramus, & propterea fuit dictũ quod de-
bebat accipi conditionaliter, vt diſtinguit tex.
in cap. Abbate Sancti Siluani de verb. ſignif.
cum enim adiũgeretur verbo imperſonali in-
finitiuo, quod non habebat certum numerum,
& perſonã infinitiuè intelligebatur, quod cum
eſſet incertum, ei additum non poterat ſigni-
ficare rem certam, & ideo neceſſe erat intelli-
gere illam dictionem cõditionaliter, Io. Andr.
in d. c. Abbate n. 6. Hoſtien. n. 13. Card. ibidem
in §. contra quod, num. 2.

Decimoſexto extendi debet, vt procedat e-
tiam vbi agitur coram executore, & de alicu-
ius præiudicio tractatur, vel in litteris adſunt
clauſulæ ſonantes iudicialem indaginẽ, vt eſt
80 clauſula (vocatis † vocandis,) quæ facit execu-
torem de mero mixtum, Felin. in c. de cætero
n. 9. & 10. de re iudic. Rota deciſ. 30. eod. tit.
in nouis. Hoc enim caſu executor tenetur aſ-
ſumere partes Iudicis, nec ſufficit extraiudi-
cialis narratorum iuſtificatio, vt per Doct. in
cap. fin. & ibi Felin. n. 17. & 24. & 33. de præ-
ſumpt. Dec. conſ. 173. n. 2. & conſ. 233. nu. 1.
Card. conſ. 63. & pluries tenuit Rota, & ſignan
ter in vna Mediolanen. Parochialis 16. Mar-
tij 1588. coram Cardinale Plato, & in termi-
nis gratiæ, ſi in euiden. in vna Leodien. cen-
ſus 29. Ianuarij 1596. coram Orano, & 15. Ia-
nuarij 1597. coram Corduba nunc Epiſco-
po Pacen.

Decimoſeptimo extendi debet, vt locum
habeat etiam in gratia, ſi neutri, quia cum ſit
noua prouiſio, & conſequenter debeat conti-
nere omnes illas expreſsiones, quæ debent de
iure fieri in alijs gratijs beneficialibus, ac ſi
81 de nouo impetrarentur, in ea debent † iuſti-
ficari omnes qualitates beneficij, & modus va
cationis, & alia in impetratione beneficiorũ
requiſita, Felin. in cap. in noſtra n. 17. de re-
ſcript. poſt Rotam deciſ. 24. eod. tit. in nouis
Sarnen. in regula de annali quæſt. 28. verſ. præ-
terea, quia gratia ſi neutri, &c. Et cum hæc
gratia non poſsit ſtare ſine lite, ipſa quoque
82 lis † verificari debet, ad gloſ. in reg. 32. Can-
cellaria, pagin. finali, in princip. Rota dicta
deciſ. 24. de reſcript. in nouis.

Decimooctauo extenditur, vt procedat etiã
reſpectu breuis de capienda poſſeſſione nomi-
ne Cameræ, quia cum intentio, & mens Papæ
83 fundetur in reſeruatione, propter † quam hu-
iuſmodi Breuia conceduntur, ipſa reſeruatio
iuſtificanda eſt, cum ſubintelligatur clauſula
(quatenus preces veritate nitantur) l. 1. & per
tot. C. de precib. Imper. offeren. Et quidquid
84 ſit quando in Breue † non adeſt clauſula (con-
ſtito, &c.) quo caſu ſufficit quãdocũque doce-
re de reſeruatione; Attamen ſi breue habet
85 clauſulam prædictam, vel æquipollentẽ † prius
de reſeruatione cõſtare debet, quàm ad vlte-
riora procedatur, Rota deciſ. 659. n. 2. lib. 3.
p. 3. diuerſ. Vnde quãuis Breue cõtineat clau-
ſulã (cõſtito quòd defunctus obierit in poſſeſ-
ſione Sede Epiſcopali vacante, vel in tali men
ſe reſeruato;) tamen cum hæc clauſula intelli-

gatur

gatur itavt inde inducatur reſeruatio , licet
probetur obitus defuncti in dicto menſe , vel
Sede Epiſcopali vacante, ſi tamen beneficium
non eſt reſeruatum, Breue non dicitur inſtifi-
catum, vt poſsit executioni demãdari,vt fuit
reſolutum in vna Salamãtina Canonicatus de
anno 1572. coram Oradino, & in vna Vicen-
tina beneficij Sancti Martini 21. Februarij
1600. coram Cardinale Pamphilio .

86 Hinc eſt , quòd ſi vigore † huiuſmodi Bre-
uis non iuſtificata reſeruatione Iudex proce-
dat ad executionem,dicitur nulliter procede-
re,& eiecto à ſua poſſeſsione datur reſtitutio,
vt tenuit Rota in ſupra allegata Vicentina be
neficij coram Cardinale Pamphilio,& deinde
in 2. inſtantia 10. Decembris 1600. coram
87 Sacrato. Quod procedit † etiam ſi in Breue
adeſſet clauſula abſque vitio ſpolij, quia tan-
quam acceſſoria recipit cõditiones Breuis, &
intelligitur quatenus Breue ſit iuſtificatum,
Put decıſ. 1. lib. 2. Et fuit tentum in vna Cor-
buben. portionis 15. Nouembris , & 10. De-
cembris 1577. coram bo.me. Io Baptiſta de
Rubeis,In qua fuit dictum,quòd ad excluden
dum ſpolium huiuſmodi Breue eſt iuſtifican-
dum, non obſtante dicta clauſula , præſertim
vbi actor probauit intentionem ſuam , & ſic
vtrumque extremum, quo caſu Reus, & poſ-
ſeſſor tenetur plene ſuam exceptionem pro-
bare, ac ſi ageretur ad canonizationem gra-
tiæ Mohed. decıſ. 158. Et quòd aliter non iu-
ſtificato Breue dicatur cauſatũ ſpolium reſti-
tutibile optime facit decıſ. diuerſ. 356. par. 3.
lib. 3.

88 Sed iſtud intelligitur † quotieſcunque eie-
ctus habet ſe pro ſpoliato , ſecus ſi non habet
ſe pro ſpoliato, quia tunc ſi cauſa appellatio-
nis committitur parito Breui arbitrio Rotæ,
&c.abſoluitur à cenſuris ad beneplacitum, &
datur ei manutentio,vt ſeruatum fuit in cau-
ſa Barchinonen. beneficij 23.Februarij,& 19.
Iunij 1600. coram Cardinale Pamphilio , &
alias ſæpius .

Decimonono extenditur , vt locum habeat
etiam ſi in litteris adſit clauſula ſublata &c.
89 Nam ſola hæc † clauſula non operatur,vt de-
fectus obreptionis opponi nequeat, vt tenuit
Rota in vna Calaguritana Iuriſdictionis 30.
Maij 1580. coram Rubeo; Sicuti enim verba
90 illa †, quòd de ſubreptione,& obreptione di-
ci non poſsit , quando per ſe ſola ſunt poſita
abſque clauſula ſublata in gratia conceſſa ad
poſtulationem partis,& non motu proprio,nõ
operantur,vt defectus ſubreptionis opponi nõ
poſsit , Put. decıſ. 212. lib. 2. ea ſcilicet ratio-
91 ne, quia † huiuſmodi clauſula intelligitur ve-
ris exiſtentibus narratis, vt ſunt iura clariſſi-
ma,cap. 2. de reſcript. l. fin. C. de diuerſ. re-
ſcript.pari ratione clauſula huiuſmodi ſubla-
ta poſita in gratia,non ad poſtulationem par
tis,tanquam acceſſoria recipit eamdem inter-
pretationem, facit gloſ. in l ſi patronus §.pa-
tronum in verb. faciam. ad fin. ff. ſi quid in
frand. patron. vt per Dec. conſ. 142. in fine
n. 9. Idque præſertim obtinet,vbi eſſet detecta
92 ſubreptio †, quia tunc clauſula, ſublata non
operatur , vt fuit dictum in allegata Calagu-
ritana Iuriſdictionis ex doctr. Abb. in cap. 1.
n. 8. de confirm. vtil. vel inutil.

Sed quamuis narrata in gratia regulariter
ſint verificanda, vt ſupra dictum fuit;Nihilo-
minus hæc concluſio multiſariam limitatur.
Et primo reſtringi debet , vt non procedat
93 quo ad narrata,ſeu, vt melius † dicam expreſ
ſa in gratia his verbis (vt aſſeritur) nam iſta
non ſunt iuſtificanda,cum dicta verba non re-
ferantur parti, Rota decıſ. 60. de reſcript. in
antiquis Biſignet. decıſ. 6. de præben. Caſſad.
94 decıſ. 4. n. 8. de probation. Idem eſt † dicen-
dum de verbis (ſicut accepimus)vel (ſicut in-
telleximus) quia non referuntur parti,& ideo
nihil eſt verificandum Rota diuerſ. decıſ. 447.
n. 1. par. 1. Præſertim ſi ſint poſita in gratia
motu proprio Put. decıſ. 101. lib. 3. Guido
bon. decıſ. 161. Achil decıſ. 10. n. 1. de probat.
Et fuit tentum in vna Meten. Monaſterij 21.
Februarij 1600. coram Litta .

Secundo debet reſtringi, vt non habeat lo-
95 cum reſpectu † intruſionis narratæ in ipſa gra
tia, quæ iuſtificari non debet, cum fiat prop-
ter intereſſe Cancellariæ, Ita tentum in vna
Pampilonen. Prioratus de Artaxona 18. Iunij
1599. coram Cardinale Pamphilio.

Tertio reſtringi etiam debet,vt non proce-
96 dat,quãdo † pro narratiua ſtat iuris præſum-
ptio , quia tunc impetrans non tenetur illam
verificare,Rota decıſ. vlt. de probat. in nouis,
& decıſ. 5. de reſcript. in antiquis,Caſſad. de-
cıſ. 5. in fine ſuper regul. Felin. in cap. cum in
noſtra in 4. corollar. de reſcript. & in c. dile-
ctus n. 1. eod. tit. Vnde ſi narro beneficiũ eſſe
ſæculare, talis narratio non eſt iuſtificanda,
97 quia de † iure omnia beneficia præſumuntur
ſæcularia , Rota decıſ. 2. de præben. in nouis
ſub num. 2. Niſi Papa prouiderit de beneficio
quatenus per ſæculares obtineri conſueuerit,
quia tunc cum reſpiciat vſum beneficij, an ſit
98 ſolitũ regi per ſæculares,& verba † ſint condi-
tionalia, neceſſaria eſt iuſtificatio, Anchar. in
c. cum de beneficio. in princ. verſ. ſecũdo noto
de præben. in 6. Simili quoque modo, ſi narro
99 beneficium † non eſſe curatũ, ſed ſimplex , &
reſidentiam perſonalem non requirere , iſta
narratiua non eſt probanda, quia de iure be-
100 neficium † ſimplex præſumitur,& ſimplicia ex
vniuerſali conſuetudine regulariter reſiden-
tiam non expoſcunt , licet ex ſpeciali conſue-
tudine illã poſſint requirere, Ægid. decıſ. 675.
incip. ſi impetrans per cap. fin. de præben. Sta-
fil. in 2. parte in tit. de qualit. & ſtat. bene-
fic. in princip. Rota diuerſ. decıſ. 17. n. 1. par.
1. & fuit dictum in vna Conchen. de Vellez.
coram Cardinale Lancellotto. de anno 1582.

Quarto reſtringitur , vt non habeat locum
101 quotieſcunque † agitur de iuſtificatione nar-
ratorum in Breue derogationis fideicõmiſſi,
vel

vel reductionis cenſuum, vel alterius gra-
tiæ, quæ per longiſsimam tempus, hoc eſt tri-
ginta annos, appareat obſeruata, & execu-
tioni demandata, nam tunc non eſt neceſſa-
ria aliqua inſtificatio, cum illa præſumatur
ex obſeruantia ſubſequuta, ita tenuit Rota
in multis cauſis, & ſignanter in vna Roma-
na prætenſorum cenſuum 13. Maij 1596.
coram Cardinale Blanchetto, & de anno
1578. in vna Lucana Decanatus coram fel.
record. Clemente Papa Octauo tunc Rotæ
Auditore, quæ habetur in par. 1. diuerſ. de-
ciſ. 534. Idem in terminis narratiuæ vnionis
fuit reſolutum in vna Portalegren. Parochia-
lis 15. Iannarij 1590. coram Orano, & in
vna Romana Domus 11. Maij 1592. coram
Cardinale Millino: Et in terminis narrati-
uæ reſeruationis penſionis in vna Bononien-
penſionis 17. Maij 1593. coram eodem Mil-
lino. Etenim ex generali obſeruantia, vbi non
102 intrat regula de triennali, per quam † poſ-
ſeſſor aduerſus omnes eſt tutus titulo ſuo, nec
iuſtificare aliquid tenetur, vt per Sarnen. ad
dict. regul. qnæſt. 11. Achil. deciſ. 14. de
probat. ad præſumendam iuſtificationem
103 gratiæ, Rota † requirit triginta annos, nec mi-
nori tempore contentatur, vt fuit dictum in
dicta Lucana Decanatus, & in vna Lauden.
penſionis 29. Martij 1599. coram Penia, & in
vna Nerotinen. penſionis 24. Maij 1602. co-
ram Ludouiſio, in qua fuit firmatum non ſuf-
ficere quaſi poſſeſſionem transferentis, quam-
uis excedat 10. annos, niſi aſcendat ad 30.
Et ad tradita per Abb. & alios in cap. cum
veniſſent de inſtit. quæ in contrarium allega-
bantur, fuit reſponſum, quòd in caſu d.c. Ar-
chiepiſcopus agebat contra Archidiaconum,
& Archidiaconus ſe defendebat titulo præ-
ſumpto ex confeſſione ipſius Archiepiſcopi,
ideo nil mirum ſi Archiepiſcopus tenebatur
probare defectum tituli: Et quæ dicebantur
de decennali poſſeſsione ex allegatione Lapi
89. reducta ad triennium, fuerunt ſublata ex
eo, quia fundantur in tolerantia Ordinarij,
qui cum viſitando inquirat de titulis, non eſt
veriſimile, quòd permittat aliquem poſside-
re ſine canonico titulo, vt in dicta allegatio-
ne dicitur; & tradit Caſſad. deciſ. 2. de cauſ.
poſſeſ. & propriet. & deciſ. 8. ſuper regul. Eo-
dem modo fuit reſponſum ad conſil. Anchar.
117. dum dicit præſumi diſpenſationē ex cur-
ſu decem annorum, quia hoc etiam videtur
fundari ſuper tolerantia Ordinarij, ad cuius
officium ſpectat cognoſcere de huiuſmodi di-
ſpenſatione, vt per Felin. in cap. illud n. 9. de
præſcript. Vltra quòd loquitur quando cum
tempore concurrit communis reputatio.

Quinto eadem cōcluſio reſtringitur, vt non
104 obtineat, quādo † Princeps non vult ſuas litte-
ras poſſe impugnari, & quòd de ſubreptione,
& obreptione illarum dari poſsit cum clauſu-
la (ſublata, &c.) Quia licet hæc clauſula, quòd
de ſubreptione, &c. quando ſola eſt poſita in
105 litteris non releuet impetrantē ab onere † iu-
ſtificandi, cum intelligatur veris exiſtentibus
narratis, Put. deciſ. 213. lib. 2. Secus tamen
eſt, quādo eſt iuncta cū clauſula (ſublata, &c.)
quia tunc obtinens gratiam non adſtringitur
106 ad † verificationem narratorum, cum clare ap-
pareat de intentione Papę volentis tollere vi-
tium ſubreptionis, & obreptionis adimendo
parti, & Iudici facultatem aliter interpretan-
107 di, & iudicandi, etiam quòd verſemur † in
gratia ad poſtulationem partis, Put. deciſ.
377. lib. 3. & ita declarādo tradita per Card.
& alios in cap. quia diligentia, de elect. tennit
Rota in ſupraallegata cauſa Calagurritana iu-
riſdictionis ſub die 30. Maij 1580. coram Ru-
beo, & alias ſæpe, vt in Mediolanen. bonorum
2. Decembris 1585. corā Cardinale Seraphi-
no, & in Nouarien. Canonicatus 12. Februa-
rij 1593. coram Cardinale Pamphilio, & in
Pampilonen. Archidiaconatus 19. Martij eiuſ-
dem anni coram eodem.

108 Et hæc quidē limitatio locū habet † quam-
uis non adſit clauſula, (quod de ſubreptione,
&c.) ſed adſint aliæ clauſulæ æquipollentes, vt
de clauſula (quòd non poſsit cōtraueniri) fuit
dictū in allegata Mediolanen. bonorū corā Se-
raphino, & tradit Pariſ. cōſ. 3. n. 85. & ſeq. lib. 4.

Rurſus procedit etiam ſi clauſula (ſublata,
109 &c.) ſit poſita in fine, quia † reſpicit totam gra
tiam, & refertur ad omnia præcedentia, l. talis
ſcriptura §. fin. & ibi Bart. & Doct. de leg. 1.
Dec. in c. cum requiris nu. 10. de appellat. Ro-
man. cōſ. 480. n. 7. Gabr. in tit. de clauſul. con-
cluſ. 9. Præſertim quando non poteſt aſsignari
diuerſa ratio, cur magis referatur ad vnum
capitulum, quàm ad aliud, Dec. in d. cap. cum
requiris nu. 3. & fuit dictum in vna Aretina
commendæ 19. Iunij 1587. coram Orano, vbi
hoc fuit ampliatum procedere etiam ſi duæ
110 ſint gratię. Vnde iūgitur † cum clauſula, (quòd
de ſubreptione, &c.) etiāſi plura adſint inter-
media, vt fuit reſolutum in eadem Aretina
19. & 30. Ianuarij 1587. coram Cardinale
Seraphito, & in vna Placentina penſionis 8.
Martij 1593. coram Penia, in qua fuit dictum
111 non eſſe neceſſarium iſtas clauſulas † ſimul
vna verborum ſtructura collocare, cum ſatis
ſit in eadem ſupplicatione, & litteris conti-
neri, vt ſuum operentur effectum Iaſ. in l. fin.
num. 3. ff. quod quiſque iur. Socin. Iun. conſ.
78. num 38. lib. 3.

Tertio eadē limitatio extenditur, vt etiam
procedat poſteaquam apertum eſt os parti:
Quia oris aperitio dat ſolum facultatem im-
pugnandi gratiam, non autem tollit ipſam
gratiam, in reliquis, nec virtutem clauſulæ,
quòd de ſubreptione, &c. nec aliarum clau-
ſularum æquipollentium, & conformatoria-
112 rum; Et conſequenter non † adſtringit par-
tem ad verificationem narratorum, ſed onus
probandi incumbit alleganti ſubreptionem
l. ſi quis obrepſerit ff. de falſ. Aym. conſ. 68.
num. 9. cum alijs per Caputaquen. deciſ. 220.

Digitized by Google

num.2.par.1. Affliĉt. deciſ.128. n.13. verſ. & licet,& nu.14. & fuit deciſum per Rotam in vna Romana de Gabrielis, 12. Nouembris 1595.coram Orano, & alias ſæpius,vt in Romana domorum 19.Maij.de eodem anno coram Litta In Pampilonen.Archidiacontus 19. Martij 1593. coram Cardinale Pamphilio, & in vna Burgen. pẽſionis 24.Nouembris 1595. coram Cardinale Blanchetto.

Animaduertendum tamen eſt, quòd hæc limitatio vendicat ſibi locum dumtaxat,quando adeſt clauſula (ſublata,) vel aliud decretũ prohibitiuum, & priuatorium facultatis aliter iudicandi, iuxta tradita per Card.& alios in cap. quia diligentia de elect. Secus ſi adſit clauſula (ſicque in præmiſsis iudicari debeat per quoſcunque) quia cum huiuſmodi mandatum non ſit prohibitiuum aliter iudi-
113 candi, intelligitur veris † exiſtentibus narratis, & conſequenter licet concurrat clauſula, (quòd de ſubreptione,&c.)nihilominus gratia erit iuſtificanda, cum ceſſante decreto prohibitiuo huiuſmodi clauſulæ tanquam acceſſoriæ
114 regulentur † ſecundum naturam gratiæ principalis, clemen. 1. in fine de præben. Dec. conſ.304. n.7. Ferret. conſ.365. nu.13. lib.2. Vnde ſicut principalis gratia non intrat, niſi verificatis narratis per impetrantem, ſicque reſpectu illius ſubintelligatur clauſula(ſi preces veritati nitãtur,) iuxta cap.2.de reſcript. merito, & idem dicendum eſt reſpectu dictarum clauſularum, non obſtante quòd verba ſint præceptiua,quia non prohibent aliter iudicari, vbi per impetrantem narrata non ſint verificata, prout operatur (clauſula ſublata;)Ita in terminis fuit deciſum per Rotam in vna Hiſpalen. beneficij de Xeres 6. Nouembris 1602. coram Litta.

Sexto eadem concluſio reſtringitur, vt non procedat contra ipſum impetrantem, quia
115 ſupplicans, vel impetrans † gratiam cenſetur fateri omnia in ſupplicatione contenta, ſicut & libellans, & ideo contra illum non eſt neceſſaria aliqua iuſtificatio l. cum precum C. de liber. cau. Io. Andr. in cap. fin. de iure iurand. lib. 6. cuius dictum * communiter approbari dicit Barb. conſ.18. num.40. lib.2. & probatur in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. in illis verbis,quæ in libello complexus es, & in l. rura C.de agr. deſert. lib.11. Et quòd con-
116 feſsio facta † in ſupplicatione præiudicet ſupplicanti, & ei qui gratiam impetrauit vult etiam Rom. conſ.23. in princ. Dec.conſ.273. in princip.& cõſ.534.n.4.verſ.& in hoc Ægid. deciſ.690. num. 8. in fine, & tenuit Rota deciſ. 266. num.4. par.2. diuerſ. & in vna Salamantina Cappellaniæ coram Puteo, vt in eius deciſ.125. lib. 2. vbi confeſsio facta in narra-
117 tiua ſupplicationis † de iurepatronatus, nocet confitenti, etiam ſi poſtea in clauſulis dicatur conditionaliter,& quatenus ſit de iurepatronatus, &c. cum talis clauſula cenſeatur appoſita ad effectum, vt pro parte, vel in totum derogatio fieri debeat,non autem,vt cenſeatur receſſum à præcedenti confeſsione iuriſpatronatus. Idem fuit reſolutum in vna Meliten. Abbatiæ 27. Aprilis 1592. coram Gipſio, Vbi is contra quem certo modo impetratum fuerat beneficium ſuccubuit, quia conſtitit, quòd in quadam ſupplicatione per
118 eum † porrecta pro obtinenda abſolutione explicitè narrabat, ſe ante legitimam ætatem fuiſſe promotum ad ſacros ordines.

Declaratur tamen hæc limitatio, vt non
119 procedat reſpectu tituli † aduerſarij, qui ex confeſsione facta à reo in ſupplicatione non probatur, ſed aliunde de iure eius Canonico conſtare debet Rota deciſ.2.num.4. de lit.
120 conteſt.per Biſignet. Niſi actor vellet † ſuum ius,quod erat dubium ex cõfeſsione facta per reum de titulo ſuo iuuare, quia tunc bene poſſet,vt probat gloſ.in c.pen.in verbo ſi non appareat, de reſcript. quàm alibi non reperiri dicunt appoſtillantes ibidem.

Sed intellige hanc declarationem veram in petitorio: Secus in poſſeſſorio; Nam confeſsio
121 aduerſarij † reſpectu tituli quãuis qualificata ſufficit pro titulo colorato in interdicto recuperandæ, vt tenuit Rota de reſtit. ſpoliat. deciſ.17.& 19.in nouis Caſſad.deciſ.1. ſuper regul. Sarnen.in regul.de trien. quæſt.36. & 55. Mil.in repert. in verbo poſſeſsio recuperandę.
122 Et in terminis vnionis,quòd vnio†probetur ex confeſsione aduerſarij confitentis factã fuiſſe vnionẽ,licet ſubdat illam reuocatã fuiſſe, tradit Oldr.conſ.296.verſ.ſecũdo per cõfeſsionẽ Caputaqu.deciſ.344.n.4.par.3.Mohed. deciſ. 337. & fuit reſolutum in vna Aquilana Sancti Spiritus coram Robuſterio de anno 1576.

Septimo reſtringitur, vt non habeat locum
123 in † narratiua, quæ potius debuit retrahere Principem ad concedendum, quæ non debet verificari, Ægid. deciſ.4. Rota deciſ.213. poſt n 1. verſ. & quamuis par.1. diuerſ.

Octano reſtringitur,vt nõ procedat,vbi in lit-
124 teris†dicitur aliquẽ eſſe approbatũ, & idoneũ repertum, quia non eſt neceſſaria talis narratiuæ iuſtificatio, cũ ſuper ea ante expeditionẽ recipiatur probatio, ſicuti habito prius voto Dominorũ Abbreuiatorũ Parci minoris Rota reſoluit in vna Brixien.Parochialis 11. Februarij 1582.corã bo.me. Cardinale Lancelotto, & deinde in vna Valliſoletana Scolaſticæ 17.Iunii 1603.corã Horatio Card. Lãcelotto.

Nono reſtringi debet,vt nõ obtineat quan-
125 do plura † narrantur, quorum vnum eſt ſufficiens ad impetrandam gratiam, quia eo probato gratia ſubſiſtit, licet alia non verificentur, vel falſa exiſtant, Ægid. deciſ. 280. Felin. in cap.2. num. 23. de reſcript. vbi Ripa num. 58. Put. deciſ. 69. lib. 2. & deciſ. 193. lib. 1. Rota deciſ. 7. de reſcript. in nouis, & fuit tentum in vna Romana Cenſus 13. Maij 1596. coram Cardinale Blanchetto, & in vna Biſuntina, ſeu Baſilien. vnionis 10. Maij 1602. coram Cardinale Seraphino, & rurſus

in

in vna Salamantina Iuriſdictionis 17. Maij
1577. coram eodem.
126 Hinc eſt, quòd quando impetrans † pure, &
diſpoſitiue aſſerit vnum ex pluribus modis
vacandi, tunc quia omnes alij cenſentur eſſe
negati, ſatis eſt probare vnum modum, qui
ſufficiat, quia ſtatim quòd firmauit vnum
modum vacandi, impoſſibile eſt, quòd vacet
alio modo, Felin. in c. ex parte il primo n. 23.
de reſcript. Rota deciſ. 14. eod. tit. in nouis.
Ægid. deciſ. 734. & 415. & fuit tentum in vna
Lunen. Sarzan. Prioratus 9. Februarij 1590.
coram Cardinale Seraphino.

Aduerte tamen quòd quotieſcunque plura
exprimuntur, vt Papa inducatur facilius ad
127 gratiam concedendam, omnia † expreſſa re-
quirunt iuſtificationem, vt fatetur idem Ægid.
deciſ. 734. in fine, & deciſ. 4. Et tradit ita fuiſ-
ſe tentum per Rotam in c. inter cæteras n. 4.
& 15. de reſcript. Præſertim quando plura
128 exprimuntur ad aggrauandũ † perſonam poſ-
ſeſſoris, & agitur non ſolũ ad effectũ priuatio-
nis, verum etiã adiudicationis, quia tunc om-
nia ſunt iuſtificanda iuxta tex. in c. olim, de
reſcrip. & ibi gloſ. in verb. ad omnia, & Abb. n.
3. & fuit reſolutũ in illa Oſcen. Archidiacona-
tus 19. Octobris 1601. coram Horatio Cardi-
nale Lancellotto.

Rurſus aduerte, quòd limitatio non proce-
129 dit, quando ex pluribus † narratis vnũ venit
qualificatiue ad aliud; Nã hoc caſu vtrumque
eſt probãdum, vt in caſu dictę deciſionis Bur-
gen Canonicatus coram Ortembergo. Vbi in-
ſufficientia diſpenſationis fuerat expreſſa vti
qualitas narratæ illegitimitatis, & fuit reſolu-
tũ quòd omnino veniebat probanda ab impe-
trãte per Felin. in c. licet cauſam n. 40. de pro-
bat. & in d. c. ex parte il 1. n. 25. & ita per prius
fuit tentum in eadem cauſa ſub die 6. Martij
1606. coram Ludouiſio, ex traditis per Ripam
* in d. c. ex parte n. 65. qui teſtatur de * cõmuni.

Decimo ſupradicta regula reſtringitur, vt
130 non habeat locum † in narratiua, quæ conſi-
ſtit in facto proprio, quæ non eſt verificanda,
Clement. litteris, & ibi gloſ. in verbo feciſſe de
probat. Put. deciſ. 245. n. 2. lib. 1. Rota deciſ. 10.
de reſcript. in nouis, vbi quòd narrans tenere
beneficium à ſe creatum, & dotatum huiuſ-
modi creationem probare non tenetur; Sed
131 hoc fallit in narratiua † ætatis, quæ iuſtifi-
cari debet, licet in facto proprio conſiſtat,
Mohed. deciſ. 336. Caputaquen. deciſ. 114.
lib. 2.

Vndecimo reſtringitur, vt non procedat
132 quoad narrata † in gratia auctoris, quæ à ſuc-
ceſſore in beneficio non ſunt iuſtificanda, ſiue
vtatur dicta gratia agendo, ſiue excipiendo,
dũmodo tamen prædeceſſor virtute dictę gra-
tiæ fuerit pacificus poſſeſſor triennalis, iuxta
allegationem Lapi 89. & ratio eſt ſecundum
Achil. deciſ. 14. de probat. Quia ſicut præde-
ceſſor propter regulam erat tutus titulo ſuo,
nec tenebatur illum iuſtificare, ita nec ſucceſ-
133 ſor, ne magis grauetur, qui ſuccedit † in ius
alterius, quam grauaretur prædeceſſor ſi vi-
ueret, contra regulã, qui in alterius, de regul.
iur. in 6 Aliud eſt quãdo auctor non fuit triẽ-
nalis poſſeſſor, & eius ius reuocatur in dubiũ,
134 quia tunc ſucceſſor † tenetur illius gratiam
iuſtificare, Ægid. deciſ. 112. Caſſad. deciſ. 2. n.
2. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Rebuff. in praxi in
tit. de ſubrogat. n. 55. Caputaquen. deciſ. 92.
n. 1. in manuſcript. & fuit tentum in vna Fir-
mana beneficij 19. Iunij 1598. coram Penia.
135 Quod procedit etiam ſi de illa opponat † ex-
cipiendo tanquam de iure tertij ad excluden-
dum intentionem actoris, nam adhuc eam iu-
ſtificare tenetur, ac ſi principaliter fuiſſet de-
ducta in iudicio, vt Rota tenuit in eadem
Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram Car-
dinale Pamphilio In qua fuit dictum idem
fuiſſe reſolutum in vna Gerunden. Capellaniæ
maioris ſub die 17. Decembris 1574. coram
Cardinale Lancellotto, & in vna Iſpalen. Ca-
nonicatus coram Ioanne Cardinale Aldo-
brandino die 17 Maij 1557.

Duodecimo debet reſtringi, vt nõ procedat
reſpectu clauſulæ (attento conſenſu maioris
136 partis) poſitæ in Breui, quæ † non eſt verifi-
canda, cum ſtet cauſatiue nõ conditionaliter,
ex quo ſi conſenſus ante expeditionem Breuis
non fuiſſet præſtitus, Breue non fuiſſet expe-
ditum, ad Put. deciſ. 439. in fine lib. 1. Caputa-
quen. deciſ. 213. n. .. par. 1. in impreſſis, & de-
ciſ. 183. lib. 1. in manuſcript. Peregr. deciſ. 73.
137 lib. 1. Idem eſt dicendum † reſpectu clauſulæ
(cuius ad id expreſſus accedit conſenſus) in
reſeruatione penſionis poſitę, quæ ſimiliter nõ
eſt iuſtificanda, quia cum ſit concepta per ver-
ba præſentis temporis, ſtat cauſatiue, & oſten-
dit acceſſiſſe conſenſum illius de cuius inter-
eſſe agitur, l. cum ad præſens. ff. ſi cert. pet. l. ſi
ita legatum ſit, vbi Bart. not. in princip. ff. de
cond. & demonſtr. l. ſi ita ſtipulatus fuero, &
ibi Bart. ff. de verb. obligat Idem Bart. in l.
demonſtratio falſa. §. qui autẽ n. 2. verſ. quare
dico, & ibi Caſtr. n. 10. ff. de cond & demonſtr.

Aduertendum tamen eſt, quòd huiuſmodi
clauſula (cuius ad id expreſſus accedit cõſen-
ſus) aliquãdo poteſt intelligi conditionaliter,
iuxta tex. in c. Abbate ſane, de verb. ſignif. Ideo
pro declaratione Duo caſus ſunt diſtinguendi
ſecundum Rotam in vna Elboren. penſionis
17. Octobris 1595. coram Corduba. Primus eſt
quãdo dicta clauſula ponitur in litteris expe-
138 ditis, & tunc verba † non ſtant conditionali-
ter, ſed cauſatiue, quia regula Cancellarię 43.
expreſſe prohibet expeditionem litterarum
penſionis, niſi præſtito conſenſu, qua prohibi-
tione ſtante eſt præſumendum officiales Can-
cellariæ per quorum manus tranſeunt, non
expediuiſſe, niſi illo præſtito, & viſo. Et in
his terminis procedunt deciſiones ſupra al-
legatæ, nempe Peregrini, Putei, & Caputa-
quenſis.

Secundus caſus eſt, quando dicta verba non

Digitized by Google

139 ſunt poſita in litteris,ſed in † ſupplicatione,&
tunc ſtant conditionaliter,Put.deciſ.18. lib.2.
& deciſ.269.n.2.lib.3.Caputaquen.deciſ.120.
par.1.Ant.Aug.in Epitom.d.regul.43.Peregr.
deciſ.75.lib.1.Et licet ſint concepta in tẽpore
præſenti,tamen conſenſus poſtea prǣſtitus re-
trotrahitur ad illud tempus Caſſad. deciſ. 2.
de renunciat. in fine.

Sed animaduertẽdũ eſt,quod deciſiones al-
legatæ loquuntur in clauſula (accedẽte cõſen
ſu)& ſic concepta in ablatiuo abſoluto impor
tãte cõditionẽ,Et Put.deciſ.269.n.2.loquitur
in clauſula(de cõſenſu) quę ſtat conditionali-
ter.Vnde aliud videtur dicendum in clauſula
(cuius ad id expreſſus accedit conſenſus)quia
140 cum hæc †verba ſint prolata in tempore præ-
ſenti, nõ videntur poſſe ſtare conditionaliter,
quamuis ſint adiecta in ſupplicatione, ſed vi-
141 dentur ſtare cauſatiuè,quia conditio†in præ-
ſens,vel præteritum non confertur l.inſtitutio
talis §.fin.ff. de condit. inſtit.cum alijs ſupra
allegatis: Et licet aliquando impropriè verba
præſentis temporis importent conditionẽ;ta-
men materia ſubiecta non videtur pati iſtam
142 improprietatẽ,cum Papa†nõ ſoleat reſeruare
penſionem ſuper beneficio iam collato,niſi de
conſenſu beneficiati,Caſſad.deciſ.4.num.6.de
penſ.Put.deciſ.421.n.2.lib.1.Gabr. conſ.186.
n.22.lib.1.Quod etiã ſuadetur,quia,qui con-
143 ſentit †ſub cõditione non intelligitur conſen-
tire c.vnica in fine de ſponſ.in 6.l.qui promit-
tit de condit. indeb. l.pecuniam §.perinde ff.
ſi cert. pet. Ergo non poſſet dici , cuius ad id
expreſſus accedit conſenſus , ſi illa verba de
conditionali eſſent intelligenda.Maxime cum
talis conſenſus,quãuis non eſſet realiter præ-
ſtitus,nihilominus fingatur prǣſtitus in gratia
ipſa per fictionem,itaut quãdo poſtea præſta-
tur intentio Papæ dicatur adimpleta,vt vide-
mus in ſimili de eo, qui non habens mandatũ
porrexit preces,& tamen ſignantur per Papã,
vt per Mandoſ. ſuper regul.de infirm.quęſt.9.
144 n.4. & tunc intelligitur† perfecta gratia,quia
Papa petitionem attendit c. quoniam, de re-
nunciat. Caſſad. deciſ. 1. eod. tit.

Decimotertio reſtringitur, vt nõ procedat
145 reſpectu † cauſæ in gratia , ſeu reſcripto nar-
ratæ,quæ non eſt verificanda, quando conſtat
de re, cuius cauſa , vel demonſtratio dicitur,
niſi ſit talis, ſine qua impetrans gratiam non
obtinuiſſet, vel niſi ſit poſita ſub conditione,
Felin. poſt Innocen. in cap. 2. num.24.de re-
ſcript. Quod etiam comprobatur ex traditis
per Rotam deciſ. 36. nu.8.& 9. par.2. diuerſ.
146 Vbi voluit , quod ſi in priuilegio † habente
certam diſpoſitionem fiat mentio per dictio-
nes relatiuas de alijs priuilegijs , nõ eſt opus
vt illa appareant per conſ. Aret. 76. num. 5.
verſ. quibus præmiſſis . Ad hoc etiam facit
Oldr. conſ. 123. n.12. & 13. vbi inquit quod
147 ſi Princeps † concedit alicui fæudum ſub illis
verbis (quia ſicut genitor noſter tibi fæudum
conceſſit, ita & nos concedimus.) Vaſſallus
pro validitate ſecundæ conceſſionis non te-
netur oſtendere primam: Subdens quod cau-
ſa illa ſi vera non ſit non vitiat conceſsionem
niſi cauſa ſit talis , vt ea exiſtente falſa alias
Princeps non eſſet conceſſurus, ſed hoc dicen-
ti incumbit onus probandi, vt per Oldrad.
ibidem quem refert,& ſequitur Ioã.Andr. ad
Speculat. tit. de fæud.§. 1. n.3. Felin. in d.c.
2. n.11. de reſcript. Curt.Iun. conſ.97. nu.4.
verſ. idem tenuit,Grammatic. deciſ.59. n.27.
148 Decimoquarto reſtringitur,vt nõ † habeat
locum in narratiua , quæ conſiſtit in mente
vel animo impetrantis,itaut aliter probari nõ
poſſit,quia tunc non eſt neceſſaria iuſtificatio
ſed ſufficit eam probare per ſolum iuramen-
tum Bart.in l. inter omnes §. rectè ff. de furt.
Felin. in cap. accedens il 2. num. 13. vt lit.
non conteſt. Rota deciſ. 3. de reſcript. in no-
uis , & ratio aſſignatur per Dec. conſil. 256.
149 nu.9.quia in dependentibus† ab animo ſtatur
iuramento eius, de cuius animo, & propoſito
dubitatur,vt per gloſ.in §.aliæ Inſtitut.de act.
tametſi ſecũdum Ægid.deciſ.45.tale iuramen
tum non operetur præſumptionem iuris,& de
150 iure,itaut cõtrariũ probari †non poſsit etiam
* per inditia, & coniecturas, & eſt * communis
opinio Doct.in cap.ſtatutum de reſcriptis .
151 Decimoquinto reſtringitur quando † pro-
ceditur per executores Apoſtolicos quibus
committitur facultas aliquid faciendi, & lit-
teræ eis directæ non habent aliquam clauſu-
lam ſonantem in iudicialem indaginem , aut
conditionem quæ tacitè non inſit , nec agitur
de præiudicio alicuius , quia tunc non requi-
ritur aliqua iuſtificatio iudicialis, ſed execu-
tores , qui ſunt meri poſſunt extraiudiciali-
ter ſuper narratis ſe informare ad tradita
per Imol. poſt Innoc. & alios in cap. fin.num.
12. & 13. de præſumpt. Lap. allegat. 60. ſub
num. 5. verſ. debet igitur Abb. conſ. 34. ſub
num. 6. lib. 2. Mohed. deciſ. 10. in fine de
152 præben. Et vbi executores ita procedunt†cre-
ditur illis de proceſſu licet nõ appareat Com-
poſtel. in cap. capitulum num. 25. verſ. nun-
quid creditur de reſcript.Put.deciſ.144.num.
153 2. lib. 2. Dummodo tamen † præceſſerit tan-
tum tempus quod potuerit capi extraiudicia-
lis informatio Achil. deciſ. 2. de fil. presbyt.
154 & niſi contrarium † probetur, vt Rota tenuit
in vna Iſpalen.Canonicatus 10. Aprilis 1606.
coram Ludouiſio . Vbi hoc fuit ampliatum
etiã ſi executor admiſerit articulos ſuper iu-
ſtificatione narratorum, & aliqui teſtes ſuper
illis fuerint inducti & examinati , quia non
155 propterea † dicitur feciſſe ſe mixtum , itaut
iuſtificatio iudicialis ſit neceſſaria;Nam omiſ
ſa via Iudicis poteſt ad aliam tranſire , & re-
aſſumere partes executoris per conſ. Anchar.
224. num.2. Bald. in cap.fin. num.18.in fine,
& ibi Felin. ſub numer.22. verſic. & amplia
iſtam concluſionem de præſumpt. Sicut dici-
156 tur de eo qui† poteſt procedere,vt arbitrator
& arbiter, nam poteſt facere aliquos actus, vt
arbi-

arbiter,aliquos, vt arbitrator ſecundum Ho-
ſtien.in c.Quintauallis n.10 circa mediũ verſ.
Et quid dices ſi partem Io. Andr. ſub num.8.
verſ.& quid Ant. de Butr. ſub n. 14. de iure-
iuran. & fuit dictum in vna Ciuitatis Caſtelli
hæreditatis ſeu nullitatis Laudi 14. Ianuarij
de anno . . . coram eodem Ludouiſio .
157 Hinc eſt quod clauſula † ſi inueneris, ſi repe
reris,& ſimiles (nõ inferunt de ſui natura iu-
ſtificationem aliquam iudicialem) niſi quan-
do adijciuntur in perſonam Iudicis,& circa
materiã iudicialẽ, quia tunc ratione ſubiectæ
materię bene important cauſæ cognitionẽ ar-
gum.l.ſi vno ff. locat. Ægid.deciſ.176. Staſil.
de lit. iuſtit.§.citatio n.8.& 9.facit Dec.conſ.
603.ſub n.13. vbi æquiparat clauſulam, ſi re-
peris clauſulæ ſi conſtiterit .
Idẽ eſt dicẽdum de clauſula (ſi ita eſt,&c.)
158 nam † ex quo tacite ineſt cap.de reſcript.non
reddit gratiã conditionalem,itavt iuſtificatio
iudicialis requiratur,aut partis citatio ſecun
dum Lapum in d.allegat.60.n.2. vbi Mandoſ.
in verb.cõditionale Doct.in d.c.fin.vbi Felin.
n.18. de præſumpt.Ægid. deciſ.4. verſ. cuius
159 ratione, vbi quod hæc † clauſula poſita in re-
ſcripto non inducit veram formam, nec con-
ſequenter partis vocationem in executione
Card.in Clem.1. n.17.de offic.delegat.& fuit
dictũ in vna Calciaten Iuriſdictionis 13.Apri-
lis 1587.corã Cardinale Seraphino, vbi quod
160 propterea litterę expediuntur † in forma gra-
tioſa ſine alio examine quãdo ſupplicatio eſt
concepta cum iſta clauſula.
161 Sic etiam dicitur de † clauſula (quatenus
idoneus reperiatur) appoſita in gratia in for-
ma dignum, nam reſpicit qualitatem idonei-
tatis quæ de iure ineſt,& potius ſonat in mo-
nitionem executoris,vt intelligat, qualis eſſe
debeat ille cui prouidet gloſ. in Clem. 1. in
verbo reperiuntur de offic. deleg. Rota deciſ.
4. num.4. de fil.presbyt. in antiquis. & deciſ.
12. num.2. in fine de conceſ.pręben.in nouis,
& tradunt Io:Andr. Imol. Abb. & alij in cap.
fin. de præſumpt. Et ſic non reddit gratiam
conditionalem quoad eius ſubſtantiam , ſed
tantum reſpectu executionis,& prouiſionis fa
ciendæ,quæ eſt dilata in tempus poſtquã ido-
neus fuerit repertus : licet enim iſta conditio
impediat executionem gratiæ donec conſti-
terit de idoneitate impetrãtis,atamen nõ im-
pedit acquiſitionem , ſi in rei veritate impe-
trans ſit habilis ; Et ſic iſta ſuſpenſio eſt circa
executionem , non circa acquiſitionem iuris,
cum qualitas idodeitatis ſit pura , & certa in
rerũ natura, licet à nobis ignorata ante exa-
162 men,& conditio † de præterito,vel præſenti nõ
ſuſpendit l.cũ ad præſens ff.ſi cert.pet.l. inſti-
tutio talis ff.de cond.inſtit.Et ita in terminis
iſtius clauſulæ fuit reſolutum per Rotam in
vna Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597.
coram Cardinale Pamphilio .
Decimoſexto eadem cõcluſio reſtringitur,
163 vt nõ procedat in gratia † Motu proprio con-
ceſſa in qua non eſt neceſſaria narratorum iu-
164 ſtificatio ſtante dicta clauſula,quæ † tollit vi-
tiũ ſubreptionis c.ſi motu proprio de pręben.
in 6.Clem.& ſi Romanus Pontifex,& ibi gloſ.
fin.& Vitalin. n.44. in 2 not.eod.tit.Vnde vi-
165 dentur probata † ea omnia quæ Princeps aſſe-
rit in ſuis litteris, vt per Dec.in l. 3. col.1.ff.
quod quiſque iuris,& conſ.341. n.5.
166 Quod intellige verum,quando † Papa atte-
ſtatur de facto proprio,quia talis narratiua
plene probat,adeo quod nec cõtrariũ probari
poſsit, vt eſt tex.in Clem. 1. de probat. & ibi
gloſ. in verb. feciſſe narramus , cum alijs per
Gabr.de probat.concluſ.2. n.2. Secus ſi atte-
ſtetur de facto alieno,quia hoc caſu narratiua
167 facta etiam Motu proprio † non probat , ſed
transfert onus probandi contrarium in aduer
ſariũ,Put.deciſ.323.n 5.lib.2. quod multo ma
gis procedit quando talis narratiua tendit in
168 præiudicium alicuius , quia clauſula † Motu
proprio non tollit vitium ſubreptionis in ter-
tij præiudicium Pariſ conſ.74.n.33.lib.4.bene
169 Socin.Iun. conſ. 77. n.101.lib.1.Nec † Motus
proprius purgat falſo expreſſa , quia creditur
Papa motus tanquam crediderit vera illa,
quæ ipſe expreſſit Felin. in cap. cauſam quæ
ſub num. 3. de teſtib. Put. deciſ. 386. in fine,
& deciſ. ſequen lib. 1. Igitur clauſulę (Motus
proprij,ex certa ſcientia,de plenitudine pote-
ſtatis, & ſimiles) hoc caſu intelliguntur veris
exiſtentibus narratis. Socin conſ. 164. viſa
Bulla Bonifacij colum. 3. lib. 2. Dec. conſil.
170 199. num. 6. nec operatur in his,quæ † Prin-
ceps ignorauit Bald. in l.fin.verſ.dicas etiam
num. 7. C. ſenten. reſcin. non poſ. Paul. de
Caſtr. conſil. 84. in fine lib. 2. Alexan. conſ.
115. lib. 2.
Decimoſeptimo reſtringitur,ſeu potius de-
171 claratur, vt non procedat † in gratia conceſſa
ad ſupplicationem vtriuſque partis, cum clau
ſula Attento quod vtraque pars ſupplicat ,)
Nam Rota intelligit huiuſmodi clauſulam,
vt verificetur diſtributiue,non autem copula-
tiue ideſt, quod vnuſquiſque ſupplicat pro his
quæ ad ipſum ſpectant . Quo caſu illa ſolum
ſunt ab eo iuſtificanda, Ita Mohed. deciſ. 16.
de renunciat. alias 113. incipien. Ambroſius
de teſtam.
Decimooctauo reſtringitur , vt non habeat
172 locum quoad † clauſulam (dũmodo alteri non
ſit ius quæſitũ,)quia cum nõ inducat propriè
conditionẽ nec ſuſpẽdat executionem gratię,
ſed tantum præſeruet iura, itaut conſtito de
iure quæſito gratia reddatur nulla Achil. de-
ciſ.18.n.2. in fine de probat.& fuit tentum in
vna Camerinen. Canonicatus 4. Decembris
1573. corã Clemẽte Papa Octauo tunc Audi-
173 tore,non eget † iuſtificatione cum non ſit nar
ratiua partis,quę ſolum tenetur narrata iuſti-
ficare,Caputaquen.deciſ.39. par.2.& ita fuit
reſolutum per Rotam in vna Placentina Cap-
pellaniæ 29. Martij 1596. coram Penia .
Decimonono reſtringitur,vt nõ obtineat in

Digitized by Google

174 narratiua† Principis facta in gratia ad poſtu-
lationē partis,quando eſt narratiua facti pro-
prij in qua princeps principaliter ſe fundat
Calder. conſ.2. in fine de priuileg. Gabr. qui
alios cumulat d.concluſ.2. num.2. de probat.
175 Idem eſt † in narratiua de facto alieno in qua
Princeps fundat gratiam, quæ licet non pro-
bet Alex.cōſ. 122.per tot.lib.7.Dec.conſ.602.
n.13.& 15.& conſ.606. n.14. Cald.d. conſ.2.
in fine Mohed. deciſ. 271. in fine,qui de com-
* muni* atteſtatur, inducit tamen præſumptio-
176 nem † pro impetrante,quæ trāsfert onus pro-
bandi in aduerſariū Angel.conſ.368.n.2.Alex.
conſ.15. n.2.lib.5. Niſi narratiua Papæ ſit ſu-
177 per eo,quod veriſimiliter ignorat,quia † tunc
non transfert onus probandi in alium, ſed ab
ipſomet impetrante eſt iuſtificanda, Aym. de
antiq. tempor.par.1.in princip. n.15.
178 Vigeſimo reſtringitur,vt non procedat † in
gratia ſeu prouiſione facta ab Ordinario col-
latore, quæ cum cenſeatur facta motu pro-
prio, vt per Card.Clemen.2. col. fin.num.13.
de offic. ordin.& Felin. in cap.ad aures num.
25. de reſcript. nulla indiget iuſtificatione,
vt fuit tentum in vna Romana Capellaniæ 9.
Iunij 1603.coram Cardinale Seraphino,& per
prius in vna Oriolen. beneficiorum 21. Maij
1595. coram eodem.
179 Sed hoc declaratur procedere niſi † proui-
ſus ab Ordinario agat ad excluſionē alterius
vtputa prouiſi Apoſtolici, quia tunc tenetur
gratiā ſuā iuſtificare c.in præſētia de probat.
tradit Put.deciſ.207.lib.3.qui dicit quod pro-
180 uiſus † ordinarius,qui tanquam actor ſe fun-
dat in prouiſione ordinaria ratione mēſis te-
netur probare vacationem in tali menſe, in
quo fundat intentionē ſuam,quod etiam con-
ſuluit Ferrett.conſ.2.n.13. lib. 1. & fuit deci-
ſum per Rotam in vna Placētina Cappellaniæ
13. Maij 1604.coram Cardinale Pamphilio.
Vigeſimoprimo reſtringitur,vt non habeat
locū quo ad clauſulā (conſtito quod N.obie-
181 rit in poſſeſſione)quia † talis clauſula non re-
quirit iuſtificationē de tempore obitus,quan-
do fuit probatū N.ſemel in vita poſſediſſe; Et
182 ratio eſt,quia poſſeſſio † præſumitur cōtinua-
ta vſque ad mortem,niſi doceatur de interrup
tione ex traditis per Alciat.de præſumpt.reg.
2. præſumpt.11. Rota diuerſ.deciſ. 80. par.2.
Ita fuit reſolutū in vna Illerden. beneficij 17.
Octobris 1594. coram Penia; Vbi hoc fuit am
183 pliatum procedere etiam ſtante † intruſione
alterius,quia vt poſterior,& turbatiua eſt nul
lius momenti,nec dicitur interrupta prior poſ
ſeſſio ſi non habuit ſe pro ſpoliato, præſertim
quando poſterior eſt attentata Neuizan.conſ.
81.num.25. & 26.
Præterea ſciendum,quod tunc non eſt opus
184 verificare † hanc clauſulam (conſtito quod de-
functus obierit, &c.) quādo non ſit mentio in
ea de pertinentia collationis,cum hoc caſu Pa
pa cenſeatur remittere hanc narratiuam ad
negotium principale, vt fuit deciſum in vna
Abulen. Canonicatus 24. Nouembris 1578.
coram Ioanne Baptiſta de Rubeis: Secus ſi
in ea fiat mentio de pertinentia collationis,
quia cum talis narratiua ſit poſita vti condi-
tio dictæ clauſulæ, venit verificanda, itaut ex
dicta pertinentia inducatur reſeruatio prop-
ter quam Breue fuit conceſſum, ita fuit reſo-
lutum in ſupra allegata cauſa Vicentina be-
neficij Sancti Martini 21. Februarij 1600.co
ram Cardinale Pamphilio, & in vna Gerun-
den. beneficij 31.Maij 1600. coram Corduba
vbi hæc diſtinctio ponitur.
185 Vigeſimoſecundo reſtringitur reſpectu † poſ
ſeſſoris etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius, dum-
modo coadiuuetur aliquo titulo,& agatur in
poſſeſſorio tantum, quia tunc releuat ab one-
re iuſtificandi, & ex poſſeſſione præſumitur
186 pro qualitate tituli reſpectu † ſtatus, in quo
poſſidens reperitur, quamuis de validitate
ipſius tituli controuertatur Ant. de Butr. in
cap.cum veniſſent n.12. & ibi poſt Imol.n.11.
Abb. num.8.de Inſtit. Alex.conſ.219.num.17.
lib.6.Et fuit dictum in vna Portallegren. præ-
tenſæ vnionis 15. Ianuarij 1590. coram Car-
dinale Millino vbi deciſio Putei 238.lib.1.fuit
intellecta,vt procedat,quando agitur de præ-
ſumendo titulo,non autem qualitate tituli.
187 Sed hoc temperari debet,vt non † obtineat
quādo poſſeſſio eſt improba,& vitioſa,& quia
ſit capta lite, vel appellatione pendente,quia
tunc nullum ſortitur iuris effectum l.improba
188 C.de acquir.poſſeſ.& conſequenter † non libe
rat poſſidentem ab onere iuſtificādi, vt patet
ex his quæ habentur in c. ex inſinuatione de
procur.& in c.conſtitutus de elect.& in c.cum
Eccleſia Sutrina,circa finem de cauſ.poſſeſ.&
& propriet. Et in his terminis procedit deci-
ſio facta in cauſa Iacen.beneficij vltima Ianua
rij 1597. coram Orano; Et fuit quoque tentū
in vna Volaterana Cappellæ 16.Noūeb.1594.
corā Cardinale Seraphino. Vbi cum pro par-
te Cōfraternitatis laicorū prętēdētis Cappel
lam eſſe Oratorium ſimplex fuiſſet appellatū
à prouiſione facta ab Epiſcopo de d.Cappella
cuidā Clerico tanquam de beneficio Eccleſia-
ſtico vacāte,& ille Clericus vigore dictę proui
ſionis poſſeſſionē adeptus fuiſſet appellatione
pendēte,fuit dictū quod talis poſſeſſio nō ex-
cuſabat reū quin ante omnia teneretur pro-
bare exiſtentiam beneficij impetrati, & quod
eſſet Eccleſiaſticum, & collatiuum,cum alias
illius vacatio dari nō poſſet per Abb.conſ.47.
n.1.lib.2.Calder. conſ.4.de relig.Dom.Felin.
in c.in noſtra n.9.de reſcript. Et ibi fuit alle-
gata alia deciſio facta in vna Iſpalen.beneficij
16. Iunij 1586. coram Robuſterio.
189 Vigeſimotertio reſtringitur,vt non † proce-
dat in narratiua impetrationis tanquā de be
neficio reſeruato,puta vacationis per obitum
in mēſe Apoſtolico quādo nec Ordinarius nec
alius prætendens collationem beneficij ad ſe
ſpectare,aut ab illis prouiſus ſe opponit, quia
tunc prouiſus à Papa non tenetur verificare

dictam

dictam vacationem per obitum in menſe re-
ſeruato, vt fuit deciſum per Rotam in vna
Corduben. beneficij 21. Aprilis 1599. coram
Accorombono, vt in manuſcriptis diuerſ. de-
ciſ. 120. Vbi Papa prouiderat de beneficio
vacante per obitum N. de menſe Auguſti; &
quia non dabatur concurſus cum prouiſione
Ordinarij, vel alia prouiſione alicuius, qui ſe
opponeret, fuic dictum quod prouiſus Apoſto-
licus non tenebatur iuſtificare dictam vaca-
tionem, & fuit allegata alia deciſio facta in
vna Ceneten. Parochialis ſub die 9. Iunij 1557.
coram Iunio. Idque præſertim obtinet, quã-
do adeſt clauſula generalis (ſiue alio quouis
190 modo vacet, &c.) ex qua poteſt † capi benefi-
cium, vt ſæpius fuit firmatum, & tradit Socin.
conſ. 32. n. 12. lib. 1. Caſſad. deciſ. 5. de præben.
Simonet. de reſeruat. quæſt. 59. Felin. in c. in
noſtra 6. corollar. de reſcript. Rota deciſ. 73.
eod. tit. in antiquis. Quinimmo iuſtificatio hoc
caſu non requiritur, etiam ſi in prouiſione
191 Papæ adſit † clauſula (dummodo hac vice col-
latio ad nos pertineat.) Quia ſatis dicitur
pertinere ſi non appareat prouiſio in contra-
rium, vt fuit dictum in eadem Corduben. li-
cet aliqui Auditores tenuerint contrarium in
hoc per Caſſad. dicta deciſ. 5. & Gemin. cõſ. 92.

Declaratur hæc limitatio, vt locum habeat
192 reſpectu plenæ † probationis, ad quam impe-
trans cum dicta narratiua non adſtringitur
niſi dumtaxat quando datur concurſus ipſius
Ordinarij vel ab eo prouiſi, ex quo tunc reſer-
uatio affertur ad eum excludendum Sarnea.
in reg. de impetrat. benef. per obit. famil. Car-
din. quæſt. 13. nu. 6. Ferret. conſ. 2. n. 13. lib. 1.
Caſſad. deciſ. 2. n. 2. de conſtit. Put. deciſ. 266.
n. 3. & 4. lib. 3. Caputaq. deciſ. 10. par. 2. Rota
deciſ. 46. n. 4. par. 2. diuerſ. & fuit dictum in il-
la Giennen. Canonicatus 4. & 10. Maij 1587.
coram Cardinale Blanchetto, & in illa Iſpa-
len. beneficij 12. Maij 1603. coram Litta. Se-
193 cus eſt quoad ſemiplenam † probationem, nã
iſta videtur neceſſaria Caſſad. deciſ. 1. num. 1.
verſ. nam pro ea facit de probat. Rota in cau-
ſa Marſicaua beneficiorum 10. Iunij 1577. co-
ram Clemente Papa Octauo tunc Auditore,
& in cauſa Burgen. de Pancoruo 28. Nouem-
bris 1588. coram Gypſio, & fuit etiam ten-
tum in vna Legionen. Canonicatus 2. Decem-
bris 1602. coram Coccino.

Sed quia in hac materia plerumque dubi-
tatur an narratiua gratiæ ſit plene iuſtifican-
da vel ne. Ideo pro declaratione eſt ſciendũ
194 quod regulariter non † requiritur plena pro-
batio, ſed ſufficit ſemiplena Ægid. deciſ. 113.
& 114. Rota deciſ. 14. de probat. in antiq.
Caputaquen. deciſ. 277. n. 7. par. 1. Et fuit ten-
tum in vna Pampilonen. Parochialis de Bar-
barin. 16. Iunij 1597. coram Cardinale Sera-
phino & alias ſæpe vt in Iſpalen. portionis 18.
Martij 1596. coram Cardinale Blanchetto, &
in Lerdien. Canonicatus, & præbendæ 22.
Martij eiuſdem anni coram Penia.

Sed iſtud dupliciter declaratur: Et primo,
vt procedat reſpectu narratorum ſuper qui-
bus gratia non eſt fundata, ſecus quoad nar
195 rata, ſuper quibus † gratia fundatur, nam ea
plene, & concludenter ſunt verificanda, ita
diſtinguendo tenuit Rota deciſ. 268. par. 1. di-
uerſ. & in vna Caſalen. Prępoſituræ 21. Apri-
lis 1597. coram Gypſio.

Secundo declaratur, vt locum habeat in re
parui præiudicij, quo caſu ſufficit ſemiplena
169 probatio, etiam † quoad narratiuam, ſuper
qua gratia fundatur, vt in exemplo proxime
relato; Videlicet quando agitur de proba-
tione obitus ad effectum reſeruationis, nec
Ordinarius, aut ab eo prouiſus eſt in cauſa;
Nam ceſſante horum præiudicio, reſeruatio
ſeu vacatio in menſe Apoſtolico, eſt res parui
197 præiudicij; vnde ſufficit probatio † per pu-
blicam vocem, & famam ſecundum Caſſad.
deciſ. 1. n. 1. verſ. nam pro ea facit, de probat.
Cum hæc probatio in re parui præiudicij ha-
beatur pro plena probatione, Bald. in c. ve-
niens in princ. n. 8. verſ. ſi aliter factum eſt, &
poſt eum Abb. nu. 8. de teſtib. Bart. in l. de mi-
nore §. tormenta nu. 3. verſ. ſi vero iſta, de Se-
queſtr. Et fuit tentum in ſupra allegata Le-
gionen. Canonicatus coram Coccino. Et eſt
198 generale, quòd probatio † plena illa dicatur,
quæ ſecundum ſubiectam materiam eſt talis,
vt Rota tenuit coram Epiſcopo Lauretano in
vna Pampilonen. de Allo 24. Martij 1577. In
qua fuit dictum, quòd ad probandum obitum
in menſe reſeruato ad effectum reſeruationis
199 pro prouiſo Apoſtolico, ſemiplena † probatio
per famam habetur pro plena in obitu eius,
qui obijt in Mari.

In re autem magni præiudicij aliud eſt di-
200 cendum, quia tunc plena † probatio requiri-
tur, Rota diuerſ. deciſ. 108. par. 2. & fuit ten-
tum in illa Conchen. Erectionis 25. Maij 1592.
coram Cardinale Seraphino, vbi agebatur de
auferendo bona vnius Eccleſiæ eaque appli-
cando alteri, Et fuit dictum, quòd require-
batur plena probatio, nec ſemiplena ſufficie-
bat per Mohed. deciſ. 174. circa finem, & fuit
allegata alia deciſio facta in vna Caputaqu.
Iuriſpatronatus 11. Martij 1575. coram fel.
record. Clemente Papa Octauo tunc Rotæ
Auditore.

Hinc optime deducitur, quòd licet impe-
201 trans, qui ſe fundat † in tempore obitus, de-
beat plene probare illud tempus, Put. deciſ.
266. lib. 3. Tamen hoc intelligitur verum, quo-
tieſcumque agitur de obitu principaliter, &
ſumus in materia obiectiua, videlicet quando
probatio tendit ad annullandum gratiã, tunc
enim non ſufficiũt præſumptiuę probationes,
ſed requiruntur plenę & concludentes, Rota
deciſ. penult. & fin. de except. in nouis, & fuit
reſolutum coram Bubalo in vna Salamantina
penſionis 29. Nouembris 1585. Secus quando
202 agitur † de obitu incidenter, & per viam re-
plicationis, nam hoc caſu ſufficit impetranti
pro-

probare obitum per publicam vocem, & fa-
mam, etiam quod non probetur tempus obi-
203 tus: Nam pro validitate gratiæ † præſumi-
tur obitus tempore debito, & qui vult dicere
quod non obijt debito tempore ad effectum,
vt in hoc gratia ſit nulla, tenetur ipſe probare,
& ita pluries reſoluit Rota Creſcen. deciſ. 116.
204 lib. 1. dicens fortius procedere etiam † ſi gra-
tia, & obitus concurrant eadem die, & ex par-
te obijcientis probetur hora mortis, nam ad-
huc præualet præſumptio pro validitate gra-
tiæ. Idem tradit Simonet. deciſ. 23. late Fab.
qui ad partes diſputat deciſ. 16. lib. 2. Guido-
boni deciſ. 144. Tan. deciſ. 75. latiſſime Cotta
deciſ. 392. Vbi refert diſputationes, & dicit
fuiſſe cauſam iterum propoſitam vt ſatisfie-
ret Domino Petro Baſſano, qui non poterat
aequieſcere, & de nouo ita fuiſſe reſolutum.
Et bene facit Sarnen. in regul. de veriſimili
205 not. obitus quæſt. 6. qui dicit quod † impe-
trans beneficium eodem die obitus non tene-
tur probare impetrationem præceſſiſſe, ſed
aduerſarius quod obitus præceſſerit, quia in
206 dubio † ille actus præſumitur præcedere, qui
eſt neceſſarius ad validitatem gratiæ Felin. in
c. paſtoralis col. 1. verſ. ad identitatem de re-
ſcript. Et aliter interpretando præſumeretur
207 delictum, videlicet impetratio beneficij † vi-
uentis contra regulam 20. Idque Sarnen. in-
208 quit obtinere data derogatione regulæ † de
veriſimili notitia, &c. alias ſi exciperetur de
dicta regula impetranti incumberet onus pro-
bandi veriſimilem notitiam obitus, & ſic ſa-
tisfeciſſe dictæ regulæ, vt fuit alias deciſum
per Rotam; ſuper quo tamen vide eundem
Sarnen. in d. regula 20. de impetrat. benefic.
vincentis.

Penſiones decurſæ in vita penſionarij cui debeantur, & quid de fructibus extantibus tempore obitus beneficiati ſtatuendum ſit explicatur. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Penſiones decurſa in vita penſionarij, & non ſo-
luta eo defuncto pertinent ad eius hæredes tam
ex teſtamento, quam ab inteſtato & n. 3.*
2 *Penſionarius facit fructus ſuos, & de illis poteſt
diſponere tam inter viuos, quam in vltima vo-
luntate.*
4 *Penſio non eſt beneficium Eccleſiaſticum, ſed in
mera temporalite conſiſtit, & æquiparatur cō-
tractibus profanis, & n. 6.*
5 *Aſſignatur etiam Laico.*
7 *Penſionarius habet vſumfructum tam in vita,
quam in morte, & in eo locum habet tex. in l.
defuncta. ff. de vſufruct. & n. 8.*
9 *Beneficiatus in morte vſuario tantum compara-
tur, nec poteſt de fructibus beneficij nondum
conſumptis diſponere, aut ad hæredes tranſmit-
tere, exceptis diſtributionibus quotidianis, &
num. 10.*
11 *Diſtributiones quotidiana ad quoſcumque hæ-
redes beneficiati tranſeunt.*
12 *Bona acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis regu-
lariter non ſunt ipſorum beneficiatorum, ſed
ad Eccleſiam pertinent, etiam ſi ſint acquiſita
ex redditibus ſimplicium beneficiorum, & n. 13.*
14 *Fructus beneficiorum ex conſtitutione fel. rec.
Iulij Papæ III. incorporati cum alijs bonis
beneficiatorum tanquam laicales ad ipſos per-
tinent, ſecus ſi nondum ſint incorporati, quia
tunc ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio etiam
ſi debeantur pro tempore decurſo ante obitum
beneficiati, & dies ſolutionis ipſo viuente ceſ-
ſerit.*

NON ſemel in dubium
reuocatur ad quem ſpe-
ctent penſiones decurſæ
in vita penſionarij, an ad
eius hæredes, vel potius
ad ſucceſſorem in bene-
ficio? Et dicendum eſt
1 quod † ad hæredes pen-
ſionarij pertineant, ea
2 ratione, quia † penſionarius facit fructus ſuos,
& de eis ad libitum ſuæ voluntatis diſponere
poteſt tam inter viuos quam in vltima volun-
tate, vt per Paul. in tract. de penſ. quæſt. 8. &
latius Gig. in eod. tract. quæſt. 52. Vbi in ter-
minis dicit quod penſiones decurſæ & non ſo-
3 lutæ † tranſeunt ad hæredes penſionarij tam
ex teſtamento quam ab inteſtato, & in reſpon.
4 n. 1'r. Et hoc videtur indubitatum, eo quia
4 penſio † nō eſt beneficium Eccleſiaſticum ſed
in mera temporalitate conſiſtit c. quamuis
vbi Doct. de præben. in 6. Felin. in c. ad audiē-
tiā col. 1. de reſcript. Sil. in tract. de benef. par.
1. quæſt. 3. n. 30. Caccialup. eod. tract. de pen-
ſion. quæſt. 30. Et propterea videmus, quod
5 penſio † aſſignatur etiam Laico Abb. & alij in
d. c. ad audientiam de reſcript. & in Clement.
2. §. eodem de ſupplen. negligen. prælat. Gig.
6 vbi ſupra quæſt. 21. Et æquiparatur † contra-
ctibus prophanis Sarnen. in regul. de infirm.
quæſt. 16. & quæſt. 17. n. 2. verſ. nā clarum eſt.
7 Accedit quod penſionarius † habet vſum-
fructum tam in vita quam in morte, vt per Io.
de Imol. in d. Clem. 1. §. 1. col. 3. de ſupplen.
neglig. prælat. & Gig. in d. tract. quæſt. 1. nu. 2.
& quæſt. 25. n. 4. Ideo nil mirum ſi in eo locū
8 habeat † tex. in l. defuncta. ff. de vſufruct. quod
non eſt in beneficiato: Nam cum iſte in mor-
9 te † vſuario tantum comparetur gloſ. in c. in
præſenti de offic. ordin. lib. 6. Rota deciſ. 41.
de probat. deciſ. 1. de ſolution. in antiquis,
conſequens eſt, vt locum nō habeat in eo tex.
in d. l. defuncta, qui ſolum procedit in vſufru-
ctuario, ſed ſeruandæ ſint leges de vſuario lo-
quentes quæ nullum ius ad transferendum
tribuunt l. plenum §. 1. & §. operas. de vſu &
habit. Vnde fructus beneficij nondum con-
ſumpti

10 ſnmpti remanēt in dominio Eccleſiæ nec † be-
neficiatus poteſt tempore eius mortis de
illis diſponere, aut ad inſtar penſionarij ad
hæredes tranſmittere, exceptis diſtributioni-
bus quotidianis, quæ ei ita acquiruntur, vt ad
11 hæredes † quoſcumque tranſeant; Ita ex cō-
✱ muni* Doctorum ſentētia tradit Couar. in c.
cum in officij n.4. de teſtam. & probatur in
d.c. cū in officij, & in c. ad hæc eod. tit. & in c.
expedit. vbi gloſ. 12. quæſt. 1. bene gloſ. in d.c.
præſenti de offic. ordin. lib. 6. quam ſequitur
Rota apud Put. deciſ. 315. Ioan. Vallas lib. 2.
Et adeo verum eſt fructus beneficiorum non
conſumptos ad beoeficiatos non pertinere
12 tempore obitus, vt neque etiam † bona ac-
quiſita ex redditibus Eccleſiaſticis regulari-
ter ſint ipſorum beneficiatorum, ſed ad Ec-
cleſiam pertineant d.c. cum io officij vbi Co-
13 uar. n.6. extendit etiam ad bona † acquiſita
ex redditibus ſimplicium beneficiorum con-
tra opinionem gloſ. in d. c. præſenti de offic.
ordin. in 6. quam etiam improbāt Archidiac.
Innoc. Abb. Imol. Gemin. Franc. & Bertrand.
per eum allegati, Et haoc opinionem contra
✱ gloſ. magis communem * teſtatur Iaſ. in cnoſ.
75 col. vlt. lib. 3.

Eſt tamen aduertendum circa hoc vltimum
adeſſe conſtitutionem fel. record. Iulij Papæ
14 III. quæ differentiam † conſtituit inter fructus
beneficiorum incorporatos cum alijs bonis
ipſorum beneficiatorum, & fructus realiter nō
exactos, & illorum bonis oon immixtos, &
incorporatos: illos enim, vt fructus mere lai-
cales ad ipſos ſpectare vult, iſtos verò Eccle-
ſiaſticos cenſendos eſſe declarat, decernēs ta-
les fructus etiam ſi debeantur pro tempore
decurſo ante obitum beneficiati, & dies ſolu-
tionis ipſo viuente ceſſerit, idque etiam adhi-
bitis ab ipſo diligentijs pro illorum exactio-
ne, Succeſſoribus nihilominus in beneficio eſ-
ſe adiudicandos. Et ita quoque fuit reſolutū
☞ per Rotam in vna Romana pecuniaria 4. Iu-
nij 1593. coram Cardinale Blauchetto.

Beneficium eſſe Eccleſiaſticum quomodo cognoſcatur, & nunquid Hoſpitale beneficij appellatione contineatur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Eccleſiaſticum dicitur Eccleſia, vel*
Capella erecta ſuperioris auctoritate, & do-
tata & n.2.
3 *Ante Epiſcopi approbationem non dicitur pro-*
prie beneficium Eccleſiaſticum, ſed potius qua-
dam pia donatio, vel relictum pium.
4 *Rebuffi opinio in praxi tit. quod ſit, &c. n. 8. in*
fine reprobatur.
5 *Beneficium eſſe Eccleſiaſticum ex quibus ſignis*
dignoſcatur.
6 *Laicus beneficia Eccleſiaſtica conferre nō poteſt.*
7 *Item beneficium Eccleſiaſticum Clericis tan-*
tum confertur.
8 *Beneficium datur propter diuinum officium.*
9 *Confertur in perpetuum, non ad tempus.*
10 *Dari debet ſine pacto, & conditione, & abſque*
commodo aliquo temporali.
11 *Beneficium Eccleſiaſticum aliquando dicitur*
quamuis non ſit conferibile.
12 *Hoſpitale appellatione beneficij Eccleſiaſtici re-*
gulariter non comprahenditur.
13 *Non continetur in litteris gratioſis ad benefi-*
cia, niſi de ipſo fiat ſpecifica mentio.
14 *Poteſt obtineri per laicos licet ſit publicum, &*
religioſum.
15 *Non venit in reſeruatione extrauagantis ad re-*
gimen, quamuis auctoritate Epiſcopi ſit fun-
datum, & habeat Eccleſiam, & Campanile, in
eoque perpetuo miſſa celebrentur, & quamuis
conferatur in titulū beneficij, & n.16. & 17.
18 *In perpetuum non confertur niſi vbi in funda-*
tione ita cautum ſit, vel vbi per electionem de
illo prouideatur.
19 *Dicitur beneficium Eccleſiaſticum, & cadit ſub*
reſeruatione quando in perpetuum confertur,
20 *Item de illo iudicatur ſicut de beneficio quando*
acceſſorie eſt vnitum beneficio Eccleſiaſtico.
21 *Appellatione beneficij Eccleſiaſtici non contine-*
tur quando diſpoſitio eſt pœnalis, Secus vbi ſu-
mus in materia fauorabili, & num. 22. 23. 24.
& 25.
26 *Conſtitutio de publicandis reſignationibus com-*
prahendit etiam Hoſpitalia, & n.29.
27 *Lex ſeu conſtitutio edita ad obuiandum fraudi-*
bus dicitur fauorabilis, etiā ſi materia alias ex
ſui natura eſſet odioſa, & etiam ſi conſtitutio
eſſet pœnalis, & nu.28.
30 *Conſtitutio de publicandis habet locum in be-*
neficijs iuriſpatronatus.

QVONIAM de benefi-
cijs Eccleſiaſticis frequē-
ter tractamus non incon-
ueniens videtur hoc in
loco explicare quomodo
beneficium eſſe Eccleſia-
ſticum cognoſcatur. Item
quando ſub nomine be-
neficiorum Hoſpitalia
quæ laicis conceduotur in adminiſtrationem
comprælıendantur. Igitur beneficium Eccle-
ſiaſticum eſſe eo ipſo dignoſcitur quod repe-
1 ritur † aliqua Eccleſia vel Cappella erecta
auctoritate Superioris, & dotata Guid. Pap.
deciſ. 187. Rota diuerſ. deciſ. 508. n.6. & 509.
2 n.1. & ſeq. par. 1. Et quod vere beneficiū † Ec-
cleſiaſticum non dicatur ante Epiſcopi appro-
bationem probatur ex tex. in c. oemo, & in c.
nullus de conſecrat. diſtinct. 1. & tradit Felin.
in c. ex parte il 2. col. 1. de reſcript. bene Re-
buf. in praxi benefic. tit. Quare inſtituta ſint
3 benef. o. 10 fol. 6. vbi inquit quod † ante Epi-
ſcopi approbationera non dicitur proprie be-
neficium

neficium Eccleſiaſticum, ſed potius quædam
pia donatio, vel relictum pium, ſi forte pro
Miſſis celebrandis, vel pro anniuerſario in
perpetuum relictum fuerit, quod etiam tenuit
Rota deciſ. 11. de iurepatron. in antiq. Et
4 quamuis idem † Rebuff. in tit. quod ſit, &c. n.
8. in fine dicat, quod quælibet Cappella ad
ſeruiendum Deo fundata præſumitur benefi-
cium Eccleſiaſticum licet non appareat de
approbatione Epiſcopi, nihilominus eius dictũ
non eſt tenendum ex ſupra allegatis. Nec
Ægid. quem ipſe citat ita loquitur in q. 16.
in fin. verſ. ſecundo quia ſi teſtator, ſed vult in
dubio rem accipiẽdam eſſe in caſu, in quo eſt.

Præterea beneficium eſſe Eccleſiaſticum
5 cognoſcitur † ex ſequentibus ſignis. Primo
ex qualitate perſonæ conferentis, vt quia ſit
Epiſcopus, vel alius Prælatus Eccleſiaſticus,
6 cum regulariter laico, † non competat ius
conferendi, & laicus ſit incapax ſpiritualium
ad tex. in c. quod ſicut de elect.

Secundo ex qualitate eius cui prouidetur,
7 quod non ſit laicus, cum de beneficio † proui-
deri non poſſit niſi Clericis, c. cum adeo de
reſcript. c. ex litteris de tranſact. & c. 2. de
inſtit.

Tertio ex qualitate ipſius beneficij, vt quia
habeat aliquid ſpiritualitatis annexum, puta
quod illud obtinens ſit obligatus dicere offi-
8 cium, & celebrare Miſſam, nam propter † di-
uinum officium datur beneficium, vt in c. fin.
de reſcript. in 6. & in c. ſi quis Sacerdotum
86. diſtinct.

Quarto ex ratione modi quo confertur, vt
9 quia non ſit datum ad tempus ſed † in perpe-
tuum, quod eſt proprium beneficiorum Eccle-
ſiaſticorum c. Sanctorum 70. diſtinct. c. penul.
de Cleric. ęgrot. notatur in c. ſi gratioſe de
10 reſcript lib. 6. Item quod ſit datum † pure, &
ſine pacto, & conditione, & non pro commodo
aliquo temporali prout de iure concedi de-
bet beneficium Eccleſiaſticum, cum alias
committatur ſimonia c. quam pio 1. quæſt. 2.
& c. fin. de pact.

Ita ex prædictis probari beneficium eſſe
Eccleſiaſticum tenet Abb. conſ. 47. n. 1. lib. 2.
quẽ ſequitur Rota deciſ. 508. n. 1. & ſeq. par. 1.
diuerſ. late Felin. in c. in noſtra n. 9. de reſcrip.

Sed aduertendum eſt quod licet regulari-
ter beneficium Eccleſiaſticum ſit illud quod
perpetuo confertur, vt per Abb. in c. auctori-
tate in fin. de cenſ. Sarnen. in reg. de infirm.
11 quæſt. 23. Tamen aliquando poteſt eſſe † be-
neficium Eccleſiaſticum quamuis non ſit con-
feribile, exempli gratia, Si ille qui beneficium
fundauit voluit in perpetuum illud ſpectare
ad liberam diſpoſitionem certarum perſona-
rum, veluti Abbatis certi Monaſterij, cũ hoc,
quod etiam poſſit adminiſtrationem illius al-
teri concedere in totum, vel in parte prout ſi-
bi videbitur, ita fuit reſolutum per Rotam in
vna Peruſina Sanctæ Marię de niue 30. Aprilis
1599. coram Cardinale Pamphilio.

Verum oportune hoc in loco dubitari con-
tingit, An appellatione beneficij Hoſpitale
12 compræhendatur? Et regulariter † non com-
præhendi eſt reſoluendum, etiam quod ſit lo-
cus religioſus per Clem. quia contingit §. vt
autem de relig. domib. & per Clem. per litte-
ras de præben. Vitalin. in d. Clem. quia con-
tingit nu. 39. Archid. in c. cum qui, de eo qui
* mittitur in poſſeſ. de cõmuni * Curt. Iun. conſ.
20. num. 1.

13 Ex quo Primo infertur, quod † in litteris
gratioſis ad beneficia Hoſpitale non contine-
tur niſi de ipſo fiat ſpecifica mentio Roman.
conſil. 332.

14 Secundo deducitur quod laicus † eſt capax
Hoſpitalis licet ſit publicum, & religioſum
Rota deciſ. 725. n. 6. par. 1. diuerſ.

15 Tertio infertur, quod Hoſpitalia † non ve-
niunt in reſeruatione extrauagantis ad regi-
men Fęder. de Sen. conſ. 280. caſus talis eſt
Dec. conſ. 165. n. 2. verſ. ſed ſupradictis, Aeneas
de Falcon. de reſeruat. quæſt. 3. princip. antę
fin. n. 33. Simonet eod. tract. q. 7. nu. 1. & per
totam, Silua de benefic. par. 3. q. 17. nu. 1. Go-
mes. de trien. q. 7. in fine. Rebuf. de nominat.
q. 15. n. 12. Put. deciſ. 361. n. 10. lib. 1. Mohed.
deciſ. 18 de cauſ. poſſeſ. & propriet. etiam ſi
16 auctoritate † Epiſcopi ſint fundata, & habeãt
Eccleſiam, & Campanile, in eiuſque perpetuo
Miſſæ celebrentur Mohed. d. deciſ. 18. Addit.
ad Simonet. d. q. 7. num. 5. & probat tex. in d.
Clem. per litteras, ibi etiam ſi Eccleſias, vel
17 Cappellas, &c. & quamuis † conferantur in
titulum beneficij, cum ſint ad nutum amoui-
bilia Rota deciſ. 3. de regular. in antiquis, late
Gomeſ. de expect. n. 92. ad fin. & n. 93.

Declara hanc illationem, & etiam princi-
18 palem concluſionem, vt non procedat † ſi Ho-
ſpitale in perpetuum conferatur ideſt ad vi-
tam titularis, quod eſſe non poteſt niſi vbi in
fundatione ita cautum ſit, vel vbi per electio-
nem prouideatur, vt diſponitur in d. Clem.
19 quia contingit. §. vt autem; tunc † enim dici-
tur beneficium Eccleſiaſticum, & cadit ſub re-
ſeruatione Silua de benefic. 2. par. q. 11. nu. 8.
Pauin. de offic. & poteſt. cap. Sede vacan. par.
2. quæſt. 1. Rebuf. in praxi tit de deuolut. nu.
73. & in tract. de nominat. q. 15. n. 13. verſ. pri-
mo fallit Gomes. in regul. de trieu. q. 7. per to-
tam Mohed. d. deciſ. 18.

Secundo declara vbicumque Hoſpitale ac-
ceſſorie eſt vnitum beneficio Eccleſiaſtico
20 quia tunc de illo iudicatur † ſicut de benefi-
cio Rebuf. poſt alios in d. tract. de nominat.
quæſt. 15. n. 14 Ægid. deciſ. 387.

Tertio notabiliter declara, vt appellatione
21 beneficiorum † Eccleſiaſticorum non veniant
Hoſpitalia quando ſumus in pęnali diſpoſi-
tione, & ita intelligitur tex. in d. Clem. per lit-
teras dę præben. vbi Ancbar. poſt alios n. 1. &
5. Felin. in c. de quarta n. 14. de præſcript. Dec.
conſ. 162. ſub nu. 2. Silua de beneſic. par. 3. q.
22 41. Secus vbi ſumus † in materia fauorabili
quia

quia tunc appellatione beneficij venit etiam
Hoſpitale, vt defendit Lapus relatus per An-
char. qui eum ſequitur in Clem. diſpendioſam
n. 2. in 4. not. de iudic. cuius etiam opinionem
tutiorem dicit ibidem Card. q. 3. in fin. idem
Card. in Clement. 1. queſt. 7. de ſequeſtr. poſſeſ.
latiſſime Felin. in d. c. de quarta n. 15 de præ-
23 ſcript. qui putat id defendi poſſe etiam † ſi in
diſpoſitione non adſit dictio vniuerſalis quę-
cumque, &c. & in fin. d. num. 15. ſubijcit, quod
ſi eſt aliqua diſpoſitio iuris, vel regularum
24 continens materiam extendibilem † puta
obuiatiuam fraudis ſi loquatur de quibuſuis
beneficijs comprehendit etiam Hoſpitalia ſu-
biecta Epiſcopo licet ſolita gubernari per lai-
cos, & ſub n. 16. addit ſe ita obtinuiſſe in cau-
ſa propria in materia regulæ 24. Idem quoque
defendit alios citando Pariſ. conſ. 36. n. 15. &
16. lib. 4. & Silua de benefic. par. 1. queſt. 3. n. 9.
cum alijs per Mandoſ. in regul. 26. quæſt. 5.
Quibus addo Gambar. de poteſtat. legat. lib.
25 5. n. 21 & 22. vbi, quòd in materia † fauorabi-
li, vel proportionabili appellatione beneficio-
rum veniunt Hoſpitalia: Hinc Rota in vna
Regien. Hoſpitalis 13. Nouembris 1587. corã
Bubalo tenuit, quòd conſtitutio de publican-
26 dis reſignationibus comprehendat † etiam
Hoſpitalia, ea ſcilicet ratione, quia eſt fauora-
bilis, & extendenda, Caputaquen. deciſ. 36.
par. 3. in impreſſis. Eſt enim ædita ad obuian-
dum fraudibus, vt ex eius præfatione colligi-
27 tur, quo caſu conſtitutio dicitur † fauorabi-
lis, vt late probat Aym. conſ. 118. n. 11. etiam
ſi alias materia ex ſui natura eſſet odioſa,
28 Dec. conſ. 5. in fine, & etiam † ſi conſtitutio
eſſet pænalis, plene Gozad. conſ. 5. n. 6. Vnde
29 in ea beneficij appellatione † comprehendi
debet etiam Hoſpitale, in quo concurrunt fe-
re omnes rationes dictæ conſtitutionis, quod
fuit in cauſa, vt alias Rota apud Caputaquen.
d. deciſ. 36. exiſtimauerit, illam habere locum
30 etiam † in beneficijs iuriſpatronatus, licet in
illis videretur ceſſare verba conſtitutionis ſo-
nantia in beneficijs, quæ conferuntur; nam
putauit ſatis eſſe, quòd reliquæ rationes in ea
militarent, prout fere omnes militant in Ho-
ſpitalibus: Nam, & in his contrahentes cum
Hoſpitalario poſt reſignationem poſſent de-
cipi, & Hoſpitalarius in detrimentum animæ
ſuæ partem illam fructuum quæ ad illum
pertinet male perciperet. Item ignoraretur
vera vacatio Hoſpitalis, videatur Lap. in
tract. de Hoſpital. quæſt. 52. & Villadeg. de
legat. quæſt. 9. n. 17.

Penſio reſeruata cum clauſula dummodo medietatem ſeu tertiam partem fructuum non excedat ſi conſtat de exceſſu, an in totum vitietur. Cap. VI.

1 *Penſio reſeruata cum clauſula dummodo medie-
tatem ſeu tertiam partem fructuum non ex-
cedat propter exceſſiuitatem non vitiatur in
totum, ſed reducitur ad ipſam medietatem, vel
tertiam partem fructuum.*
2 *Vtile per inutile non vitiatur quando ſumma
eſt diuidua.*
3 *Tranſlatio penſionis facta quoad dimidiam
partem fructuum vſque ad eam partem quæ
non excedit ſuſtinetur.*
4 *Valoris expreſſio facta per impetrantem quan-
do habet vim conditionis, ea vera non exiſten-
te gratia tanquam ſubreptitia in totum red-
ditur nulla.*

NON ſemel dubita-
tum fuit, An penſio
reſeruata cum clau-
ſula (dummodo me-
dietatem ſeu tertiã
partem fructuum nõ
excedat) ſi exceſſerit
in totum vitietur?
Et reſpondendum
eſt, non vitiari; ſed
1 penſionem † reduci debere ad ipſam medie-
tatem, vel tertiam partem fructuum Caſſad.
deciſ. 4. n. 4. & 6. verſ. & eſto ſine pręiudicio de
penſ. Creſcen. deciſ. 234. lib. 1. in manuſcriptis
Put deciſ. 34. n. 2. lib. 1. & fuit tentum per Ro-
tam in vna Vicentina penſionis 28. Iunij 1591.
coram Cardinale Mantica, & alias ſæpe. Ra-
2 tio eſt, quia ſumma eſt diuidua, quo caſu † vti-
le per inutile non vitiatur c. vtile de reg. iur.
lib. 6. l. ſancimus. C. de donat. l. 1. §. ſed ſimi-
lia de verb. obligat. Bart. in l. gręce §. illud n.
1. ff. de fideiuſſor. Caſtren. conſ. 89. n. 1. lib. 2.
Roman. conſ. 66. n. 1. Et hoc procedit etiam in
tranſlatione penſionis, nam tranſlatio ſicut
etiam ipſa reſeruatio eſt diuidua; Et ideo ſi
3 Papa † transferat penſionem quoad dimidiã
partem fructuum vſque ad eam partem quæ
non excedit tranſlatio ſuſtinetur, vt fuit deci-
ſum in vna Lucana penſionis 17. Februarij
1592. coram Orano; In his enim caſibus gra-
tia non fundatur ſuper aſſertione partis, vt in
caſu deciſionis factæ coram Robuſterio, in il-
la Romana grani de Iuſtinis 4. Nouembris
1573. Vbi agebatur de reſeruatione penſionis
in caſu reſignationis beneficij, in qua fuerat
narratum penſionem impoſitam non excedere
dimidiam, vel tertiam partem fructuum, &
cum obijceretur penſionem eſſe nullam pro-
pterea quod vere dimidiam, vel tertiam par-
tem fructuum excedebat, fuit dictum impo-
ſitionem penſionis corruere in totum, eo quia
4 expreſſio † valoris facta per impetrantem ha-
bebat vim conditionis, qua vera non exiſten-
te gratia tanquam ſubreptitia in totum red-
debatur nulla Felin. in c. dudum n. 5. de præ-
ſumpt. Sed hæc ratio ceſſat cum reſeruatur,
ſeu transfertur penſio cum clauſula de qua
ſupra, quia tunc, cum gratia non fundetur ſu-

per

per narratiua partis, ſed Papa ſolum velit quod penſio dimidiam aut tertiam partem fructuum non excedat, merito gratia ſuſtinetur vſque ad valorem expreſſum.

Mulier quando pro viro ſuo ſe poſſit obligare dilucide explanatum. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Mulier fideiubere regulariter nequit, & multo minus pro viro, & n.2.*

3 *Eius obligatio ad fauorem mariti eſt ipſo iure nulla, & præſumitur in fraudem legis facta niſi probetur ceſsiſſe in mulieris vtilitatem quæ aliunde probanda eſt quam ex inſtrumento, & n.4. & 5.*

6 *Mulier iuuatur Velleiano ſi pro viro fideiubeat & in caſibus in quibus fideiubens pro alijs nõ iuuaretur. Item quamuis mulier Velleiano renunciauerit, & n.7. & 8.*

9 *Vxor non poteſt renunciare diſpoſitioni Authen. ſi qua mulier. C. ad Velleian ſiue ſimus in mutuo ſiue in alio contractu, & n.10.*

11 *Diſpoſitio Auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian. procedit indiſtincte, ſi non conſtet pecuniam in mulieris vtilitatem conuerſam fuiſſe.*

12 *Item locum habet quando maritus, & vxor ſimul contrahunt, & ſe principales in obligatione conſtituunt.*

13 *Item procedit quamuis mulier principaliter ſe obliget, & maritus fideiubeat pro ea.*

14 *Item licet mulier ſe obliget cum ſocero, vel priuigno, aut fratre viri.*

15 *Mulier poteſt ſe obligare pro dote danda, vel reſtituenda ad fauorem aliorum non autem mariti, & n.16.*

17 *Contractus fideiuſsionis à muliere celebratus iuramento confirmatur niſi ſtatutum tollat fidem inſtrumento, & n.18.*

19 *Non valet quando mulier remanet pænitus indotata, & ſine aliquibus bonis non obſtante iuramento licet mulier fideiubeat pro liberando viro a carceribus, & n.21.*

20 *Iuramentum non operatur quando adeſt læſio enormiſsima.*

SOLET etiam in dubium reuocari, An mulier pro viro ſuo intercedere, aut fideiubere aliquando poſſit? Et reſoluendum eſt regulariter non poſſe. Quia cum
1 pro † alijs fideiubere regulariter nequeat l fin. & toto tit. ff. & C. ad Senat. Conſ. Velleian.
2 multo tamen ſtrictius, & † arctius pro viro ſe obligare prohibetur, propter ſuſpicionem quod maritus blandicijs ſeu minis eam indu-
3 cat ad ſe obligandum; Quo fit vt eius † obligatio ſit ipſo iure nulla per tex. in Authen. ſi qua mulier, & ibi Bart. n.2. Bald. Ang. Salic. & alij. C. ad Velleian. Bart. in d. l. fin. nu.2. in princ. C. eod. tit. Aret. in §. item ſi in iudicio n.15. verſ. aut mulier Inſt. de except. Paul. de Caſtr. conſ.41. n.2. verſ. bene verum eſt lib. 1. Socin. Sen. conſ.15. num.21. lib. 1. Surd. de-
4 ciſ.164. n.12. Et † præſumitur etiam doloſe & in fraudem legis procurata, niſi probetur ceſſiſſe in mulieris vtilitatem, Bald. in d. auth. ſi qua mulier n.9. verſ. Item quid ſi, & ibi Salicet. n. vlt. verſ. Quæro quid ſi. Ruin. conſ.141. n.8. & 9. verſ. ex alio quoque lib. 1. Abb. conſ. 66. n.5. Quæ tamen vtilitas aliunde probanda
5 eſt quam † ex ipſo inſtrumento, vt tradit Rolan. conſ.64. nu. 9. & ſequen. lib. 1. vbi multos allegat.

Hinc eſt quod in caſibus in quibus mulier non iuuatur Velleiano ſi pro alio intercedat
6 iuuatur tamen ſi pro † viro fideiubeat Bero. conſ.48. n.10. paulo ante fin. lib. 1. Quod pro-
7 cedit licet mulier Velleiano † renunciauerit Bart. in d. l. fin. nu.2. verſ. aut intercedit pro alio. C. ad Velleian. gloſ. & Doct. in l. 1. C. eod. tit. Nam quamuis mulier ſe obligans pro viro olim non iuuaretur Velleiano, quando monita illi renunciauerat l. fin. vbi gloſ. ff. ad Velleian. l. ſciendum. ff. de verb. obligat. vbi Alex. n.29. Iaſ. num.30. verſ. tertio nota Port. Imol. conſ.36. nu.30. Dummodo ante renunciationẽ certiorata fuiſſet, & non aliter Paul. de Caſtr. in d. l. fin. C. ad Velleian. Viu. in com. opinion. in ver. mulier iuuatur Velleiano, vbi
8 communem dicit: Hodie † tamẽ conſeruatur illæſa ipſo iure, & eius obligatio non valet per d. Auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian. cuius di-
9 ſpoſitioni † vxor renũciare nõ poteſt ſecundũ Bald. ibidem n.10. Salic. n.5. Alber. nu.4. Abb. conſ.44. n.1. lib. 1. Bolognin. conſ. 45. & nu.6.
10 & ſequen. ſiue ſimus † in mutuo ſiue in alio contractu, quia dicta Authen. procedit indi-
11 ſtincte † ſi non conſtat pecuniam in mulieris vtilitatem conuerſam fuiſſe, vt Bald. ibi, & cæteri notant, & comprobat Abb. in d. conſ. 44. in princ.

Præterea d. Authen. ſi qua mulier locum
12 habet etiam quando maritus, & † vxor ſimul contrahunt & ſe principales in obligatione conſtituunt Bald. ibid. nu.13. verſ. quærit vlterius Salic. n.8. verſ. quæro vir & vxor, & not. Aret. in d. §. item ſi in iudicio num. 39. verſ. quid ſi vir.
13 Item procedit, quamuis † mulier principaliter ſe obligauerit, & maritus fideiuſſerit pro ea, quia præſumitur mulierem interceſſiſſe pro viro, & dicitur color quæſitus, vt dicit Bald. in d. auth. ſi qua mulier n.9. & ibi Salic pariter n.9. Aret. vbi ſupra n.38. verſ. quid ẽ cõtra.
14 Rurſus procedit quamuis mulier † ſe obliget cum ſocero, vel priuigno, aut fratre viri, quia adhuc non tenet eius obligatio cum viri contẽplatione ſe obligaſſe præſumatur Ni-

col.

col. de Matarel. in d. auth. ſi qua mulier vbi
Bald. n. 1. Salicet. n. 4. Aret. in d. §. item ſi in
iudicio n. 37. verſ. & aduertas.

Immo in tãtum prohibitum eſt mulieri pro
15 viro ſe obligare, quod licet† ei permiſſum ſit
ad fauorem aliorum fideiubere pro dote dan-
da, vel reſtituẽda l. ſi dotare, & l. fin. C. ad Vel-
leian. Bald. nouel. in tract. de dot. par. 6. priui-
leg. 12. n. 1. & 2. Cephal. cõſ. 408. n. 9. lib. 3. Nat-
16 ta conſ. 52. n. 15. lib. 1. Nihilominus † etiã pro
dote nõ poteſt ꝓ viro ſuo intercedere Bald. in
l. iubemus, & in d. l. fin. C. ad Velleian. Bero. cõſ.
48. per totũ lib. 1. Maxime ſtãte Statuto, quod
vxor nullo modo poſsit ſe pro marito obliga-
re, quod Statutũ viget Mantuæ, tunc enim ſine
dubio non poteſt pro viro intercedere, quia
Statutum cum indiſtincte loquatur debet in-
diſtincte intelligi etiam in cauſa dotis l. de
prætio ff de publican. & generalis diſpoſitio
includit etiam caſus, & perſonas priuilegiatas
l. in fraudem §. fin. vbi Bald. ff. de teſtam. mi-
lit. Dec. in l. 1. col. 2. de reg. iur. Gozzad. conſ.
97. n. 7. Ripa in l. 1. n. 14. ſol. matrim. cum ſi-
milibus. Et cum Statutũ diſponat idem quod
ius commune eſſet omnino ſuperfluum, & ni-
hil operaretur ſi pro cauſa dotis vxor ſe obli-
gare poſſet ad gloſ. in §. quia vero in authen.
de exhiben. reis late Surd. deciſ. 164. ſub n. 16.
verſ. reſponderi etiam poteſt.

Limitantur tamen prædicta, vt non habeãt
locum quando mulier ſe cum iuramento obli-
17 gauit; Nam contractus etiam fideiuſſionis † à
muliere celebratus iuramẽto cõfirmatur Bart.
in l. ſi quis n. 11. verſ. & ideo dico ff. de fideiuſſ.
& firmauit Rota in vna Interamnen. mercium
4. Iunij 1597. coram Penia. Niſi Statutum tol-
18 lat fidem inſtrumento, nam ea ſublata † iura-
mentum nihil operatur l. nõ dubium C. de le-
gib. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 61.
nu. 11. & 18. Et ita in terminis Statuti Vrbis
lib. 1. c. 151. tenuit Rota in vna Romana Socie-
tatis officij 4. Februarij 1602. coram eodẽ Pe-
nia, & per prius in alia Romana fideiuſſionis
23. Martij 1596. coram Cardinale Seraphino;
Vbi cõtractus mulieris fideiubẽtis ſine ſolem-
nitatibus d. Statuti fuit iudicatus inualidus nõ
obſtante iuramento, quod tanquã per fraudẽ,
& dolum extortũ ex eodẽ Statuto annullatur.

19 Idem eſt ſi mulier ex d. obligatione † rema-
neat penitus indotata, & ſine aliquibus bonis,
quia tunc eius obligatio non valet, non obſtan-
te quod fuerit facta cum iuramẽto Abb. conſ.
8. ſub n. 6. par. 2. Pariſ. conſ. 75. n. 13. cum ſeq.
lib. 3. Ioan. Lopez in repet. rub. de donat. inter
vir. & vxor. §. 17. n. 15. & 16. verſ. intellige ta-
men, & n. 18. quem refert & ſequitur Seraphin.
vbi ſupra priuileg. 25. n. 12. Bero. d. conſ. 48. &
præſertim n. 13. lib. 1. Et ſecundũ hanc opinio-
nem poſt longas diſputationes fuit quoque iu-
dicatũ per Senat. Pedem. prout refert Theſaur.
deciſ. 223. ſub nu. 13. verſ. Senatus poſt longas
diſputationes. Ratio eſt, quia hoc caſũ agitur
de obligatione cõtra publicam vtilitatẽ prout
dicunt Abb. d. conſ. 8. ſub n. 6. Io. Lopez in d. ru
br. de don. inter vir. & vxor. §. 17. n. 18. verſ. Nã,
& Reipublicæ intereſt, Vnde iuramentum non
20 operatur præſertim propter † enormiſſimam
læſionem, vt per Pariſ. d. conſ. 75. nu. 18. & 19.
lib. 3. Socin. Iun. conſ. 47. n. 7. cũ ſeq. qui loqui-
tur de fideiuſſione lib. 4. Caſſad. deciſ. vnica de
empt. & vendit. Et iſtud quidem obtinet etiã
21 ſi † mulier fideiubeat, vt liberet virum deten-
tum in carceribus, vel apud hoſtes, quia ſi ex
tali obligatione remaneat penitus indotata,
& ſine aliquibus bonis eius obligatio etiam
cum iuramento non valet. Ita fuit reſolu-
tum per Rotam in vna Romana fideiuſſionis
5. Iunij 1593. coram Cardinale Arigonio. Nõ
obſtante decreto Viſitæ, nam fuit dictum,
quod decretum ſeu auctoritas Superioris non
tollebat damnũ, & læſionem per deciſ. Ægyd.
503. & Anchar. conſ. 69. paulo ante num. 4.
verſ. ſed iure communi.

Mandatũm vltra ſummam debitam relaxatum, an ſuſtineatur pro ſumma debita vel potius ſit nullum in totum. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 Mandatum Iudicis relaxatum vltra ſummam debitam eſt nullum in totum nec pro ſumma debita ſuſtinetur, & n. 2.

3 Iudex nulliter procedens dicitur agere, vt priuatus non vt Iudex.

4 Priuatus poſſeßione ex decreto nullo debet reſtitui etiam ſi ſit tertius, & n. 6.

5 Iudicis auctoritas non eximit ab incurſu pœna ciuilis.

7 Mandatum vltra ſummam debitam relaxatum reuocatur in totum etiam ſi exceſſus ſit in modica ſumma præſertim quando proceſſum fuit ad executionem.

8 Factum vigore decreti nulli etiam per illum, qui fuit priuatus eſt nullum tanquam factum vltra debitum, & metu mandati.

9 Mandatum Iudicis relaxatum vltra ſummam debitam non reuocatur quando in actis conſtat de veritate, ſed ſoluto exceſſu ad vlteriora proceditur.

10 Item non reuocatur quando ſumus in dubio, & non eſt facile firmare nullitatem.

11 Item non reuocatur quando conſtat quod ille ad cuius fauorem fuit relaxatum mandatum de dicto tempore erat creditor in æquali, vel maiori quantitate quàm eſſet illa in qua fuit exceſſum.

12 Compenſatio ipſo iure inducitur ad euitandam pœnam ſpolij & caducitatis non obſtante iuramento, & n. 13.

14 Iuramentum non conſtituit in mora abſque interpellatione ad effectum pœna.

PRÆTEREA dubitari
contingit, Nunquid de-
cretum Iudicis ſeu man-
datum relaxatum vltra
ſummam debitam va-
leat? Et reſpondendum
eſt huiuſmodi mãdatum
1 tãquam † nullũ, & inua-
lidũ reuocandum eſſe ſecundũ doctrinã Bart.
in l.fulcinius § Prætor ait ff.quib.cau. in poſ-
ſeſ.eat.cũ allegatis per Ruin.conſ. 160. n. 26.
2 lib.2.Nec ſuſtineri pro † ſumma debita, quia
cũ ſit interpoſitum, partim pro vera, partim
pro falſa cauſa ratione indiuiduitatis eſt nul-
lum in totum Bart. Caſtr. & alij in l. ſi nõ ſor-
tẽ §. ſi centum de condit. & demonſtr. & hanc
ſentẽtiã paſsim ſequitur Rota p Put.deciſ.323
lib.1.& fuit tentũ in vna Salamantina penſio-
nis 9.Maij 1583.corã Bubalo, vbi fuerunt al-
legatæ aliæ deciſiones, Idẽ fuit reſolutum in
vna Aſsiſien. ſubhaſtationis 19. Nouembris
1596. coram Orano, & in vna Romana ſpo-
lij 21. Februarij 1600. coram Iuſto.

Ex qua cõcluſione optime deducitur quod
ſtante nullitate decreti nulla etiã eſt exequu-
tio, ſubhaſtatio, & deliberatio virtute dicti de
creti facta tanquã veniens à radice infecta, &
omnia dicũtur proceſsiſſe de facto, & non de
3 iure, cum Iudex † nulliter procedens dicatur
agere, vt priuatus, nõ vt Iudex Card. in Clem.
§.fin.in fin de celebr. Miſſar.cũ alijs per Aym.
conſ.322.n 3.verſ.& in iſto caſu, & conſequẽ-
4 ter intrat ſpolium ad effectũ, vt priuatus † ex
decreto nullo reſtituatur, vt fuit tentũ in di-
cta Romana ſpolij, in qua fuit dictum ꝙ iſtud
influit in quẽcumque accipientem poſſeſsio-
5 nem prætextu decreti nulli, quia Iudicis † au-
ctoritas non eximit ab incurſu pœnæ ciuilis
Bart conſ.91.nu.4.lib.1 Anchar conſ. 133.&
conſ.270.n.5.Socin.conſ.159.n.19.lib.2.Felin.
in c.cum cauſa n.3.de offic.deleg. Vnde ter-
6 tius † poſſeſſor reſtituere quoque tenetur
Fulgoſ conſ.136 n.1.& 127.n.2. & 190 in fine.

Ampliatur ſupradicta concluſio, vt proce-
dat quãuis exceſſus ſit in parua ſumma, quia
7 decretũ tanquã nullum † eſt reuocandũ etiã
ſi excedatur in minimo Iaſ.in d.l.ſi non ſortẽ
§.ſi cẽtum, & fuit dictũ in ſupra allegata Ro-
mana ſpolij. Quod præſertim obtinet quan-
do fuit proceſſum ad executionẽ, quia tũc nõ
ſolũ cõſideratur exceſſus, ſed damnũ, quod ꝑ-
uenit debitori ex nulla, & iniuſta deliberatio-
ne, vel adiudicatione; Adeoꝗ ꝗcquid ſequitur
8 ex decreto nullo, facto ẽt illius, qui fuit † pri-
uatus eſt nullum tanquã factum vltra debi-
tum, & metu mandari Alex. in l.à Diuo Pio, §.
in venditione n.5. & ibi Iaſ n.12. ff. de reiud.

Aduertendũ tamẽ eſt, quod in tribus caſi-
bus nõ reuocatur mandatum Iudicis relaxa-
tum vltra ſummam debitã. Primus eſt quã-
do in actis conſtat de veritate, quia tunc non
fit reuocatio prætextu erroris. ſed ſoluto ex-
ceſſu ad vlteriora proceditur, cũ ſentẽtia de-
claretur ex actis Alex.conſ.49.n.9.lib.1.Cur.
Iun.cõſ.179.n.2.par.1.Et ita fuit teatũ in vna
Peruſina executionis 18.Decẽbris 1595.corã
Penia, quæ opinio videtur etiã æquior ad eui
tãdos inanes circuitus, & ne litigãtes immo-
dicis grauentur expenſis ſecundum Angel. &
alios in l. ſi finita ff de dam.infect. Aym conſ.
46.nu.7. Gozzad.conſ.21.n.35.vbi atteſtatur
* de * communi. Idque præſertim ſi error con-
tigit in modica ſumma quia de minimis non
curat Prætor, l. ſcio.ff.de reſtit & integr.

Secundus caſus eſt quando ſumus in dubio
10 & † non eſt facile firmare nullitatem, vt eue-
nit de facto in vna Lucana expenſarũ 20. Fe-
bruarij 1601.corã Iuſto, vbi cauſa debendi in
partitis ſeparatis nõ erat de eiſdẽ appẽdicibus
nec ab eodẽ fonte deſcẽdebant, ſed æque prin
cipaliter veniebant, & peti poterãt ſeparatim
expenſe in vno iudicio factæ, & in alio iuxta
doctr.Bar.in l. 1.n.7.C.ſi aduerſ rem iudic.ex
quibus cũ non facile videretur poſſe nullitas
firmari Rota cẽſuit magis eſſe cõſonũ iuſti-
tiæ, & æquitati in parua ſumma reſecare ex-
ceſſum, quã annullare decretum, & mandatũ.

Tertius caſus eſt quando conſtat ꝙ ille ad
11 cuius fauorem † fuit relaxatum mandatũ de
dicto tẽpore erat creditor in æquali, ſeu maio
ri quantitate, quã eſſet illa, in qua fuit exceſ-
ſum tũc enim ſuſtinetur mandatũ propter cõ-
penſationẽ, quæ licet antea non fuerit oppo-
12 ſita, ipſo tamẽ iure inducitur † ad euitandum
pœnã ſpolij, & nullitatis mandati ſicuti vide-
mus eã induci ad euitandam pænam caduci-
tatis Imol. poſt alios in c. bona fides ſub nu.
19.de depoſit.Iaſ.in l.2.q.19.n.60.C.de iure
emphyteo.Cur.Sen.conſ.70.col fin.Ruin. cõſ.
148.n.1.lib.1.Pariſ.conſ.208.n.50.lib. 1.Tiraq.
late de retr. ligu. §.3.gloſ.3.n.4.Et hanc ſen-
tentiã paſſim ſequitur Rota etiã non obſtan-
13 te iuramẽto, † vt fuit tentũ in vna Beneuen-
tana deuolutionis 24.Iunij 1585.corã Cardi-
nale Pãphilio. Quia licet regulariter cõpen-
ſatio iuramentum non excludat, tamen quid-
quid dicat Gozzad.conſ.69.hoc non procedit
ad effectũ incurrendi pœnã Io. Faber, & Iaſ in
§.bonæ fidei n.85.Inſt.de action.Felin.in c.ad
noſtrã col.5. de iure iuran.Pariſ. conſ.125. n.
39.lib.1. Grat.conſ.121.n.5.lib.1. Guid.Pap.
deciſ. 171. n.5.verſ. in pænalibus Alba. conſ.
118.n.2. Et videmus in ſimili quod iuramen-
tum non conſtituit in mora abſque interpel-
latione ad effectum pænæ Gozzad.conſ.27.&
tenuit Rota in vna Peruſina pœnæ coram Car-
dinale Blanchetto de anno 1577.& tanto ma-
gis inducitur cõpenſatio ſi inter partes ſit ſo-
lita fieri ad not.per Alex.conſ.124.lib.5.cum
adductis per Gabr.concluſ.1.de conſuet. n.9.

Commiſsio cauſæ facta Vicario Epiſcopi, vel alterius perſonæ ſub nomine dignitatis an tranſeat in ſucceſſorem. Cap. VII.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Commiſſio cauſa facta Vicario Epiſcopi, vel alterius perſonæ ſub nomine dignitatis in ſucceſſorem non tranſit, niſi delegans habuerit reſpectum ad tribunal, vt quia commiſſio ſit directa Epiſcopo, vel eius Vicario, & n. 3. & 4.

2 Tranſit in ſucceſſorem quando dignitas ſub cuius nomine commiſſio fuit facta per ſe ſubſiſtit.

SÆPENVMERO contingit, vt cauſę delegẽtur Vicario Epiſcopi, vel alterius perſonæ ſub nominę dignitatis. Vnde dubitatur. An huiuſmodi commiſſiones trãſeant in ſucceſſorem? Et quod † non
1 tranſeant de cõmuni * atteſtatur Dec. in c. quoniam Abb. n. 61. de offic. delegat. Idem tenet Bart. in l. quod Principe in fine ff. de leg. 2. Et ratio huius concluſionis, ibi ex diſcurſu Bart. colligitur, quia vult quod vbi dignitas ſub cuius nomine fit talis commiſſio per ſe ſubſiſtit, ideſt competit iure proprio, & non alieno, vt in Principe, Et Epiſcopo ipſo, tunc tranſeat † ad ſucceſſo-
2 rem; ſecus ſi ab alio dependeat prout in Vicario Epiſcopi, ita innuit Bart. ibi in fine, & hoc aperte dicit Dec. in loco ſupra allegato, in princ. Vbi reddens rationem huius concluſionis, inquit quia talis dignitas iure proprio non competit. Hanc eamdem diſtinctionem facit Bart. in l. more maiorum num. 19. ff. de iuriſdict. omn. iud. ſub qua lege includitur repetitio l. & quia eodem tit. Hanc opinionem tenet etiam Bald. Salic. & Fulgoſ. ibid. & Bald. in l. hac conſultiſsima in prima col. C. de teſtam. Cyn. Angel. & Fulgoſ. in l. ſi quis Imperatorem C. de teſtam. cum alijs per Iaſ. in d. l. more maiorũ n. 65. verſ. ſecundo limita
* vbi de communi: Et vti * communem, & veriorem tenuit Rota apud Achil. deciſ. 2. de Vicar. Quæ tamen deciſio intelligitur vbi de cõtrario ſtylo non doceatur, vt dicitur ibi in fine. Hanc quoque tenuit Rota in vna Papien. coram Cardinale Lancelotto ſub die 3. Martij 1587. Vbi inter cætera fuit dictum quod hæc communis opinio nõ videtur habere multos contradictores, quando delegans non habuit reſpectum ad tribunal Epiſcopi, ſed ad ipſum Vicarium tãtum, fuit allegatus Gambar. in tract. deleg. lib. 8. q. 97. Et illam opinionẽ tenet etiam Salic. & Fulgoſ. in d. l. more maiorum n. 25. ff. de iuriſdict. omn. iud. Caccialup. num. 35. Roman. num. 8. Curt. Iun. n. 102. Butr. in d. cap. quoniam Abb. num. 25. Imol. ibidẽ n. 19. & 20. Felin. n. 7. Bero. n. 100. Guid. Pap. n. 3. Mant. n. 32. Gemin. in c. Statutum in princip. col. 3. circa med. verſ. & per hoc de reſcript. in 6. & ibi Franc. n. 11. Capra conſ. 37. n. 32. & de communi vltra Dec. teſtantur Caccialup. Bero. & Mant. in locis præcitatis.

Quicquid tamen ſit, Ego contrariã ſententiã libenter ſequor propter communem obſeruantiã, de qua teſtatur Card. in clem. 2. nu. 6. q. 5. de reſcript. Præſertim ſi commiſſio eſſet facta Epiſcopo, vel eius Vicario, quia tunc delegans videtur habuiſſe reſpectum ad tribunal; Et ita tenuit Rota in vna Siracuſana illegitimitatis, 10. Decembris 1575. coram Cantuccio, mota etiam æquitate, quam ſolet amplecti, cum opinio pręcedẽs procedat de rigore, vt dicit Caccialup. in d. l. more maiorum n. 35. & ea attenta multæ expeditiones ſubuertuntur.

Filia, quę minus legitima habuit in dotem an, & quando illius ſupplementum petere poſſit, Et nunquid hoc ſupplementum fieri debeat à ſolis hæredibus, vel etiam à legatarijs, qui res hæreditarias poſſident. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 Filia, quæ minus legitima habuit in dotem ſupplementum illius petere non poteſt quando ille fuit inſtitutus, qui filiam excluderet ab inteſtato, ſecus ſi alius ſit hæres inſtitutus.

2 Item ſi ſit dotata non poteſt agere ad legitimam quando extat Statutum quod ſtantibus maſculis ab inteſtato fœmina dotata non ſuccedat quamuis pater maſculis inſtitutis in teſtamento filiam prætererit.

3 Perſonæ incapaci, & excluſa à ſucceſſione ab inteſtato non competit aliquod ius petendi legitimam, aut illius ſupplementum ſiue ſimus in caſu teſtati, ſiue inteſtati.

4 Mater vbi eſt excluſa per Statutum cenſetur etiam excluſus nepos ex ea natus.

5 Legitima eſt ſupplenda ab hæredibus non autem à legatarijs, qui res hæreditarias poſſident.

6 Legatarius proprie hæres non dicitur.

7 Princeps dum in ſua conſtitutione aliquid refert tanquam geſtum à ſe ipſo, cenſetur approbare, & tacitè diſponere.

8 Filia pro ſua legitima non poteſt eligere rem legatam.

9 Fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur ad ſupplementum legitimæ.

10 Hæres, vel fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur ad ſupplementum legitimæ ex rebus hæreditarijs quando hæreditas ſufficit, alias legatarij etiam tenentur.

11 Creditores quando hæreditas non eſt ſoluendo poſſunt agere contra legatarios.

AGITATA diu, multumque in foro eſt vetus illa quæſtio, an filia, quæ minus legitima habuit in dotem illius ſupplementum petere poſsit. Qua in re Corn. conſil. 107. num. 11. lib. 2. tenet quod fi-

lia non poſſit ſupplementum petere, dummo-
do dotata congrue probetur ſecundum patriȩ
conſuetudinem, & idem eſſe vbi ſit prohibita
ſuccedere ab inteſtato per Statutum, & ſimi-
liter dotata ſit, late comprobat Decian. conſ.
* 6. num. 14. & ſequ. vbi de magis * communi
lib. 1. & idem Corn. conſ. 86. n. 2. lib. 1.

Caſtrenſ. vero conſ. 196. n. 3. lib. 1. circa
hunc articulum tres opiniones refert. Prima
eſt, vt filia indiſtincte cenſeatur excluſa à pe-
titione ſupplementi, licet is, qui fuit hæres in-
ſtitutus non ſit ille, qui vigore ſtatuti ipſam
excluderet à ſucceſſione inteſtati, dummodo
talis, qui eam excluderet extet, & ratio eſt,
quia inſtitutus videtur ſubrogatus loco illius,
qui filiam excludit ab inteſtato, Vnde quem-
admodum ille ſi eſſet inſtitutus ipſam à tali
ſupplemento excluderet, ita & ſubrogatus.

Altera eſt opinio contraria, vt quicũque fue
rit inſtitutus etiam ſi ſit ille qui filiam exclu-
deret vigore dicti ſtatuti ab inteſtato ipſa ſem
per petere poſſit ſupplementũ legitimæ, ea ra-
tione, quia pater potuit vti prouiſione ſtatuti,
vt filiam excluderet à tali prætẽſione morien-
do ab inteſtato, qua cum vſus non ſit imputet
ſibi, cum prouiſio ſtatuti loquens in vno caſu
ad omnino diuerſum extendi non debeat.

Tertia eſt opinio diſtinguentiũ, vt ſi ille in-
2 ſtitutus ſit† qui ab inteſtato filiam excluderet
hoc caſu filia prohibeatur petere ſupplementũ
ſi vero alius ſit hæres inſtitutus, & non is, qui
eam ab inteſtato excluderet, tũc filia legitimæ
ſupplementum petere poſsit, & hanc opinionẽ
amplectitur Caſtrenſ. vbi ſupra, tum quia non
debet imputari patri, cum ab inteſtato nõ de-
ceſſerit: tum quia nõ ſubeſt ratio cur maſculus
melioris conditionis eſſe debeat ab inteſtato
quàm ex teſtamento; tum & tertio quia ei tan
tum debetur ſupplemẽtum legitimæ cui legi-
tima ipſa debita eſt: Sed legitima non debetur
niſi ei cui hæreditas debetur ab inteſtato cum
ſit portio portionis ab inteſtato debitæ. Vnde
cum filia ab inteſtato ſuccedere non poſsit vi-
gore ſtatuti, ita nec legitimam prætendere, &
per conſequens nec illius ſupplementum.

Et hęc vltima opinio mihi magis placet pro
qua adduco, quod not. Alciat. in l. Gallus §. &
quid ſi tantum n. 94. ff. de lib. & poſthum vbi
2 inquit quod ſi†extet Statutum quod ſtantibus
maſculis ab inteſtato fęmina dotata non ſuc-
cedat quod ſi pater faceret teſtamentũ maſcu
lis inſtitutis tali fęmina præterita, quod ipſa
nõ poterit etiam agere ad legitimam, quia ad
legitimam non poteſt deueniri niſi per quęre-
lã inofficioſi l. quæ nuper C. de inoffic. teſtam.
ſed iſta non poteſt quærelare, cum ſic cauſam
teſtamenti ad cauſam inteſtati reduceret, quo
caſu ipſa excluditur per ſtatutum. Hanc eam-
dem ſentẽtiam ex multis comprobat Brun. in
quodam ſuo conſ. poſito in fine tract. de Stat.
vbi ex profeſſo articulum hunc examinat.

3 Et bene facit quia perſonæ† incapaci, & ex-
cluſæ à ſucceſſione ab inteſtato non debet cõ-
petere aliquod ius petendi legitimã, aut illius
ſupplementum, ſiue ſimus in caſu teſtati, ſiue
inteſtati, quia cum legitima nihil aliud ſit, ni-
ſi tertia illius, quam quis conſequuturus erat
ab inteſtato, meritò ſublato iure ſuccedendi
ab inteſtato cenſetur ſublatum ius petendi le-
gitimam, vel ſupplemẽtum illius, vt poſt alios
tradunt Bero. conſ. 51. n. 21. lib. 1. Aym. conſ.
11. n. 13. Alex. in d. l. Gallus §. & quid ſi tantũ
ſum nu. 17. verſ. item certum videtur Afflict.
deciſ. 158. n. 6. & plures cumulat Tiraq. in trac.
de primogenit. quæſt. 53. n. 12. & 22. Et hanc
opinionẽ in terminis Statuti Vrbis lib. 1. c. 149.
quicquid nonnulli Doct. in contrarium dixe-
rint, tanquam magis communem *, & veriorẽ
* amplexa fuit Rota in vna Romana ſupplemẽ-
ti legitimæ 8. Februarij 1593. coram Cardi-
nale Arrigonio: In qua fuit dictũ Statutũ præ-
fatum habere locum etiam in nepote ex† filia
4 quia ſi mater eſt excluſa, cenſetur etiam exclu
ſus nepos ex ea natus, Salicet. in l. maximum
vitium C. de lib. præterit. cum cumulatis per
Brun. in tract. quod ſtantibus maſcul. art. 6. n.
89. cum ſeqq & num. 95. & ſub num. 98. verſ.
ſed. prima opinio eſt verior Rub. Alexand. in
conſ. 16. num. 13.

Illud tamen eſt aduertendum quod vbi filia
ſupplementum petere poteſt, legitima eſt ſup-
5 plenda † à ſolis hæredibus, non autem à lega-
tarijs, qui res hæreditarias poſsident ſecun-
dum opinionem quam tenet Imol. in l. in quar
tam ff. ad leg. falcid. & alibi Corn. conſ. 190.
num. 5. lib. 2. Angel. in l. Papinianus §. ſi con-
ditione de inoffic. teſtam; & probatur per tex.
in §. cæterum in authen. vt cum de appellat.
cognoſcit. ibi ab hæredibus impleri, quod ver-
6 bum excludit legatarios † qui non ſunt hære-
des, ſaltẽ proprie l. quędã §. nihil. ff. de eden. Et
licet Imperator dicat. (Secũdũ noſtras leges)
quaſi non diſponat, ſed referat; tamen cũ refe-
7 rat tanquam † geſtũ à ſe ipſo cenſetur appro-
bare, & tacite diſponere Dec. in c. ad hæc de
reſcript. Card. conſ. 79. circa fin. Et facit quia
8 quemadmodũ filia† pro ſua legitima non po-
teſt eligere rem legatã Bald. in rubr. de rer. di-
uiſ. col. 1. verſ. ſed pone, & in l. non amplius §.
fin. vbi etiã Angel. & Alex. de leg. 1. cum alijs
per Iaſ. in l. filius quem col. 7. verſ. limita C.
famil. hercifc. in l. marcellus §. res quæ col. fin.
vbi etiã Alex. in fin. verſ. quid autem in legi-
tima ad Trebell. & in d. l. in quartã n. 16. Ripa
in l. filius familias. §. diui n. 29. de leg. 1. Ita nec
occaſione ſupplementi poterit legatarios ve-
xare arg. l. quæ de tota ff. de rei vendic.

Amplia iſtud procedere etiam in fideicom-
9 miſſario vniuerſali, nam † & hic ſolus tenetur
ad hanc ſuppletionem, vt conſuluit Ruin.
conſ. 57. n. 16. lib. 2. Ratio eſt quia fideicõmiſ-
ſarius vniuerſalis eſt loco hæredis l. ſi filius fa
milias §. 1. ff. quod cum eo cum ſimul.

Intellige tamen prædicta quando hæres aut
fideicommiſſarius vniuerſalis poſſunt ex rebus
10 hęreditarijs ſupplere legitimã filię† alias ſecus

vt per

vt per Alex. in d.l. in quantum in fin. Rip. n.
212. Picus nu. 90. ff. ad leg. falcid. Bald. Salic.
Caſtr. Iaſ. & alij in l.C. de inoffic. teſtam. hoc
enim caſu tenentur etiam legatarij, quia vbi
11 hæreditas non eſt ſoluẽdo creditores † poſſunt
agere contra legatarios l.fin. §. licentia C. de
iur. delib. Ripa in §. diui n. 29. Bald. in l. ſuus
quoque in princip. de hæred. inſtit. Fabian. in
repet. auth. nouiſſima nu. 55. C. de inoffic. te-
* ſtam. & ita tenent* communiter Doct. ſecundũ
Corn. d. conſ. 190. col. 3. & 4. lib. 2. Ruin. conſ.
57. n. 19. lib. 2. Afflict. deciſ. 162. n. 7. vbi vult
poſſe agi rei vedicatione etiam contra poſſeſ-
ſores Dec. conſ. 81. in fine.

In priuilegijs exemptionum Papæ ſubſcriprionem Cardinalium non requiri paucis oſtenditur reprobata opinione Collectoris deciſionum Rotæ. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 Bulla ſeu Priuilegiũ repertum in regiſtro aliarum Bullarum Papæ, & ab eo ſolemniter extractum plenam fidem facit.

2 Opinio Collectoris in deciſ. 1. de priuil. in antiq. quod in priuilegijs exemptionum requiratur ſubſcriptio Cardinalium, reijcitur.

3 Papa ſine Conſilio Cardinalium poteſt de rebus quantumuis arduis ſtatuere.

4 Litteræ Apoſtolicæ habentes ſubſcriptionem officialium Papæ plenam fidem faciunt non ſolum actus tunc geſti ſedã eti narratorũ per Papam.

5 Papa credendũ eſt præſertim in materia, in qua liberam poteſtatem habet.

CONTRA priuilegium
exemptionis à Papa con-
ceſſũ opponebatur, quod
nõ erat in forma proban-
ti, ex quo in eo deficiebat
Cardinalium ſubſcriptio;
& allegabatur deciſio Ro
tæ prima de priuileg. in
antiq. Ego autem, dicebã
quòd priuilegium plenam fidem faciebat, quia
1 fuerat repertum in Regiſtro aliarum Bullarũ
Papæ, & ab eo ſolemniter extractum, Beluc. in
tract. de charit. ſubſ. quæſt. 113. circa finem,
Creſcen. deciſ. 50. Ant. Auguſt. tit. de fid. in-
ſtrument. §. de exemptis, n. 1. Et ad dictam
deciſ. reſpondebam, quòd illa non erat opi-
2 nio Rotæ, ſed Collectoris, & erat † plane
erronea, & contra exceptionem tex. quem al-
legat in cap. cum à nobis, in fine de teſtib. vbi
diſertè excipitur Sedis Apoſtolicæ auctoritas.

Neque obſtat, quòd ibidem gloſ. in verbo,
auctoritate, dicat Dominos Cardinales in pri
uilegijs ſubſcribere; in alijs non, quia hoc to-
tum pendet à voluntate Papæ: Nam aut talem
ſubſcriptionem volumus pro auctorizatione;
3 & non requiritur, cum Papa poſſit † etiam ſi-
ne conſilio Cardinalium de rebus quantumuis
* arduis ſtatuere, vt de cõmuni * teſtantur Do-
min. Philip. & cæteri in cap. ſuper eo, de hæ-
ret. lib. 6. Aut eam exigimus ad probationem
tanquam teſtium actui adhibitorum, & eſt ri-
dicula opinio, cum in Bullis Apoſtolicis nulli
teſtes ſeſe ſubſcribant, ſed ſoli Papę Officiales,
4 & tales litteræ plenam † fidem faciunt, non ſo
lum actus tunc geſti, ſed etiam narratorum
per Papam Clement. litteris, de probat. Quòd
eo facilius admittendũ eſt vbi agitur de exem
ptione, quæ Sedi Apoſtolicæ ſit fauorabilis, vt
per Bald. in tract. de exempt. Et quando ſu-
5 mus in materia, in qua Papa † habet liberam
poteſtatem, quo caſu ei creditur, vt per Abb.
in d. cap. cum à nobis n. 2. Et ex multis Bul-
lis, & priuilegijs apparet de cõtrario ſtylo Cu-
riæ Romanę quidquid compilator dictæ deci-
ſionis oſcitanter tradiderit.

Amiſſio rerum, vel ſcripturarum quomodo ſit probanda paucis explicatum. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 Amiſſio rerum, vel ſcripturarum probatur ex caſu fortuito, puta depopulatione, vel incendio.

2 Iuramento partis ſtatur de ſcripturis, & illarum tenore probato furto.

3 Amiſſio rerum probata depopulatione ex coniecturis probatur.

4 Ad probandam amiſsionem rerum, quando ſit neceſſe vltra caſum fortuitum probare, quod res, quæ aſſeruntur perdita fuerint in loco vbi caſus fortuitus interuenit, & num. 5.

APVD pleroſque habetur
pro clara illa concluſio,
quod ad probãdam amiſ-
ſionem rerum, vel ſcri-
pturarũ ſufficiat proba-
1 re caſum † fortuitum, pu-
ta depopulationem, vel
incendium; nam de ſcri-
ptura ſtatur iuramento
partis ſecundum Paul. de Caſtr. in l. ſicut ini-
quum. C. de fid. inſtrument. Vbi dicit quod
2 probato furto † per teſtes ſtatur iuramẽto par
tis de ſcripturis, & de tenore, vt notatur in l.
ſi de poſſeſsione C. de probat. & in l. fin. C. de
fid. inſtrum. & in l. ſi quando C. vnde vi. Et
3 quod probata depopulatione † amiſsio re-
rum probetur ex cõiecturis dicit etiam Bart.
in l. ſi quis ex argentarijs §. hac etiã de eden.
qui tamen non aperit an neceſſe ſit probare,
quod res quæ dicitur perdita fuerit in loco.
Hic caſus euenit de facto, & vidi quod fuit val
de dubitatum Angel. enim in d. §. hæc etiam
videtur velle, quod non ſit neceſſe hoc proba-

re, ſed Doct. in cap.fin.quod met. can.& ma-
xime Abb. non habent hoc pro expedito,ideo
tenent quod ſit neceſſe probare non ſolum
caſum,incendij,vim hoſtium, naufragij, & ſi-
milium, ſed etiam quod res, quæ aſſeruntur
deperditæ fuerint in illa naui, vel loco, vt ibi
4 per eos; Si vis † tenere cum Angel. potes di-
cere, quod aliud eſt in materia l. ſi quando
C. vnde vi, & cap fin. quod metu cauſ. vbi
tractatur de amiſſione rerum ad finem agen-
di contra tertium, & ad exigendum caſu quo
agatur contra non doloſum, puta ſi ex forma
ſtatuti commiſſo maleficio Villa teneatur e-
mendare damnum. Aliud eſt quando amiſ-
ſio allegatur à debitore ad finem ſuæ libera-
tionis, vt tunc probato caſu in dubio ſtetur
dicto illius dicentis in illo caſu perdidiſſe
rem debitam.

Ego pro reſolutione crederem in hoc eſſe
5 arbitrandum † inſpecta conditione perſona-
rum & rei de qua agitur; Quid enim ſi ma-
giſter pellium, cui datæ ſunt pelles aptandæ
probet incurſum hoſtium vel populi in Domo
ſua? vtique præſumptio eſt, quod ibi amiſerit
pelles, quæ veriſimiliter tenentur ad aptan-
dum in Domo, vel in apotheca, in qua prin-
cipaliter operatur illud exercitium; Se-
cus ſi conducit pelles aptandas, & demum
probat caſum ſibi contigiſſe in mari, vel iti-
nere, vbi veriſimiliter non debebat portare
pelles aptandas, Et idem dicas de equo con-
ducto, vel alia ſimili re, Vide Petr. Ghirard.
ſing. 8. Alex. conſ. 196. num. 9. lib. 2. Dec.
conſ. 330. & conſ. 215. colum. 1. & conſ. 82.
colum. 2.

Decoctio campſoris, an cedat damno cre-ditoris, qui recepit ordinem à ſuo debitore campſori directum, vt ſibi ſoluat, vel potius debitoris, qui dedit dictum ordinem. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 Debitor trāſmittens litteras Campſori, vt ſoluat ſuo creditori non liberatur, niſi ſequuta fuerit ſolutio, etiam ſi ordo à creditore præſentatus fuerit, & à Campſore acceptatus, contra Bartolum cuius doctrina communiter reprobatur, & num. 2. 6. & 8.

3 Limita niſi interueniat delegatio.

4 Delegatio non inducitur, niſi is cui ſit delegatio ſit debitor, & vt debitor promittat, & tanquam debitori ſibi fiat delegatio.

5 Creditor qui præſentauit litteras a ſuo debitore Campſori directas (ceſſante delegatione) non tenetur de negligentia in exigendo.

7 Poteſt etiam poſt receptum ordinem ante tamen ſolutionem omnia facere, quæ ſibi de iure, vel conuentione ſunt permiſſa.

FREQVENS in fo-
ro eſt illa quæſtio, cu-
ius damno cedat de-
coctio Campſoris, cre
ditoris ne, qui recepit
ordinē à ſuo debitore
Cāpſori directū ad ef-
fectū, vt ſibi ſoluat, vel
potius debitoris, qui
dedit dictum ordinem? Et cōmunis, * & verior
opinio eſt, quod cedat damno ipſius debitoris
tranſmittentis litteras, dummodo non inter-
uenerit delegatio; quod procedit licet ordo à
creditore præſentatus fuerit, & à Campſore
acceptatus, quia nō propterea cenſetur indu-
1 cta † liberatio principalis debitoris tranſmit
tentis litteras niſi ſequuta fuerit ſolutio; Cum
præſentatio fiat ſolum ad effectum, vt adue-
niente tempore Campſor ſit paratus ſolutio-
ni, & acceptatio operatur, vt creditor ſequa-
tur fidem dicti Campſoris taliter qualiter vo
lunt mercatores mandantes, ſcilicet quate-
nus ſoluerit. Et propterea in litteris dici ſo-
let (pagarete:) Ideo niſi ſequuta fuerit ſolu-
tio non dicitur facta liberatio l. ſi litterarum
vbi Bald. C. de ſolut. Salic. in l. ſi filius la
2. num. 7. verſ. ſed dubitari poteſt ad Mace-
don. Paul. de Caſtr. in l. ſi debitorem num. 3.
de nouat. cum alijs congeſtis per Gabr. eod.
tit. concluſ 1. n. 11. verſ. contrarium.

2 Et licet Bart. † in l. ſingularia nu. 19. verſ.
ego dico Campſores ff. ſi cert. pet. videatur
concludere eſſe inductam liberationem Mer-
catoris mandantis, nihilominus eius doctrina
eſt communiter * reprobata, vt dicit Cagnol.
ibidem num. 167. & Bologn. num. 89. verſ. ſed
contrarium; Et eam. in ſpecie reprobauit Ro-
ta in pluribus cauſis, & præſertim in illa Bo-
nonien. pecuniaria 13. Ianuarij 1581. coram
bon. mem. Cardinale Lancelotto, In qua fuit
dictum quod dicta doctrina poteſt habere lo-
3 cum quando fuiſſet facta † delegatio, vt tenet
Dec. in d. l. ſingularia nu. 27. Purpurat. n. 82.
verſ. & ita ex communi Socin. num. 19. verſ.
Quinta, & vltima concluſio Bologn. n. 92. verſ.
& eſt communis: Cui quidem delegationi lo-
cus eſſe non poteſt niſi Campſor, qui acceptat
4 litteras ſit debitor delegantis † & vt debitor
promittat, & tanquā debitori ſibi fiat delega-
tio. Iſtis enim, vel aliquo eorum deficientibus
non fit delegatio, & conſequēter liberatio de-
legantis nō inducitur ſecundū gloſ. in l. quam
tuis §. ſi mulier el 2. circa princip. ad Velleian.
& ibi not. Caſtr. n. 3. & eſt communis * opinio,
vt per Cagnol. in d. l. ſingularia num. 165. Iaſ.
n. 36. cum alijs per Gabr. d. concluſ. 1. n. 26.

Et prædicta locū habent etiam interuenien
te mora ſeu negligētia creditoris in exigēdo,
5 quia ceſſante delegatione creditor † qui litte-
ras præſentauit non tenetur de negligētia, nec
poteſt ei imputari aliqua mora, vt fuit reſolu-
tum in dicta cauſa Bononien. pecuniaria, & in
vna Romana ſimiliter pecuniaria 24. Nouem-
bris

bris 1595. coram Cardinale Millino.

Et quod acceptatio litterarum cambij fa-
6 cta per Campſorem cui tranſmiſſæ ſunt † non
liberet tranſmittentem niſi ſolutio ſequatur
tradit idem Caſtren. in l. delegare n.4.ff.de
nouat. cum alijs per Rotam Genuæ deciſ. 2.
nn.11.& 24. vbi etiam ponuntur requiſita ad
nouationem inducendam.

Similiter quod ſolutione nõ ſequuta credi-
7 tor † interim ea omnia facere poſſit, quæ ſibi
de iure, vel conuentione permiſſa ſunt fieri,
fuit etiam tentum per Rotam in vna Roma-
na Societatis officij 9. Martij 1598. coram
Camillo Peregrino, quæ fuit confirmata 3.
Aprilis de eodem anno coram eodẽ, vbi age-
batur, An poſt receptum ordinem de ſoluẽdo
ſibi fructus currentis ſemeſtris ſocietatis of-
ficij eidem fuiſſet licitum transferre periculũ
vitæ in aliam perſonam, prout vigore pacti
exiſtentis in dicta Societate licitum erat,
vbi fructus non recepiſſet, & fuit deciſum
quod ſic.

8 Hanc etiam opinionem † ſequuta fuit Ro-
ta in vna Venetiarum litterarum Cambij 23.
Maij 1593. coram Gypſio, & in vna Romana
pariter litterarum Cambij 3. Martij 1595. co-
ram eodem, vbi quidam Romæ acceperat
pecunias Venetijs perſoluendas vigore litte-
rarum cambij, quæ per Campſorem Venetijs
commorantem cui directæ erant acceptatæ
fuerunt, ſed quia vigore cuiuſdam ſtatuti il-
lius loci poſt acceptationem debebant labi
decem dies ante ſolutionem, & poſt lapſum
decem dierum tres ſubſequentes erant deſti-
nati ſolutioni, quæ ſi in dicto triduo non fie-
ret aliud triduum competebat exactori litte-
rarum ad proteſtandũ adhoc vt poſſet habe-
re recurſum contra priorem debitorem, & ſic
delegantem, cum in termino Campſor non
ſoluiſſet vltima die tridui dati ad proteſtan-
dum exactor proteſtatus fuit, qua die etiam
Campſor decoxit: Vnde prætendente priore
debitore ſe eſſe liberatum ex illa litterarum
acceptatione fuit dubium in Rota, & reſolu-
tum contra ipſum debitorem.

Stylus extra Curiam quomodo probetur ſecundum obſeruantiã Rotæ. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 Stylus extra Curiã probari debet per teſtes, qui deponant ſuper interrogatorijs partis aduerſæ.
2 Si ſit notorius ſufficit quod ſuper ſtylo Iudex ſe informet extraiudicialiter.
3 Idẽ eſt quando agitur de ſtylo loci vbi capitur informatio, ſi ſtylus non ſit iuri contrarius.
4 Stylus iuri contrarius non admittitur, vel ſaltem debet eſſe legitime præſcriptus, & per teſtes concludenter eſt probandus in loco vbi ſententia fuit lata, & coram Iudice delegato, non autem coram ordinario, & n.5.
6 Stylus extra Curiam probatur ex ſententijs in Curia latis ſuper eodẽ ſtylo abſq; alio examine.
7 Stylus Hiſpaniarum quod citationes fiant ad videndum iurare teſtes ſine appoſitione certæ diei, in Curia approbatur.

ILLVD quoque non eſt
prætermittendum, quod
in praxi multoties cõtin-
git, quod ad probandum
ſtylum extra Curiam
Rota non admittit con-
teſtationes, ſeu fides fa-
ctas lite pendente, ſed re-
1 quirit probationem † le-
gitimam per teſtes qui deponant ſuper inter-
rogatorijs partis aduerſæ, quod etiam eſt de
iure, vt late oſtendit Bero. conſ. 40. n.7. lib. 3.
Et quod dicũt Doctores ſufficere quod ſuper
ſtylo Iudex ſe informet extraiudicialiter Bar.
in l. 3. §. fin ff. de teſtib. & in l. de quibus nu.
22. ff. de legib. Alex. conſ. 14. n. 2. lib. 5. Pede-
2 mon. deciſ. 22. n. 16. procedit † quando ſtylus
eſt notorius Ruin. conſ. 194. n. 14. lib. 4. Socin.
Iun. conſ. 63. n. 5. lib. 1. vel quando agitur de
ſtylo loci vbi capitur informatio, quod non
3 eſt † contra ius: ſecus ſi ſit contra ius, vt ſty-
lus pronunciandi ſine ſcriptis, quod eſt contra
formam traditã in l. 2. & 3. C. de ſen. ex breu.
4 recit. tunc enim huiuſmodi ſtylus Vel nõ † eſt
admittendus, Alex. conſ. 36. ad fin. lib. 2. Nat-
ta conſ. 252. n. 6. lib. 1. Vel ſaltem debet eſſe
legitime præſcriptus, & per teſtes concluden-
ter eſt probandus Alex. d. conſ. 36. in fin. &
conſ. 212. n. 21. lib. 6. Aym. conſ. 28. nu. 19. Re-
buf. ad conſtit. Gal. to. 3. tit. de conſuet. art. 2.
gloſ. 13. n. 16. verſ. ad ſecundũ Roch. de cõſue-
tudine ſection. 8. in fin. verſ. ſi autem eſt con-
tra ius, Et talis probatio eſt facienda in loco,
vbi ſententia fuit lata Paleot. deciſ. 3. quæ in-
cipit Iudex in Ciuitate, Et coram Iudicibus
5 delegatis † non autem coram Ordinario Put.
deciſ. 742. lib. 3. niſi in Curia extarent aliæ
ſententiæ latæ ſuper eodem ſtylo, ex quarum
6 lectura † ſtylus probaretur abſque alio exa-
mine, vt per Bald. in l. 1. in fin. C. ad Velleian.
Curt. Sen. conſ. 17. col. 4. verſ. & faciunt notata
per Pariſ. cõſ. 12. n. 142. lib. 2. Veluti in ſtylo,
7 qui viget in Hiſpanijs † quod citationes fiãt
ad videndum iurare teſtes ſine appoſitione
certæ diei, qui cum fuerit probatus in pluri-
bus cauſis, probat quoad omnes, Peregrin.
lib. 2. deciſ. 32. alias 56. in cauſa Burgen.

Ex ratificatione Patris quando iudicium factum a filio conualidetur. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 Filius non poteſt agere nec ſtare in iudicio ſine conſenſu Patris.

2 Iudi-

2 *Iudicium factum à filio ſine conſenſu patris ex ratificatione eiuſdem patris cõualidatur etiam poſt concluſum in cauſa dummodo ſententia non ſit lata, & n 4. & 5.*

3 *Quando in actu ſeu diſpoſitione debet interuenire aliqua ſolemnitas habito reſpectu ad certum finem, habito fine, & effectu, per quem introducitur ſolemnitas illa, licet ea in actu non interueniat, tamen actus valet, & ſufficit quòd ex poſt facto interueniat.*

RECEPTA eſt apud om-
nes concluſio quod filius
1 non † poteſt agere, nec ſta
re in iudicio ſine conſen
ſu patris: Verum ſi pa-
ter conſentit, & ratificat
acta facta per filium,
conualidatur iudicium,
2 etiam ſi conſenſus † ſu-
peruenerit facta concluſione in cauſa, quia in
quacunque parte iudicij poteſt talis cõſenſus
interuenire ſecundum ſententiam quam am-
* plectũtur communiter * Doctores, & præſertim
Io. de Arena Riccard. Malumbr. Cin. Bart. &
Angel. in l. non ſolum §. neceſſitatem C. de
bon. quæ lib. & Salicet. ibidem dicens hanc
opinionem eſſe veriorẽ Guid. de Suzar. quem
refert. Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de acto-
re §. 1. verſ. ſed nunquid filius in verbo ve-
runtamen Innocen. in cap. conſuetudinem de
de conſuetud. Alex. conſ. 106. quoad præſens
quæſitum lib. 1. Alber. in d. §. neceſſitatem,
qui refert Oldr. ita tenere indiſtinctè, Et in ca
ſu in quo patri quærebatur vſusfructus tenuit
Conſilium Neapolitanum, vt per Afflict. deciſ.
180. Adde Anchar. cõſ. 337. col. fin. & eſt nota-
bile dictum Bald. in l. quicunque C. de bon.
quæ lib. quod quãdo in aliquo actu, ſeu diſpo-
3 ſitione † debet interuenire aliqua ſolemnitas
habito reſpectu ad certum finem, quod habito
fine, & effectu per quem introducitur ſolem-
nitas illa, licet ea in actu non interueniat, ni-
hilominus actus valebit, & ſufficit quod ex
poſt facto interueniat, quia iura illa nõ expo-
ſcunt niſi in effectum, & finem rei, & bene fa-
cit Corſet. in ſingul. in verb. pupillus col. 7.
vbi multa allegat, & faciunt notata per Abb.
in cap. cauſam quæ col. pen. verſ. vltimo quæ-
ro de iudic. vbi multa congerit, quæ breuita-
4 tis cauſa omitto. Et quod valeat † conſenſus
poſtea præſtitus facit etiam doctr. Bart. in l. ſi
mater §. hoc iure ff. de except. vbi voluit, quod
ſi aliquid eſt nullum ex defectu cõſenſus con-
ualidatur quandocunque ille interueniat; Sed
prædicta ſunt intelligenda dummodo non ſit
lata ſententia, quia conſenſus patris non ſuf-
* 5 ficit † poſt ſententiam, vt communiter * conclu
ditur in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum ff. de ac-
quir. hæred. Et ex hoc poteris limitare quod
dicit Bald. in l. licet ff. de iudic. volens con-
ſenſum valere poſt ſententiam, quia illud non
procedit in conſenſu patris reſpectu filij, ſed in
conſenſu Domini reſpectu procuratoris. Et ad
materiam vide Guid. Pap. deciſ. 54. & quæ
habentur in deciſ. Toloſ. 241. & de filio fami-
lias contrahente ſine conſenſu patris vide
Grammatic. deciſ. 12.

Prohibitus alienare ſub pœna caducitatis ſi alienet partem bonorum tantum, an cadat quoad bona non alienata. C. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare ſub pœna caducitatis alienans partem bonorum cadit ſolum à parte alienata, & non in totum etiam ſi in caſu alienationis alius vocetur, & n. 2.*

3 *Ang. opinio in conſ. 168. quod per ademptionem ſub conditione factam intelligatur inſtitutio facta ſub contraria conditione ſi ſcilicet non alienabit reprobatur.*

4 *Quando ſit ademptio in pœnam inſtitutio prima non deſinit eſſe pura.*

5 *Vocatus in caſu alienationis non poteſt venire ad hæreditatem niſi per viam fideicõſsi.*

6 *Vaſſallus, vel emphyteuta alienans partem feudi ſeu emphyteuſis ſine conſenſu Domini priuatur ſolum parte alienata etiam ſi adſit pactũ quod inueſtito non liceat bona vendere in totum ſeu in parte aliqua ſub pœna caducitatis à contractu & contentis in eo, & n. 7. & 8.*

9 *Verba inueſtituræ ad fauorem conductoris, & emphyteutæ contra locatorem, & Dominum ſunt interpretanda.*

10 *Caducitas nõ dicitur incurſa propter alienationem etiam quoad partem alienatam ſi ante acceptationem deuolutionis bona fuerint redempta, nec conditio Eccleſiæ ſit effecta deterior, num. 12.*

11 *Aequitas ab Eccleſia ſeruanda eſt, vbi eius ius non ſuit effectum deterius.*

PLERVMQVE accidit
quòd prohibitus aliena-
re ſub pœna caducita-
tis aliqua tantum bo-
na diſtrahat, Ideo
quæritur, an incurrat
caducitatẽ quoad a-
lia bona non alienata?
Et dicendum eſt quod
1 à † parte tantum alienata cadat per doctrinã
Iaſ. in l. ait Prætor la 2. num. 4. cum ſeq. ff. de
iure iuran. quam tanquam æquiorem ſequuti
ſunt Marian. in l. filius familias §. diuè num.
220. de leg. 1. Ferdinan. Soaz. n. 1592. Ruin.
conſ. 129. lib. 2. nouiſsimè Menoch. conſ. 764.
* n. 72. lib. 2. de magis communi * Burſat. conſ.
13. n. 38. lib. 1. Et iſtud quidem obtinet etiam
quando aliquis eſt inſtitutus cum prohibitio-
ne de non alienando ſub pœna caducitatis, &
2 in caſu † alienationis alius vocetur. Nam dictũ

Angel.

3 Angel.conſ. 168.quod per ademptionem † ſub
conditione factam intelligitur inſtitutio facta
ſub conditione contraria ſi ſcillicet nõ aliena-
bit l. aliquando de cond. & demonſtrat. l. ſi
legatum pure ff. de adempt. Legat. quod ſe-
quitur Crot. in d. §. diui n. 155. refert Dec.in
cap. maioribus n.8. de præben. Tiraq. tit. de
Iud. in reb.exigen. nu. 54. Non eſt ſimpliciter
4 verum,quia quando fit ademptio † in pœnam
inſtitutio prima non deſinit eſſe pura,quia po
teſt interim hæreditas adiri, quod non eſſet ſi
fuiſſet conditionalis l.cedere diem ff. de verb.
ſignificat.l.is qui hæres in princip. de acquir.
hæredit. Bart. in l.1. §. item ſi ita ad leg. fal-
cid. Cephal. conſ.52. lib. 1. Alias ſequeretur,
quod ſub conditione inſtituti cenſerentur vo-
cati ad hæreditatem iure directo ex quo alie-
5 nationis conditio defecerat,& tamen † venire
debent ex fideicommiſſo Bart.in l.Pater fami-
lias de hæred. inſtit. Ruin.conſ.49. n.4. lib.2.
Nam enim alienatio non poſſit fieri niſi poſt
aditam hæreditatem illa adita non eſt locus
illius ademptioni, niſi per viam fideicommiſſi
Socin. in rubr.ff.de his quæ pæn.nom.ſub n.2.
Crauer. conſ.1. num.6.

Præterea quod dictum eſt de hærede ſeu fi-
deicommiſſario prohibito alienare locum ha-
bet etiam in Vaſſallo, qui vendẽs partem feu-
6 di non perdit integrum † fæudum cap. 1. de
Vaſſal.qui contr. conſtit. Lothar. Bald.in c.1.
§.calidis de prohib.feud.Corn. conſ.67.lib.2.
Et idem eſt in emphyteuta qui vendidit par-
tem bonorum ſine conſenſu Domini, nam is
7 priuatur † tantũmodo parte alienata Cuman.
in l. ſi quid iure §. donationem de donat.Iaſ.
in l.fin. n.125. C. de iure emphyt. Alex.conſ.
99. n.27.lib.5. Grammat. deciſ.4. Clar. in §.
emphytheuſis quæſt. 13. in fine. Quod proce-
dit etiam ſi adſit pactum,quod inueſtito non
liceat bona vẽdere in totum ſeu parte aliqua
8 ſub † pœna caducitatis à contractu, & conten
tis in eo,quia pactum iſtud,vt minus deuiet à
iure communi quam fieri poſſit intelligẽdum
eſt,vt cadat à contractu, & contentis in eo in
totum, vel in parte prout ei in totum vel in
parte contrauentum fuerit l. 2. C. de noxial.
Et ita tenuit Rota in vna Cæſenaten. bono-
rum 3.Februarij 1591. coram Cardinale Pla-
to, & rurſus in vna Bononien. bonorum 2.
Decembris 1596. coram Cardinal Pamphi-
lio. Etenim vulgaris eſt regula quod verba
9 inueſtituræ † ad fauorem conductoris, & em-
phyteutæ contra locatorem, & Dominum
ſunt accipienda l.veteribus C.de pact. præſer-
tim ad euitandã caducitatem Bero.conſ.149.
in fin.lib.1. Et eo magis ſi emphyteuſis ſit Ec-
cleſiaſtica, & ante acceptationẽ deuolutionis
10 bona fuerint redempta,quia tunc † non dicitur
incurſa caducitas,nec etiam quoad partem
alienatam ſaltem ex æquitate, quam Eccleſia
quæ eſt pietatis cultrix & non debet locuple-
rari cum aliena iactura, ſeruare tenetur, vbi
11 eius † ius non fuit effectum deterius,vt tradit
Butr. conſ. 34. n. 2. Bero. in c.potuit nu. 164.
extra locat.cum allegatis per Corbul.de cauſ.
priuat. ob alienat. ampliat.29.nu.2. qui licet
requirat celerem redemptionem arbitrio Iu-
dicis, hoc tamen arbitrium intelligitur dum-
12 modo redemptio fiat ante declaratam † cadu-
citatem, & antequam ſit effecta deterior con-
ditio Eccleſiæ Iaſ. in d. l.2. n. 28. C. de iure
emphyt. Rodoan. de reb. Eccleſ.non alien.§.
emphyteuta n.48. Et tenuit Rota coram Car-
dinale Seraphino in vna Zamoren. Caſtri de
menſe Decembris 1576. & in vna Romana
Caſalis de menſe Iunij 1587.

Ius viſitandi ad quem ſpectet, & an competat Capitulo Sede Epiſcopali vacante. Cap, XV.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus de iure cõmuni habet intentionẽ fundatã,vt poſſit viſitare oẽs Eccleſias ſibi ſubiectas.*

2 *Item poteſt propria auctoritate viſitare etiã Eccleſias exemptas quando non habent ſpecialem exemptionem quoad viſitationem.*

3 *Exemptio a viſitatione non comprehenditur ſub generali conceſſione exemptionum facta ad fauorem alicuius Eccleſiæ.*

4 *Epiſcopus non poteſt ex facultate ſua ordinaria viſitare Eccleſiam ſpecialiter exemptam quoad viſitationem, nec aliam illi vnitam, item nec Clericos ibi exiſtentes corrigere.*

5 *Debet tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus ex diſpoſitione Concilij Tridentini ſingulis annis viſitare Eccleſias quomodolibet etiã exemptas.*

6 *Item Eccleſias Sæculares, quæ nullius ſunt Diœceſis, ſi habeat Cathedralem proximiorem.*

7 *Item tenetur viſitare commendata omnia beneficia, & Monaſteria etiam exempta.*

8 *Item Confraternitates Eleemoſynas Mõtis Pietatis, & Pia loca omnia.*

9 *Item Capitula Cathedralium,& aliarum maiorũ Eccleſiarũ nullis exemptionibus obſtantibus.*

10 *Poteſt viſitare ex diſpoſitione Concilij Tridentini quamuis facultas viſitandi in fundatione Prælato inferiori ſit conceſſa, niſi contra Epiſcopum adeſſet expreſſa prohibitio, & n.11.*

12 *Non tenetur adhibere conſilium, vel conſenſum eorum, quos ſibi pro viſitatione facienda adiunxerit.*

13 *Ordinariorũ appellatione comprehenduntur etiã inferiores Epiſcopo habentes iura Ordinariorũ quũ materia eſt ipſis inferioribus adaptabilis.*

14 *Capitulum Sede Epiſcopali vacante poteſt viſitare Eccleſias ſubiectas Epiſcopatui, & exigere procurationes debitas ratione viſitationis, & num 16.*

15 *Succedit in iuriſdictione Epiſcopi.*

17 *Habet poteſtatem viſitandi ſede vacante nedum reſpectu viſitationis generalis,ſed etiam reſpectu particularis contra certas perſonas ſuborta præcedenti diffamatione.*

18 *Item poteſt viſitare quando datur quaſi Sedis.*

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopalis vacatio, vtputa Epiſcopo ab hoſtibus, vel paganis capto.

COMMVNIS eſt, & trita concluſio, quod Epiſcopus de iure cõmuni habet intentionem fundatam, vt poſſit viſitare omnes Ec-
1 cleſias † ſibi ſubiectas cap. 1. §. hanc autem, & ibi Gemin. de cenſib. lib. 6. Socin. de viſit. col. 4. n. 4. verſ. decimo quæro. Et ſubiectæ præſumuntur quæcumque exiſtentes in ſua Diœceſi Rota deciſ. 186. n. 1. par. 1. diuerſ. Quinimmo propria auctorita-
2 te † viſitare poteſt etiam Eccleſias exemptas, quando non habent ſpecialem exemptionem quoad viſitationem, cum exemptio à viſita-
3 tione non comprehendatur ſub generali † conceſſione exemptionum facta ad fauorem alicuius Eccleſiæ Rota deciſ. 2. de cenſib. in antiq. Achil. deciſ. 2. de exempt. Rota diuerſ. d. deciſ. 186. n. 2. par. 1. Quod ſi Eccleſia ſit particulariter exempta quoad viſitationẽ Epiſcopus il-
4 lam viſitare † nequit, nec aliã quoque illi vnitam, cum ratione vnionis ſortiatur eamdem exemptionem, & per conſequens Ordinarius non poteſt Clericos ibidem exiſtentes corrigere Achil. de exempt. deciſ. 1. & de priuil. 15. Put. deciſ. 115. lib. 3. & tenuit Rota in vna Piſcien. ſeu nullius iuriſdictionis 7. Maij 1582. coram Gypſio quæ loquitur de Eccleſia Parochiali vnita cuidam Abbatiæ Congregationis Caſſinen. quæ habet priuilegia ampliſſima exemptionis.

Sed iſtud intelligi debet quoad poteſtatem ordinariam, ſecus quoad delegatam. Nam hodie ex diſpoſitione ſacri Concilij Tridentini Ordinarij locorum poſſunt, ac debent ſin-
5 gulis annis viſitare Eccleſias † quomodolibet etiam exemptas tanquã Sedis Apoſtolicæ delegati, vt in Seſſ. 7. de reform. cap. 8. Quod procedit etiam reſpectu Eccleſiarum ſæcularium quæ nullius ſunt diœceſis, nam iſtę quo-
6 que ab Epiſcopo cuius † Cathedralis eſt proximior tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato ſingulis annis viſitandæ ſunt, vt habetur in eodem Concilio Seſſ. 24. cap. 9. Item commen-
7 data omnia beneficia † & Monaſteria etiam exempta Epiſcopus quolibet anno tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus viſitare tenetur, vt in Seſſ. 21. cap. 8. Sicut, & Hoſpitalia quæ-
8 cumque, Confraternitates Eleemoſynas † Montis Pietatis, & Pia loca omnia etiam exempta, vt in Seſſ. 21. cap. 8. Item Capitula Cathedra-
9 lium †, & aliarum maiorum Eccleſiarum, nullis exemptionibus obſtantibus, vti in Seſſ. 6. cap. 4.

Et huiuſmodi cõſtitutio Concilij locum habet quamuis facultas viſitandi in fundatione
10 Prælato inferiori ſit † conceſſa, quia non ob id cenſetur adempta facultas viſitandi tributa Epiſcopo ex diſpoſitione eiuſdem Concilij, cũ intelligi debeat cumulatiue, non priuatiue ad
11 Epiſcopum contra quem debet † eſſe expreſſa prohibitio, vt cẽſuit Sacra Congregatio Concilij, & tenuit Rota in vna Abulen. iuris viſitandi 10 Nouembris 1600. coram Ludouiſio.

Quinimmo licet Epiſcopus ex propria vo-
12 luntate ſibi aliquos adiunxerit † pro viſitatione facienda, vt ſibi permittitur à Concilio dicta Seſſ. 6. cap. 4. vel etiam vigore concordiæ inter ipſum, & Capitulum etiam à Sede Apoſtolica cõfirmatæ habeat viſitare cum aliquibus Canonicis aſſiſtentibus eligendis à Capitulo, non propterea tenetur adhibere conſiliũ, vel conſenſum prædictorum, vt tenuit Rota in vna Illerden. viſitationis 13. Nouembris 1602. coram Iuſto.

Illud præterea admonendi ſumus quod de-
13 creta Concilij † in locis ſupra citatis loquentia de Ordinariis comprehendunt etiam inferiores Epiſcopo habentes iura Ordinariorũ cũ materia ſit etiam ipſis inferioribus adaptabilis ad tradita per Io. Monach. poſt gloſ. in c. ordinarij il 1. nu. 1. & 2. Franc. n. 3. Gemin. n. 5. de offic. ordin. lib. 6. Abb. in c. poſt. ceſſionem in primo not. quem ſequũtur ibi Aret. Felin. & Dec. de probat. & tenuit Rota in vna Piſcien. ſeu nullius iuriſdictionis 5. Maij 1589. coram Gypſio, & per prius in vna Salamantina iuriſdictionis 3. Octobris 1579. coram Cardinale Seraphino; In qua fuit dictũ quod Concilium in d. c. 8. Seſſ. 7. diſponens quod locorum Ordinarij Eccleſias quaſcunque quomodolibet exemptas auctoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, habet locum etiam in inferioribus, licet idem Conciliũ Seſſ. 4. cap. 10. & Seſſ. 25. cap. 11. de Epiſcopis, & nõ de Ordinarijs loquatur; Nam debet interpretari ex alijs decretis in quibus ſancta Synodus loquendo de Ordinarijs intellexit etiã de inferioribus, cum vna lex declaret aliam, nec ſit conueniens, vt vna, & eadem res diuerſo iure cenſeatur ad l. eum qui ædes de vſucap.

Sed quæritur hic opportune, Nunquid Capitulum ſede Epiſcopali vacante poſſit viſitare Eccleſias ſubiectas Epiſcopatui, & exigere procurationes debitas ratione viſitationis? Et
14 dicendum eſt † quod ſic, Quia, vt inquit gloſ. in clem. 1. §. propter quod in verbo Capituli de elect. cum de iure communi Epiſcopus poſſit viſitare, & procurationes ſuſcipere tot. tit. de offic. ordin. Viſitatio autem ſit actus iuriſ-
15 dictionis in qua ſuccedit Capitulũ † Sede vacante cap. his qui, de maiorit. & obed. c. cum olim eod. tit. Sequitur quod eo caſu Capitulũ viſitationis munus exercere poſſit. & procurationes quæ in eius conſequentiam veniunt
16 recipere, Idem tenent † Archidiacon. in c. ſi Epiſcopus n. 2. de ſupplen. neglig. prælat. lib. 6. Collect. in d. c. cum olim n. 3. de maiorit. & obed. vbi Bald. n. 1. Abb. n. 2. verſ. ſed indiſtincte tenerem Bellamer. num. 3. Felin. n. 3.

verſ.

verſ.& limita Card. in d. clem.1.n.17. in 9.q.
in fine de hæret. Vital. ibidem n.178.Gemin.
in c.1. num.4. & 5. de maior. & obed. in 6.&
Franc. nu.5. qui refert Imol. dicere hanc opi-
nionem veriorem eſſe Prob. ad Monach. in c.
Eccleſiæ n. 1. de ſupplen. neglig. Prælat. in 6.
Federic. de Sen.conſ.16.n.2. verſ. item poteſt
Capitulum Marc. Coc. in tract. de viſit. n. 4.
verſ. vndecimo quæro Franc. Pauin. de offic.
& poteſt.cap. ſed.vacan.q.7.1.q princ.Rebuf.
in praxi beuef. tit. de deuolut. n.65.verſ. po-
terit quoque.Et hanc etiam opinionem tenuit
Rota in vna Burgẽ.iuris viſitãdi 1.Iunij 1598.
coram Orano; Vbi agebatur de viſitando Mo
naſterio Monialium non exempto à iuriſdi-
ctione Epiſcopi, & fuit dictum Capitulum Se-
de vacante illud viſitare poſſe, licet ſecus ſic
quãdo ageretur de Monaſterio exempto, Abb.
in d.c. cũ olim col.3.verſ.quinto dubitatur,&
Felin.n.3.ad fin.de maior.& obed. Socin.in c.
qualiter, & quando il ſecondo, n.185. & 191.
ad fin. de accuſat. Pauin. vbi ſupra n.7.& 8.
17 Immo poteſtatẽ viſitandi ſede vacante † ne-
dum Capitulum habet reſpectu generalis vi-
ſitationis quãdo viſitatur Ciuitas vel Diœce-
ſis, ſed etiam reſpectu particularis, quæ poteſt
inſtitui contra certas perſonas ſubortas præ-
cedenti diffamatione Boniſac. in d. clemen.1.
num.177. & ſeq. de hæret.
18 Et prædicta locum habent † etiam quando
datur quaſi Sedis Epiſcopalis vacatio vtputa
Epiſcopo ab hoſtibus, vel paganis capto, vt
fuit dictum in eadem Burgen.10.Martij 1597.
coram Orano per tex. in cap. ſi Epiſcopus de
ſupplen. neglig. Prælat.

Statutum, ſeu pactum, quòd de damnis, & intereſſe ſtetur iuramento partis, quomodo ſit intelligendum. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd ſtetur iuramento damnum paſſi, valet, & intelligitur, vbi damnum eſt illatum dolo malo.*
2 *Item intelligitur Iudice deferente tale iuramentum, & præcedente taxatione, & non alias.*
3 *Item intelligitur ad fauorem Ciuis, non autem Forenſis.*
4 *Item intelligitur, dummodo cõtrarium non probetur, vel per euidentiam loci, vel per coarctationem negatiuæ, & n.5. & 6.*
7 *Æſtimatio damni debet fieri attento valore rei de tempore, quo damnum fuit illatum.*
8 *Pactum, quòd de damnis, & intereſſe ſtetur iuramento partis, valet, & illi ſtandum eſt.*
9 *Intelligitur ſecundum aliquos, quo ad quantitatem, quando alias conſtat de damno.*
10 *Illius vigore, quando ſumma, pro qua iuratur eſt conſiderabilis, Iudex non debet deferre iuramentum, niſi concurrant coniectura.*
11 *Item habet locum, quamuis iurans non ſit omni exceptione maior.*

STATVTVM, quòd
ſtetur iuramento dam
num paſsi eſt validum
& intelligitur vbi dã-
1 num ſit illatum † do-
lo malo, ſecus ſi abſit
dolus malus, quamuis
lata culpa fuerit datũ,
Dec.conſ.83.n.3.verſ.
tertio reſpondetur late Plot.in l. ſi quando n.
764. verſ. etiam ſtatuta volentia C. vnde vi.
2 Rurſus † intelligitur Iudice deferente tale iu-
ramentum, & præcedente taxatione, & non
alias, Cagnul. in l.vnica n.129.C.de ſent quæ
pro eo quod intereſt profer. Tertio intelligi-
3 tur in fauorem Ciuis †, non autem in fauorem
Forẽſis, qui nõ gaudet beneficio Statutorum,
* de communi *Pariſ. conſ.12. n.26. lib.3.Plot.
vbi ſupra n.823. omnino videndus pro decla-
ratione huius limitationis. Quartò intelligi-
4 tur dummodo contrarium † non ſit probatũ,
ſiquidem contra tale iuramentum admittitur
probatio tam per euidentiam loci, Curt. Iun.
in l. admonendi n.32. ff. de iureiuran. Bald. in
l. contra negãtem in fin.C.ad leg.Aquil.Mar-
ſil.qui alios allegat in l.1.§. ſi ſerui n.5. ff. de
5 quæſt Oſaſch.deciſ.61.n.8. Quam † per coar-
ctationem negatiuæ, Plot. in d. l.ſi quando n.
778. & ſeq. qui ſubdit adeo veram eſſe hanc
opinionẽ, quòd etiam ſi de damno dato præ-
cedente taxatione Iudicis ſit iuratum, & ſen-
tentia ſit lata, nihilominus poteſt is, contra
6 quem lata † eſt contrarium probare ſecundum
* magis * communem, & magis æquam ſenten-
tiam iuribus ibi per eum allegatis; Et hoc ca-
7 caſu æſtimatio damni fit attento valore † rei
de tempore, quo damnum fuit illatum. Vnde
ſi damnum datum ſit in frumento adhuc exi-
ſtente in herba, aut in arbore iuueni, æſtima-
tur, vt tunc, & non attento futuro euentu l.
omnis hæreditas §. numquã creſcit ff. de reg.
iur. Aym. conſ.40.n.10.& in terminis frumen
ti Bald. conſ.182. n.4. lib.1.Et ratio eſt ſecun
dum eum, quia multa accidere poſsũt, ex qui-
bus etiam ad nihilum æſtimatio redigatur, la-
te Plot. in d.l.ſi quando n.873 C.vnde vi.
Præterea ſicut Statutum eſt validum, ita
8 etiam pactum quod de damnis † & intereſſe
* ſtetur iuramento partis ſecundum *cõmunem
opinionem valet, & illi ſtandum eſt, vt atteſta-
tur Plot. vbi ſupra §.48. n.1.& 2. Couar.var.
reſol.lib.2. cap.13.& fuit tentum coram Cot-
ta 20. Octobris 1574. & in Strigonien. legati
23. Ianuarij 1589. coram Cardinale Plato; Et
licet ſecundum aliquos videatur intelligendũ,
9 quo † ad quantitatem, quãdo alias conſtat de
damno, Bald.& alij per Dec. in conſ.83.n.3.
Rimin. conſ. 56. n.7. lib.3. Nihilominus ma-
xime contẽdunt Doctores, vbi ſumma eſt ma-
gna, ſeu conſiderabilis, an præſumatur dolus,
ex his quæ tradit Bart. conſ. 168. & Alexan.
conſ.47. nu.4.cum ſeq. & ibi addit. lib. .. Et
in hoc caſu Rota in vna Romana de Fabijs co
ram

ram bo. me. Binarino de anno 1570. & in alia
Romana damnorum, & intereſſe 17. Februa-
rij 1578. coram Robuſterio, tenuit quòd vbi
ſumma, pro qua iuratur eſt conſiderabilis, nõ
10 debet Iudex confirmare †, vel deferre tale iu-
mentum, niſi concurrant cõiecturæ, aut veriſi-
militudines, ex qbus moueri poſsit ad ita cre
dẽdum, nam totum hoc reducitur ad arbitriũ
Iudicis, vt per Affliſt. deciſ. 91. & per Aym. de
antiq. tempor. par. 1. num. 201. & pluribus ſe-
quen. præſertim nu. 208. Neque hic ſuccedit
difficultas mota per Plot. in d. §. 48. verſ. 3.
fallit, & Capic. deciſ. 91. n. 10. Quòd iurans
debeat eſſe omni exceptione maior, & carere
omni ſuſpicione: Nam vltra quòd talis quili-
bet præſumitur, vt bene per Couar. poſt alios
in cap. relatum, el 1. de teſtib. In contrahen-
11 tibus †, & paciſcentibus datur approbatio par
tis, quæ facit vt etiam inhabiles admittantur,
Bart. Corn. & alij per Aym. conſ. 56. n. 9.

Tranſactio facta ab hęrede putatiuo, quando proſit vero hæredi, & an debitum à putatiuo exactum, vero hæredi ſit reſtituendum. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta à putatiuo hærede de re hæreditaria prodeſt vero hæredi, & ex ea ſibi acquiritur, non autem hæredi putatiuo.*

2 *Facta de re non hæreditaria, prodeſt ſolum hæredi putatiuo, non autem vero.*

3 *Hæres putatiuus quidquid ex tranſactione acquirit ex ſua negociatione videtur acquirere, nec eius pactum nocet, aut prodeſt vero hæredi, & num. 4.*

5 *Hæres verus repetit debitũ hæreditarium exactum à putatiuo.*

6 *Hæres putatiuus exigens aliquid non hæreditarium, non tenetur illud reſtituere vero hæredi, etiam ſi tranſigat tanquã hæres, & illi tanquam hæredi aliquid ſoluatur, & n. 7. & 9.*

8 *Acquiſitum per hæredem tanquam hæredem ex re non hæreditaria, non tranſit ad fideicommiſſum.*

10 *Tranſactio hæredis putatiui facta cum Principe non nocet vero hæredi contra opinionem Iaſ. quæ ſolum procedit in caſibus, in quibus ſine iniuria aliorum poteſt applicari, & n. 12.*

11 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet.*

SCIO non ſemel apud Iu-
dicum tribunalia in con-
trouerſiam deduci, An
tranſactio facta ab hære-
de putatiuo proſit vero
hæredi; In quo articulo
duo caſus ſunt diſtinguen
1 di: Primus eſt † quando
tranſactio fit à putatiuo
hærede de re hæreditaria, & tunc dicendum
eſt, quòd proſit vero hæredi, & ex ea ſibi ac-
quiratur, non autem hæredi putatiuo, l. ſi quid
poſſeſſor, §. fin. & ibi Odofred. & Paul. de Caſtr.
ff. de pet. hæredit. & tenuit Rota in vna Aſſi-
ſien. Molendini, 2. Maij 1594. coram Gypſio,
Vbi cum præſuppoſito, quòd bona eſſent hæ-
reditaria fuit dictum tranſactionem initam
inter Cameram Apoſtolicam, & Dominam Gi
nebram Saluiatam hęredem putatiuam, cede-
dere ad fauorem Margharitæ veræ hæredis,
quam deciſionem iterum confirmauit Rota
ſub die 24. Ianuarij 1596.

Secundus caſus eſt, quando tranſactio fit de
re non hæreditaria; Et tunc vera, & commu-
*2 nis eſt concluſio, *quòd proſit ſolum † hæredi
putatiuo, nõ autẽ vero, per tex. in l. Imperato-
res §. fin. ff. de tranſact. vbi eſt clara deciſio,
Et propterea infert ibi gloſ. in verbo nõ poſſe;
3 Quod † putatiuus hęres quidquid ex trãſactio-
ne acquirit ex ſua negociatione videtur ac-
quirere; Quod ipſum quoque decidere vide-
tur tex. in l. ſi tibi. §. cum poſſeſſor. ff. de pact.
Vbi pactum putatiui hæredis, nec nocet, nec
4 prodeſt † vero hæredi, quod in materia tran-
* ſactionis de re non hæreditaria *communiter
amplectũtur Bart. Bald. Angel. Paul. de Caſtr.
& Iaſ. in in d. l. Imperatores §. fin. in princip.

Ex quo optime deducitur, quòd quamuis
5 verus hæres † repetat debitum hæreditarium
exactum per putatiuum hæredem d. l. ſi quid
poſſeſſor §. fin. & ibi Odofred. & Paul. de Caſtr.
6 de pet. hæred. tamen hæres putatiuus † exi-
gens aliquid non hæreditarium, non tenetur il
lud reſtituere vero hæredi, gloſ. in d. l. Impera-
tores §. fin. in verb. nõ poſſe verſ. vel dic Me-
uius accipiens, per tex. quem allegat in l. ſi
poſſeſſor la 1. §. ait Senatus, ibi, Nam & Iu-
lianus ff. de pet. hæredit. & declarat Odofred.
in d. §. fin. & poſt ipsũ Caſtren. & antiqui Doct.
& quamuis gloſ. in d. §. ait Senatus in verbo
non debere, dicat reſtitui etiam indebitum,
quod fuit exactum; Nihilominus loquitur de
exigente indebitum nomine alieno, vtputa no
7 mine procuratorio, Secus vero eſt in † hærede
putatiuo exigẽte tanquam Domino, & nomi-
ne proprio, vt ibid. declarat Odofred. tunc e-
nim nõ tenetur reſtituere vero hęredi actione
reali, quia verus hæres non eſt Dominus cre-
diti non hæreditarij exacti, non etiam actione
negotiorum geſtorum, quia putatiuus hæres
non exiget illius nomine: Ad quod bene ap-
plicatur dictum Corn. conſ. 196. nu. 15. verſ.
8 nec refert ſi contraxit lib. 2. affirmãtis † acqui-
ſitum per hæredem tanquam hæredem ex re
non hæreditaria non tranſire ad fideicommiſ-
ſum, quia non pertinebat ad hæreditatem, l. ſi
hęres la 1. ff. ad leg. falcid. Et in terminis, quòd
non ſit facienda vis, quòd hæres putatiuus
tranſigat tanquam hæres, & illi tanquam hæ-
9 redi † aliquid ſoluatur probat tex. in d. l. Im-
peratores §. fin. Vbi Mæuio tanquam hæredi
pecuniam debitor ſoluerat, & Mæuius cõtem-
platione

platione hæreditatis eamdem pecuniam acceperat, tranſactio fuit facta cum Mæuio aſſerente ſe hæredem, & tamen Iuriſconſultus decidit, quod Mæuius non accepit gerendo negocium Septitij. Qui tex. habet locũ etiam quan
10 do trãſactio† eſt facta cum Principe, quidquid dicat. Iaſ. in l. 1. n. 4. verſ. limita C. de tranſact. cuius limitatio ſi eſſet vera ſequeretur, quòd tranſactio facta cum Principe deberet etiam nocere vero hęredi, quod quam ſit abſurdũ, &
11 iniquum nemo non videt, cum†alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat l. non debet alteri ff. de reg. iur. Et limitationem Iaſ. in ſpecie reiecit Rota in allegata Aſiſien. Molendini 18. Iunij 1599. corã Penia, Vbi fuit di-
12 ctũ eam † locum habere tantum in caſibus, in quibus ſine iniuria aliorum poteſt applicari.

Beneficiatus quando excuſetur à ſolutione penſionis, & quando non. C. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus, ſeu titularis non tenetur ſoluere penſionem, quæ intuitu oneris iniuncti fuit reſeruata, ſi ille ad cuius commodum fuit reſeruata, dictum onus recuſat ſubire.*

2 *Tenetur ſoluere penſionem etiam ſi reſignauerit beneficium, dummodo poſsideat, & ſit in loco beneficij, ſecus ſi ſit abſens, vel oſtendat alium poſsidere.*

3 *Non tenetur ad ulteriorem ſolutionem penſionis quando fecit diligentiam pro habenda poſſeſſione beneficij, & illum habere non potuit, quamuis per plures annos illam ſoluerit, & ſe obligauerit in forma Cameræ cum iuramento, & cum clauſula habita, vel non habita.*

4 *Clauſula habita, vel non habita poſſeſſione beneficij, interpretatur ſecundum Rotam, vt non operetur vltra vnum, aut duos, vel tres annos, vbi ſubeſt iuſta cauſa.*

5 *Eſt inuenta ſolum, vt obuietur malitiæ eorum, qui differunt capere poſſeſſionem animo eludendi penſionarium.*

6 *Non operatur contra mentẽ proferentis, & cõtra iuris diſpoſitionem, quamuis adſit iuramentum.*

7 *Iuramentum ſecundum naturam principalis diſpoſitionis eſt intelligendum.*

8 *Beneficiatus nõ tenetur ad ſolutionem penſionis aſsignatæ ſuper fructibus beneficij, ſi fructus non potuerunt percipi ob ſterilitatem, vel propter bellum, aut alium caſum fortuitum.*

9 *Amplиatur, etiam quãdo in Bulla reſeruationis pẽſionis adeſt clauſula, quòd teneatur ad caſus inexcogitatos, & clauſula de non petẽdo remiſsionem ex quauis cauſa, vel occaſione, etiam ob caſus inſolitos.*

10 *Clauſula de non petendo remiſsionem penſionis etiam ob caſus inſolitos, non intelligitur de caſibus inſolitis, qui veriſimiliter præuideri non poſſunt, nec illis dicitur renũciatum ſecundum opinionem magis communem, & n. 11.*

12 *Caſus inſolitus dicitur ille, qui non poteſt probari per memoriam hominis, & ſic quod ſpacio 60. annorum non euenit & n. 13.*

14 *Beneficiatus, ſeu titularis non tenetur ſoluere penſionem ei, in quem fuit tranſlata, ſi non ſit Clericus, & num 17.*

15 *Facultas conceſſa Clerico transferendi penſionẽ ſibi reſeruata in alias perſonas, vel in vnã, aut plures perſonas, vel eſt clauſula, & alias in forma ſolita latiſsime extẽden. intelligitur de ſimilibus perſonis, hoc eſt Clericis, et n. 18. 19. et 20.*

16 *Dictio alias, eſt reſpectiua ſimiliũ qualitatum.*

21 *Cancellaria eſt organum Papæ, & illius extenſioni ſtandum eſt, ſiue clauſulas ſupplicationis reſtringat, ſiue declaret.*

22 *Beneficiatus non tenetur ad ſolutionem pẽſionis, quando ea fuit extincta, vel per obitum penſionarij, vel per caſſationem, niſi caſſatio ſit facta propter metum, & n. 29.*

23 *Penſio poteſt caſſari coram ſolo notario.*

24 *Semel extincta amplius non reuiuiſcit, quamuis ille, qui ſoluebat penſionem ſe de nouo obliget ad ſolutionem illius.*

25 *Beneficium ab onere penſionis per caſſationem coram ſolo notario factam liberatum, non poteſt de nouo reduci in ſeruitutem, niſi cum nouo cõſenſu Papæ, etiam ſi titularis confiteatur caſſationem fuiſſe factam per metum, niſi aliunde conſtet de actu meticuloſo, & n. 26. & 28.*

27 *Qui non poteſt de nouo aliquid facere, non creditur ſibi de cauſa, per quam conſtitutio facta de nouo teneret.*

30 *Beneficiatus obligans ſe de nouo ad ſolutionem penſionis, non dicitur nouam penſionem conſtituere, ſed antiquam validam agnoſcere.*

31 *Non liberatur a primo penſionario, vbi caſſatio penſionis fuit facta, vt alia ſimilis, vel minoris quantitatis alteri reſeruetur, niſi ſecunda reſeruatio ſit nulla.*

32 *Penſionarius qui conſenſit caſſationi pẽſionis ad effectum, vt alteri reſeruetur, ſi erat in poſſeſſione exigendi, & dicta reſeruatio eſt nulla, poteſt agere ſpolio contra beneficiatum negantem ſoluere penſionem occaſione dictæ caſſationis.*

33 *Penſio extinguitur de ſtylo per promotionem penſionarij ad Epiſcopatum, niſi Papa det retentionem omnium compatibilium eodem contextu cum ipſa promotione, quia tunc obſtaculũ ſtyli remouetur, & penſio eſt perſoluenda, etiam ſi conſiſtat in diſtributionibus quotidianis, & de hoc non ſit facta mentio, & n. 35.*

34 *Eſt compatibilis cum Epiſcopatu ſecundum ius commune.*

36 *Papa eodem contextu dans retentionem penſionis cum promotione ad Epiſcopatum, non facit nouam gratiam, ſed tantum remouet obſtaculum ſtyli impedient, quominus penſionarius poſſit donec viuit retinere penſionem, & tunc gratia non poteſt dici ſubreptitia, & n. 37.*

38 *Penſio per promotionem ad Epiſcopatum nõ extinguitur, niſi ſequuta conſecratione, & elapſo termino trium menſium, qui dantur ad conſecrandum, & n. 39.*

40 *Beneficiatus non tenetur ad ſolutionẽ penſionis, quãdo illius impoſitio eſt nulla & ſubreptitia.*

41 *Penſio ſecunda non facta mentione de prima eſt nulla ipſo iure, nec reconualeſcit, licet prima extinguatur, niſi Papa habuerit notitiam de penſione antiqua, & n. 42.*

43 *Scientia Papæ probari poteſt nedum per litteras, ſed etiam per teſtes.*

44 *Item probatur in clauſula motu proprio, & de plenitudine poteſtatis.*

45 *Clauſula (Motu proprio) in ſe continet clauſulam ex certa ſciẽtia, & operatur, vt nihil opponi poſſit, quod annullet gratiam, & n. 46.*

47 *Penſionis reſeruatio facta ad fauorẽ alicuius in collatione beneficij valet, et ſuſtinetur licet collatio ſit nulla vitio ſubreptionis, ſeu alio.*

48 *Defectus intentionis in vna parte gratiæ, nõ vitiat gratiã in alia parte ſeparata, & diſtincta.*

49 *Gratia ſubrogationis quo ad litẽ, et poſſeſſionem defuncti, licet corruat quo ad litẽ, ſi nulla adſit lis, ſuſtinetur tamen quo ad poſſeſſionem.*

50 *Capitulũ iure accreſcendi recipiens fructus, vel diſtributiones alicuius Canonicatus, ſeu alterius beneficij propter abſentiã, vel obitũ beneficiati, tenetur ad ſolutionem penſionis reſeruatæ ſuper dictis fructibus, vel diſtributionibus, etiã ſi penſionarius a Capitulo nunquam penſionẽ exegerit, & in contrariũ adſit conſuetudo, reiecta opinione Nauarri, & aliorum nonnullorũ.*

51 *Penſio reſeruata ſuper fructibus ſeu diſtributionibus alicuius Canonicatus non datur penſionario propter ſeruitiũ Canonici poſſeſſoris, ſed ex gratia Papæ, & ad illam percipiendã actio realis competit, ac etiã perſonalis contra quemcumque ſucceſſorem.*

52 *Diſtributiones quotidianæ tempore vacationis, & abſentiæ accreſcunt intereſſentibus.*

53 *Papa in beneficialibus pleniſſimã habet poteſtatẽ.*

54 *Succeſſor in beneficio non tenetur ad penſiones decurſas tempore prædeceſſoris, niſi cõtra ipſum prædeceſſorẽ diligentiæ præceſſerint, præſertim ſi penſionarius ſit hæres beneficiati, cõtra quem ſucceſſor poteſt recurrere, & n. 55. & 56.*

MVlti caſus enumerari poſſent, in quibus penſio per titularem ſolui non debet: Sed ego nonnullas tantum recenſebo in foro iudiciali magis frequentes. Primus eſt, quando intuitu oneris iniuncti penſio fuit reſeruata,
1 quia tunc beneficiatus † non tenetur illam ſoluere, vbi ille ad cuius commodum fuit reſeruata, dictum onus recuſat ſubire, ad tex. in l. alumni §. ſeia. ff. de adim. legat. Bald. l. dictum num. 5. C. de condict. ob cauſ. Aym. conſ. 179. n. 13. & conſ. 230. n. 2. & tenuit Rota in vna Hoſtien. & Velitren. penſionum 15. Martij 1592. coram Cardinale Millino. Obligatus tamen ſoluere pẽſionem, ſi reſignet beneficiũ,
2 tenetur illam † ſoluere, dummodo poſſideat, & ſit in loco beneficij, cum hoc caſu non amittat detentionem, Et ſi non ſoluit poteſt excommunicari, donec cõſtet reſignatariũ accepiſſe poſſeſſionem; Vbi autẽ reſignans ſit abſens à loco beneficij reſignati, vel oſtendat alium eſſe in poſſeſſione, non tenetur ſoluere penſionem, ita Ant. Aug. in repert. tit. cõmun. de reſignat. ſub tit. generali de renunc. n. 1. 3. & 4.

Secundus caſus eſt, quãdo titularis fecit diligentiã pro habẽda poſſeſſione beneficij, & illam habere non potuit, tunc enim non tenetur
3 ad vlteriorem † ſolutionem penſionis reſeruatæ ſuper dicto beneficio, quãuis per plures annos illã ſoluerit, & etiã ſe obligauerit ad ſoluendũ in forma Cameræ, cũ iuramento, & cũ clauſula habita, vel nõ habita, &c. Quia ſæpius Rota in-
4 terpretata eſt huiuſmodi clauſulã †, vt nõ operetur vltra vnum, aut duos, vel tres annos, vbi ſubeſt iuſta cauſa, vt per Ant. Aug. deciſ. 705. lib. 3. & fuit tentũ coram Oradino de mẽſe Iunij 1565. in vna Conuen. de Cordellas: Cum enim penſio debeatur ex fructibus beneficij, iniquum videtur, vt quis teneatur ſoluere penſionẽ ex beneficio, quod adipiſci nõ potuit, præſer-
5 tim cũ clauſula † fuerit inuenta ſolũ, vt obuiaretur malitiæ eorum, qui differunt capere poſſeſſionem animo eludendi penſionarium, quæ fraus ceſſat, vbi cõſtat per titularẽ non ſtetiſſe,
6 tũc enim dicta clauſula † nõ debet operari cõtra mentẽ proferẽtis, & cõtra iuris diſpoſitionẽ, quamuis adſit iuramentum, quia iuramen-
7 tum hoc caſu ſecundum naturam † principalis diſpoſitionis eſt intelligendum, l. fin. C. de non numer. pecun. c. quemadmodũ, &c. peruenit, de iureiur. Pariſ. conſ. 92. n. 41. lib. 4. Et ita fuit deciſum in vna Placentina penſionis 19. Nouembris 1568. corã Cardinale Seraphino.

Tertius eſt caſus, quãdo penſio fuit aſſignata ſuper fructibus beneficij, & fructus non potuerunt percipi ob ſterilitatẽ, vel propter bella, aut alium caſum fortuitum, & tunc quoque
8 beneficiatus † non tenetur ad illius ſolutionẽ, quamuis reſeruatio ſit facta cum clauſula, vt nõ poſſit peti remiſſio etiã ob caſus fortuitos, Caſtren. cõſ. 358. n. 3. lib. 5. Bellenc. de charitat. ſubſid. q. 54. n. 2. Felin. in c. ad audientiam n. 7. verſ. extra cõcluſio, de reſcrip. Caccialup. de pẽſion. q. 16. in princ. Gig. eod. tract. q. 62. col. 2. & tenuit Rota corã Caputaq. in vna Adiacen. pẽſionis 3. Nouẽb. 1557. Vbi fuit hoc ampliatum etiã quãdo adeſt clauſula †, quod teneatur ad caſus inexcogitatos, quia cũ penſio aſſignetur ſuper fructibus gratia taxationis, nõ eſt veriſimile, quod Papa voluerit beneficiatũ teneri de proprio, ſi fructus nõ percipiat. Et idem dicas, ſi adeſſet clauſula, de non petendo remiſſionẽ ex quauis cauſa, & occaſione, etiã ob caſus inſoli-
10 tos, quia nõ intelligitur de caſibus † inſolitis, q. veriſimiliter præuideri non poſſunt, de quibus Papa non cenſetur intellexiſſe, nec illis intelligitur renunciatum, Bart. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum n. 3. in fine ff. ſi quis caut. Bald. conſ. 119. lib. 1. & conſ. 145. ſub n. 1. lib. 3. Alex. conſ. 28. n. 10. lib. 1. & conſ. 107. num. 16. lib. 3. Corn. conſ. 23. ſub n. 12. lib. 2. Ripa in tract. de priuil. cau. peſt. n. 97. & 99. Purpurat. conſ. 465. num. 17. & 18. Grat. conſ. 94. n. 42. lib. 2. Natta

conſ.

conſ.256.n.5.Aym.conſ.95. n.2.Tiraq.de leg.
conub.conſ.7.n.108.Rolan.conſ.45.n.16.cum
ſeq.lib.3.Gail.pract.obſeru.lib.2.obſeru.23.n.
20. Aleiat. reſponſ.49.tom.3.lib.8.

Et quamuis Bald.in d.l.ſed & ſi quis,§.queſitũ,n.4.& ibi Angel.1 ulg.& Alex.n.15.Iacob.
de S.Georg.ſub n.12. Rom.ſub n.9.& alij mul
ti diſſentiant ab iſta opinione, tamen opinio
11 Bart.eſt magis† *recepta, vt teſtantur Ripa,
Grat.Rolan. & Cail.in dictis locis, & Io.Buttierez in tract.de iuram. c 24. Et hanc tenuit
Rota in vna Romana remiſſionis affictus 15.
Decembris 1595. corã Cardinale Millino,vbi
fuerũt allegatę alię deciſiones,nempe Mohed.
236.Put.3.de trãſact.in manuſcript.Caputaqu.
96.par.1.Guidobon.79.Accorãbon.39.lib.2.

Ad effectum vero,vt caſus dicatur inſolitus
12 ſufficit,quòd teſtes† probent ſimilem caſum,
nũquam fuiſſe viſum à recordatu ipſorum, ſecundum Alex d.conſ.28.n.10.verſ.ſed his non
obſtantibus lib. 2. Et licet Bart.in l. ſciunt.§.
modico ff.de an.leg.teneat,quod caſus inſolitus dicatur, qui non euenit in mille annis, &
Corn.d.conſ.23.nu.22.lib.2.hoc interpretetur
ad 100.annos,tamen loquuntur ad exẽpli cauſam,& Rota in ſupradictis deciſionibus ſequuta fuit d.conſ Alex.28.quod ſcilicet caſus inſo-
13 litus † intelligatur ille, qui non poteſt probari
per memoriam hominis,& ſic quod ſpacio 60.
annorum euenit.

Quartus caſus eſt, quãdo penſio fuit reſeruata Clerico cum facultate, quod poſſit illam
trãsferre in alias perſonas.& trãſlatarius,qui
petit pẽſionem,non eſt clericus;Quia titularis
14 non† tenetur ei ſoluere,cum talis facultas in-
15 telligatur de perſonis ſimilibus†,nempe clericis c. Sedes vbi Felin.n.6. de præſcript. Ruin.
conſ.130.n.1.lib.3.Sarnen.in regul de triẽnal.
16 q.2.n.4. Dictio enim alias,eſt relatiua † ſimiliũ qualitatũ,Oldr. cõſ.190.n.2.Vnde oportet
illum,ad cuius fauorem penſio trãsfertur, eſſe
ſimilem in qualitate clericatus, vt fuit reſolutum,in vna Terulen. penſionis 28. Iunij 1596.
corã Penia. Idem eſt quãdo Papa reſeruat penſionem ad fauorem non clerici cum clauſula,
poſtquam caractere clericali fuerit inſignitus,
17 quia nihilominus tranſlatarius† debet eſſe clericus,alias beneficiarius ad ſolutionem pẽſionis nõ tenetur,Gabr.conſ.186.n.2.lib.1. quã-
18 uis detur facultas transferendi in vnam † vel
plures perſonas,quia intelligitur de ſimilibus,
vt dictum eſt; Cum enim materia trãſlationis
pẽſionis ſit odioſa,Veral.deciſ.305.n.8.& ſeq.
par.2. facultas transferendi ſtricte, & proprie
19 debet intelligi,†nempe fauore clerici tantum,
qualis eſt transferens,& non fauore laici,arg.
tex.in c.poſtulaſti de reſcrip.Iaſ. in l.fin n. 28.
de cõſtit.Princ.Idq; procedit,quamuis in ſupplicatione non reperiantur illa verba (& alias
20 perſonas)Quia ſi adſit clauſula,& alias†in forma ſolita latiſſime extẽdẽda,ſufficit quòd in
21 litteris ſint addita per Cancellariam †, cuius
extenſioni cum ſit organum Papæ ſtãdum eſt,
ſiue clauſulas ſupplicationis reſtringat, ſiue
declaret,quod facere poteſt, Ægyd. deciſ.608.
incipien.Impetrans Sarnen.in regul.de nõ iudican.iuxta formam ſupplicat.q 1.n.2.verſ. &
vltra ipſos bene ad propoſitum Roman. conſ.
376. n.12. Caſſad. deciſ.2. n.7. de vnion.

Quintus caſus in quo titularis ad ſolutionẽ
22 non tenetur †, eſt quando penſio fuit extincta
per obitum penſionarij,vel per caſſationem,
quæ poteſt fieri etiam coram ſolo notario:
Nam licet penſio ſine conſenſu Papæ conſtitui
non poſſit, quia eſt ponere beneficium in ſer-
23 uitute, poteſt tamen caſſari † coram ſolo notario, quia eſt liberare beneficium à ſeruitute, Præpoſit. poſt gloſ. in cap.agnatus 63. diſtinct. Sarnen. in regul.de infirm.q.16. circa
fin. & in compend. ſignat. fol.fin. verſ. præterea eſt aduerten. Gig. de penſ.q.45. n.6. cum
ſeq. Achil. de regreſ. deciſ.2. & penſio ſic ex-
24 tincta amplius non † reuiuiſcit, quamuis ille,
qui ſoluebat penſionem ſe de nouo obligauerit ad ſolutionem illius, nam talis obligatio
non valet, cũ non poſſit de nouo reducere be-
25 neficium in ſeruitutem, niſi cum † nouo conſenſu Papæ, & cum eadem ſolemnitate,quæ in
conſtituendo requirebatur.Salicet. in l. nouatione in fin. C. de fideiuſſor. Caſſad. de penſ.
deciſ.fin.n.6.Et iſtud procedit etiam ſi titularis confiteretur caſſationem fuiſſe factam per
26 metum †,quia cũ ipſe non poſſit de nouo conſtituere penſionem, non creditur ſibi de cau-
27 ſa,†per quam conſtitutio de nouo facta teneret, Bart. in l. ſi forte de caſtren. pecul. Dec.
conſ.602. n. 13. Quod intellige, niſi aliunde
28 conſtet†de actu meticuloſo,quia probato me-
29 tu penſio dicitur nulliter † extincta, & perſoluenda eſt,ad tradita in c.cum locum,de ſponſ.
l.ſi mulier §.ſi de metu,ff. quod met.cauſ.Iaſ.
in l.interpoſitas C.de tranſact.in primo not.Et
is,qui de nouo ſe obligauit ad ſolutionem, nõ
dicitur nouam penſionem conſtituere, ſed an-
30 tiquam † validam agnoſcere, vt fuit tentum
per Rotam coram Cardinale Plato in vna Cluſina penſionis,13. Ianuarij 1588.

Præterea in hoc caſu ad vnum eſt aduertendũ:Quòd ſi caſſatio penſionis fuit facta ad effectũ,vt alia ſimilis,vel minoris quantitatis al-
31 teri reſeruetur,titularis†nõ liberatur à primo
penſionario,niſi ſecunda reſeruatio ſit nulla:
Quia talis caſſatio intelligitur facta ſub cõditione,quatenus illa alia reſeruetur valide,Mohed. deciſ. 36. de renunciat. & fuit reſolutum
in vna Brixien. penſionis 6.Martij 1598. corã Cardinale Millino; In qua fuit dictũ, quòd
qui cõſenſit caſſationi, vt ſupra ad fauorẽ alicuius, cum prius ipſe fuiſſet in poſſeſſione exigendi dictam penſionẽ,poteſt agere ſpolio cõ-
32 tra beneficiatum† negantem ſoluere penſionẽ
occaſione dictæ caſſationis ſub prætextu,quod
dicta reſeruatio ſit nulla,& ratio dictionis fuit
quia cũ caſſatio ſit facta ad fauorẽ alterius,eo
ipſo quod ad eius fauorẽ nõ eſt reſeruata alia
penſio valida, res reducitur ad primũ ſtatum,

& ſic penſio pro non caſſata habetur.
Sextus eſt caſus, quādo pēſionarius ad Epiſ
copatum promouetur, quia tunc titularis li-
33 beratur ab onere ſoluendi penſionem †, cum
penſio extinguatur per talem promotionem,
Gig. de penſ. quæſt. 56.
Limita niſi Papa det retentionem omnium
compatibiliū eodem cōtextu cum ipſa promo-
tione, quia tunc nō extinguitur penſio, ſed tan
tum remouetur obſtaculū ſtyli, ſecundum quē
penſiones extinguuntur per promotionē, Gig.
d. quæſt. 56. & res reducitur ad diſpoſitionem
iuris communis, ſecundum quam penſiones
34 ſunt † compatibiles cum Epiſcopatu, Guliel.
de monte Laud. in Clement. 1. in §. eadē, verſ.
quarto quid ſi penſionarius, de ſupplen. negli-
gen. Prælat. Imol. in clemen. gratiæ n. 2. de re-
ſcrip. Caccialup. de penſ. q. 15. & hæc limitatio
procedit etiā ſi penſio conſiſtat in diſtributio-
35 nibus † quotidianis, & de hoc nō ſit facta men-
tio, quia ob id gratia non dicitur ſubreptitia,
quoniā quando Papa eodem contextu dat re-
36 tentionem cum promotione, non facit † nouam
gratiam, cum retentio non cōcedatur poſt va-
cationē, Iaſ. in l. vlt. ſub n. 3. ff. quod quiſq; iur.
ſed tantum, vt dixi remouet obſtaculum, quod
impedit, quominus penſionarius poſsit donec
viuit retinere penſionem; Ideo cum gratia nō
ſit noua, & remotio obſtaculi ante extinctionē
non afferat præiudicium titulari, qui nō habet
ius niſi extincta penſione, Lambert. de iure pa
tron. 3. par. 2. lib. q. 9. art. 19. verſ. fin. pag. 372.
Staphil. de lit. grat. & iuſt. tit. de mod. & for. im
petr. verſ. quarto, & vlt. pro nunc, Sequitur, ꝙ
37 nō † ſit locus ſubreptioni; Et ad hoc bene facit
dictum Felin. in tract. quand. lit Apoſtol. in 5.
limit. verſ. cōſidera duos caſus, quem ſequitur
Lambertin. in loco citato: Et licet retētionem
prioratus cōceſſam non facta mētione iuriſpa
tronatus laicorū, ſubreptitiam exiſtimauerit
olim maior pars Dominorum de Rota, vt re-
fert Ægyd. deciſ. 752. tamen in ea ſpecie reten
tio fuit cōceſſa poſt promotionē, & ipſe Ægyd.
tenuit contrarium, & eiuſdem opinionis fuit
Collector deciſionū in deciſ. 21. de præben. in
nouis, quę eſt in eodem caſu: & in terminis iſtā
opinionem, quando retentio eſt conceſſa ante
vacationem, ſequuntur Felin. Lambert. & Sta-
phil. vbi ſupra, & tenuit Rota in vna Firmana
penſionis 21. Iunij 1593. coram Cardinale
Millino, in qua fuit etiam dictum, quòd ad in-
38 ducendam vacationem † beneficiorum, & pen
ſionum duo copulatiue debent concurrere, vi-
delicet adeptio poſſeſsionis, & conſecratio, vel
lapſus trium menſium ad cōſecrationem præ-
ſtitutorū, vt per Innocen. in c. cum in cunctis.
Abb. eod. c. §. cū vero n. 6. de election. Idē fuit
reſolutū in cauſa Panormitana beneficiorū 9.
Ianuarij 1540. coram Accorambono, & in vna
Toletana Scolaſtriæ 22. Iunij 1592. corā Ora-
no, in quibus deciſionibus fuit dictū contrariā
opinionem gloſ. in d. §. cum vero, quam multi
ſequuntur, & inter recentiores Gig. d. q. 56. &
ſtylum Curię poſſe ſolū habere locum, quando
in promotione Papa decernit beneficia, & pen
ſiones vacare iuxta deciſ. Caſſad. ſecundam de
39 conſtit. Et in his terminis, quòd penſio † per
promotionem ad Epiſcopatum non extingua-
tur, niſi ſequuta cōſecratione, & elapſo termi-
no trium mēſium, qui dantur ad conſecrandū
ex pluribus etiam firmauit Rota in vna Ve-
glen. penſionis 16. Ianuarij 1570. coram Car-
dinale Seraphino, quæ habetur in lib. 1. eius
deciſionum manuſcriptarum ſub n. 94.
Septimus caſus eſt, vbicunq; impoſitio pen-
40 ſionis eſt † nulla, & ſubreptitia, quia tūc bene-
ficiatus ad ſolutionē non tenetur, veluti ſi im-
ponatur ſecūda penſio non facta mentione de
41 prīma, quia ſecunda eſt nulla † ipſo iure, nec re-
conualeſcit, licet prima extinguatur, Caſſad.
deciſ. 3. de penſion. Fab. deciſ. 16. Boer. deciſ.
162. & fuit tētum per Rotam in Veronen. pen-
ſionis 27. Iunij 1490. coram Cardinale Plat.
Quod intellige verū, niſi Papa habuerit no-
42 titiam de penſione antiqua †, quia ratio alle-
gata per Caſſad. vbi ſupra, quod nō ſit creden
dū Papam voluiſſe beneficiū grauatū alio one-
re grauare, nō militat, & per conſequens tolli-
43 tur ſubreptio. Et talis ſcientia † nedum poteſt
probari per litteras, ſed etiā per teſtes Ægyd.
deciſ. 746. Rota in nouis deciſ. 27. de reſcript.
Roman. cōſ. 327. vbi Addit. multos allegat, &
in his terminis fuit dictū corā eodē Cardinale
Plato in vna Policaſtren. penſionis ſub die 27.
Februar. 1587. Similiter ſciētia Papæ probatur
44 ex clauſula † motu proprio, & de plenitudine
poteſtatis poſita in reſeruatione nouæ penſio-
45 nis; Nam hæc clauſula † continet in ſe clauſulā
ex certa ſcientia, & non obſtan. &c. Felin. poſt
alios in c. nonnulli n. 51. verſ. fallit. quinto de
46 reſcript. & operatur †, vt nihil opponi poſſit,
quod annullet gratiā, Abb. in c. ad hęc col. fin.
de reſcript. Dec. conſ. 191. nu. 3. & ſeq. & conſ.
341. n. 3. in fine Pariſ. conſ. 46. n. 43. lib. 3.
Sed exoritur hic dubitatio non leuis: finge
quòd beneficium vacet per obitum, & Papa il
lud conferat Petro cum reſeruatione pēſionis
ad fauorem N. ſi collatio facta Petro ſit nulla
vitio ſubreptionis, ſeu alio, &c. & propterea B.
impetret dictum beneficium per obitū, vti va
cans, vt prius, non reſeruata aliqua penſione,
Dubium eſt An B. teneatur ſoluere penſionem
prius ad fauorem N. reſeruatam? Et affirma-
47 tiue eſt reſoluēdum †, ſiquidem conceſſio con-
tinebat duas gratias, vnam collationis, aliam
reſeruationis penſionis; Quamuis ergo col-
latio deficiat, non tamen deficit gratia reſer-
48 uationis penſionis: Defectus enim † intentio-
nis in vna parte gratiæ, non vitiat gratiam
in alia parte ſeparata, & diſtincta, cap. ſi eo
tempore de reſcript. lib. 6. Abb. in c. Sedes n.
4. & ibi Felin. n. 2. eod. tit. & ita fuit deciſum
in vna Oſcen. indulti 20. Decembris 1599. co-
rā Cardinale Millino. Sic etiā videmus, quod
licet gratia ſubrogationis corruat † quo ad li-
tem, ſi nulla adſit lis, non tamen corruit alia
pars

pars gratiæ, videlicet quo ad poſſeſſionem, Ægyd. deciſ. 115. in princ. & fuit dictum in illa Oueten. Canonicatus corã Io. Baptiſta de Rubeis, & in illa Legionen. Prioratus 27. Iunij 1584. coram fel. recor Clemente Papa Octauo tunc Auditore, & tradit Lancelot. par. 2. cap. 4. in præfat. n. 410. & ſeq.

Subſequenter dubitari cõtingit ſi penſio ſit reſeruata ſuper fructibus, & diſtributionibus alicuius Canonicatus ſeu alterius beneficij, & propter abſentiam, vel obitum beneficiati Capitulum iure accreſcendi recipiat fructus, vel diſtributiones. An Capitulum teneatur dictã penſionem ſoluere? & affirmatiue etiam reſol-
50 uendum eſt† tametſi penſionarius à Capitulo nunquam penſionem exegerit, ſic tenuit Rota nemine diſcrepante in vna Romana penſionis 4. Iunij 1593. coram Litta, & per prius in vna Burgen. pẽſionis 29. Octobris 1591. corã Cardinale Pamphilio. Et facit Creſcen. deciſ. 3. de ſolut. ſub n. 1. Vbi quod nõ valet contraria cõſuetudo de facto cum ſit potius quędam vis; tametſi Io. Gutierez q. 1. canonica p. 1. in contrariam partem inclinet, prout facit etiam Nauarr. conſ. 1. de ſolut. per totum qui contrarium tenet licet poſtea conſ. 3. eod. tit. nu. 2. in fine ab opinione quam prius tenuerat receſſerit, & ſententiæ Rotali adhæſerit. Ratio eſt quia penſio eſt reſeruata ſuper fructibus, & diſtributionibus, & non debetur
51 penſionario† propter ſeruitium Canonici poſſeſſoris, ſed ex gratia Papæ, & ad illam percipiendum actio realis competit Gig. de penſ. q. 39. & 43. Creſcent. d. deciſ. 3. de ſolut. n. 1. ac etiam perſonalis contra quemcũque ſucceſſorem qui ſuccedendo ſe obligare cenſetur Caputaquen. deciſ. 13. n. 1. & ſequen. par. 1. Vnde perſona Canonici illiusque ſeruitium nullius eſt conſiderationis, nec mors, vel abſentia illius poteſt eſſe damnoſa penſionario ad tex. in l. rem hæreditariam in fin. ff. de euiction. & in l. 3. ff. de tranſact. & facit regula non debet de regul. iur. in 6.

Non obſtat quod tẽpore vacationis, vel ab-
52 ſentię omnes fructus† ſeu diſtributiones accreſcant intereſſentibus c. 1. de cleric. non reſid. lib. 6. quia cũ Papa ſuper dictis diſtributionibus poſſit penſionẽ imponere, etiam quod Canonicus non interſit diuinis ex quo in benefi-
53 cialibus† pleniſſimam habet poteſtatem c. 2. de præben. lib. 6. ſequitur, quod Capitulo plus accreſcere non poſſit, quã abſens, vel mortuus beneficiatus lucrari poſſet ſi viueret, aut intereſſet l. nemo plus cum alijs vulgar. de reg. iur.

Nec ex tali interpretatione reſultat aliqua diminutio cultus diuini, cum talis penſio omnes fructus, aut diſtributiones beneficij abſorbere nõ valeat, ita vt beneficiatus inſeruiendo, nihil acquirere poſſit ad tex. in c. conquęrenti vbi Abb. de cler. non reſiden. Gig. de penſ. q. 4. n. 2. Vnde ſequitur, vt quod ratione ſeruitij eidẽ acquireretur propter non ſeruitium acquiratur inſeruientibus, & non vltra ad not. per Bart. in l. certi cõdictio ſub n. 13. ff. ſi cert. pet. & per Socin. Sen. conſ. 93. circa fin. lib. 3.

Poſtremo controuerti etiam ſolet An ſucceſſor teneatur ad penſiones decurſas tempore
54 prædeceſſoris? & dicendum eſt non teneri† niſi præceſſerint diligentiæ contra prædeceſſorem ita paſsim obſeruat Rota, & fuit tenetũ in vna Cęſaraugustana penſionis 13. Aprilis 1592. corã Cardinale Pamphilio in qua fuit dictũ quod non factis dictis diligentijs Rota nunquã voluit cõdemnare ſucceſſorem per Caſſad. deciſ. 3. n. 2. & deciſ. 4. n. 3. de locat. Creſcen. deciſ. 58. in fin. lib. 2. Achil. deciſ. 3. de penſ. Put. deciſ. vlt. in fin. de offic. ordin. & deciſ. 189. n. 3. in Epitome de ſol. penſ. §. 21. Et tanto magis
55 quando† pẽſionarius eſt hæres beneficiati cõtra quẽ ſucceſſor poteſt recurrere ad not. per Put. dicta deciſ. 189. n. 4. Et quod penſionarius
56 non ſit reintrudendus ad totam † ſummam debitam niſi factis diligentijs cõtra prædeceſſorem fuit quoque reſolutum corã Cardinale Blanchetto in vna Hiſpalen. penſionis 16. Decembris 1577. & rurſus in alia Hiſpalen. ſub die 5. Maij 1582.

Vendens ſcienter rem alienam, aut alienari prohibitam quando teneatur de euictione, & ad intereſſe. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 Vendens, aut aliter alienans ſcienter bona aliena, ſeu alteri obligata, vel fideicommiſſo ſubiecta, tenetur de euictione, & ad intereſſe, & ſic ad illorum æſtimationem, & n. 6.

2 Obligatio rem tradi, habet admixtam obligationem rem dari.

3 Venditor promittens rẽ dare tenetur cum effectu rem liberam dare, vt dominiũ auocari nõ poſſit.

4 Prohibitio alienationis impedit dominij tranſlationem.

5 Intereſſe eſt æſtimatio damni emergentis, & lucri ceſſantis, ex eo quod non fit quod non fieri debet, vel non præſtatur quod præſtari debet.

7 Vendens ſeu alienans ſcienter rẽ alteri obligatã, vel alienari prohibitam etiam non ſequuta euictione tenetur ad intereſſe actione ex empto.

8 Tenetur etiam de facto ſuorum auctorum non obſtante proteſtatione facta in contractu, quòd non vult teneri in caſu euictionis, niſi de dato, & facto ſuo tantum, & n. 9.

10 Fideiuſſor tenetur ad omnia, & ſingula, quæ principalis ipſe promiſit, et ad quæ ratione contractus eſt obligatus.

11 Accedens tanquam principalis, & inſolidum tenetur ad intereſſe, quamuis aliquo reſpectu non ſubſiſtat obligatio eius pro quo fideiuſſit.

12 Cedens ſcienter rem alienã, aut alienari prohibitã tenetur de euictione, et ad intereſſe, quamuis in cõtractu ſit appoſitũ pactũ, quod in caſu euictionis liceat ceſſionario redire ad primæua iura, perinde, ac ſi inſtrumentũ factum nõ fuiſſet.

13 *Venditor qui ſcienter emptori etiam ſcienti rem alienari prohibitam vendidit, non tenetur de euictione, neque ad intereſſe.*

14 *Euictio eſt de natura emptionis.*

15 *Scienti non fit iniuria, neque dolus.*

16 *Vendens rem vni, ſi eamdem poſtea vendat alteri, qui ſcientiam habeat primæ venditionis, nõ tenetur aduerſus Fiſcum pœna ſtellionatus, nec ſecundus emptor poteſt agere ad intereſſe.*

17 *Emptor ſciens rem ſibi vẽditam eſſe communem cum alio, non poteſt agere de euictione.*

18 *Cenſetur emiſſe partem venditoris tantum, & non totam rem, & n. 19. & 20.*

21 *Emens rem aliquo onere affectam ſcienter, ius tantum venditoris emiſſe dicitur.*

22 *Tenetur ſtare locationi factæ à venditore, ſi de illa notitiam habuit, etiam ſi hypothecam ignorauit, & n. 23.*

24 *Hypotheca, & alia clauſulæ appoſitæ in contractu venditionis ad eumdem finem, non obligant venditorem in plus, nec augent obligationem, quæ oritur ex ſola ſcientia.*

25 *Emptor ſciens in genere rem ad venditorem non ſpectare, non poteſt agere de euictione, quamuis ignoret ad quem pertineat.*

26 *Ad effectum, vt de euictione agere nõ poſſit, oportet quòd clare ſciat rem eſſe alienari prohibitam, nec ſufficit diuturna cohabitatio.*

27 *Scientia ſolet ex diuturna cohabitatione præſumi in his, quæ ſenſu corporis percipiuntur, ſecus in his quæ pendent a teſtamentis, & inſtrumentis, quæ non ſolent in notitiam deuenire.*

28 *Emptor ſciens rem venditam alienam eſſe, poteſt agere de euictione, quando de illa ſpecialiter, & nominatim in illum caſum fuit ſtipulatus, ſecus ſi de euictione generaliter tantum ſibi proſpexerit, & n. 29. & 30.*

31 *Euictio ex natura rei cõtingens nec etiam ignoranti debetur quamuis generaliter promiſſa fuerit niſi ſtipulatio ſit concepta verbis vniuerſalibus puta quomodocunque, & qualitercumque, vel quauis de cauſa res euincatur, & n. 32.*

33 *Verba vniuerſalia copulent maiora expreſſis etiam ex cauſa non conſiderata à iure.*

34 *Hæres venditoris licet in inſtrumento non ſit comprehenſus tenetur de euictione promiſſa à venditore.*

35 *Obligationes, & promiſſiones omnes actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt ad hæredes etiam tacitos.*

36 *Euictio emptori non debetur quando ea ſequitur ex facto ſuo, vel ſui auctoris etiam ſi expreſſe de illa fuerit ſtipulatus in illum caſum niſi ſpecialiter euictio fuerit promiſſa ob culpam emptoris, & n. 37. & 39.*

38 *Hæres adeundo hæreditatem cẽſetur quaſi contrahere cum creditoribus defuncti.*

40 *Dolus futurus per pactum remitti non poteſt, ſed tantum culpa.*

41 *Euictio oriens ex noua cauſa ſuperueniente poſt contractum venditionis non debetur etiam ſi dictum ſit quod venditor renunciat omni iuri quod habet, vel in futurũ habere ſperat niſi expreſſe dicatur ex noua cauſa, & n. 42. & 43.*

44 *Emens ſcienter rem feudalem tamquam liberam ſine Domini conſenſu contra legis prohibitionẽ non poteſt agere de euictione, immo nec ad pretium etiam ſi ſibi expreſſa ſtipulatione proſpexerit ſecus ſi contractus, non ſit contra legem quia ſufficit emptorem pacto ſibi de euictione proſpexiſſe, & n. 45.*

46 *Emens ſcienter rem venditoris ſubiectam fideicommiſſo non poteſt agere de euictione, ſed tantum petere, vt pretium ſibi reſtituatur etiam ſi de euictione in eum caſum ſtipulatus, fuerit cum iuramento, & n. 47. & 50.*

48 *Item non poteſt agere de euictione ſiue res ſit ſubiecta fideicommiſſo conditionali, ſiue pure ſit reſtituenda contra gloſ. cuius opinio communiter reprobatur, & n. 49.*

50 *Iuramentum non operatur in his, quæ non pendent a poteſtate iurantis.*

51 *Diſpoſitioni l. fin §. emptor autem C. com. de legat. pars renunciare non poteſt.*

IN controuerſiam deducitur ſæpiſſime. An
vendens, aut aliter alienans ſcienter bo-
na aliena ſeu alteri obligata, vel fideicommiſ-
ſo ſubiecta teneatur de euictione, & ad inte-
reſſe, & conſequenter ad illorum æſtimatio-
1 nem? Et dicendum eſt † regulariter teneri ſe-
cundum Bald. in l. ſi traditio q. 4. C. de euict.
Ruin. conſ. 141. ſub n. 9. lib. 1. Præſertim ſi in
fideicommiſſo adſit expreſſa prohibitio de nõ
alienando, & alienans promiſerit dare, & tra-
dere dicta bona, quia cum hoc caſu non tam
ratione obligationis rem tradi, quæ habet ad
2 mixtam obligationem † rem dari Bart. in l.
certi condictio n. 22. & ibi Dec n. 11. cum
ſeq. ff. de reb. credit. quam ratione ipſius obli-
gationis rem dari, teneatur cum effectu rem
3 liberam dare, vt dominium auocari non poſ-
ſit l. Iulianus §. qui fundum vbi Iaſ. num. 5. de
ff. de verb. obligat. Et propter prohibitionem
4 alienationis dominium transferri † non va-
leat, itaut non poſſit reuocari, iuxta not. in l.
filius familias §. Diui ff. de leg. 1. Iaſ. in l. quo-
ties n. 7. C. de fideicom. ſequitur quòd ipſe ven
ditor teneatur ad totale intereſſe emptoris,
quod ſecũdum Iacob de Rauenna eſt æſtima-
5 tio † damni emergentis, & lucri ceſſantis ex
eo quod non fit, quod fieri debet, vel non præ-
ſtatur quod præſtari debet, quam diffinitionẽ
communem eſſe atteſtatur Bart. in l. vnica
n. 8. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt pro-
fer. Et quòd alienans teneatur ad damna, &
6 intereſſe, & conſequenter ad ipſam † æſtima-
tionem, tenet etiam gloſ. in §. pretium autem
in verbo tradatur Inſtit. de empt. & vendit.
quam teſte Aret. ibid. ſub n. 8. ſequitur Bart.
in l. ſtipulationes non diuiduntur in verſ. ad
tertium venio ff. de verb. obligat. & in l. 1. in
verſ. item quæro ff. de act. empt. Dec. cõſ. 102.
in fine Alex. conſ. 63. n. 11. lib. 6. & iſtam opi-
nionem late comprobat Cephal. qui commu-
* nem dicit conſ. 407. n. 39. Immo magis * com-
munem atteſtantur relati per Surd. conſ. 13.
n. 25.

n.25. lib. 1. Hanceque ſæpius Rota tenuit, & præſertim in vna Romana dotis 11. Februarij 1583. coram Cantucio, & in vna Anconitana de Gozzis 25. Iunij 1584. coram Cardinale Seraphino.

Extende primo iſtam concluſionem, vt pro-
7 cedat etiam nondum † ſequuta euictione, quia regula l. qui rem C. de euiction. quod ante ſequutam euictionem agi non poſsit l. ſi plus §. iura eod. tit. de euict. non procedit quando debitor ſciens tradit rem alteri obligatam, quia tunc licet nõ agatur de euictione tamen poteſt agi ad intereſſe actione ex empto l. ſeruus quem §. ſi ſciens ff. de act. empt. l. ſi hominem ff. de ſolut. Doct. communiter, & præcipue Butrigar. in d. l. qui rem Paul. de Caſtr. & cæteri omnes in l. 4. in princip. de act. empt. & in d. §. ſi ſciens, & fuit late deductum coram Cardinale Seraphino in vna Romana cenſus ſub die 7. Martij 1577. & rurſus in vna Anconitana euictionis pretij ſub die 3. Martij 1586 coram eodem, & in vna Vulterana bonorum 15. Februarij 1585. coram fel. record. Clemente Papa Octauo, tunc Auditore.

Rurſus extẽde, vt locum habeat etiam ſi in contractu fuerit ab alienante proteſtatũ quod
8 non vult teneri in caſu euictionis † niſi de dato, & facto ſuo tantum quia nihilominus tenetur ad dictam æſtimationem, ſi ſciuit quòd bona erant fideicommiſſo ſubiecta, & prohibita alienari, l. emptorem §. fin. ff. de act. empt. Pedemont. deciſ. 24. ſub n. 2. prout etiam tene-
9 tur reſpectu facti † ſuorum auctorum Doct. in l. ſi ſeruus furtiuus in princ. ff. de cund. furt. Marſ. ſing. 656. cum allegatis per Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 6. n. 5. & tenuit Rota in vna Romana pecuniaria 25. Iulij 1600. coram Cardinale Pamphilio.

Tertio extende, vt procedat etiam reſpectu fideiuſſoris, qui acceſsit contractui alienationis, nam iſte quoque eſt obligatus ad æſtimationem bonorum, & ratio eſt quia licet fideiuſſor in plus non obligetur, quàm principalis
10 tenetur, tamen ad omnia †, & ſingula, quæ principalis ipſe promiſit, & ad quæ ratione contractus eſt obligatus, l. ſi ſeruum §. nunc videamus, & l. mora rei, ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 34. n. 5. & 6. lib. 2. Aym. conſ. 272. n. 2. & 5. Præſertim quando fideiuſſor acceſsit expreſſe pro omnibus, pro quibus venditor in contractu ſe obligauit, & non ſimpliciter, ſed vti principalis, & inſolidum, quia tunc non vti fideiuſſor conſiderari debet reſpectu em-
11 ptoris, ſed vti principalis, & conſequenter † tenetur ad intereſſe, quamuis aliquo reſpectu non ſubſiſteret obligatio eius pro quo fideiuſſit ad late tradita per Decian. conſ. 72. n. 5. & ſeq. lib. 2. & fuit tentum per Rotam in vna Bononien. de Ocellis ſub die 26. Aprilis 1602. coram Litta.

Quarto extende, vt locum habeat etiam in
12 cedente, quamuis in contractu † ſit appoſitum pactum quod in caſu euictionis liceat ceſsionario redire ad primæua iura perinde, ac ſi inſtrumentum factum non fuiſſet, Nam adhuc cedẽs tenetur ad intereſſe cum huiuſmodi pactum ad fauorem ceſsionarij ſit appoſitum, & propterea intelligatur ipſo volente l. 2. ff. de leg. commiſſ. Ruin. conſ. 55. n. 31. lib. 1. & conſ. 52. n. 8. lib. 3. Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur n. 10. C. de reuoc. don. Et ſic eſt in eius electione, vel redire ad primæua iura, vel petere æſtimationem.

Sed quamuis vendens ſcienter rem alienam aut alienari prohibitam regulariter teneatur ad totale intereſſe emptoris, vt dictum fuit; Attamen hoc limitatur, vt non procedat quo-
13 tieſcumque ipſe emptor quoque ſciuit † rem quam emit alienam eſſe, quia tunc aduerſus venditorem non agit ad intereſſe neque de euictione, vt probat tex. in l. ſi fundum ſciens. C. de euiction. & in l. ſi à matre C. de iure dot. & in l. ſi fratres C. commun. vtriuſque iud. Gozzad. conſ. 24. n. 7. verſ. quarto eſt tex. Aym. conſ. 77. n. 18. verſ. ſimile videmus quod quis Alex. conſ. 69. n. 2. lib. 4. Tiraquel. de retract. lign. §. 12. gloſ. 1. n. 7. & ſequen. Cabalin. in tract. de euiction. §. 5. n. 31. late Becc. conſ. 24. nu. 34. Et quod ſciens, qui à ſciente emit non agat de euictione in terminis probat tex. in c. 1. in princip. tit. de inueſtit. de re alien. fact. Roman. conſ. 396. n. 3. verſ. quæro quo ad ſecundum Alex. d. conſ. 69. n. 3. cum alijs per Tiraquel. d. gloſ. 1. n. 8. vbi etiam remiſsiue tangit, an ſaltem poterit emptor ſciens repetere pretium à venditore etiam ſciente.

Ratio huius limitationis eſt, quia licet eui-
14 ctio † ſit de natura emptionis l. cum dubitatur vbi Bald. C. de euict. Bart. in l. qui concubinã §. ſi hæres ff. de leg. 3. Aret. in §. actionis n. 22. inſtit. de action. Nihilominus, vt inquit Alex. d. conſ. 69. nu. 3. verſ. nec etiam, ſcienti non fit
15 iniuria †, neque dolus l. cum donationis C. de tranſact. c. ſcienti de reg. iur. lib. 6. l. ſi in emptione §. & ſi emptor ff. de act. empt. Et ideo dicit Bald. in conſ. 240. lib. 2. Quod ſi is, qui
16 rem † vni vendidit eamdem vendat alteri qui tamen ſcientiam haberet primæ venditionis, non tenebitur aduerſus Fiſcum pœna ſtellionatus; quia ſcienti non fit dolus: Nec aget ſecundus emptor ad intereſſe, quia ſciebat rem alij venditam, ſequitur Rolan. conſ. 74. n. 27. lib. 1. Menoch. conſ. 98. num. 41. Aym. conſ. 6. n. 104. Boſſ. in tit. de falſis n. 112. & optime declarant Dec. & Cagnol. in l. nemo fraudare ff. de reg. iur.

Amplia limitationem iſtam, vt procedat, nedum quando emptor ſciuit rem eſſe aliena in totum, ſed etiam quando ſciuit eſſe commu-
17 nem cum alio, quia † neque tunc de euictione agit, aut ad intereſſe, ſi quidẽ venditio hoc caſu debet intelligi facta reſpectu iuris tantũ, quod venditor circa rem venditam habebat,
18 & non reſpectu illius iuris, † quòd alius habebat, & illud notum erat emptori, l. qui tabernas ff. de contrahen. empt. Bart. in l. 1. n. 2.

ff. de

ff.de ſeruit.leg. Et notant Bald. in l. ſi domus
§.fin. in fine verſ.quæritur ff.de leg.1.& Alex.
ibid. ſub n. 4. qui loquuntur in terminis ven-
ditionis rei cõmunis cum alio,& concludunt,
quod ſi emptor ſciebat rem illam eſſe commu
19 nem †, & nõ ſolius venditoris intelligitur tan
tum vendita pars venditoris,& non res tota,
& idem concludit Roman. conſ.396.n.2.Goz-
zad. conſ.58. n.13. Bertr. conſ.29. n.2. lib. 1.
par. 2. & tenuit Rota in vna Eugubina terra-
rum 18. Decembris 1570. coram Cardinale
Seraphino in qua fuit dictũ, quod ſi Caſtrum
certis finibus deſignatum vendatur, totum in
dubio venditum intelligitur, etiam quòd totũ
venditoris non eſſet, ſed eſſet commune cum
20 alio,niſi probetur ſcientia † emptoris,nam ea
probata non cenſetur venditum reſpectu par-
tis non ſpectantis ad ipſum venditorem:Et ad
hoc bene facit,quia emens rem aliquo onere
21 affectam † ſcienter, ius tantum venditoris e-
miſſe dicitur Gloſ. Cin. & Bald. in l. 1. C. ſi
pign.pign. datũ ſit Iaſ.in d. l. ſi domus §. fin.
n.24. ff.de leg.1. Gozzad. conſ.24. verſ.tertio
reſpondetur, & fuit dictum in vna Tiburtina
Caſtri Sancti Poli 15.Ianuarij 1590.corã Car-
dinale Plato,& ruſus in vna Romana Caſalis
21.Februarij 1603.coram Ludouiſio.Vbi pro-
pterea inferebatur, quod emptor tenebatur
22 ſtare locationi †ſi de illa notitiam habuit l.1.
in fin.ff.de act. empt.bene Gozzad.d.conſ.24.
nu.7.verſ.& præſuppono Bero.conſ.2. n.12.&
15.lib.1.cũ alijs per Surd.deciſ.265. ſub n.28.
23 Etiam ſi hypothecã † ignorauiſſet,cum ex ſo-
la ſciẽtia locationis obligetur emptor ad eius
obſeruantiam: Nam hypotheca aliæque clau-
24 ſulæ appoſitæ † ad eumdem finem non obli-
gant venditorem in plus, nec augent obliga-
tionem quæ oritur ex ſola ſcientia, vt in ter-
minis per Surd. d.deciſ.265. n.37. & ſeqq.
Secundo amplia eamdem limitationem,nam,
vt actio de euictione locum non habeat ſuffi-
cit quod emptor ſciat in genere rem ad ven-
25 ditorem † non ſpectare, quamuis ignoret ad
quem pertineat Bald.in d. l. ſi fundum C. de
euiction.pro quo facit l.fin.C.vnde vi.& quod
ſufficiat emptorẽ ſaltem in genere habere no-
titiam de iure, quod venditor in re habebat
præſertim ſtante clauſula vẽdidit,& ceſsit om
nia iura,&c.tradit Bero.d.conſ.2.nu.17.lib.1.
Quinimmo vt emptor ab iſta actione ſummo-
ueatur videtur ſufficere, quod facile ſcire po-
tuerit rem eſſe alienam ſeu alicui oneri obno-
xiã, vt ex multis probat Tiraquel. de retract.
lign.§.12.gloſ.1. n.9. Sed ego exiſtimo requi-
26 ri † ſcientiam claram, itavt non ſufficiat diu-
turna cohabitatio, Nam licet ſcientia quan-
doque ſoleat ex diuturna cohabitatione præ-
27 ſumi in his quæ ſenſu corporis† percipiuntur,
ſecus tamen eſt in his quę pendent à teſtamen
tis, & inſtrumentis,quæ non probantur pœnes
emptorem aliquãdo extitiſſe nec ſolent in no-
titiam deuenire Aym. conſ. 168. n.5.
Sublimita modo ſeu potius declara dictam-
limitationem, vt procedat quãdo emptor non
28 fuit ſtipulatus de euictione,ſecus ſi de illa†ca-
uerit,quia tunc licet ſciuerit rem alienam eſ-
ſe, tamen euictio illi eſt præſtanda Bart. in l.
quemadmodum poſt gloſ.nu. 10. C.de agr. &
cenſ.lib. 11. Corn.conſ.2.num. 13. lib.3. Aym.
conſ.64. num. 4.
Sed hoc intelligitur dummodo ſpecialiter,
29 & nominatim † ſibi de euictione proſpexerit
in eum caſum,vt habetur in d.c.1. de inueſtit.
de re alien.fact.& in d l.ſi fundum C.de euict.
& poſt Bart. & alios ſupra allegatos late tra-
dit Gomeſ.de contract. cap.2.n.42.verſ.ſepti-
mus caſus,& Becc,d. conſ.24. nu.34. Secus ſi
30 generaliter † tantum ſit ſtipulatus, quia ſim-
plex, & generalis ſtipulatio de euictione non
ſufficit,vt inquit Bart. in l. ſi familiæ ad finem
Bald. n.8. & Angel.etiam in fine C.famil.her-
ciſcun. Alex. conſ.21.n.4. iuncto n.8.verſ.nec
etiam obſtat lib.5. Ruin. conſ.42. n.12. lib.1.
& conſ.146. n.3. eod. lib.Tiraquel.de retract.
lign.§.1.gloſ.9.n.56. Surd.deciſ.243.n.3.& 4.
Rota diuerſ. deciſ.211. n.1. & 2. par. 2. Præ-
ſertim vbi euictio ex natura ipſius rei contin-
git,quia tunc neque ignorãti actio de euictio-
31 ne † competit,etiam ſi generaliter promiſſa
fuerit gloſ.in d. l. ſi familiæ in verb. pro parte.
verſus finẽ,ibi,ſed magis puto Rom.conſ.503.
n.14.verſ.vltimo moueor,Alex.d.conſ.21.n.2.
lib.5. Honded conſ.3. n.4. lib.1. Niſi ſtipula-
32 tio ſit concepta verbis † vniuerſalibus, puta
quomodocumque,qualitercumque,vel quauis
de cauſa res euinceretur: quia tunc compre-
henditur etiam euictio, quæ fit ex natura rei
ſiue emptor ſciat ſiue ignoret rem eſſe alienã
gloſ.in l.cum pœna ff.de arbitr.quæ vult quod
etiam ſi re per compromiſſum euicta emptor
non agat pro euictione,tamen aliud ſit quan-
dò promiſſa eſt euictio quomodocunq; ſequa-
tur,& illam gloſ.ſequitur, & notandam dicit
Alex.cõſ.4.n.1.verſ.& per hoc apparet lib.3.&
conſ.102. viſo themate n.5.verſ. pro hoc facit
lib.6. Couar. var.reſol. lib.3.cap.17.n.7.Hu-
33 iuſmodi enim verba vniuerſalia copulant†ma-
iora expreſsis etiam ex cauſa non conſidera-
ta à iure Gozzad. conſ.14. nu.22. & conſ.63.
num.3.& in his terminis Socin. Iun.conſ.116.
num.63.lib.1. Tiraq.de retract. lign.ad finem
tit. num.98.verſ. Vigeſimo ſecundo quæro.Et
ita tenuit Rota decil.152. nu.5.par.2. diuerſ.
Et ruſus in vna Recanaten. tranſactionis 22.
Iunij 1592. coram Gypſio.
Ex quo bene deducitur,quod ſi venditor in
34 hunc modum expreſſe promiſerit †de euictio-
ne,tunc hæres ipſius etiam tenebitur quamuis
in inſtrumento non fuerit comprehenſus l. ſi
pactum ff.de pact. cum multis ſimilibus colle-
ctis à Tiraquel. de retractu conuention. §. 1.
gloſ. 6. in princip. vbi abunde probat omnes
35 obligationes,& promiſſiones† actiue,& paſsi-
ue tranſire ad hæredes etiam tacitos;Ideoque
hæres hoc caſu exceptione illius promiſsionis
pariter ſummouebitur l. ſcia ff. de euict.

Præ-

Præterea illud admonendi ſumus quod li-
cet emens ſcienter rem alienam,ſeu alienari
prohibitam agat de euictione, quando de illa
expreſſe fuit ſtipulatus in illum caſum, vt ſu-
pra dictum fuit, nihilominus hoc recipit non-
nullas declarationes, Quarum Prima eſt, vt
non procedat quotieſcunque euictio ſequitur
36 ex facto † emptoris, vel ſui auctoris quia tunc
non præſtatur,vt probat. tex. in l. fundũ meũ.
ff.de euict.vbi dicitur quod ſi fundum obliga-
ui, deinde illum tibi vendidi qui mox mihi re-
uendidiſti nõ ago contra te de euictione,ſi is,
cui primo obligaueram fundum euincat à me
quia cauſatur euictio ex facto meo, & per il-
lum tex. ita tenet Bart. in l.qui Romæ §.duo
fratres n.10.verſ.quarto dicit male ff.de verb.
obligat. Et ſubdit idem eſſe quando ſequere-
37 tur euictio ex facto † auctoris ſui, cui res eſt
euicta,quia adhuc videtur agere ex facto pro-
prio l. ſi ſeruus in princ. ff. de condict. furt.
Quinimmo dicitur factum proprium hæredis,
38 qui adeundo cenſetur quaſi contrahere † cum
creditoribus l. apud Iulianum §. fin. ff. quib.
ex cauſ.in poſſeſ.eatur & Bart.in d.§.duo fra-
tres ſequuntur Caſtren.ibi n.7. circa finẽ verſ.
Item quantum Iaſ.n.35.Ripa n.43.Alex.conſ.
21.n.4. verſ.ſecundo principaliter lib.4.Ruin.
* conſ.11.n.12.lib.1.Bertran.qui de magis* cõ-
muni teſtatur conſ.85. n.3. lib.1. Rolan. conſ.
41.n.19. verſ.vel ex facto lib.4. Dec. conſ.24.
n.31.Socin.Iun.conſ.128. n.131. lib.1.Cabal.
in tract. de euict.§.5. n.2.in 1. limit.
39 Verum iſtud intelligitur niſi ſpecialiter † e-
uictio fuerit promiſſa ob culpã emptoris, quia
tunc præſtanda eſt, vt per Speculat. in tit. de
empt.& vendit.§. ſciendum n. 37. Alex. conſ.
67. in fine lib.2. Becc.conſ.106.n.19. vbi alle-
gat etiam Cabalin. Surd.conſ.441.n.39.lib.3.
Et ratio eſt ſecundum Alex. vbi ſupra; Nam
40 quamuis futurus dolus † pacto remitti, non
poſſit l.ſi vnus §. illud ff. de pact. cap. quem-
admodum,de iureiuran. tamen culpa remitti
poteſt l. ſi vt certo §. interdum ff.commod. l.
contractus ff. de reg. iur. l. 1. §. ſi conueniat
ff. depoſiti. [illegible]
Secunda declaratio eſt, vt nõ habeat locum
41 quando euictio ſequitur ex noua † cauſa ſu-
perueniente poſt cõtractum per tex. in l.huius
ff. de euict. Vbi dicitur futuros caſus emptio-
nis poſt contractam emptionem contingentes
ad venditorem non ſpectare, nec pro eis eui-
ctionem deberi; Ad idem eſt tex. in l.3. ff. eod.
tit. Quo loci dicitur quod ſi actio eius cæpit
poſt euictionem non debetur euictio;Similiter
dicit tex. in l.1. C. de peric. & com. rei vend.
euictionẽ eſſe præſtãdam in his ſolum caſibus
qui euictioni cauſam parant ex tempore;quod
antecedit euictionẽ,ex quo tex. not.ibi Bart. q.
quod venditor non præſtat euictionem ſi cauſa
euictionis oritur poſt cõtractum. Sequitur ibi
Bald.Salic.& Caſtren.n.1.Ripa in d.l.q Romæ
§.duo fratres num.77.in fine de verb.obligat.
Roman. conſ.503. col. fin. verſ. ſecundo mo-
ueor Tiraquel. de retract. conſanguin. §. 1.
gloſ.9.n.34.Cabalin. de euict. d.§.5. n.52.
Idque procedit etiamſi in cõtractu emptio-
42 nis dictum ſit quod renunciat † quis omni iu-
ri quod habet, vel in futurum habere ſperat,
quia hoc ius futurũ ſi non dicatur expreſſe ex
noua cauſa, intelligitur ex cauſa de præſenti,
vel præterito, Ita Bart. in l.1.C. de pact.& poſt
eum Iaſ.n.27. verſ. in tertio membro Zucard.
n.159. Ripa n. 26. vbi ampliat multis modis.
43 Et per hanc rationem † quod ius ſuperueniens
poſt contractum non faciat venditorem teneri
de euictione concludit Afflict.in tract.de iure
prothumiſ.in verbo infra triginta dies in fine.
Tertia affertur declaratio,vt non procedat
44 quãdo quis † ſcienter emit rem feudalem tan-
quam liberam ſine cõſenſu Domini,quia tunc
neque ad prætium quidem agit etiam ſi ſibi
expreſſa ſtipulatione prouiderit,vt inquit gloſ.
in c.1. in verbo actionem de prohib. alien.per
Feder. quam ſequitur Bald. ibi col.vlt.nu.22.
Aluar. n.10.verſ.quæro ſubſequẽtes cum alijs
per Tiraquel.d.§.12. gloſ. 1. nu.12. Qui licet
referat contrarium tenere gloſ. in d. l. quem-
admodũ in verbo,& emptor,C. de agr. & cẽſ.
lib. 11. Attamen prima opinio eſt verior, &
* magis* communis; Nam vt inquit Bald.in lo-
co præallegato ipſa ſtipulatio de euictione eſt
acceſſoria; Vnde ſi principale eſt cõtra legem,
ergo & ſtipulatio l. non dubium C.de legib.
Nec obſtat d.l. ſi fundum C. de euict. & d.
c.1.de inueſtit. de re alien. fact. Quia loquun
tur de contractu qui non eſt cõtra legem,Vn-
45 de nil mirum † ſi ſufficiat emptorem pacto ſi-
bi proſpexiſſe de euictione: Hic vero loqui-
mur de emptore contra interdictum legis,vbi
apparet malæ fidei emptorem plus peccaſſe,
quia etiam notarius ſcribens inſtrumentum
alienationis feudi punitur amiſſione manus,
vt in d.c.1.§.ſcriba de prohib.alien.p Federic.
Quarta,& vltima declaratio eſt,vt non pro-
46 cedat in eo qui ſcienter † emit rem venditoris
ſubiectam fideicõmiſſo, quia nec huic euictio
debetur quamuis prætium ei ſit reſtituendum
iuxta tex. in l.fin.§. emptor autem C.cõmun.
de legat. qui locũ habet etiam ſi expreſſe em-
ptor ſtipulatus fuerit omnem euictionem, vt
ibi dicitur, & tradit Iaſ. n.2.Ruin. conſ. 146.
n.4. verſ. & vbi etiam lib. 1. Couar.var. reſol.
lib.3. cap.17.col.2.n.2. verſ. ad eam quæſtio-
nem, ibi ſecundum quod etiam ſi apponatur,
Surd. deciſ.208. n.4.& deciſ.243.n.2. & 5. Et
dicit gloſ.in d.§.emptor hoc eſſe ſpeciale in eo
47 qui † rem ſubiectam fideicommiſſo emit, licet
alias rei alienæ emptor conſequatur omne in-
tereſſe,ſi in eum caſum ſit ſtipulatus d.l.ſi fun
dum ſciens C. de euictione.
Et hæc quidem declaratio procedit nedum
48 quando † res eſt ſubiecta fideicommiſſo con-
ditionali, ſed etiam quãdo pure eſt reſtituen-
da ſecundum Bart.ibi in fine Salic.n.1.in fine.
Purpurat. ad Iaſ. in additione quæ incipit ca-
ue. Et licet gloſ. ibi in fine contrarium teneat
tamen

49 tamen eius opinio † communiter reprobatur,
vt inquit Gomeſ.de contract.d.c.2. n.42.verſ.
iſta reſponſio.

Rurſus procedit quamuis adeſſet iuramen-
50 tum, quia † iuramentum non operatur in his
quæ non pendent à poteſtate iurantis, l. nam
& poſtea §. fin.ff. de iure iuran. Tiraqnel. in
præfat. l.ſi vnquam n.92.& 164. Alciat. conſ.
167.n.8.Ceſal. conſ.101. in fine, At diſpoſitio-
51 ni † d. §. emptor antem pars renunciare non
poteſt, vt dicit Bald. 161. n.3. quia contra le-
gem mercatur quem ſequitur Alberic. verſ.&
nota, Ergo non valebit iuramentum, Ita decla-
rat Surd. d.deciſ.208.n.4. vbi reprobat Corn.
contrarium tenentem in conſ. 2. col.3. nu.11.
verſ. & inſuper licet lib. 3.

Donatio cum iuramento facta abſenti in die feriato à maiore viginti annis minore tamen vigintiquinque, an ſuſtineatur, itaut mater hæres filij donatarij in poſſeſſionem bonorum donatorum ſit immittenda. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta abſenti, quando* Notarius *fuit ſtipulatus valet etiam ante ratificationem.*
2 *Facta infanti pro quo notarius ſtipulatur eſt valida, & ex ea ius acquiritur abſque ratificatione.*
3 *Immiſſio in poſſeſſionem datur vigore clauſulæ conſtituti.*
4 *Mandatum de intrando, vel de aſſociando ad euitandum ſcandalum illi eſt concedendum, cui in inſtrumento datur facultas capiendi poſſeſſionem auctoritate propria.*
5 *Donatio facta alicui, vt bona conſeruentur in eius familia ſi donatarius ſit vltimus ex dicta familia, & nullus alius ſuperſtes ſit ad eius hæredes tranſmittitur.*
6 *Donatio inter viuos eſt irreuocabilis, & ſtatim abdicet dominium à donante itaut ad ipſum amplius non redeat.*
7 *Facta ad fauorem donatarij, nec non pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque tranſit ad extraneos hæredes, etiam ſi alias extranei non comprehenderentur.*
8 *Ratio vnica non attenditur, quando plures ſunt cauſa diſpoſitionis.*
9 *Statutum habilitans maiorem viginti annis ad contrahendum non porrigitur ad bona exiſtentia extra territorium.*
10 *Iuramentum dat robur, & efficit validum contractum factum à minore.*
11 *Suffragatur licet fuerit præſtitum in die feriato etiam Dominico quando actus non eſt iudicialis, & n.12. & 13.*
14 *Actus factus cõtra legem valet niſi lex vlterius procedat annullando ipſum actum.*

QVidam maior annis viginti, minor tamẽ
vigintiquinq; donauit bona ſua eius ne-
poti ex fratre prædefuncto, qui erat infans, &
abſẽs ab Vrbe pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſo-
ribus quibuſcumque, & expreſſit cauſam dictæ
donationis, quia ſcilicet volebat bona ſua cõ-
ſeruari in familia, necnon ex alijs pluribus, ac
rationabilibus de cauſis animũ ſuum mouen-
tibus, & quia ſic de bonis ſuis ſibi diſponere
placuit, quam donationem inuiolabiliter pro-
miſit obſeruare cum iuramento tactis ſcriptu
ris, &c. Mortuo deinde ipſo donante necnon
infante donatario, Artemiſia mater, & hæres
infantis petit immitti in poſſeſſionem bonorũ
donatorum. Quæritur nunquid ſit immittẽda?
Et reſoluendum eſt affirmatiue. Etenim de va
liditate donationis non videtur poſſe dubitari
quia licet ſit facta abſẽti, tamen Notarius fuit
1 ſtipulatus, quod ſufficit † vt valeat etiam an-
te ratificationem, itavt per hæredem donata-
rij poſſit etiam ratificari, quia ratificatio non
requiritur pro validitate, ſed pro acquiſitione
late Couar. in rubr. de teſtam. par. 3. nu. 13.
circa fin. Ruin. conſ.119. nu.6. & 7. lib.1 Ce-
phal.conſ.33.n.5. cum ſequen.lib.1.bene Ro-
lan. conſ.19.n.28. lib.1. Et nihilominus ceſſat
difficultas, quia notarius fuit ſtipulatus pro
2 infante quo caſu † fuit ius quæſitum etiam
ante ratificationem Pariſ. conſ.69. n.148. lib.
3. & probatur in l. ſi quis in emancipatum
vbi etiam id notat Bald. C. de donat. Alciat.
conſ 14. n.24. lib.8. Guid.Pap.quæſt. 67. Ro-
lan. conſ.61. n.6.lib.primo, & tenuit Rota de
1580. coram Cardinale Lancelotto in vna Bo-
nonien. de Oriuolarijs, & deinde coram Car-
dinale Seraphino in vna Vrbeuetana hæredi-
tatia.

Hoc ſtãte dico, quod cũ infans cui fuit facta
donatio poſtea obierit mater, quæ eſt illius hæ-
res authen.defuncto C.ad tertullian.poteſt vi-
3 gore clauſulæ conſtituti petere † immitti in
poſſeſſionem bonorum donatorum Bart.in l.3.
n.25.C.de pignor.Alex. conſ.83. nu.6.verſ. &
ſubdie lib.2. Gozzad. conſ.42. nu.11.& tanto
magis quando adeſt clauſula capiendi poſſeſ-
ſionem propria auctoritate quo caſu debet ſi-
4 bi concedi iſtud mandatum de intrãdo, vel de
aſſociando ad euitandum ſcandalum, Afflict.
deciſ.306.Ripa in l.1.§.ſi hæres n.21. ad Tre-
belian. Gabr. tit. de acquir. poſſeſ. concluſ.8.
n.8.Menoch. de adipiſcen remed.5. n.183.

Non obſtat quod donatio huiuſmodi facta
fuerit vt bona conſeruarentur in familia; quia
hæc ratio ceſſat ex eo, quia dictus infans fuit
vltimus ex dicta familia, & nullus alius ſuper-
5 ſtes fuit, quo caſu potuit † hanc donationem
ad hæredes tranſmittere, vt in terminis eſt de-
ciſ. Put.274.lib.1.Achil.de donat.deciſ.1.Aym.
conſ.15. num. 6. Donatio enim inter viuos eſt
iſtius, naturæ; vt poſtquam eſt facta efficia-
6 tur irreuocabilis, & ſtatim abdicet † dominiũ
à donante itavt ad ipſum amplius non redeat
l.3.ff.de donat. Pariſ.conſ.7.n.19.lib.1.Socin.
conſ.

conſ.91.n.9. lib.3. Ideo nil mirum ſi ad ſucceſ
ſoré donatarij tranſeat. Quod maxime dicen-
dum eſt, quia donatio hæc fuit facta pro hære-
dibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque quo caſu
7 etiam in materia † alias non trãſitoria ad ex-
traneos hæredes ipſi extranei comprehendun
tur, Aym. conſ.74. ſub n.11. & conſ.256. n.4.
Clar. de emphyteuſ. quæſt.9. & quæſt.28. Ro-
lan. conſ.10. ſub n.31. lib.1. plura Tiraq. de
retract. lign. §. 1. gloſ. 17. n.22.

Præterea tollitur difficultas, quia conſerua-
tio familiæ non fuit ſola ratio faciendæ dona-
tionis, ſed aliæ etiam cauſæ interfuerunt, &
ideo dixit, pluribus, ac rationabilibus cauſis
animum ſuum mouẽtibus, & quia ſic de bonis
8 ſuis diſponere placuit: Vnde † ſola prima ra-
tio non attenditur Gozzad. conſ.54. n.5. cum
alijs per Tiraquel. ceſſant. cau. limit.22. n.1.

Non obſtat, quod donans eſſet minor vigin
tiquinque annis, quo caſu donatio nõ videtur
poſſe ſuſtineri quo ad iſta bona propter Statu
tum Vrbis, quod quamuis habilitet maiorem
viginti annis ad faciendum quemlibet contra-
9 ctum, non tamen porrigitur † quo ad huiuſmo-
di bona exiſtentia extra territorium, Bart. in
l. cunctos populos C. de ſum. Trinit. quæſt.7.
n.39. & n.41. verſ. ſed inſurgit forte dubium
vbi etiam Bald. n.15. Lap. alleg.91. n.7. verſ.
ſuper quarto puncto, Alex. conſ.123. colum.1.
cum duabus ſequen. lib.1. Ruin. conſ.48. n.1.
lib.3, & in terminis huius Statuti Socin. conſ.
239. n.2. lib.2. Idem Alex. qui teſtatur de ma-
* gis * communi conſ.26. n.1. in fine lib.1. & la-
te Brun. de ſtat. art.8. quæſt.25. Quia reſpon-
detur, quod iuramentum præſtitum in hac do
10 natione dat † robur, & efficit validum contra-
ctum factum à minore, qui per ſe eſt inualidus
de iure communi authen. ſacramenta pube-
rum C. ſi aduerſ. vendit.

Nec aliquid facit quod iuramentũ hoc fue-
rit præſtitum in die feriato Sãcti Ioãnis, Quia
11 reſpondetur quod iuramentum † ſuffragatur
licet ſit præſtitum in die feriato, quia tex. in
cap.1. de fer. prohibet iuramẽtum præſtari in
die Dominico, nõ autem in alijs diebus feria-
tis in honorem Dei, vt bene declarat Guid.
Pap. deciſ. 215. col.2. ad fin. Secundo dico
quod illud cap. procedit in actis iudicialibus
12 non autem † in extraiudicialibus, nam quam-
uis in die feſto ſit male factum iurare, tamen
ſi iuretur iuramentum præſtitum valet, vt di-
cit Specul. de fer. §.7. n.5. cum ſeq. Ant. de
Butr. in d. cap.1. n.10. & ibi Hoſtien. in fine
Io. Andr. in verb. nec ſacramẽta. Ægyd. in prin
cip. vbi quod de generali conſuetudine tacito
cõſenſu Papæ eſt abrogatum, Abb. ibidem n.9.
& in cap. fin. n.16. & 18. eod. tit. & in cap. vlt.
num.21. & 22. de iudic. Modern. Herculan. de
caution. de non offend. c.3. nu.18. Anchar. in
d. c.1. nu.6. & ibi Vinc. n.5. Et ita tenent fere
omnes Summiſtæ, vt Angel. in verb. feriæ, n.35.
verſ. verum actus, Armilla in verb. feſta, n.3.
Tabien. in verb. feriæ, n.2. Gaiet. in verbo fe-
ſtorum violatio, col.5. verſ. iuramentum Iudi-
ciale, Piſanel. in verb. feriæ, n.6. vbi quod eſt ho
neſtum abſtinere, ſed non neceſſariũ, Silueſtr.
in verb. Dominica, verſ. tertio quæritur, vbi
quod in extraiudicialibus eſt conſiliũ, & quod
intelligatur in iudicialibus tenet. Sot. de iuſt.
& iur. lib.2. quæſt.4. art.4. col.6. verſ. at ve-
ro ſunt nonnulla.

Nec facit, quod aliqui contrarium teneãt,
Quia vltra quod pro maiori parte loquuntur
in die Dominico prout loquitur d. cap.1. & c.
* decreuit 22. quæſt.5. Dico quod cõmunis * opi-
nio tam Canoniſtarum, quàm Theologorum
eſt, quod huiuſmodi iuramẽtum valeat. Quin-
13 immo quod † iuramentum ſuſtineatur quam-
uis fuerit præſtitum in die Dominico, tenuit
Rota in vna Romana donationis 27. Aprilis
1587. coram Cardinale Seraphino. Nam ra-
tio illa, quod actus factus contra legem pro-
hibentem nõ valeat, non eſt vera, quia niſi lex
14 vlterius procedat † annullando actus non cor-
ruit, Angel. in l. vniuerſos per illum tex. C. de
decurion. lib.10. & in l. prætor §. fin. de eden.
Alex. & alij quos ſequitur Dec. conſ.17. n.2.
& conſ. 169. n.2. Caſſad. de præben. deciſ.2.
nu.3. Cum igitur cap.1. de fer. non annullet,
ſed ſolum prohibeat abſtineri ab omni illicito
opere, neque fieri placitum, neque ſacramenta
præſtari, ex hoc apparet, quod ſolum eſt con-
ſilium, quia omnes admittunt, quod cõtractus
valet, & tamen ille tex. eodẽ modo quo pro-
hibet præſtari iuramentũ prohibet etiam fieri
placitum, & cõſenſum, l.1. in fin. ff. de pact. Vn-
de ita etiam debet valere iuramentum.

Concludo itaque donationem eſſe validam,
& matrem dicti infantis eſſe immittendam in
poſſeſſionem.

Fideicommiſſum an inductum cenſeatur, & ad cuius fauorem ex facto non ineleganter diſcuſſum. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 Filij quando ſimul cum patribus vocati cenſeantur, et quãdo ordine ſucceſsiuo, & n.7.8. et 12.

2 Subſtitutio reciproca regulariter non continet fideicommiſſariam.

3 Fallit quando expreſſe facta eſt etiam per fideicommiſſum.

4 Item ſuſtinetur, vt fideicommiſſaria, quando fit pupillariter etiam perſonis extraneis, & n.5.

6 Subſtitutio ſequens declarat mentem teſtatoris in præcedentibus.

9 Clauſula (ſalua gradus prærogatiua) adiecta in ſubſtitutione operatur, vt prius proximior, & deinde remotior admittatur.

10 Filij quãdo vna cum patribus ſimpliciter inſtituuntur etiam quod ordine ſucceſsiuo vocentur, per ſolam vulgarem cenſentur vocati.

11 Declara niſi teſtator vocauerit eos, qui poterant naſci poſt hæreditatem per inſtitutos aditam,

quia

quia tunc in eis non poteſt verificari ſola vulgaris, ſed neceſſario videntur vocati per fideicommiſſum.
13 *Clauſula codicillaris operatur, quod ſubſtitutio, quæ non poteſt habere locum iure directo, tranſeat in fideicommiſſariam.*
14 *Subſtitutio facta ab vltimo, operatur reciprocum fideicommiſſum, quando eſt facta in tota hæreditate, licet hoc non appareat niſi ex coniecturis, & num 15.*
16 *Subſtitutio in tota hæreditate ex quibus coniecturis facta probetur. & n.17.*

IOannes teſtator inſtituit hæredes Iulium,
& Dominicum ſuos fratres, & eorum, &
cuiuſlibet ipſorum filios maſculos in ſtirpes,
& non in capita, & eoſdem & quemlibet eorũ
ad inuicem ſubſtituit, vulgariter, pupillariter,
& per fideicommiſſum ſalua gradus prærogatiua, & ipſis Iulio, & Dominico, & eorũ filijs,
& hæredibus prædictis omnibus decedentibus
ſine filijs & deſcendẽtibus maſculis, & ſic in totum finita linea prædictorũ Iulij, & Dominici
ſubſtituit vltimo ſic decedenti Philippũ ipſius
teſtatoris filium naturalem: Mortuo teſtatore
prædicti Iulius & Dominicus hæreditatẽ adierũt; Deinde deceſſit Iulius ſuperſtitibus Marco Antonio, & Martio eius filijs legitimis, &
naturalibs. Et ſucceſſiue deceſsit Dominicus
nullis ſuſceptis filijs maſculis, ſed ſolũ ſuperſtite Catherina eius filia fœmina legitima, &
naturali quæ tenutam & poſſeſſionem omniũ
eius bonorum apprehẽdit: Quæritur ad quem
dicta bona pertineant?

Et reſoluendum eſt ad Marcum Antonium
& Martiũ filios Iulij dicta bona ſpectare virtute ſuſtitutionis factæ de illorum perſona dicto Dominico decedenti ſine filijs maſculis, &
conſequenter ex teſtamento Ioannis conſtare
de fideicommiſſo ad eorum fauorem: Quia
aut volumus filios Iulij, & Dominici, veluti,
qui neceſſario inſtituendi nõ erant eſſe voca-
1 tos † ſimul cum patribus iuxtà opinionẽ quam
defendit Alexan. in l Gallus §. quidam recte
colum. 3. verſ. vbi autem nõ ſubeſſet de lib. &
* poſthum. & quam *communem legiſtarum, &
Canoniſtarum vocat ibidem Socin. nu. 8. cum
alijs multis teſtantibus de eadem cõmuni relatis per Clar. in §. teſtamentum quæſt. 80. in
prima concluſione, Card. Mantic. de coniect.
vlt. volunt. lib. 4. tit. 8. n. 19. verſ. ſed contrarium, & per Rotam, apud Cottam deciſ. 18.
Et tunc cum omnes ſimul vocati ſint, & inuicem ſubſtituti vulgariter, pupillariter, & per
fideicommiſſum, dubium non eſt, quin Dominico defuncto ſine filijs maſculis prædicti Marcus Antonius, & Martius filij Iulij ad eius portionem virtute dictę ſubſtitutionis ſint admittendi; Nam quamuis regulariter reciproca
2 non contineat fideicommiſſariam Bart. & alij
præſertim Ripa, qui ponit pro regula n. 41. in
l. Lucius de vulgar & pupillar. cum alijs multis per Card. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 4. n. 5.
3 tamen cum hic expreſſe facta ſit † etiã per fideicõmiſſum ſumus extra omnem dubitationem, vt dicit idem Mantic. vbi ſupra nu. 7. &
tit. 5. in princip verſ. idemque eſt & Ripa in
d. l. Lucius n. 46.

Nec dicatur hanc ſubſtitutionem eſſe inutilem cum non ſubſtituerit poſt mortem alterius, nec ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs,
quia tantum daturus ſit vnus alteri, quantum
ab eo accepturus, vt ponderat in ſimili ſubſtitutione Ruin. conſ. 7. n. 11. lib. 3. Crot. conſ.
62. n. 12. & 13. lib. 1. Socin. Iun. conſ. 100. n.
50. lib. 3. Cephal. conſ. 326. nu. 23. lib. 2. Nam
reſpondetur, quod cum ſit facta etiam pupillariter, & propterea neceſſario includat caſum
4 mortis poteſt ſuſtineri † vt fideicommiſſaria
prout in eum caſum ſuſtineri poſſe oſtendit
Alex. in conſ. 208. n. 1. 2. & 3. lib. 6. quem defendit Hieron. Gabr. conſ. 123. n. 23. lib. 2. Nec
refert quod Alex. loquatur in filijs, nos vero
ſimus in extraneis quibus fieri non poteſt pupillaris. §. extraneo Inſtit. de pupil. ſubſtit.
Nam dico, nihil prohibere quin fiat de facto,
5 quia poſtea conuertitur † in fideicommiſſariã,
gloſ. & Doct. in d. §. extraneo; Satis enim nobis eſt appoſita fuiſſe verba, quę denotant teſtatorem voluiſſe ſubſtituere poſt mortem.
Quod etiam patet ex ſequentibus ſubſtitutio-
6 nibus, ex quibus declaratur mens † teſtatoris
etiam in præcedentibus l. ſi ſeruus plurium §.
fin. de leg. 1.

Aut volumus dictos filios Iulij, & Dominici
eſſe vocatos ordine ſucceſſiuo, quod mihi verius videtur, tum ex eo quod teſtator inſtituit
Dominicum, & Iulium, & cuiuſlibet ipſorum
filios, & ſic habuit reſpectum ad filios naſcituros cum Dominicus tunc non haberet filios,
7 prout nunquam habuit † quo caſu cenſetur illos vocaſſe non ſimul cum patre, ſed ordine
ſucceſſiuo, vt in terminis noſtris probat Socin.
* Iun. qui alios citat, & de communi * teſtatur
conſ. 40. n. 2 lib. 4. Card. Mantic. lib. 4. de coniect. vlt. vol. tit. 7, n. 27. Tum etiam ex eo quod
inſtituit eorum filios in ſtirpes. & non in capi-
8 ta, Vnde apparet † quod noluit illos ſuccedere ſimul cum patre, ſed bene intrare in locum
patris illo mortuo, maxime cum illos ſubſti-
9 tuat ſalua gradus prærogatiua, quæ † operatur, vt prius proximior, & deinde remotior
admittatur, vt de primo dicit Socin. Iun. conſ.
89. n. 14. lib. 3. Pariſ. conſ. 38. n. 9. & 33. lib. 2.
Gabr. de fideicom. concluſ. 3. n. 20 Et de ſecundo ſunt Doct. qui allegantur per Gabr. vbi ſupra nu. 3. Aut inquam ſunt vocati ordine ſucceſſiuo, & tunc multo magis videtur inductũ
fideicõmiſſum ad fauorem dictorum filiorum.
10 Quia licet quando filij † vna cum patribus ſimpliciter inſtituuntur (etiam quod ordine ſucceſſiuo vocentur, puta, quia vocati ſint ſub nomine collectiuo liberorũ, vel deſcendentium)
cenſeantur vocati per ſolã vulgarem, vt cõtra
Caſtren. defendit Aret. in d. §. quidam recte
col. 3. verſ. aduerte tamen de lib. & poſthum.
quem

Digitized by Google

quem ibidem ſequitur Socin. n.14.in 2.caſu,
& Dec. conſ. 205. nu.16. verſ.& retenta, vbi
de communi, & conſ.253. n.2. & 3.cum alijs
per Aym.qui etiam de magis communi conſ.
131.n.3.verſ. ſed contra Paulum; Tamen hoc
procedere nō poteſt vbi teſtator vocauit eos,
qui poterāt naſci poſt hæreditatē per inſtitu-
11 tos aditam, vt in caſu noſtro, quia tunc † in
eis non poteſt verificari ſola vulgaris ſed ne-
ceſſario videntur vocati per fideicommiſſum.
Nā qua ratione cenſentur vocati ordine ſuc-
ceſſiuo, videlicet quia cum non eſſent nati nō
12 poterant † videri ſimul vocati, eadē ratione
videntur vocati per fideicommiſſum, vt dicit
Aym.cōſ.22.n.6.verſ.nam qua ratione; Quod
maxime dicendū eſt, ſtante clauſula codicilla-
13 ri quæ facit † vt ſi ſubſtitutio nō poſſit habere
locū iure directo tranſeat in fideicommiſſariā
vt in his terminis probat Aym.d.conſ.22. n.8.

Accedit quod teſtator ipſis omnibus dece-
dentibus, & in totum finita linea legitima, &
naturali ipſorum Iulij, & Dominici ſubſtituit
vltimo morienti Philippum eius filium natu-
ralē per quod apparet, quod prius voluit eſſe
ſubſtitutos filios Iulij, & Dominici, & alios de
illorū linea quam Philippū filiū naturalem, &
ideo cū ſubſtitutio ſit facta ab vltimo dicitur
14 inter eos factum † reciprocū fideicōmiſſum, &
licet Doctores velint, quod requiratur, ſit fa-
cta in tota hæreditate, & ab vltimo, tamē ſuf-
15 ficit quod ex coniecturis † appareat ꝙ ſit fa-
cta in tota hæreditate, vt bene deducit Card.
Mant.lib.7.de coniect.tit.5.n.12.verſ.fatendū
tamen eſt. Hic autem per lecturam ſatis cō-
ſtat quod intellexit de tota hæreditate, & nō
de portione vltimi: Nam cum teſtator in
vltima ſubſtitutione velit partem dimidiam
hæreditatis peruenire ad vnum, & aliam ad
16 alium plane oſtendit † ſe etiam in ſuperiori-
bus ſubſtitutionibus factis vltimo morienti
ſemper ſenſiſſe de tota hæreditate quia niſi ad
vltimo loco decedentem tota perueniſſet, non
poſſet eo modo diuidi.

Præterea cum teſtator ſemper vocauerit
maſculos deſcendentes ſuorum fratrum, & ſic
habuerit reſpectum ad conſeruationem ſuæ
17 familiæ † ex hoc dicitur inducta reciproca
ſubſtitutio inter eos, etiam quod non ſit dictū
in tota hæreditate, vt poſt alios dicit Mantic.
vbi ſupra n.15.verſ.ex coniecturis.

Quare concludo dictos Marcum Antoniū
& Martiū filios Iulij prędefuncti admittendos
eſſe ad huiuſmodi fideicōmiſſum ſiue ſint vo-
cati ſimul cum patre ſiue ordine ſucceſſiuo.

Sententia nulla parte opponente confirmari non poteſt. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla parte opponente non poteſt confirmari ſed debet omnino ſuper nullitate pronunciari.*
2 *Iudex non poteſt facere numerum ſententiarum contra ius litigatoris.*
3 *Non poteſt confirmare ſententiam nullam parte opponente etiam ſi nullitas primæ ſententiæ influat in ſecundam confirmatoriam.*
4 *Item quamuis ſententia non ſit nulla in totum ſed pro parte niſi contineat diuerſa capita.*
5 *Sententia nulla abſque appellatione reſcinditur.*
6 *In ſententijs non conſideratur materia, ſed forma.*

QVamuis ſententia nulla certis caſibus
confirmari poſſit, vt habetur in l.ſi ex-
preſſim. ff. de appellation. non tamen Iudex
1 parte † opponente poteſt illam cōfirmare, ſed
debet omnino ſuper nullitate pronunciare.
Bald.in l. tale pactum §.fin.q.12.ff. de pact.
Bart. in l. ſi vt proponis.in fine. C. quom. &
quand. Iud. Franc.in c.dilecta n.25.verſ.vlti-
mus de appell.Alex.cōſ.3.ſub n.4.lib.5.Aym.
conſ. 270. circa fin. verſ. poſito Put.deciſ.72.
lib.3.Alias grauaret partem & faceret nume-
2 rum † ſententiarū contra ius litigatoris Ca-
putaquen.deciſ.266.par.1. & fuit tentum per
Rotam in vna Vercellen. prætenſi ſpolij 5.
Maij 1586.coram Cardinale Plato, vbi ad hoc
fuit allegata alia deciſio facta coram Cæſare
de Graſsis in vna Patauina decimarum 9. Iu-
lij.1576. Et prædicta concluſio locum habet
3 etiā ſi nullitas primæ † ſententiæ influat in
ſecundā confirmatoriam, quia ſicut prima nō
poteſt confirmari Alex.conſ.112.nu.77. lib. 2.
Aym.conſ.171.col.pen verſ. ſecundo, Ita nec
ipſa confirmatoria, cū ſit etiā ipſa nulla per ea
quę ſcribit Roman.conſ.738.n.2.Felin. in c.ea
quæ poſt nu.2. verſ.ſed Innocen. præſupponit.
de re iud. Rurſus eadē cōcluſio procedit quā-
4 uis ſentētia nō ſit nulla in totū ſed pro † parte
quia nec etiā ſentētia pro parte nulla refor-
mari, aut cōfirmari poteſt pro ea parte, quæ
eſt valida niſi cōtineat diuerſa capita, vt eſt
* communis * opinio Doct. in l.fin.ff.de iuriſd.
omn.iud.vbi Bologn.n.13.& Rota tenuit corā
Put. deciſ.320. lib.1. & corā Cardinale Blan
chetto deciſ.205.par.2.diuerſ.vbi ad l.1.§.itē
ſi calculi.ff.quādo ſent.ſin.appel.reſcind. quæ
exaduerſo allegabatur, fuit reſponſum, quod
illa lex potius faciebat in cōtrarium dū deci-
dit quod ab huiuſmodi ſententijs non eſt ne-
5 ceſſe appellare quia † abſque appellatione re-
ſcinduntur. Et licet Bald. in l.2.n.2. C.de re
iudic.aliter teneat, tamē Salic.ibi reprehendit
6 ipſum optima ratione, quia † in ſententia non
conſideratur materia, ſed forma.

Reductio priuilegij ſeu ſtatuti ad viam iuris communis quando non valeat. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Reductio priuileÿ, ſeu alterius conceſſionis ad viam iuris non facta derogatione regula de iure quæſito non tollendo non valet.*

2 *Regula d: non tollendo ius quæſitum locum habet etiam, vbi tollitur ius quæſitum ex iure ſpeciali, & priuilegio.*

3 *Reductio ad viam iuris nō eſt fauorabilis quando alteri ius quæſitum tollitur.*

4 *Item nec operatur contra priuilegium impetratum ex cauſa oneroſa.*

5 *Princeps in dubio non præſumitur velle derogare priuilegio ex cauſa conceſſo.*

6 *Incorporatio ſeu radicatio iuris quæſiti ex priuilegio obtento ob cauſam oneroſam æquipollet iuri communi.*

7 *Reductio Statuti ad viam iuris communis a ſtatuentibus facta non tenet quando in confirmatione adeſt clauſula decreti irritantis.*

8 *Statutum a ſuperiore confirmatum poteſt reuocari a ſtatuentibus etiam non habentibus facultatem ſtatuēdi quando ſit reditus ad ius commune, niſi ſit firmatum cum decreto irritanti, & num 9.*

10 *Clauſula (non obſtante aliqua lege contrarium diſponente) tollit etiam ius commune.*

11 *Reintegratio ad ius extinctum, et ſublatum dari non poteſt, ſed tantum ad ius eliſum, & diminutum, quādo durat in eſſentia, licet ceſſet eius effectus, & nu. 12.*

ILud apud omnes iuris interpretes eſt receptum, quod reductio priuilegij ſeu alter ius
conceſſionis ad viam iuris communis regula-
1 riter non operatur, neque valet non facta † in
litteris derogatione regulæ de iure quæſito
non tollendo, quia dicta regula locum etiam
2 habet vbi tollitur ius quæſitum † ex iure ſpeciali, & priuilegio Mohed. deciſ. 82. Sarnen.
ad regul. de non tollen. &c. quæſt. 15. in fine, & fuit deciſum coram Cæſare de Graſſis
in vna Burgen. iuris ſepeliendi quæ habetur
inter eius deciſ. ſub num. 193. alias prima de
verb. ſignif. Quando enim tollitur ius alteri
3 quæſitum reductio ad viam † iuris non eſt fauorabilis Neuizan. in Sylua nupt. lib. 6. n. 26.
Et multo minus operatur quando impetratur
4 contra † priuilegium quod ex cauſa oneroſa
proceſſit, & ſic quodammodo in vim contractus à iure permiſſi cap. ſi Papa de priuileg.
lib. 6. Hoc enim caſu regulariter non creditur
5 Papam, vel alium Principem velle illi † derogare Peregrin. deciſ. 119. incip. die 14. Februarij lib. 1. Præſertim ſi ius ſit radicatum, & in-
6 corporatum, Nam talis radicatio † æquipollet ipſi iuri communi Put. deciſ. 263. lib. 2. &
adeo efficax eſt, vt conuertat lucrum in damnum l. cum te, & ibi Cin. & Bald. C. de donat.
ante nupt. Alex. conſ. 89. num. 13. lib. 2. Dec.
conſ. 7. n. 36. verſ. quantum Sarnen. ad dictam
reg. de iure quæſit. non tollen. q. 1. verſ. quia
proprie damnum.

Simili quoque modo in materia ſtatuti municipalis reductio ad viam iuris, ſeu reuocatio
quæ fit à ſtatuentibus non tenet quando in
7 confirmatione † Statutorum à Principe facta
adeſt clauſula decreti irritantis. Nam Statutum confirmatum à Superiore licet poſſit
reuocari à ſtatuentibus etiam non habenti-
8 bus facultatem † ſtatuendi vbi ſit reditus ad
ius commune, ſi tamen in confirmatione habeat clauſulam decreti irritantis non poterit reuocari, ac aliter interpretari, quia fauor
reditus ad ius commune tunc ceſſat, vt tradit Brun. in tract. de forma fol. 88. col. 4. in
fine, verſ. cæterum ad hanc limitationem, &
in his terminis Iaſ. in l. omnium n. 10. iuncto
n. 7. verſ. limita tamen C. de teſtamen. Nam
n. 10. firmat ſtatuentes non habentes faculta-
9 tem ſtatuendi poſſe Statutum alias † à ſuperiore confirmatū reuocare quando ſit reditus ad ius cōmune, cum hoc caſu facultas reuocādi per talem reditum ipſis tribuatur, vt
ibi per eum; & tamen ſuperius n. 7. verſ. limita tamen poſt alios cōcludit, quod ſtante clauſula decreti irritantis poſita in confirmatione
Statutorum à Principe facta non poſſint ſtatuentes reuocare, licet alias haberent facultatem libere ſtatuendi. Idque præſertim obtinet
ſi in cōfirmatione vltra decretum irritans adſit etiam clauſula generalis, Non obſtante
aliqua lege contrarium diſponente ſiquidem
10 per hanc clauſulam ius commune † ſublatum
& extinctum cenſetur, vt voluit Petr de Bella pertica in authen. quas actiones colum. 2.
in fine, & ibi Alberic. & Caſtren. C. de Sacroſan. Eccleſ. Bald. & Iacob. de Sancto Georgio
in l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. Et
conſequenter ceſſat ratio reductionis ad ius
commune, Nam cum in iure extincto, & ſublato nullæ ſint reliquiæ l. 1. C. de latin. libert.
11 tollen. impoſſibilis † eſt reintegratio ſeu reuerſio ad illud. vt inquit Bald. in d. auth. quas
actiones n. 5. in fine. Vbi ita intelligit d. §. pactus ne peteret, Vnde hæc materia colligitur,
12 vt procedat ſolum in iure eliſo †, vel diminuto,
quod durat in eſſētia, licet ceſſet effectus. Hoc
enim caſu cū in eo ſint reliquiæ facile ſit reditus ad ipſum; Quod etiam voluit Bart. in d.
§. pactus ne peteret in fine, & Fulgoſ. nu. 22.
verſ. in gloſ. fin. Caſtren. in d. authen. quas
actiones num. 9. verſ. Doctores tamen dicunt
& Iaſ. num. 29.

Diſpenſatio quando ex decennali poſſeſſione præſumatur. Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio ex decennali poſſeſſione præſumitur, quando allegatur ab eò pro quo diſpenſatio præſumitur, ſecus ſi ab eo negetur, & ab alio contra eum allegetur.*

2 *Confirmatio poſſeſſionis præſumitur ſi is, qui*

ſemel

ſemel poſſedit aſſerat ſe hodie poſsidere, ſecus ſi neget.

3 *Solemnitas extrinſeca præſumitur quando allegatur ab eo, ad cuius fauorem præſumitur ſecus ſi ab eo negetur.*

4 *Regula l. ſiue poſsidetis C. de probat. quando ſemel fuit tale ſemper præſumitur tale intelligitur ſi is, ex cuius facto deſcendit præſumptio, fateatur, ſecus ſi neget.*

5 *Præſumptio quo ad vnum connexum operatur quo ad illud, quando is, ad cuius fauorem præſumitur non negat, ſecus ſi neget factum proprium ex quo oritur præſumptio. quia tunc ratio connexorum nihil operatur, & n. 7. & 8.*

6 *Diſpenſatio in vno ex connexis extenditur ad aliud.*

Recepta magis opinio eſt, quod ex decen
nali poſſeſſione tunc præſumitur diſpen
1 ſatio, quando allegatur † ab eo pro quo diſ-
penſatio præſumitur, at ſecus ſi ab eo nege-
tur, & ab alio contra eum allgetur, ſicuti in
ſimili videmus in continuatione poſſeſſionis,
quæ præſumitur ſi is, qui ſemel poſſedie, aſſe-
2 rat† ſe hodie poſſidere, nam tunc præſumitur
poſſeſſio medio tempore continuata, ſecus ſi
neget, tunc enim præſumptio iſta ceſſat gloſ.
in l. ſiue poſſidetis in verb. conſtituti verſ. vel
diſtinguitur. & ibi Bart. n. 6. & 7. Bald. n. 1. cir-
ca med, verſ. reuoco in dubium Ang. n. 4. verſ.
in gloſ 3. Alberic. col. 4. verſ. Ofred. autẽ. Paul.
de Caſtr. n. 9. Corn. col. 2. circa med. verſ. ho-
die C. de probat. Brun. in c. ad ſedem n. 23. in
med. verſ. dic colligendo, & ibi Abb. n. 15. ad
medium verſ. Dominus Antonius colligendo
de reſtit. ſpoliat. Alciat. de præſumpt. reg. 2.
præſump. 21. n. 6. verſ. Primus eſt, & verſ. ſecun
dus caſus Bald. in l. Celſus par. 4. q. 1. n. 8. poſt
mediũ verſ. quinto limita ff. de vſucapion. Ri-
pa in c. cum Eccleſia Sutrina n. 27, vbi de cõ-
muni in c. Rainucius q. 11. ſub n. 2. verſ. immo
iure communi de teſtam. Simili quoque modo
3 ſolemnitas extrinſeca † præſumitur, quãdo ab
eo allegatur, ad cuius fauorem præſumitur, at
ſecus ſi ab eo negatur ſecundum Salic. in l. ſi fi
lius q. 1. verſ. ſed hoc non obſtante C. de pet.
hæred. dicens, quod iuſſus patris præſumitur
præceſſiſſe, ſi ipſe hoc allegat, ſecus ſi negat ſe-
quitur Alex. conſ. 9. n. 9. verſ. poteſt etiam lib.
3. bene Ruin. conſ. 23. num. 20. lib. 5. Gabr. de
præſump. concluſ. 1. nu. 74. Idque generaliter
firmat Bart. in d. l. ſiue poſſidetis ſub n. 14. di-
cens quædam eſſe, quæ mutantur contingen-
ter facto noſtro interueniente, & eo caſu pro-
4 cedere d. l. ſiue poſſidetis, nempe † quod ſe-
mel fuit tale ſemper præſumitur tale ſecun-
dum diſtinctionem ſuperius factam, ſi is ex
cuius facto deſcendit præſumptio fateatur, ſe-
cus ſi neget. Et prædicta habent locum etiam
5 in cõnexis, quia licet præſumptio† quo ad vnũ
connexũ operetur quo ad aliud prout in præ-
ſcriptione, Felin. in c. auditis n. 17. verſ. nec ob-
ſtat, & n. 2. de præſcrip. & c. cum ex iniuncto n.
6 5. & 8. de hæret. Et diſpenſatio† in vno ex con-
nexis extendatur ad aliud gloſ. & Butr. in c.
quia iniuſtũ de præben. Attamen hoc intelli-
7 gitur †quando is ad cuius fauorẽ præſumitur
non negat, vt dixi, ſecus ſi neget factũ propriũ
ex quo oritur præſumptio, quia tũc ratio con-
nexorum nihil operatur, vt patet in materia
præſcriptionis. Nam ſi quis negat preſcripſiſſe
non poteſt alius dicere eum præſcripſiſſe, nec
8 quo ad vnum, nec quo ad† aliud connexũ cum
præſcriptio oriatur ex facto præſcribẽtis ideo
non præſumitur, vt poſt Abb. conſ. 82. ſub n. 6.
poſt med. lib. 1. tradit Balb. de preſcript. 2. par.
3. part. princip. quæſt. 2. n. 8. fol. 73.

Locatio rei Eccleſiæ facta de nouennio in nouenium numquid valeat; Et an Eccleſiæ quæ cecidit facto proprio à poſſeſſione ex contractu nullo competat aliquod remediũ reſtitutionis. C. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei Eccleſiæ facta de nouennio in nouennium non valet.*

2 *Itẽ dicitur vnica locatio facta in fraudẽ quamuis de re Eccleſiæ fiant plures locationes eodem inſtanti quarum qualibet ſit ad quinquẽnium vel nouennium ſecus ſi finita prima locatione alio tempore fiat alia, quia cenſentur tot locationes quot contractus, & n. 4.*

3 *Prohibitus donare vſque ad certam quãtitatem non poteſt facere plures donationes ſucceſſiue.*

5 *Dictio, ſemper, importat perpetuitatem, & continuationem temporis in infinitum quando ſubiecta materia non repugnat.*

6 *Conceſſio in emphyteuſim abſque præfinitione temporis præſumitur perpetua non autem temporalis.*

7 *Locatio rei Eccleſiæ de nouennio in nouennium facta non valet etiam ſi dicatur quod tot ſint locationes quot nouennia, & quod vtile dominium non cenſeatur tranſlatum.*

8 *Item non valet quo ad primos nouem annos contra Bald. cuius opinio reprobatur præſertim ſi conſtet contrahẽtes non aliter fuiſſe recepturos locationem quam in perpetuum, & n. 16. & 23.*

9 *Emphyteuta locans ad longum tempus irrequiſito Domino cadit ã iure ſuo.* (ter.

10 *Dictio (omnino) ſignificat indiſtincte, et totaliter.*

11 *Negatiua cum dictione (aliquod) etiam in qualibet minima parte verificatur.*

12 *Electio facta ad tres annos non valet etiam quo ad primum annum ſtante Statuto quod electio Conſiliariorum fiat ad annum, & non vltra cum decreto irritanti.*

13 *Locatio rei Eccleſiaſticæ facta vltra tempus a iure permiſſum eſt nulla in totum nec ſuſtinetur etiam quo ad tempus permiſſum.*

14 *Lex prohibens actum ſub pœna nullitatis, & caducitatis inducit formam, qua nõ ſeruata actus omnino corruit.*

15 *In indiuiduis vtile per inutile vitiatur.*
17 *Locatio rei Eccleſiæ de nouennio in nouennium*
in totum vitiatur quamuis Eccleſia velit obſer
uare contractum pro primo nouennio.
18 *Alienatio bonorum Eccleſiæ dicitur nulla ſi Ec*
cleſia voluerit niſi vnica ſit inueſtitura indi-
uidua tam reſpectu forma quã reſpectu volun
tatis contrahentium, quia tunc Eccleſia non po
teſt illam diuidere, vt valeat pro parte.
19 *Locatio rei Eccleſiæ facta ad nouennium cum*
pacto renouandi de nouennio in nouennium eſt
temporalis, & valet.
20 *Baldi ſententia in l. voluntas num. 6. C. de fi-*
deicomm. & in authen. ſi quas ruinas C. de Sa-
croſanct. Eccleſ. declaratur, & n. 21.
22 *Actus (in factis contra legem) ſi non valet, vt*
ſit, nec etiam valet, vt fieri poterat.
Eccleſia quæ cecidit facto proprio à poſſeſſione ex
contractu nullo non ſeruata ſolemnitate com-
petit remedium reſtitutorium ex condictione
iuxta authen. qui rem C. de Sacroſ. Eccleſ.

COntingit ſæpenumero, vt ab Eccleſia lo-
centur bona ad ipſam ſpectantia vſque
ad nouem annos, & ipſis completis ad
alios nouem annos, & ſic ſucceſſiue de nouen
nio in nouennium: Ideo quæritur An talis lo-
1 catio ſuſtineatur? Et non ſuſtineri eſt † reſol-
uendum. Siquidem dicitur facta abſque ali-
qua præfinitione tẽporis, quo caſu habet vim
perpetuæ locationis, quæ reprobatur in rebus
Eccleſiaſticis cap. nulli cum toto tit. de reb.
Eccleſ. non alien. §. neque illud alias §. quod
autem dictum cum ſeq. in auth. eod. tit. & cen
ſetur facta in fraudem, vt per Ant. de Butr. in
cap. Apoſtolicæ n. 12. verſ. hoc nota de donat.
2 Vbi inquit, quod quãdo fiunt plures † locatio-
nes eodem inſtanti, quarum quælibet eſt ad
quinquennium cenſetur vnica tantum locatio
facta in fraudem, ſecus quãdo finita prima lo-
tione alio tempore fit alia, quia tunc cenſen-
tur tot locationes, quot contractus, & opinio-
nem Ant. de Butr. ſequitur ibi Imol. n. 12. pro-
pe finem Ang. in l. ſi plures ff. de pact. & Bar-
bat. in d. cap. Apoſtolicæ n. 9. in vlt. not. verſ. tu
vero adde, & ſub num. 13. Vbi qui prohibetur
3 vſque ad certam quantitatem † facere dona-
tionẽ non poteſt facere plures donationes ſuc
ceſſiue, quia cenſetur vna, & facta in fraudem;
Et quod in materia prohibitiua cẽſeatur vni-
4 ca † tantum conceſſio, & nõ plures quãdo di-
ctum eſt de quinquennio ad quinquennium
tenet etiam Lap. alleg. 12. vbi refert Card. in
Clement. 1. q. pen. de reb. Eccleſ. non alien.
Idem tenet Felin. in c. quæ in Eccleſiarum n.
87. ad finem de conſtit. Alex. conſ. 104. nu. 6.
lib. 3. Tiraquel. de retract. conuent. in præfat.
* n. 11. Couar. qui atteſtatur de *communi var.
reſol. cap. 16. nu. 4. Pinel. in 1. par. 3. nu. 63.
C. de bon. matern. Et fuit de mente Aret. in
l. qui dicitur nu. 9. circa med. de verb. oblig.
Vbi inquit, quod propter vnitatem ſermonis,
& temporis dicitur vna conceſſio, & poſt alios
tenet Camerar. in cap. Imperialem, de prohib.
fæud. alien. per Federic. pag. 18. ſecundum
magnam impreſſionem col. 2. qui loquitur in
materia fæudi. Et hæc quidem concluſio præ-
ſertim obtinet quando inueſtitus promiſit ali-
5 quid annuatim ſemper ſoluere; Nam † dictio
illa (ſemper) de ſui natura importat perpetui-
tatem, & continuationem temporis in infini-
tum, quando ſubiecta materia non repugnat
Doctor. in l. 1. ſolut. matrim. Pariſ. conſ. 81.
num. 5. lib. 3. Socin. conſ 11. ſub nu. 5. lib. 1
Veluti ſi in locatione adſit obligatio hincin-
de de perpetuo obſeruando contractum, vel
ſi inueſtitus appelletur emphyteuta qui non
poteſt eſſe ſine tranſlatione vtilis dominij,
6 Et ex hac ratione quando conceditur † res in
emphyteuſim abſque aliqua præfinitione tem
poris quod conceſſio præſumatur perpetua
nõ temporalis bene tradit Angel. in §. emphy-
teuſim num. 18. in fine, in authen. de non a-
lien. reb Eccleſ. ſequitur Barbat. in d. cap. 1.
num. 1. verſ. tu dicas de precar.

Extenditur dicta communis concluſio pri-
mum vt procedat etiam ſi dictum ſit expreſſe
7 quod † tot ſint locationes quot nouennia, &
pactum fuerit factum, quod non cenſeatur
tranſlatum vtile dominium, quia nihilominus
omnia cenſentur facta in fraudem, & dicitur
facta alienatio, cum tale pactum non ſit con-
tra ſubſtantiam contractus, vt in terminis
idem Barbat. in rubr. de reb. Eccleſ. non alien.
num. 48. 49. & 50.

Secundò extẽditur, vt locum habeat, etiam
8 quo ad primos † nouem annos, nam opinio illa,
quod reſpectu primi nouennij non inducatur
alienatio, quæ requirat ſolemnitatem aliquã,
vt per Bald. in authen. ſi quas ruinas colum.
1. verſ. iuxta hæc quæro C. de Sacroſ. Eccleſ.
quam ſequitur Imol. conſ. 69. nu. 1. Alex conſ.
38. poſt n. 5. lib. 2. Tiraq. late qui de commu-
ni teſtatur poſt Dec. Iaſ. & alios ab ipſo cita-
tos de vtroque retract. ad fin. tit. n. 146. non
videtur vera per tex. in authen. de alien. §.
ſi vero. quem ad hoc ponderat Couar. var. re-
ſolut. lib. 2. cap. 16. ſub n. 5. Vbi in pœnam con-
tractus aduerſus legem conuenti ſtatuitur ac-
cipientem ſtatim cadere ab emphyteuſi, cade-
re intelligo ego etiam ab eo iure, quod licite
concedi potuit, & ſic pro tempore permiſſo ad
hoc, vt ſit congrua loquẽdi forma, quia ab ea
parte conuentionis, quæ nulla eſt non recte
dicitur, quod cadant contrahentes, & hoc eſt
de mente omnium, qui dicunt quod emphy-
9 teuta locans † ad longum tempus irrequiſi-
to Domino cadit à iure ſuo, vt traditur in l.
fin. C. de iure emphyt. & in cap. nulli, & in c.
ad audientiam de reb. Eccleſ. non alien. Quod
eſſet falsũ ſi fieri deberet detractio illius tem-
poris, pro quo potuit fieri locatio, vt bene per
Ruin. conſ. 57. ſub num. 12. lib. 1. facit etiam
tex. in extrauag. Ambitioſæ eod. tit. dum di-
citur locationem aliter factã nullius omnino
10 eſſe roboris, quia per illud † verbum omnino
quod

quod ſignificat indiſtincte, & totaliter Ruin.
conſ. 133. n. 22. lib. 5. Iaſ. conſ. 4. ſub num. 3.
verſ. & vltra iſta verba lib. 1. Oſtenditur ma-
nifeſte quod in totum, & ſine aliqua diminu-
tione temporis locatio eſt nulla; Similia fe-
re verba ponuntur in authen. de non alien.
§. emphyteuſim, quæ ibi Angel. ponderat; Et
eſt tex. optimus ad hoc in clemen. 1. de reb.
Eccleſ. non alien. (ibi nec ex conceſſione ip-
ſius recipienti ius aliquod acquiratur;) Ne-
11 gatiua ſiquidẽ † cum dictione (aliquod) etiam
in qualibet minima parte verificatur gloſ. in
clement. prima de foro compet. in verb. aut
eorum vbi Card. & alij Tiraquel. late in l. ſi
vnquam C. de reuocan. donat. in verbo om-
nia vel partem aliquam n. 5. & 14.

Et bene ad hoc facit Roman. conſ. 66. n. 2.
12 vbi voluit electionem † factam ad tres annos
non valere etiam ad annum dumtaxat ſtante
Statuto quod electio conſiliariorũ fiat ad an-
num, & non vltra, & ſi contra fiat ſit nulla, Sic
igitur locatio rei Eccleſiæ facta vltra tempus
13 à iure permiſſum in totum † eſt nulla, nec ſu-
ſtinetur quo ad tempus, in quod fieri poterat,
quia iura prohibendo actum ſub pœna nulli-
14 tatis, & caducitatis † inducunt formam qua
non ſeruata actus omnino corruit, nam ratio
ne formæ actus eſt indiuiduus, & conſequẽter
15 vtile † per inutile vitiatur iuxta doctrinam
Bald. in l. Græcè §. illud ff. de fideiuſſor per il-
lum tex. & bene declarat Alciat. in l. 1. §. ſed
ſi mihi n. 10. & 11. de verb. oblig.

Idque eo magis procedit quando ex con-
iecturis apparet de intentione contrahẽtium,
16 vt quia pro primo nouennio † non eſſet ita
commoda locatio conductoribus, ſicuti pro to
to tempore conuento, & ſic conſtet ipſos non
fuiſſe aliter recepturos emphyteuſim, quàm
in perpetuum, hoc enim caſu omnes fatentur
conceſſionem in totum vitiari, nec poſſe diui-
di, vt valeat pro primis nouem annis, vt per
Alex. in l. 1. §. ſed ſi mihi n. 5. verſ. ego puto
Socin. num. 9. Alciat. num. 16. de verb. oblig.
Bart. conſ. 159. num. 8. Felin. in cap. cum ſu-
per nu. 6. de offic. delegat. Lugdunen. in con-
ſuetud. Pariſien. tit. r. §. 61. q. 10. Eap. alleg.
70. Aret. in d. §. ſed ſi mihi n 35. in fine.

17 Et iſtud obtinet etiam ſi Eccleſia velit † ob-
ſeruare contractum pro primo nouennio, quia
licet alienatio bonorum Eccleſiæ dicatur nul-
la, ſi Eccleſia voluerit, vt per Tiraquel. in
tract. de mort Sayſit le vif. par. 7. declarat. 1.
num. 7. Put. deciſ. 310. lib. 1. Secus tamen
18 quando vnica eſt tantum inueſtitura † & con-
ſequẽter indiuidua tàm reſpectu formæ, quàm
reſpectu voluntatis contrahentium, quia tunc
non poteſt Eccleſia illam diuidere, vt valeat
pro primis nouem annis ex late deductis per
Couar. vbi ſuprà, & fuit reſolutum per Ro-
tam in vna Placentina decimarum 24 Iunij
1586. coram Bubalo.

Sed quamuis locatio rei Eccleſiæ facta de
nouennio in nouennium in totum ſit nulla, vt
dictum eſt, attamen hoc limitatur cõmuniter,
19 vt non procedat quando eſt facta ad † nouenniũ
cum pacto renouandi de nouennio in nouen-
nium, hoc enim caſu valet, quia eſt temporalis
& ex pacto inducitur tantum obligatio perſo-
nalis ad renouandum, nõ autem quæritur ius
in re, vt bene declarat Bero. cõſ. 116. n. 7. & 8.
lib. 1 & clarius diſtinguit Rumin. Sen. conſ. 16.
n. 8. iuxta conſil. Angel. 184. ad fin.

Ex quo bene tollitur dictum Bald. in l. volun
tas n. 6. C. de fideicom. vbi quod tot ſunt con-
tractus quot ſunt tempora diſtincta, quia vl-
tra quod eſt contra comunẽ, vt ex ſupradictis
apparet, & in ſpecie reprobatur à Pinel. in d. l.
1. par. 3. nu. 63. & contra illum conſuluit Aret.
& Alex. viden. conſ. 63. lib 2. Eſt etiam aduer-
20 tendum, quod Bald. loquitur † in caſu quando
eſſet facta locatio ad trienniũ cum pacto reno-
uandi finito triennio, quo caſu non eſt mirum
ſi tot ſunt locationes quot sũt triẽnia, & quod
locatio ſit temporalis ex quo finito triennio
locator non habet aliquod ius in re, ſed tan-
tummodo obligationem perſonalem ad reno-
uandum, vt per Angel. in loco ſupra citato.

Et eodem modo reſpondetur ad eumdem
Bald. in d. authen. ſi quas ruinas C. de Sacroſ.
21 Eccleſ. Quia † eius opinio non procedit, quan
do ex coniecturis apparet, quod contractus
pro minori tempore celebratus non fuiſſet, vt
poſt alios declarat Couar. var. reſolut. lib. 2.
cap. 16. n. 5. verſ. ſed præmiſſa, Præterea poſ-
ſet habere locũ quod in conceſſione fuiſſet ad-
iectum pactũ de renouãdo poſt lapſum nouem
annorum, nam in illa ſpecie tot eſſent contra-
ctus, quot tempora diſtributa, vt ſupra dictum
fuit, & cõſequenter remaneret ipſa locatio va-
lida quo ad primos nouem annos reiecto pa-
cto à iure reprobato, & in fraudẽ legis addi-
to, vt probat tex. in quo ſe fundat Bald. in au-
then. de non alien. §. quod autem dictum. verſ.
neque illud. & firmat. Cin. in l. 1. C. de iure
emphyt. Alber. in l. pluribus §. 1. in fine de
verbor. obligat. Card. in d. clem. 1. §. fin. q. vlt.
de reb. Eccleſ. non alien. Lugdun. vbi ſupra q.
* 8. Couar. qui de cõmuni * teſtatur poſt Alex.
in d. c. 16. n. 4. in fin. Secus vbi non adeſt obli-
gatio de renouando in fine primi nouennij,
quia tunc dicitur vnica conceſſio facta in per-
petuum, quæ differt qualitate ab ea, quæ fieri
poterat; quia illa, quæ fieri poterat non erat
alienatio, ſed iſta eſt alienatio, quæ non po-
teſt fieri niſi adhibitis legitimis ſolemnitati-
bus, & conſequenter in totum vitiatur, quia
22 in factis contra † legem ſi actus non valet, vt
fit, nec etiam valet, vt fieri poterat, c. dudum
* de reb. Eccleſ. non alien. Bart. * communiter
receptus in l. 1. §. ſi quis ita. de verb. oblig. Fe-
lin. in c. cum ſuper verſ. quid autem n. 11. de
23 offic. deleg. Et hanc † opinionem contra Bald.
credo eſſe veriorẽ per prædicta quam etiã ma
* gis * cõmunem appellat Alex. conſ. 143. n. 4. lib.
7. & fuit opinio originalis Bart. in authen. qui
rẽ ad fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. & licet Bart. ibi

non firmet, firmat tamen in conſ.159. ſub n.8.
& Iaſ. in d.authen. qui rem nu.23. qui allegat
Bald. in multis locis tenere contrarium eius
quod dicit in d.authen. ſi quas ruinas, Idem
Iaſ.in l.2.C.de iure emphyt. n. 170. Lap.alleg.
80. col.2. verſ.pro altera parte Socin.in d.l.1.
§.ſed ſi mihi n.11. Alex. n.5. Alciat. n.11. de
verb. oblig. Ruin.conſ.57. nu.13. & conſ. 86.
n.8. lib.1.Calean.conſ.125. n.22. Idem Alex.
conſ.17.n.10. lib.4. Goffred.conſ.3. n.33.cum
ſeq.Ang. in §.emphytheuſim per illum tex. in
ver. nihil pœnitus, in authen. de non alien.
Affliƈt.deciſ. 170. Couar. qui dicit eſſe verio-
rem in loco ſupracitato ſub n.5.verſ. tandem,
& in hanc partem diſtinguendo videtur incli-
nare Imol. in d.l. quod dicitur in fin.de verb.
obligat. & tenet Lugdun. in conſuetud. Pari-
ſien. tit.1. §. 1. q. 10.

Sed non inconuenit, vt hoc loco explicemus
An Eccleſiæ, quæ cecidit facto proprio à poſ-
ſeſſione ex contractu nullo nõ ſeruata ſolem-
nitate competat aliquod remedium reſtituto-
rium ad poſſeſſionem rei alienatæ? Et cum
præſuppoſito quod conſtet de primo extremo
24 dicendum eſt quod Eccleſiæ competit † reme-
dium reſtitutorium ex condictione ſine cauſa,
vel triticiaria iuxta l.1. in fine, & l.2. de cond.
tritic. & l. indebiti §.nummi de cond.indebit.
Vbi Bart. n. 2. dicit quod competit condictio
indebiti, Iaſ.in l.1. §. ſi vir. vxore num.28.de
acquir. poſſeſ.vel ex cõdictione iuxta authen.
qui rem C.de Sacroſ.Eccl. de quibus remedijs
in his terminis Bart. in l.ſi alienam n. 3. & 4.
ff. ſolut. matr. & ibi Paul.de Caſtr.n.3. Alex.
conſ.1. n.24. lib.4. Iaſ. in §. ſic itaque nu.38.
Inſtit. de act. Aym.conſ.299. n.2. Natta conſ.
288. n.3. Et iſta remedia competunt Eccleſiæ
ad recuperãdam poſſeſſionem licet facto pro-
prio ab ea ceciderit, vt alias reſoluit Rota in
vna Aſculana prædiorũ corã Robuſterio, Nec
enim poteſt contra Eccleſiam referri quæſtio
dominij, vt per Bart. & alios ſupra allegatos.

Procurator ad lites, an & quando per com-paritionem cõſtituentis reuocatus præ-ſumatur. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad lites reuocatus cenſetur per com-paritionem conſtituentis ſine clauſula citra re-uocationem.*
2 *Fallit ſi conſtituẽs non fecerit actum iudicialẽ.*
3 *Item fallit ſi conſtituens poſtea compareat in iu-dicio cum dicta clauſula, ſeu proteſtatione.*
4 *Procurator non cenſetur reuocatus ex eo quod per aliquot annos nihil geſſerit, niſi de expreſſa reuocatione mandati appareat contra Caſtren. cuius opinio reprobatur.*

SEd illud quoque obſeruandum eſt, quod
in praxi frequenter contingit; Quòd per
1 comparitionem conſtituentis procurator † ad
lites tunc demum reuocatus cenſetur, quando
conſtituens ipſe actum aliquem iudicialem fe-
cerit ſine clauſula citra reuocationem procu-
ratoris ſui. per tex. in cap.ſi quem, verſ.ſecus
ſi ſimpliciter, de procurat. lib.6. Caſſad. deciſ.
2. de appellat. Si vero actus non fuerit iudi-
2 cialis, per illum non cenſetur procurator † re-
uocatus etiam non facta dicta proteſtatione;
Guidob.deciſ. 130. vbi Rota noluit annullare
proceſſum factum per procuratorem, licet Do-
minus coram Actuario Iudicis ſimpliciter in-
duxiſſet vnum teſtem ad iurandum non facta
dicta proteſtatione citra reuocationẽ, &c. mo-
ta hac ratione, quia actus ille nõ poterat pro-
prie dici iudicialis, nec erat veriſimile ex eo
actu voluiſſe Dominum procuratorem ſuum
reuocare.

Sed aduertendum, quòd reuocatio hæc, quæ
fit per comparitionẽ principalis abſque clau-
ſula citra, &c. dicitur præſumptiua, ideo faci-
le alia præſumptione tollitur, Bald. in l. ante
litem n.2.circa fin.ff.de procurat. Præſumptio
3 autem contraria oritur ex ſequentibus † com-
paritionibus eiuſdem principalis cum clauſu-
la citra, &c. Bald. in l. mutari ff. de procurat.
4 Quod procedit quamuis per aliquot † annos
procurator nihil geſſiſſet, quia doctrina Ca-
ſtren. in conſ.12. n.7. lib. 1. quòd procurator
cenſeatur reuocatus ex eo, quòd per aliquot
annos nihil geſſit, non eſt vera, quia mandatũ,
niſi ſit mandantis mutata, vel extincta volun-
tas, non extinguitur. l.ſi vero non remuneran
di, §. ſi mandauero ff. mandati l. mandatum
C. eod. tit. Et contrarium defendit ipſe Ca-
ſtren. in l. Sancimus n.2. vbi Iaſ. num.4.C. de
teſt. Et in ſpecie doctrina Caſtren. fuit repro-
bata per Rotam in vna Anconitana de Rinal-
dinis 15. Ianuarij 1588. coram Orano.

Donatio inter patrem, & filium an iura-mento confirmetur, & numquid iuramen-tum vnicum plures defectus ſupplere poſſit. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum confirmat donationẽ inter patrem & filium; etiam abſente filio factam, & nulla interueniente ſtipulatione notarij, aut ratifi-catione ipſius filij in vita patris, et n. 10. et 11.*
2 *Donatio ob benemerita non valet, niſi merita probentur.*
3 *Merita non probantur per ſolam aſſertionem donantis, etiam iuratam, niſi concurrant ad-minicula, & n.4.*
5 *Iuramentum promiſſorium ſemper eſt ſeruan-dum ſi ſeruari poteſt abſque diſpendio ſalutis æternæ.*
6 *Donatio remuneratoria etiam inter patrem, & filium ſuſtinetur propter iuramentum promiſ-ſorium.*

foriâ. quamuis merita aliter non iuſtificētur.
7 *Remuneratoria dicitur, quæ expreſſe legitur facta ex cauſa meritorum, & in eorum compenſationem, quamuis in Inſtrumento adſit clauſula libere, et pure, &c. & n.8.*
9 *Clauſula libere, & pure, &c. adiecta in inſtrumento donationis non alterat naturam ipſius in cauſam expreſſam facta, ſed potius intelligitur appoſita per errorem, & ex ſtylo notarij.*
12 *Iuramentum confirmat donationem inter patrē, et filium, quamuis deficiat inſinuatio, niſi Statutum annullet ipſum iuramentum tanquam doloſè extortum, & n.13.*
14 *Deciſ. Gomeſ. prima, & 100. declaratur procedere reſpectu aliarum ſolemnitatum, non vbi datur de nullitate donationis propter defectum inſinuationis.*
15 *Iuramentum vnicum in donatione adiectum, quando omnes defectus ſupplere poſsit.*

* DOctores magis * communiter tenent.
quod iuramentum confirmat donatio-
1 nem inter patrem †, & filium, vt per
Iaſ. in l. frater à fratre num. 40. limit. 7. ff. de
collat. Alex. conſ. 2. nu. 2. lib. 3. late Clar. in
§. donatio q.8. Gabr. concluſ. 4. de donat. Et
ita ex multis fuit tentum per Rotam in vna
Rauennaten. donationis 27. Iunij 1597. coram
Penia, & per prius in eadem cauſa 29. Aprilis
1596. coram Cardinale Seraphino, quæ deci-
ſiones deinde fuerunt cōfirmatæ die 20. Maij,
& die 22. Iunij 1598. coram Horatio Cardina-
le Lancelotto.
Extenditur primum hæc concluſio, vt pro-
cedat etiam ſi donatio ſit remuneratoria, &
de meritis non conſtet; Quia licet regulariter
2 donatio † ob benemerita non valeat, niſi be-
nemerita probentur, adeo quòd nec ſufficiat aſ-
3 ſertio etiam iurata † donatis, vt late per Clar.
in d. §. donatio quæſt. 3. & 8. Tiraquel. in l. ſi
vnquam in verbo donatione largitus num. 91.
cum alijs quos allegat Hipolit. Riminald. In-
ſtit. de donat. in princip. n. 26. cum ſeq. vſque
4 ad nu. 270. Niſi cum aſſertione † concurrant
adminicula, vt poſt Salicet. & alios tradit Ti-
raquel. vbi ſupra n. 100. Nihilominus hoc vi-
detur procedere in iuramēto aſſertorio, ſecus
verò in iuramento promiſſorio, quod ſemper
5 eſt † ſeruādum ſi ſeruari poteſt abſque diſpen
dio ſalutis æternæ, c. debitores c. veniens cap.
quintauallis de iureiur. Vigore enim huius iu
6 ramenti ſuſtinetur donatio † remuneratoria,
etiā quòd merita aliter non iuſtificentur; cum
hoc caſu donatio nō recipiat robur à meritis,
ſed ab ipſo iuramento, vt bene declarat Ripa
in d. l. ſi vnquam q. 15. & reſponſ. 1. de donat.
cauſ. mort. n. 9. Corn. conſ. 104. nu. 13. lib. 2.
Grat. conſ. 63. n. 24. lib. 2.
In propoſito autem remuneratoria donatio
illa dicitur, in qua non tantum adeſt genera-
lis meritorum aſſertio, quæ cenſetur appoſita
ad colorandam donationem, iuxta conſ. Oldr.
7 5. ſed expreſſe legitur facta ex cauſa † merito-
rum, & in eorum compenſationem, vt tradit
Dec. in d. l. ſi donatione nu. 24. C. de collat.
late Decius conſ. 20. n. 21. qui inquit non re-
8 ferre quod † in inſtrumento donationis adſit
clauſula libere, pure, &c. cum dicta clauſula
9 non alteret † naturam donationis in cauſam
expreſſam factæ, ſed potius intelligatur appo-
ſita per errorem, ſeu ex ſtylo notarij, & ita te-
nuit Rota in d. Rauennaten. donationis 29.
Aprilis 1596. coram Cardinale Seraphino.
Secundo dicta concluſio extenditur, vt pro-
10 cedat etiam ſi donatio † abſenti filio facta
fuerit, & nulla interuenerit ſtipulatio, quia
per iuramentum acquiritur ius abſenti, etiam
abſque ſtipulatione notarij, Butr. in cap. cum
contingat de iureiuran. Gabr. concluſ. 1. de
verb. ſignif. n. 69. & Rota tenuit coram eodē
Cardinale Seraphino in vna Vrbeuetana hæ-
reditatis 15. Iunij 1580. & ſufficit ſola ſcien-
tia, & patientia, vt per Couar. in rubr. de te-
ſtam. par. 3. nu. 13. & fuit tentum coram Ro-
buſterio in vna Romana fideiuſſionis 28. Ia-
11 nuarij 1587. tametſi ratificatio † non fuerit
ſequuta in vita patris, quia ſi bona non fue-
runt in alium tranſlata titulo ſingulari, hæres
tenetur habere ratum factum defuncti, vt fuit
dictum in eadem Vrbeuetana hæreditatis.
Tertio extenditur, vt locum habeat quam-
12 uis deficiat † inſinuatio, vt Rota cenſuit in vna
Beneuentana donationis 21. Octobris 1583.
coram Gypſio, & tradit Gabr. d. concluſ. 1. de
donat. n. 66. qui cæteros allegat. Quod intel-
13 lige verum, niſi Statutum † vltra diſpoſitionē
iuris communis requirens inſinuationem, vl-
terius velit tale iuramentum in actu donatio-
nis appoſitum etiam geminate cenſeri doloſe
extortum, & nullius roboris eſſe, vt in termi-
nis conſtitutionis Marchiæ tenuit Rota in vna
Tolentina donationis 17. Maij 1599. coram
Cardinale Arigonio, Vbi agebatur de dona-
14 tione facta à matre filio, & fuit dictum † deciſ.
Gomeſ. 1. & 100. quam refert Ant. Aug. in
repert. tit. de donat. verſ. Statutum Vrbis, in-
telligi reſpectu aliarum ſolemnitatum, nō vbi
datur de nullitate donationis propter defectū
inſinuationis.
Sed difficultas hic oritur non contemnēda,
An iſto caſu iuramētum vnicum poſſit tot de-
fectus ſupplere, & tot effectus diuerſos pare-
re, veluti confirmationem donationis, proba-
tionem meritorum, ſtipulationem, & inſinua-
tionem iuxta not. per Bart. & alios in authen.
ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.
* Et verior, & receptior * opinio eſt illa, vt at-
tendenda ſit forma iuramenti, Si enim non eſt
reſtricta, ſed ampla, & prægnās apta compre-
hendere omnes defectus cum præcedenti pro-
miſſione habendi rata omnia, & ſingula in In-
ſtrumento contenta, iurando omnia, & ſingu-
la attendere, & non contrafacere ſub pœna
15 periurij, ceſſat difficultas, & iuramentum † cen
ſetur ſupplere omnes defectus, ſic tenuit Rota
in dicta Rauennaten. donationis coram Car-

dinale

dinale Seraphino per Dec. conſ. 238. num. 3. & conſ. 414. in fine Coꝛn. conſ. 17. lib. 4. Aym. conſ. 7. n. 4. & 114. n. 9. late Riminald. inſtit. quib. mod. alien. lic. n. 250. & latiſſime Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 83. nu. 49. verſ. aliquãdo, & tertio. Et hanc ſententiã cõmunem eſſe apparet ex traditis per Bart. in d. anthen. ſacramenta puberum n. 14. & ibi Caſtren. n. 10. Iaſ. n. 46. C. ſi aduerſ. vendit. Dec. conſ. 349. n. 6. & 403. n. 22. verſ. quarto reſpondetur Ruin. conſ. 212. n. 6. lib. 1. Bero. conſ. 22. nu. 50. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 269. nu. 12. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 48. n. 19. lib. 1. vbi de communi, & conſ. 144. n. 34. eod. lib. Neuizan. conſ. 8. n. 25. Hieron. Gabr. conſ. 127. n. 34. lib. 1.

Vtrum Princeps poſſit concedere fæudatario in præiudicium Primogeniti, vt ipſe diuidat bona fæudalia inter filios. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps poteſt concedere fœudatario in præiudicium primogeniti, vt ipſe diuidat bona fœudalia inter filios.*

2 *Andr. de Iſern. in c. 1. §. & olim de ſucceſ. fœud. declaratur.*

DVbitatio eſt non leuis; An Princeps poſſit concedere fęudatario in præiudiciũ primogeniti, vt ipſe diuidat bona fæudalia inter filios? In qua quæſtione Lucas de penna in l. Diuæ memoriæ, col. fin. C. de de-
1 curion. lib. 10. tenet quod † ſic. Et ita per multa fuit obtentum, & pronunciatum in ſacro Conſilio Neapolis die 10. Iunij 1519. in cauſa Baronis Bonatorum contra Dominam Oriſtellam eius neptem filiam primogeniti, cui Barono à Patre cum regio aſſenſu fuerant Caſalia donata; Et deciſ. Andr. in c. 1. §. & olim col. 2. verſ. ſi ergo viuens, de ſucceſ. fæud. fuit
2 interpretata †, quando conceſſio erat facta ſibi, & liberis, & ſic quando erat ex pacto, & prouidentia, & viuebatur iure francorum, vt declarat, & ſentit ipſe Andr. in conſt. comitibus. circa fin. & recte intuenti hoc vult Andr. in d. §. & olim. Commiſſarios in dicta cauſa Baronis Bonatorum fuit Epiſcopus Biſignani, Magiſter Actorum Ramanus, & pro eo Antonellus Falconus Secretarius ſacri Conſilij.

Statutum Vrbis requirens ſubſcriptionem amborum notariorum, quando ſunt ſimul, vel ſimpliciter rogati nunquid annullet inſtrumenta facta ſine dicta ſolemnitate. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus contra Statutum valet, quando Statutum non loquitur prohibitiue, nec procedit vlterius annullando, & n. 2.*

3 *Item valet, licet Statutum loquatur prohibitiue, ſi fiat à notario habente auctoritatẽ à Principe, & non à Statuto.*

4 *Item valet, quando Statutum non imponit pœnã actus, ſed notarijs ſi non faciant, & nullitas actus alias reſultaret in damnum partium.*

5 *Eſt nullus ipſo iure etiam quòd Statutum vltra non procedat annullando, quando in ipſo actu requiritur aliquid, & non ſeruatur.*

6 *Statutum conditum ad obuiandum falſitatibus dicitur habere perpetuã cauſam prohibitionis.*

7 *Ommiſſio ſolemnitatis reddit actũ ipſo iure nullum etiam ſi Statutum non habeat clauſulam annullatiuam, dummodo cõtineat cauſam perpetuam prohibitionis.*

8 *Statutum dicitur prohibitiuum non ſolum ſi apponatur verbũ negatiuum, ſed etiam ſi in contractu mandetur aliqua ſolemnitas obſeruari.*

9 *An ſtatutum annullet actum, vel ne ex coniecturis probatur, quæ colliguntur ex mente, & intentione ſtatuentium.*

10 *Verbum (debet) importat neceſſitatem.*

11 *Dictio (omnino) habet vim decreti irritantis.*

12 *Actus eſt nullus, etiam ſi ſolemnitas leuis omittatur; quando Statutum dicit, quòd actus aliter factus non valeat.*

13 *Inſtrumẽtum requirens ſubſcriptionem duorum notariorum eſt nullum de iure communi ſi manus vnius deficiat.*

14 *Statutum ſemper recipit interpretationem paſſiuam à iure communi.*

15 *Notarij duo ſi non ſimul, ſed ſimpliciter ad aliquod Inſtrumentum celebrandum requirãtur, ſufficit de iure communi, quod vnus ex eis redigat inſtrumentum in publicam formam.*

16 *Fallit de iure municipali, quando Statutum æquiparat iſtos duos caſus, videlicet quod notarij ſint rogati inſimul & quòd ſimpliciter.*

17 *Notarij, quando creantur recipiunt facultatem limitatam, vt ſeruent non ſolum ſolemnitates iuris communis, ſed etiam Statutorum loci, vbi debent conficere inſtrumenta.*

18 *Statutum imponens pœnam ſpecialem contrafacientibus, nõ cenſetur annullare ipſum actum.*

19 *Declara, vbi in eadem oratione imponitur pœna, ſecus ſi in diuerſa, quia tunc actus eſt nullus, & nihilominus pœna etiam incurritur, niſi ſit incõpatibilis cũ validitate actus, & n. 20.*

STatutum Vrbis ad tollendam falſitatem, & erroris materiam diſponit, quòd ſi duo notarij de eodem inſtrumento, vel teſtamento inſimul, vel ſimpliciter rogati fuerint, quilibet notulæ alterius incontinenti, & antequam recedat ex loco ſe debeat ſubſcribere, & quòd in protocollis, & inſtrumentorum publicatione idem omnino obſeruare debeant, ſubiungens poſt alia nonnulla, quòd notarius, qui prædicta non fecerit ipſo iure pœnam aureorum decem incurrat, & damnum partibus emendet, quod propterea incurriſſent; Quæritur

Digitized by Google

ritūr An huiuſ.modi ſtatutum annullet inſtru-
menta publicata non ſeruata dicta forma?
Etenim, quod non annullet ex eo videtur
probari, q u i ſtatutum hoc non loquitur pro-
hibitiue, nec procedit vlterius annullando;
1 Ideo actus factus non ſeruata illa forma † va-
let, & fidem facit l. 2. cum ſeq. & ibi Bald. &
Salic. C. de ſent. ex breu. recitan. Bart. in l. 1. in
prima oppoſitione de liber. & poſthum. & ibi
Bald. circa fin. Paul. de Caſtr. Imol. Cum. So-
cin. n. 11. vbi de communi Aret. n. 3. Iaſ. nu. 8.
qui teſtatur etiam de communi, & licet Alex.
ibi videatur de hoc dubitare, tamen in l. ait
Prætor §. etiam in his nu. 4. ff. de ædcn. dicit
* iſtam eſſe * communem opinionem.
Et tanto magis quia ſumus in notarijs, qui
non recipiunt auctoritatem ab ipſo ſtatuto,
2 quo caſu, vbi ſtatutum expreſſe non † annul-
lat actus factos ſine illa ſolemnitate valet, glo.
in c. inter cætera in verbo irritum de præben.
& in c. dilectus filius il 2. in verbo conferen-
dam, & ibi Abb. eod. tit. Gemin. in c. fin. de
ſupplen. neglig. Prælat. Brun. de ſolemnit. fol.
57. col. 1. circa fin. verſ. ſexto prædicta regula
Caſſad. ſuper regul. deciſ. 11. nu. 9. verſ. ſicut
non ſequitur.
Imo cum notarij habeant auctoritatem à
Principe, & non à ſtatuto etiam quod ſtatutū
3 loqueretur † prohibitiue, actus factus valeret
non ſeruata forma, gloſ. in Clem. 1. in verbo
nullatenus de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. Vbi
Anchar. circa fin. n. 4. verſ. ſecundo Card. q. 6.
Vitalin. nu. 48. Imol. nu. 4. verſ. ſecundo caſu
gloſ. in Clem. 1. & ibi Card. n. 26. de decim.
Couar. in c. Alma mater par. 1. §. 11. n. 7. verſ.
ſed communem, de ſent. excommunicat. Felin.
in c. ſuper his n. 13. verſ. ſed Domini de Rota
de fid. inſtrum. quam opinionem ſequuta fuit
Rota, vt per Ægid. deciſ. 69. circa fin. Caſſad.
de præben. deciſ. 2. nu. 3. Idem tenet gloſ. in
Clem. 1. in verb. inhiben. de iurepatron. cum
* qua tranſeunt ibi * communiter Doctores.
Præterea pro hac parte facit quia ſtatutum
non imponit pœnam actui, ſed notarijs ſi non
* faciant quo caſu * cōmunis eſt opinio quod ſi
4 nullitas eſt † in damnum partium non indu-
catur, ne ſcilicet negligentia, vel culpa nota-
riorum noceat partibus quæ non peccarunt,
Bart. in l. prætor ait in fin. princip. ff. de oper.
nou. nunc. & ibi Roman. Alex. & Iaſ. qui alios
allegant. idem dicit Bald. in l. non dubium nu.
28. circa finem. C. de legib. gloſ. in c. decet in
verb. proceſſus de immunit. Eccleſ. lib. 6. Abb.
in c. 2. n. 5. vbi Felin. n. 1. verſ. ſed inter alias,
& Dec. u. 2n. de teſtib. Brun. de forma fol. 34.
col. 4. circa fin. verſ. & ſaluis præmiſsis Alex.
conſ. 24. n. 1. lib. 6. Caſtren. conſ. 145. n. 3. verſ.
ſed in caſu noſtro lib. 1. Aret. conſ. 20. col. 2.
verſ. & licet ſtatutum Imol. in c. cum contin-
gat n. 82. de iureiuran.
Sed iſtis non obſtantibus contrarium eſt re-
ſoluendum, cum plura concurrant ex quibus
cōſtat dictum Statutum annullare inſtrumen-
ta publicata non ſeruata dicta forma. Et pri-
mo concurrit quod ſtatutum requirit ſubſcri-
ptionem in ipſo actu, ibi antequam à loco re-
cedant quo caſu, quando aliquid requiritur
5 in † ipſo actu, tunc ſi illud non ſeruatur actus
eſt nullus ipſo iure etiam quod ſtatutum vl-
tra non procedat annullando Bart. in l. vni-
* uerſa, & ibi Iaſ. de * communi n. 8. dicēs, quod
totus mundus hanc opinionem ſequitur. C. de
precib. Imper. offer. Roman. conſ. 203. num. 2.
Abb. in c. 2. ſub n. 5. verſ. ſcire enim debes, &
ibi Felin. col. 2. verſ. tertio notabis de teſtib.
Nec dicatur quod non requirit in ipſo actu
rogitus quia ſufficit quod requirat inconti-
nenti, & antequam à loco contractus diſce-
dant l. hac conſultiſsima cum ibi not. C. de
teſtam.
6 Secundo concurrit, quod ſtatutum † habet
perpetuam cauſam prohibitionis, quia eſt cō-
ditum ad obuiandum falſitatibus, & vt erro-
ris occaſio tollatur Alex. conſ. 141. n. 10. lib. 2.
Socin conſ. 2. n. 2. lib. 3. Igitur omiſſio ſolem-
7 nitatis reddit † actum ipſo iure nullum etiam
ſi Statutum non habeat clauſulam annullati-
* uam, gloſ. * cōmuniter approbata in Clem. 1.
in verb. inhibentes de iurepatron. vbi Doct.
Alex. in l. 1. n. 8. de lib. & poſthum. Felin. poſt
Abb. & alios in c. ex parte col. 5. n. 6. verſ. quar
tus caſus eſt de conſtit. Put. deciſ. 338. n. 6. lib.
1. Et quamuis ſtatutum non procedat per mo-
dum prohibitionis, tamen idē eſt virtualiter
quia ſtatutū dicit (debeat ſe ſubſcribere,) vt
poſt Bart. in l. cum lex de fideiuſſor. tradit Fe-
lin. in d. c. 2. n. 1. in fi. de teſtib. vbi inquit, quod
8 ſtatutum † dicitur prohibitiuum non ſolum ſi
apponatur verbum negatiuum, ſed etiam ſi
in contractu mandetur aliqua ſolemnitas ob-
ſeruari, quia videtur prohibitus actus illa ſo-
lemnitate non ſeruata.
Tertio etiam concurrit, quia in hac mate-
9 ria, an ſtatutum annullet actum † proceditur
per coniecturas, quæ colliguntur ex mente, &
intentione ſtatuentium, vt per Alex. conſ. 87.
n. 3. lib. 3. Dec. in d. c. 2. n. 11. in fine de teſtib.
Hic autem apertiſsima colligitur coniectura
ex qualitate penæ impoſitæ Notario ſi con-
trafecerit quod ſcilicet reſarciat damnum
parti, quod propter nō ſubſcriptionem incur-
riſſet, quæ pœna neceſſario includit nullitatem
inſtrumenti, quia alias nullum ſubeſſet dam-
num parti ſi inſtrumentum eſſet validum, & fi-
dem faceret: Vnde cum pœna emendationis
damni non ſit compatibilis cum validitate
actus, dicendum eſt, quod ſtatuentes intelle-
xerint annullare inſtrumentum ex omiſsio-
ne ſubſcriptionis iuxta theoricam Bart. in l.
prætor in princ. ſub n. 3. verſ. & ideo dic, de
* oper. noui. nunc. quam Doctores * cōmuniter
ſequuntur, vt per Alex. ibi n. 3. Præſertim ſtan-
10 te verbo (debeat) quod importat † neceſsita-
tem Signorol. conſ. 87. n. 4. Brun. de forma in
rubr. quando aliquid cenſ. tradit. pro forma
col. 10. verſ. verba neceſſitatiua fol. 34. Et

verbo

11 verbo (omnino) quod † habet vim decreti ir-
ritantis Bald.& alij relati per Lambert.de iu-
repatron. lib.2. par.1, quæſt.7. art.30. nu.19.
Ruin. in rubr. de oper. nou. nunciat. n.10.Pa
riſ. n.54. & 55. Pedemont. deciſ.165. nu. 14.
Et ſic perinde eſt ac ſi expreſſe dictum fuiſſet,
quod inſtrumentum aliter non valeat,quo ca-
12 ſu † ſi ſolemnitas etiam leuis omittatur actus
eſt nullus Bald. Angel. & alij in d. l.1. de lib.
& poſthu. & in l. hac conſultiſſima C. qui te-
ſtam. fac. poſſeſſ.

Quarto, & vltimo adducitur, quia in caſi-
bus, in quibus requiritur ſubſcriptio duorum
13 notariorũ † ſi deficiat manus vnius inſtrumen
tum eſt nullum de iure cõmuni Bald.in l. iuſ-
iurandi ſub n. 12. verſ. aut eſt aſſumptus cum
collega C. de teſtib. Bart. conſ. 114. prope fi-
nem,& ibi additio in verb.diuerſ?.par.2.Dec.
poſt. Io.Andr.& alios in cap. quoniam contrà
de probat. n.201. Guid. Pap. deciſ.122.nu.3.
Boer. deciſ. 21. Chiſſan. deciſ.104. Ergo cum
Statutũ loquatur in eodem caſu eo ipſo,quod
deficit ſubſcriptio vnius intrat eadem nulli-
tas inducta à iure communi Boer. quæſt. 24.
ſub n.3.verſ. cum ergo forma, Vbi dicit,quod
tunc non eſt neceſſe, vt ſtatutum habeat clau-
ſulam annullatiuam,nec verba prohibitiua ex
quo per prius id fuerat inductum à iure com
14 muni à quo Statuta ſemper † recipiunt inter-
pretationem paſſiuam l.1.§. lex falcidia,& ibi
Bart. Alex. & alij ff. ad leg.falcidiam.

Nec dicatur quod ius commune loquitur
quando requiruntur duo notarij ſimul, ſecus
15 ſi ſimpliciter,quia tunc † ſufficit de iure com-
muni quod vnus ex eis redigat inſtrumentum
in publicam formam, vt per Put.deciſ.6.lib.1.
cum alijs per Menoch.de arbitr. iud.caſ.187.
num. 7. Quia reſpondetur quod Statutum de
16 quo agitur æquiparat iſtos duos caſus † vide-
licet, quod ſint rogati ſimul, & quod ſimpli-
citer, vt ibi, (ſimul, vel ſimpliciter.) Et ideo
ſicut in primo caſu inducitur nullitas ex in-
terpretatione paſſiua iuris communis, ita
etiam in ſecundo.

Et ex hoc tollitur primum fundamentum,
quod Statutum non procedat vlterius annul-
lando,quia immo annullat ex interpretatione
paſſiua iuris communis.

Non obſtat quod ſimus in Notarijs, qui nõ
recipiunt auctoritatem ab ipſo Statuto, Quia
17 immo Notarij quando creantur recipiũt † fa-
cultatem limitatam, vt ſeruent non ſolum ſo-
lemnitates iuris communis, ſed etiam Statu-
tum loci, vbi debent conficere inſtrumenta,§.
ſi quacumque in authen. vt præpon. nom.Im-
per. ibi apud Orientis habitatores Bart. in l.
cunctos populos nu.13. & 14. C. de ſum.Tri-
nit. Dyn. conſ.31. circa med.Gabr.tit.de fid.
inſtrum. concluſ.1.n.6. Vnde cum Notarius à
principio recipiat facultatem limitatã,vt ſer-
uet Statuta,vtique ſi non ſeruat eo modo quo
Statuta dicunt actus eſt nullus Brun. in tract.
de forma ſub rubr. quando aliqu. cenſ. trad.
pro forma fol. 33. verb. item ſecundo limita-
tur Felin. in cap.cum dilecta ſub nu. 12. in 4.
limit. de reſcript.

Non etiam obſtat,quod Statutum imponat
18 pœnam ſpecialem notarijs quo caſu † ceſſat il
la generalis nullitatis actus l. ſanctio legum
de pœ. Doct, in d.cap.2. de teſtib. Quia iſtud
19 procederet vbi in eadem oratione † impone-
retur pœna,quia tunc nõ videretur facta pro-
hibitio ſimpliciter,ſed reſpectu pœnæ,vt bene
declarat Dec. in d.cap. n.11. Secus ſi Statu-
tum imponat pœnã in diuerſa oratione, quia
tunc actus eſt nullus, & nihilominus pœna
etiam incurritur Card. in cap. fin. quæſt. 15.
de poſtul. Prælat.

20 Secundo dico quod pœna hic eſt † incompa-
tibilis cum validitate actus, quia vult quod
reficiatur damnum parti, quod non eſſet dam
num ſi inſtrumẽtum eſſet validum ergo illius
adiectio potius annullat per ſupradicta:Et cũ
appareat de mente ſtatuentium pœna non im
pedit actus annullationem Brun. in d. tract.
de forma vbi ſupra fol 33. col. 3, circa me-
dium verſ. quãdo lex prohibens vlterius pro-
cedit, Port. conſ. 16. num. 70. Fab. deciſ. 2.
poſt medium.

Naturales, & ſpurij quando ad dignitates & ad fæuda admittantur. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 Naturales, & ſpurij non ſunt capaces dignitatũ neque de iure Ciuili, neque de iure Canonico, niſi in defectum legitimorum,et dummodo ſint diſpenſati, & non alias & n.2. & 3.

4 Non admittuntur ad feudum quamuis ſint legitimati niſi expreſſe fuerit facta legitimatio ad ipſum feudum & ab habente poteſtatem,videlicet a Papa in bonis ſuis,& Eccleſiæ, nõ autem ab Imperatore,& Principe Seculari, & n.5.

6 Admiſſio naturalium quandoque facta per Papam ad dignitatem non facit ſtatum,vel obſeruantiam, itaut naturales poſſint dici habilitati ſine præuia diſpenſatione.

7 Papa non cogitur diſpenſare, & gratiam facere.

8 Prouiſiones Apoſtolicæ non faciunt aliquem ſtatum.

9 Legitimatio cum ſit de iure ciuili poteſt per eundem Principem, qui conceſſit tolli, & reuocari præſertim quando id fit per viam legis vniuerſalis.

10 Princeps poteſt priuilegium à ſe cõceſſum quandocunque præſertim per viam legis reuocare, & multo magis modificare,ſeu limitare.

IVre communi eſt abſolutum, quod natu-
rales, & ſpurij ſunt capaces dignitatum
in defectum legitimorum quando interuenit
1 diſpenſatio †, vel virtute Statuti habilitantis
ſpurios in defectum legitimorum, vel virtute
priui-

Digitized by Google

priuilegij Principis,& ita loqnũtur Dec. conſ.
271.n.12.Abb. conſ. 764. n.27.Alex. conſ.80.
lib. 2. Landen. in tract. de offic. dom. q.170.
Secus ſi non præceſſit legitima diſpẽſatio qu a
tunc naturales, & ſpurij ſunt prorſus incapa-
2 ces dignitatum † tam de iure ciuili l.honor §.
ſi de honoribus ff. de muner. & honor. Bald.
in l. generaliter §. cum autem C. de inſtit. &
ſubſtit. Dec. conſ. 602. col. fin. Afflict. ſuper
conſtit. Siciliæ incipien. proſequẽtes in 8.not.
cum multis alijs citatis per Tiraquel. de no-
bilit. cap.15. n. 14. vbi de communi teſtatur,
Paleot. de noth. & ſpurijs cap. 56. nu.8. Gig.
3 de penſion.q.16. nu.4. Quam etiam de † iure
Canonico cap. fin vbi not. de fil. presbyt. &
in cap.3.eod.tit.& in cap.innotuit de elect.Fe
lin. in cap. veniens. col.1. de accuſat. Marſil.
ſingul.193. Paleot.d. tract.cap.57. Corbul.de
emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob lin. finit.n.54.
Quod pręſertim procedit in fęudo in quo, nec
4 legitimati † admittuntur niſi duo neceſſaria
interueniant;Primum quod expreſſe fuerit fa-
cta legitimatio ad ipſum fæudum, gloſ.in c.1.
§. naturalis in verbo legitimi. ſi de fæud. fue-
rit controuerſ. in Dom. & Agnat. Bald. in l.
eam quam n.42.&43.C.de fideicom. Anchar.
conſ.308.col.2.verſ. tertio Pariſ. conſ.1.n.76.
lib. 2. Ruin. conſ. 36. nu. 18. lib.1. Curt.Iun.
conſ.136. n. 1. Boer. deciſ. 123. nu.6. Marin.
Frec.lib.2. de ſubinfęnd.Barou. differ.15.n.1.
Tiraquel. de nobilit. cap.23. nu.18. Rota per
Cardinalem Seraphinum deciſ.42. lib.1.Alte-
5 rum quod etiam legitimatio † ſit facta ab ha-
bente poteſtatẽ,videlicet à Papa in bonis ſuis,
& Eccleſiæ,non autem ab Imperatore,& Prin-
cipe ſeculari cap. per venerabilem qui fil. ſint
legit. vbi late Abb. nu. 24. cum ſeq. Anchar.
conſ.230. Bald. in l. 1. n.1. C.de iur. aureorũ
annul.& conſ. 356. n.1. lib.2.Gloſ. Hiſpan.in
regul.Cancel.48.Rota in nouis deciſ.1.qui fil.
ſint legit. Boer. deciſ.297. nu.2. Iaſ. conſ.70.
lib.3. Cephal. conſ.23. n.76.cum ſeq.lib.1.vbi
de communi,de qua etiam teſtatur Alex. cõſ.
67. n.8.lib.1.Dec,conſ.557.col.fin.Socin.Iun.
conſ.100. nu. 12. cum pluribus ſequen. lib.2.
Couar. in Epit. par.2. cap.8.n.14.& 18.Boſſ.
in prax. crimin.tit.de princip.& priuileg.eius
6 n. 183. Vnde admiſſio † naturalium quando-
que facta per Papam ad dignitatem non facit
ſtatum, vel obſeruantiam, itavt naturales poſ
ſint dici habilitati ſine præuia diſpenſatione
Ruin. conſ.34. ſub n.11.verſ. & idem in quan
7 tum lib.1. Quia Papa † non cogitur diſpenſa-
re, & gratiam facere Gemin. in cap. licet ca-
non §. fin. in princip. de elect. in 6. ideo dici
8 ſolet,quod prouiſiones † Apoſtolicæ non faciũt
aliquem ſtatum, Ægyd. deciſ.107. Dec. conſ.
126. col.pen. in fin. cum ſequen. Lambert. de
iurepatron. lib.3.q.7.princ. art.6. & 7. col.2.
poſt medium Achil. deciſ.vnica de ſtat. bene-
fic. Sed neque prædictis concurrentibus legi-
timatio ſuffragatur ſi fuerit reuocata per Bul-
las Summorũ Pontificum Pij IV. & Pij V.con-
tra illegitimos æditas, & per viam legis ema-
9 natas,quia † legitimatio quæ eſt de iure ciui-
li poteſt per eundem Principem qui conceſſit
tolli, & reuocari, vt dicit Afflict. deciſ. 128.
n.13. & ibi Vrſil. in addic. Præſertim quando
id facit per viã legis vniuerſalis Menoch. cõſ.
10 112. nu.2. & 3. lib. 2. Nam Princeps † poteſt
priuilegium à ſe conceſſum quandocunque
præſertim per viã legis reuocare Anchar. cõſ.
336. Paul.de Caſtr. in l.ſi quis Curialis in fin.
C. de Epiſcop. in cleric. cum multis alijs per
Gabr. in tit. de iure quæſito non tollen. con-
cluſ. 7. nu.1. Et multo magis modificare, ſeu
limitare præſertim quo ad fæudum Eccleſia-
ſticum remanẽte ſolum legitimatione quo ad
reliqua intacta,& illæſa Io.de Platea in l.nup-
tæ de Senat. Barbat. in cap.fin.n.34. in fin.&
num. ſequenti de offic. delegati.

Mortuo ſubſtituto ante euentum conditionis, quando fideicommiſſum conditionale ad eius hæredes tranſmittatur. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 Fideicommiſſum conditionale mortuo ſubſtituto ante conditionis euentum ad eius hæredes non tranſmittitur, niſi expreſſe,vel tacite appareat de contraria voluntate teſtatoris,& n.2.& 3.

4 Tranſmittitur ad hæredes(alijs tamen cõcurrentibus) quando teſtator nõ ſe reſtrinxit ad certum gradum ſubſtitutionis, ſed etiam poſteros, & deſcendentes ex filijs maſculis per compendioſam ſubſtituit,& n. 5.

6 Item ad hæredes tranſmittitur, quando teſtator habuit rationẽ conſeruandæ agnationis,& n.8.

7 Filij naturales non poſſunt conſeruare agnationem.

9 Qui vult conſequens intelligitur velle omne neceſſarium antecedens.

10 Fideicommiſſum conditionale ad hæredes tranſmittitur, quando alias ſi tranſmiſſioni non eſſet locus abſurdum ſequeretur.

11 Perſonas minus dilectas magis dilectis præferre abſurdum eſt,& menti teſtatoris repugnat.

12 Fideicommiſſo eſt locus quamuis verba repugnare videantur quando alias contra perſpicuam mentem teſtatoris abſurdum aliquod ſequeretur.

13 Fideicommiſſum conditionale coniunctum cum iure accreſcendi ad hæredes tranſmittitur, ſicut ipſum ius accreſcendi,& n.14. & 16.

15 Subſtitutio pupillaris coniuncta cum iure accreſcendi ad hæredes tranſmittitur.

17 Fideicommiſſum conditionale coniunctum cum iure accreſcendi ad hæredes trãſmittitur etiam poſt ius acquiſitum quotieſcunque teſtator poſteros, & deſcendentes filiorum expreſſe etiam ſubſtituit ad effectum, vt tota illius hæreditas pleno iure deuoluatur de vno in alium iuxta

gradus

gradus prærogatiuam.
18 *Ius accreſcendi poſt ius acquiſitum locum non habet, nec inter diuerſas ſpecies ſucceſsionum admittitur.*
19 *Fideicommiſſum conditionale ad hæredes non tranſmittitur quando ante teſtatorem præmortuus eſt ille, qui ad fideicommiſſum vocatur.*
20 *Teſtamentum ante mortem vires non accipit.*
21 *Nemo dat quod non habet.*
22 *Præmoriẽs fideicõmiſſum cõditionale ad hæredes nõ tranſmittit (admiſſa etiam opinione aliquorum) niſi adſint vehementes, & proximæ coniectura quæ ex ipſo teſtamento colligantur.*
23 *Coniectura deſumpta ex eo quod filij ſunt poſiti in conditione non ſuffiest, vt fideicommiſſum conditionale ad hæredes tranſmittatur.*
24 *Teſtator non cenſetur velle ſua poſteritati extraneum anteponere, quod declara, vt infra nu. & 28.*
25 *Fideicommiſſum conditionale neque ad liberos tranſmittitur etiã quod filij ſint poſiti in conditione, & fideicommiſſum ſit paternũ, et n.26.*
27 *Præſumptio l. cũ acutiſsimi C. de fideicom. habet locum quo ad portionem proprij parentis non quo ad portionem alterius.*
28 *Item locum habet in portione, quæ ipſi patri ſeu matri eſt pure relicta ſub conditione.*

QVæſtio iuris eſt frequens apud Iudicum ſubſellia, An mortuo ſubſtituto ante conditionis euentum fideicommiſſum conditionale tranſmittatur ad eius hæredes, Qua in re communis eſt Doctorum ſententia, regu-
1 lariter † non tranſmitti l. 1. §. ſin autem C. de caduc. tollen. gloſ. communiter recepta in l. vnica C. de his qui ante apert. tabul. & in l. hæredes mei §. cum ita. in verb. ſuſcepit. ff. ad Trebelian. cum ſuis concordantijs, & de magis * communi Celſus Vgo conſ. 20. nu. 16. & Card. Mantic. qui plures cumulat de coniect. vlt. vol. tit. 7. ſub n. 23. lib. 11. Zanch. in d. l. hæredes mei §. cum ita n. 147. & 148. quo loci plures refert extenſiones, quas nunc referre nolo.

Huic autem regulæ vna tantum datur limitatio, vt ſcilicet non procedat quotieſcunque
2 expreſſe, vel tacite apparet de contraria † teſtatoris volũtate, Bald. in d. l. vnica n. 10. verſ. quæro de tali quæſtione C. de his q. ante apert. tabul. Iaſ. in l. nemo poteſt num. 36. ff. leg. 1. Socin. in dict. l. hæredes mei §. cum ita in 4. & 5. concluſione ff. ad Trebellian. Dec. conſil. 369. in princip. Iaſ. conſ. 154. poſt me-
3 dium lib. 4. Nam teſtator poteſt facere † tranſmiſſibile, quod alias non tranſmitteretur l. in conditionibus §. hæc ſcriptura, & ibi not. Imol. de condit. & demonſtrat. Bald. in l. ſi pater in 4. quæſt. C. de inſtit. & ſubſt. Pariſ. conſ. 66. num. 76. lib. 3. Zanch. in d. §. cum ita nu. 33. qui viginti ſex coniecturas refert. Nos tamen nonnullas principaliores in medium adducemus.

Prima igitur coniectura ex qua mens, & voluntas teſtatoris deduci ſolet illa eſt quando
4 teſtator non ſe reſtrinxit † ad certum gradum ſubſtitutionis, ſed etiam poſteros, & deſcendentes ex filijs maſculis per compendioſam ſubſtituit Curt. Iun. conſ. 16. n. 7. verſ. confirmo; Et licet hæc ſola coniectura non poſſit ſufficere Anchar. conſ. 74. Soc. Sen. conſ. 69. n. 7. & con. 104. n. 8. lib. 3. Alciat. conſ. 117. n. 11. verſ. ſexto lib. 9. quod ſecundũ Lugduneu. impreſſionem eſt conſ. 585. nu. 8. & Natta conſ. 551. n. 21. Bero. conſ. 100. n. 35. lib. 2. tamen
5 concurrentibus † alijs adminiculis multum valet ad colligendam teſtatoris voluntatem, vt dicit Card. Mãtic. eod. lib. 11 de coniect. tit. 20. n. 15. & 16. verſ. ſed aliquãdo hæc cõiectura.

Altera coniectura eſt, quando teſtator ha-
6 buit rationem † conſeruandæ agnationis, vtputa ſi filios legitimos, & naturales poſuit in cõditione ad excludendum naturales, qui non
7 ſunt legitimi, nec poſſunt † agnationem conſeruare l. ſi ſpurius, & l. hac parte ff. vnde cognat. Bart. conſ. 54. num. 1. Bald. in l. certum n. 8. C. vnde cognat. Corn. conſ. 200. n. 10. & ſequen. lib. 4. Socin. Iun. conſ. 77. n. 23. lib. 3. & late Crauet. conſ. 138. n. 3. cum ſeq. vſque ad nu. 12. Vel quando prohibuit eius bona, aut partem eorũ alienari per quemquam ex ſuis hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis, cum velit totam, & integram eius hæreditatem pro conſeruatione ſuæ familiæ, & agnationis pleno iure deuenire de vno in alium maſculum ſecundum gradus prærogatiuam, & ſic ſemper ad ipſius Teſtatoris proximiorem; Ex his enim verbis liquido apparet teſtatorem iudicioſiſſimum fuiſſe conſeruandi bona in agnatione; quam coniecturam validiſſimam eſſe, vt
8 fideicommiſſum † conditionale tranſmittatur cenſuerunt Ruin. conſ. 156. nu. 4. & conſ. 179. n. 7. lib. 1. Dec. conſ. 574. n. 4. & 5. & alij relati per Card. Mantic. d. tit. 2. n. 23. Cum enim tota hæreditas non poſſit pleno iure deuolui ad proximiorem maſculum teſtatoris, vt in eius agnatione bona conſeruentur, niſi fideicommiſſum tranſmittatur, neceſſe eſt dicere, & confiteri locum eſſe tranſmiſſioni, nam
9 qui † vult conſequens intelligitur velle omne neceſſarium antecedens l. illud ff. de acquirenda hæredit. l. denique §. interdum ff. de pecul. legat.

10 Tertia affertur coniectura, quando alias ſi tranſmiſsioni nõ eſſet locus abſurdum ſequeretur veluti ſi teſtator excluſit filias proprias ab vniuerſali ſucceſsione propter maſculos, & hæreditas tranſiret ad nepotes teſtatoris quo caſu perſonæ minus dilectæ magis dilectis
11 præferentur quod † abſurdum eſſet, & menti teſtatoris repugnaret l. ſi viua matre verſ. nã licet C. de bon. maternis, & l. publius in fin. ff. de condit. & demonſtrat. Quare ne ſequatur hoc abſurdum contra perſpicuam teſtatoris voluntatem dicendum eſt fideicommiſſum conditionale tranſmitti, Nam, & hac ratione ne abſurdum aliquod ſequatur aduerſus teſtatoris

Digitized by Google

toris voluntatem,alias videmus locum eſſe fi-
12 deicōmiſſo,qnamuis† verba repugnare videan
* tur,vt notant cōmuniter * Doct.per illum tex.
in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian.
late Pariſ. conſ.37.n.12.lib.1.& conſ.75.n.13.
lib.9. & eſt caſus in l. iam hoc iure ff. de vul-
gar. in l. quamuis C.de impub.& alijs ſubſtit.
& in l.cum proponas ff. de hęred.inſtit.Neque
enim dici poteſt in exēplo ſupra tradito,quod
filiæ fuerint excluſæ ab vniuerſali ſucceſſione
propter dotes , quæ ratio ceſſat in neptibus
quæ nō ſunt dotatæ à teſtatore; Quia immo fi
liæ fuerunt excluſæ fauore conſeruandę agna-
tionis,quæ ratio neptes etiam excludit.

Quarta,& vehemēs eſt coniectura, quotieſ-
13 cumque fideicommiſſum conditionale † eſt
coniunctum iuri accreſcendi , veluti quia Ti-
tius , & Caius filij teſtatoris ſiut verbis con-
iuncti , & in eadem oratione pro æquali por-
tione ſint hæredes inſtituti, nam propter vni-
tatem ſermonis , qnaſi in vnum corpus reda-
cti ſint, vnius etiam perſonæ poteſtate fungun
tur l. re coniuncti de leg. 3. l. vni §. his , & l.
plane la prima in princip. de leg. 1. Imol. in
l.quod Sabinus num.3. ff. de hæred.inſtit. Vn-
14 de ſicut ius accreſcendi †tranſmittitur ad hæ-
redes l.ſi ex pluribus ff.de ſuis & legit.hæred.
& l.qui dnobus in princip. de acquir.hæredit.
Simili modo fideicommiſſaria ſubſtitutio con-
iuncta cum iure accreſcendi debet tranſmit-
ti ; quemadmodum tranſmittitur etiam pu-
15 pillaris, quæ eſt coniuncta † cum ipſo iure ac-
creſcendi l. qui patri de vulgar. ſubſtit. quam
16 quidem coniecturam † tenet Baldus conſil.9.
num.1. lib.2. & conſ.25. num. 2. lib.4.Socin.
Sen. conſ.6. n.4.lib.3. Alex.conſ.20.n.7.lib.1.
Curt.Iun.conſ.16. num.6. Aym.in l. cum filio
nu.345. & ſequen. ff.de leg.1.& plerique alij
* ſequuntur , & receptiorem * profitentur quos
late refert Card. Mantic. eod. tit.2. nu.12. &
13. de coniect. lib.11.

Et hæc quidem cōiectura locū habet etiam
17 poſt ius † acquiſitum quotieſcunque teſtator
poſteros, & deſcendētes filiorum expreſſe etiā
ſubſtituit ad effectum, vt tota illius hæreditas
pleno iure deuoluatur de vno in alium iuxta
gradus prærogatiuam , Nam ex hoc teſtator
cenſetur voluiſſe ius accreſcendi etiam poſt
acquiſitum emolumentum locum habere , &
totam hereditatem ad ſuos agnatos maſcu-
los peruenire.Et ideo cum ex verbis expreſſis
volūtas teſtatoris colligatur,neceſſario ſequi-
tur,quod ius accreſcendi,& tranſmiſſionis lo-
18 cum habeat†tametſi poſt ius acquiſitum locū
habere non ſoleat ius accreſcendi l.1.§.inter-
dum . de vſufruct. accreſcen.& inter diuerſas
ſpecies ſucceſsionum non admittatur l. ſed cū
patrono ff. de bon. poſſ. Quibus rationibus
hanc coniecturam impugnat Ripa in l. hære-
des mei §.cum.ita n.66.verſ.aduerte diligen-
ter ff.ad Trebellian.& alij videntur ſubſiſtere,
& aliud ſentire.

Sed quamuis , vbi expreſſe,vel tacite de te-
ſtatoris voluntate apparet fideicōmiſſum cō-
ditionale ad hæredes tranſmittatur,vt dictum
fuit:Attamen hoc declaratur,vt locū ſibi ven-
19 dicet ita demū,ſi poſt teſtatoris obitum † de-
ceſſerit ille , qui ad fideicommiſſum vocatur
ſicuti præſupponitur in d.l. 1. §. ſin autem C.
de cad.tollen.ſecus ſi præmortuus fuerit,quia
tunc non eſt locus trāſmiſsioni, cum teſtamen
20 tum † ante mortem vires non accipiat l.1.vbi
gloſ. & Doct. ff. de teſtamen. l.3. ff. de adim.
legat. quo fit, vt impoſsibile ſit in ſuos tranſ-
mittere id , quod nunqnam in rerum natura
extitit ad l. eius qui in prouincia ff. ſi cert.
21 pet. Et facit illud vulgare dictum † nemo dat
quod non habet l.obſeruare in fine ff.de offic.
procōſ.l.ſi vniuerſæ vbi not.C.de legat. Et ita
in terminis declarat Curt.Iun. conſ.96.n.5. &
ſenſit Bolognet. in l.cum filio familias 262.de
leg.1.Gabr. conſ.6. n.81. lib.1.

Et nihilominus admiſſo etiā qnod præmo-
riens fideicommiſſum ad ſuos tranſmittere va
leat, quemadmodnm nonnulli voluiſſe viden-
tur,Dec.conſ.369. Ruin conſ.156.lib.2.Socin.
Iun. conſ.167. nu.21. lib.2. Attamen id poſſet
22 procedere †vbi adeſſent vehementes,& proxi-
mæ coniectutæ, qnæ ex ipſo teſtamento colli-
gerentur,vt oſtendit Socin.in l.hęredes mei §.
cum ita.in.4.& 5.concluſ.ff.ad Trebell.Dec.d.
conſ.369. in princ.Iaſ.conſ.154.n.4.poſt med.
lib.4. Natt. conſ.551. nu.19.

Vnde nihil faceret quod filij eſſent poſiti in
conditione, quia ſicut filij in conditione poſi-
ti non cenſentur vocati , niſi concurrant aliæ
veriſimiles coniecturæ,quibus hoc cōcipi poſ-
ſit,vt ſępiſsime fuit reſolutum in Rota,ita etiā
non ſufficit filios eſſe poſitos in conditione ad
23 hoc †vt fideicommiſſum eorum patri, ſeu ma-
tri relictum ſub conditione ante eius imple-
mentum tranſmittatur.Nam ſi teſtator noluit
eos venire iure ſubſtitutionis , non eſt veriſi-
mile voluiſſe eos admitti iure tranſmiſsionis,
quia quod vna via prohibetur alia nō eſt per-
miſſum l. ſcire oportet §. 1. ff. de tut. & cu-
rat. cap. cum quid de reg. iur. in 6.Et ita in
ſpecie tradit Natta d. conſ. 351. nu.19. in fi-
ne,& Ripa in d.l. hæredes mei §. cum ita nu.
64.ff.ad Trebell.Alciat. conſ.117.n.11.verſ.6.
& verſ.7. iuncto n. 12. lib.9.

Et iſtud quidem obtinet etiā ſi filij qui ſunt
poſiti in conditione ſint deſcendētes ipſius te-
ſtatoris . Quia licet non ſit veriſimile voluiſſe
24 eū ſuę poſteritati†extraneū anteponere l.cum
acutiſsimi C.de fideicō.tamē reſpondetur cō-
munem eſſe ſententiam,quod fideicommiſſum
25 conditionale †,neq;etiam ad liberos tranſmit
tatur gloſ. in l.vnica C.de his qui ante apert.
tabul. Pariſ.conſ.18.n.56. lib.2. cum pluribus
alijs à Card.Mant.citatis de cōiect.vlt.volūt.
lib.11.tit.2.n.1.Et plerique Doct. qui ſequun-
* tur hanc cōmunem * opinionem loquuntur in
eo caſu,quo etiā filij ſunt poſiti † in conditio-
ne,& fideicommiſſum eſt paternū, vt patet ex
congeſtis à Peregr. de fideicom.art.31.n.6.

Neque obſtat præſumptio d.l. cum acutiſ-
27 ſimi, quia habet locum quo ad portionē† proprij parentis, non quo ad portionem alterius, vt bene deducit Card. Mantic. vbi ſupra tit. 3. nu.27. & tit.20.nu.2. verſ. ſed & aduertendum, & ita reſpondet Ripa in d. l. hæredes mei §. cum ita nu.66. ff. ad Trebell. & Socin. Inn. nu.56. & Ruin, conſ. 181. n.7. lib.2. Et ita aperte etiam ſentit Anchar. conſ. 426. incip. quod ſupra concluſum, Alex, conſ.92. ſub nu. 2. verſ. ſed præmiſsis lib. 3. qui profitetur hanc
* eſſe communem* ſentētiam, quam etiam communem atteſtatur, & ſequitur Alciat. d. conſ. 117. lib.9. & Natta d. conſ.551. n.21.

Quin etiam illa præſumptio locum habet in
28 portione† quæ ipſi patri, ſeu matri eſt pure relicta, & acquiſita, vt per Doct. in d. l. cū acutiſſimi, & ibi gloſ. in verbo vitam, Ripa in d. §. cū ita n.60. Secus in portione, quæ non fuit pure relicta, ſed ſub conditione, quia cum non fuerit acquiſita ceſſat præſumptio illius legis.

Clericus in abſentia quando fructus beneficij, & diſtributionee quotidianas lucretur, & nunquid capitulum ſuper modo diſtribuendi fructus, & ipſas diſtributiones ſine Epiſcopo aliquid ſtatuere poſſit. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ in titulum conceduntur de iure reſidentiam requirūt, licet in ſimplicibus contrarium ſeruetur.*

2 *Clericus in abſentia fructus beneficij in titulum collati non acquirit, ſed exceptione non factæ reſidentiæ repellitur, & n. 3.*

4 *Tenetur ex diſpoſitione Concilij Tridentini non obſtante quocurque priuilegio reſidere, & ſi poſſideat dignitatem, aut Canonicatum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata ad nouem menſium anni reſidentiam aſtringitur.*

5 *Item ex diſpoſitione eiuſdem Concilij ſi abſit a loco beneficij. licet ex cōſuetudine, vel ſtatuto lucretur fructus, tamen primo anno dimidia parte dictorū fructuū, & ſecundo anno data perſeuerātia negligentiæ omnibus fructibus priuatur.*

6 *Priuatio præſupponit acquiſitionem.*

7 *Clericus abſens ſi habeat beneficium in titulum perdit etiā fructus, qui debentur loco præbēdæ.*

8 *Item perdit fructus non obſtante aliqua excuſatione, niſi concurrat licentia ſuperioris, et inſuper allegetur cauſa legitima, qua ceſſante alias ipſe conſueuerit reſidere, & n.15.*

9 *Corporis neceſsitas, vt præbeat cauſam iuſtam non reſidendi debet eſſe rationabilis, & talis, vt dici poſsit iuſtum impedimentum ſecus ſi negocilū ſit tale, vt poſsit tractari per alias perſonas.*

10 *Infirmitatis impedimentum non excuſat appellantem, qui non redijt pro Apoſtolis.*

11 *Lis nō dicitur legitima cauſa abſētiæ, & lucrādi fructus ea durāte, niſi ſit criminalis, & talem criminalitatem contineat, propter quā Clericus probibeatur reſidere, Vel niſi litigetur contra Capitulū, quod deneget dare fructus Canonico.*

12 *Monitorium emanatum ab Auditore Cameræ cōtra Clericum ad perſonaliter comparendum in Curia, præbet legitimam cauſam non reſidendi, niſi emanauerit ob culpam præcedentem ipſius clerici, & n.13.*

14 *Clericus etiam diſpenſatus de nō reſidendo, propter abſentiā nō acquirit fructus beneficij, niſi expreſſe hoc ſibi concedatur, vel niſi fauore ſtudij ſit diſpenſatus, vel ſuper ætate.*

16 *Diſtributiones quotidianæ præſentibus tantum, & vere intereſſentibus debentur.*

17 *Non ſunt præſtandæ abſentibus etiam pro ſeruitio Epiſcopi, vel Eccleſiæ, vel alia iuſta cauſa, ceſſante tamen conſuetudine, & n.18.*

19 *Debentur infirmo Clerico, dūmodo tempore valetudinis ſit ſolitus intereſſe diuinis officijs.*

20 *Regulariter propter abſentiam clerici præſentibus acereſcunt, niſi in fundatione, vel ſtatuto dicatur, cuilibet certum quid diſtribuendum eſſe, quia tunc nihil vltra diſtribuitur, & n.21.*

22 *Capitulum ſine* Epō *poteſt ſtatuere quo ad modū diuidēdi fructus, et diſtributiones quotidianas.*

23 *Non poteſt ſtatuere ſine Epiſcopo circa modum lucrandi ipſos fructus, aut diſtributiones, puta quod etiam non intereſſentibus applicentur.*

24 *Poteſt in execution em iuris communis per ſe ipſum ſtatuere, quód abſentes nihil lucrentur, dūmodo non excedat terminos ipſius iuris communis denegando diſtributiones, ſeu fructus abſentibus ex cauſa neceſſaria, & n.25.*

26 *Non poteſt abſque Epiſcopo ſuper ſtatu Eccleſiæ aliquid ſtatuere.*

* Communiter* receptum eſt omnia bene-
1 ficia†, quæ in titulum conceduntur de iure reſidentiam requirere, tametſi in beneficijs ſimplicibus contrariū generali conſuetudine fuerit introductum, cap. fin. vbi Innocen. Abb. & alij de cleric. non reſiden. Dec. in cap. ad hæc de præben. in 6. & in cap. peruenit il 2. num. 2. & ſeq. de appellat. cap. cum omnes, de conſtit. & ibi Doct. Vnde dubitari perſæpe ſolet, nunquid in abſentia fructus be-
2 neficiato acquirantur? Et dicēdum eſt † quod non per cap. quia nonnulli c. relatum cap. conquerenti, & cap. clericos. & ibi Abb. nu.5. de cleric. non reſiden. Quinimmo petēs de fructi-
3 bus ſibi reſponderi exceptione non factæ† reſidentiæ repelli poteſt Abb. in d. c. conquerente n.4. & ibi Io. de Anan. in fine de cleric. nō reſidentibus; Cui iuris diſpoſitioni conforme eſt decretū ſacri Cōcilij Tridentini, ꝙ obtinētibus beneficia de iure, vel de conſuetudine reſidentiam requirētia, ſublatis priuilegijs fructus in abſentia percipi permittētibus, onus reſidētiæ imponit, & dignitates, aut Canonicatus Cathedraliū, & Collegiatarū Eccleſiarū poſſidentes
4 ad nouem† menſiū anni reſidentiam aſtringit c.2. ſeſſ.6. c.12. §. præterea ſeſſ.24. Et licet Conciliū in d. c.12. §. præterea, beneficiatū abſen-
5 tem primo† anno dimidia parte fructuū, & ſe-

cundo

cundo anno data perſeuerantia negligentiæ
priuet omnibus fructibus, tamen loquitur in
his, qui ex conſuetudine, vel Statuto lucran-
tur in abſentia fructus, prout loquitur etiam
6 Abb. conſ. 67. lib. 1. Nam priuatio † præſup-
ponit acquiſitionem, ſecus quando nec ex di-
ſpoſitione iuris cõmunis, nec ex decreto Con-
cilij, neque etiam ex aliquo particulari Statu-
to Eccleſiæ datur acquiſitio fructuum abſque
reſidentia, quia tunc beneficiatus à fructuum
petitione penitus arcetur, vt p Abb. & Anan.
in d.c. conquerentẽ nu. 4. de cler. non reſiden.
7 Quod procedit etiam reſpectu † fructuum qui
debentur loco præbendæ, in quibus diſpoſitio
Concilij locum habet, vt fuit tentum in vna
Valliſoletana reſidentiæ 24. Nou. 1603. coram
Horatio Card. Lancellotto.

Et prædicta locum ſibi vendicant non ob-
ſtante aliqua excuſatione, quia in hac mate-
8 ria non admittitur excuſatio, niſi † concurrat
licentia ſuperioris c. relatum de cler. non re-
ſiden. & fuit tentum per Rotam in vna Bur-
gen. reſidentiæ 4. Iulij 1586. coram Cardina-
le Plato: Et inſuper allegetur cauſa legitima,
nempe infirmitas, aut corporis neceſsitas, vel
euidens Eccleſiæ vtilitas iuxta tex. in c. 1. de
9 cler. non reſid. Et corporis neceſſitas † debet
eſſe rationabilis, & talis vt dici poſsit iuſtum
impedimẽtum, vt per Archid. in d.c. 1. & Prob.
ibid. n. 45. Vnde excuſatio ceſſare videtur, vbi
negocium ſit tale, vt poſsit tractari per alias
perſonas, puta procuratores, vt per Bart. in
l. ſed & ſi §. 1. quib. ex cauſ. maior. Bald. in
l. eos §. Apoſtolus in princip. C. de appellat.
Boer. deciſ. 43. n. 9. Aym conſ. 179. n. 9. in fine,
& alias fuit reſolutum in vna Foroliuien. fidei-
commiſsi 21. Aprilis 1587. coram bo. me. Epi-
10 ſcopo Lauretano, in qua Domini voluerũt † in-
firmitatis impedimentum non excuſare appel
lantẽ, qui non redierat pro Apoſtolis, cum hoc
11 poſſet fieri per procuratorẽ; Similiter lis † non
dicitur legitima cauſa abſentiæ, & lucrandi
fructus ea durante, niſi ſit criminalis, & talem
criminalitatem cõtineat, propter quam cleri-
cus prohibeatur reſidere; Vel niſi litigetur cõ-
tra Capitulum, quod deneget dare fructus Ca
nonico; Siquidem hoc caſu impedimentũ vide-
tur legitimũ, cum æquum non ſit, vt Capitulũ
ex propria contumacia ſentiat commodũ, Ita
fuit tentũ coram Cardinale Seraphino in vna
Salamãtina cẽſurarũ, & in vna Cartaginen. fru
ctuum 21. Maij 1595. Sic etiam legitimã cau-
12 ſam non reſidendi præbet † monitoriũ emana-
tum ab Auditore Cameræ contra clericum ad
perſonaliter comparendũ in Curia, licet ei nõ
fuerit intimatũ perſonaliter, ſed ſolũ tranſmiſ
ſum ad locũ reſidentiæ, de quo ſit publica vox
& fama, quia ſi ſe trãſferat ad Curiã, vt ſe libe
ret à moleſtijs, & vexationibus ſibi illatis illi
debentur fructus ſuæ præbẽdæ etiã conſiſtẽtes
in diſtributionibus quotidianis Card. conſ. 57.
de præbẽ. cũ alijs relatis per Couar. var. reſol.
13 lib. 3. c. 13. n. 8. † Niſi huiuſmodi monitoriũ ema
naſſet ob culpam præcedentem ipſius, quod ta
men non præſumitur, niſi iuſtificetur, vt fuit
tentum per Rotam in vna Calaguritana fru-
ctuum 1. Iunij 1586. coram Cardinale Plato.

Præterea eſt aduertendum, quod etiam di-
14 ſpenſatus ad non reſidendũ † nequaquam re-
cipiet fructus beneficij, niſi cõcedatur hoc ex-
preſſe in diſpẽſatione, vel niſi fauore ſtudij ſit
diſpenſatus cap. cum ex eo de elect. in 6. cap.
ex tuæ & cap. relatum de cleric. non reſiden.
Aut ſi Statutum, vel conſuetudo eſſet in con-
trarium, vel diſpẽſatus eſſet ſuper ætate; Huc
enim tendere videtur diſpenſatio, vt minor
interim fructus percipiat Io. Andr. in d.c. cum
ex eo, in verbo, iuſta, & Ant. de Butr. in c. at ſi
clerici de adult. verſ. ad quartum principale
facit gloſ. in c. quia in tantum, de præben.

Item eſt aduertendum quod abſenti benefi-
ciatio etiam cum licẽtia ſuperioris, & ex cauſa
legitima, & neceſſaria, ita demum fructus de-
15 bentur, quotieſcunque ipſo impedimento † ceſ-
ſante cõſueuerit reſidere, ſecus ſi minime con-
ſueuerit reſidere, quia tunc durante etiam im
pedimento, & licentia Superioris, nequaquam
fructus lucrabitur Couar. in loco ſupra alle-
gato cap. 13. n. 8. verſ. ſexto hoc ipſum, Felin.
dicens ita omnes tenere in cap. Apoſtolicæ
n. 12. de exception. Et fuit deciſum in d. Ca-
laguritana fructuum coram Cardinale Plato.

Tertio eſt notandum, quod prædicta multo
magis procedũt in diſtributionibus quotidia-
16 nis, quæ præſentibus † tantum debẽtur, & vere
intereſſentibus ob diuini cultus augumentũ c.
licet de præben. & ibi Abb. n. 4. c. vnico de cle-
ric. nõ reſid. in 6. Gemin conſ. 85. n. 18. Caſſad.
deciſ. vnica eod. tit. Quod adeo verũ eſt, vt ab-
17 ſentibus etiam † pro ſeruitio Epiſcopi non ſint
præſtãdæ c. de cetero de cleric. nõ reſiden. Re-
buf. conſ. 134. n. 2. Itẽ nec abſentibus pro ſerui-
tio Eccleſiæ c. cum nõ deceat de elect. in 6. vel
18 ex alia iuſta cauſa † ceſſante tamen cõſuetudi-
ne, vt tenuit Rota in vna Valẽtina Emolumen
torũ 27. Nouemb. 1579. coram Cardinale Se-
raphino. Quod intellige præterquã in infirmo
19 huic enim debẽtur diſtributiones † quotidianæ
ſi modo tẽpore valetudinis erat ſolitus inte-
reſſe diuiniſſe officijs, vt ſupra de fructibus be
neficiorum dictũ eſt Io. Andr. Card. & Abb. in
c. ad audientiam de cler. non reſiden. Felin. &
Couar. in locis proxime citatis. Et huiuſmodi
diſtributiones, quibus clericus abſẽs priuatur
20 regulariter † præſentibus accreſcunt gloſ. in
clem. vt hi qui, in verbo, pars dimidia, de ætat.
& qualit. niſi in fundatione, vel Statuto dica-
21 tur cuilibet certum † quid diſtribuendum eſſe
puta ſolidum, quia tunc ſiue plures, ſint, ſiue
pauciores, nihil vltra diſtribuetur, vt aſſerunt
Card. & Imol. ibi, & gloſ. in verbo (neque) in
tit. de tenen. capitul. tempore miſſæ in prag-
matica, Rebuf. in praxi benefic. tit. de diſpen-
ſat. de non reſidẽn. n. 10. & 11.

Quarto admonendi ſumus, ꝙ licet capitulũ
22 ſine † Epiſcopo poſſit ſtatuere quo ad modum

diuidẽdi fructus,& diſtributiones quotidianas cum illud reſpiciat negocium proprium ipſius capituli,non autem Eccleſiæ,nec cultum diuinum gloſ. in cap. 2.§. cæterum,in verb. Statutum,de verb. ſignif. lib.6. Compoſtel. in cap. cum omnes,in princip.de conſtit.Abb. in cap. cum conſuetudinis nu.4. de conſuetud. Felin. poſt alios in d. cap.cum omnes ſub n.9.circa finem verſ.vbi autem,& ſub n.10. verſ.quarto eſt aduertendum: Nihilominus circa modum
23 lucrandi † ipſos fructus,aut diſtributiones,puta,quod etiam non incertiſentibus applicẽtur, cum hoc concernat ſtatum,& ſeruitium Eccleſiæ,& cultum diuinum abſque Epiſcopo nil poteſt ſtatuere gloſ. & Doct. in d. §. cæterum in verbo Statutum,Abb. in cap.edocere nu.4. de reſcript. Innocen. in cap. cum acceſsiſſent ſub n.2.de conſtit.Felin. in d.cap. cum omnes ſub nu. 9. & 10. cum ſequen. eod.tit. & tenuit Rota in vna Hiſpalen.voti 26. Nouemb.1594. coram Gypſio,Et licet Card.in d.c. cum omnes
24 in 6. apponit dicat valere conſtitutionẽ † Capituli,quod abſentes nihil lucrẽtur,quod etiã voluit ibi Felin n. 7. cum ſeq. tamen hoc non obſtat cum ſit potius exequi ius commune, de quo in c.1.de cler.non reſiden. in 6. quam de nouo ſtatuere Abb.in cap. nouit nu. 7. in fine de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. capit. Maxime quia Cardin.ibi ſe declarat dummo-
25 do † non excedat terminos iuris cõmunis denegando diſtributiones, ſeu fructus etiam abſentibus ex iuſta,rationabili, vel etiam neceſſaria cauſa iuxta terminos d. c. 1. Et hoc no-
* tant Doctores* cõmuniter in d.c.cum omnes
26 qui dicunt Capitulum † etiam Cathedralis non poſſe ſuper reſidentia,vel alias ſuper ſtatu Eccleſiæ ſuæ ſtatuere abſque Epiſcopo,

---

Mandatum ad præſentandum cum beneficium vacabit, quando valeat, ita vt præſentatio illius vigore facta ſuſtineatur, & nunquid præſentatio à Patrono facta de beneficio, quod putabat vacare,ſuccedente vacatione conualidetur. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 Mandatum datũ ad præſentandũ certam perſonã in caſu vacationis certi beneficij iurispatronatus,nõ valet ſicut nec præſentatio ipſa de certa pſona a patrono facta ſuſtinetur,et n.3.et 4.
2 Datum pro præſentanda perſona idonea, & habili ſuccedente vacatione, valet.
3 Præſentatio à patrono facta ad beneficium iurispatronatus,quod putabat vacare cũ tamen non vacet, licet ſit nulla ab initio,tamen à die, quo beneficium vere vacat, ſumit vires, niſi probetur patroni mutata voluntas & n.6. & 20.
7 Voluntas ex actu etiam nullo declaratur.
8 Item præſumitur durare,niſi de illius mutatione appareat.
9 Eſt quid facti.
10 Ea quæ ſunt facti nequeunt iure infirmari.
11 Conſenſus patroni in præſentatione poteſt præcedere, & ſequi.
12 Iuriſdictio, quam quis nondũ habet, licet alteri demandari non poſsit, incipit tamen valere eo tempore,quo delegans illam acquirit,& n. 13.
14 Patientia ſola dat iui inſtitutis extra tempora, non ex inſtitutione illa ex tunc. ſed ex tali patientia ex nunc.
15 Mandatum datum ad præſentãdum beneficium vinctis, quod patroni ſciebant non vacare non operatur etiam poſt vacationẽ, ſecus ſi patroni credebant beneficium vacare,& n.17.
16 Conſenſus reprobus ab initio eſt ſemper nullus, nec in futurum quaquam operatur.
18 Præſentatio ita fieri poteſt quando beneficium iurispatronatus vacat per reſignationem, ſicut quando vacat per obitum.
19 Item fieri poteſt,quamuis beneficium non vacet de facto, dummodo vacet de iure.
21 Facta de beneficio nondum vacante, quod tamen patroni putabant vacare, ſine dubio reconualeſcit a die,quo beneficium vere vacat, quando patroni cõtinuo proſequuti ſunt litem ſuper admiſsione & validitate eorum præſentationis.
22 Facto aliqd facere plus eſt quã verbis explicare.
23 Conſenſus tacitus patronorũ reſultans ex proſecutione litis ſuper admiſsione præſentationis antea factæ, expreſſæ præſentationi æquiparatur.

Solent multoties Patroni ex cauſa eorum abſentiæ, vel alterius impedimenti alicui dare mandatum ad præſentandum ſuccedente vacatione beneficij iurispatronatus: Ideo cõuenit, vt explicemus an huiuſmodi mandatum valeat, itaut præſentatio illius vigore facta ſuſtineatur? Et pro reſolutione ſic diſtingue: Aut patronus dedit mandatũ pro præſentãda certa perſona ab eo nominata in caſu vaca-
1 tionis † certi beneficij,& tale mandatũ non eſt validum,nec præſentatio ipſa ſuſtinetur, quia continet votum captandæ mortis ad tex. in c. 2.iuncto tex.in c.fin.de cõceſſ.præben.Caſſad. deciſ.5. de iure patron. & ita fuit reſolutum per Rotam in vna Pampilonen.Parochialis 17. Maij 1495.coram Orano,quæ fuit confirmata 19. Ianuarij 1598.coram Camillo Peregrino.

Aut patronus dedit mandatum pro præſentanda perſona idonea,& habili ſuccedente ipſa vacatione, & ita non fuit expreſſa perſona præſentanda,& tunc huiuſmodi mãdatum va-
2 let † & præſentatio ſuſtinetur, vt fuit tentum in dicta Pampilonen. coram Peregrino, & per prius in alia Pampilonen. Iurispatronatus 13. Februarij 2595. coram Iuſto.In qua fuit dictũ regulam d.c.fin.de cõceſſ.præben.limitari,vbi
3 patronus dat mãdatum generale † pro omnibus ſuis negocijs,& etiam ad præſentandũ ſuccedente vacatione, præſertim ſi ſubſit iuſta cauſa dandi tale mandatum,vtputa longæ abſentiæ ſuæ, vt per Io.Andr. in d. c.fin. num.3. & alios in dicta deciſione allegatos.

Sed hic exoritur dubitatio nõ leuis,ſiquidẽ explo-

Digitized by Google

4 explorati iuris eſt, quod † præſentatio de cer-
ta perſona. a Patrono facta in caſum vacatio-
nis certi beneficij nulla eſt, ex quo continet
votum captandæ mortis, vt in iuribus, & de-
ciſionibus præallegatis; Sed quid ſi patronus
præſentauit ad beneficium, quod putabat va-
care, licet non dum vacet, an præſentatio, quæ
5 nulla † eſt a principio, vt in d. c. fin. de con-
ceſ. præben. ſuperueniente vacatione conua-
lidetur? Et dicendum eſt ipſam præſentatio-
6 nem † a die quo beneficium vere vacat conua
leſcere, niſi probetur patroni mutata volun-
7 tas, quæ ex † actu etiam nullo declaratur l.
8 fin. ff. de reb. eorum. ideo ſi de † mutatione
non appareat, videtur durare l. eum qui ff. de
probat. voluntas enim conſiſtens in animo eſt
9 † quid facti l. in bonæ fidei ff. de acquir. rer.
domi. l. conſilio in fine ff. de curat. fur. Ideo
quamuis lex annullet præſentationem, nihil-
10 ominus factum remanet, cum res † facti ne-
queant iure infirmari, l. 1. §. ſi vir. vxori, ff.
11 de acquir. poſſes. Et cum conſenſus † poſſit
præcedere & ſequi c. cura c. ſugeſtum, de iure
patron. Hoſtien. eod. tit. in ſum. §. fin. circa
fin. verſ. quid ſi Eccleſia, Abb. in diſput. Au-
gere col. 14. Rota deciſ. 5. de rerum permut.
in nouis, vtique ſi non proficit ante vacatio-
nem beneficij, prodeſt tamen, vt durans poſt
vacationem. Pro quo bene facit tex. in l. ob-
ſeruare §. fin. ff. de offic. proconſ. Vbi ſi non
valet, vt ex tunc, quando legato a proconſu-
le fuit mandata iuriſdictio, ex quo iuriſdictio-
12 nem, quam non dum † habebat alteri deman
dare non poterat vt inquit ibi tex. & in l. tra-
ditio de acquir. rer. domin. valet tamen ab
illo tempore, quo proconſul prouinciam eſt
ingreſſus, cum perſeueret in eadem volunta-
te, alias non improbata, ſed ex poteſtatis de-
fectu quo ad exercitium impedita, ita quod
13 operetur, quando poteſt † & incipiat valere
tempore habili. Sic etiam videmus, quod in c.
literas de ſupplen. neglig. prælat. ſola patien
14 tia † dat ius inſtitutis extra tempora non ex
inſtitutione illa ex tunc, ſed ex tali patientia
ex nunc. Videatur Dec. conſ. 172. in cauſa ve
nerabilis per totum, qui bene loquitur; Et li-
cet Dec. reprobetur per Rotam apud Caſſad.
deciſ. 5. de iurepatron. tamen illud eſt, quia
in caſu Decij ius reſiſtebat ab initio conſen-
ſui propter votum captandæ mortis, eo quod
15 dabatur † mandatum ad præſentandum bene
ficium viuentis, quod patroni ſciebant non
vacare, ideo nil mirum ſi dictum mandatum
non operetur poſt vacationem, quia conſen-
16 ſus † reprobus ab initio eſt ſemper nullus, nec
in futurum quidquam operatur, Bart. commu
niter receptus in l. cum lex ff. de fideiuſſor.
quem ſequitur Abb. in c. cum contingat col.
1. de iureiuran. Secus autem quando patro-
17 ni putant beneficium † vacare, veluti ſi bene-
ficiatus illis dedit cauſam præſentandi reſi-
gnando beneficium non facta mentione, quod
eſſet de iure patronatu laicorum, & ſic nulli-
ter, quia tunc ceſſat votum captandæ mortis,
quia patroni veriſimiliter poſſunt credere,
quod beneficiũ vacet per reſignationem, quo
caſu allegata per Dec. bene applicantur, quia
conſenſus patronorum ab initio non eſt repro-
bus, nec præſentationi ius reſiſtit, cum de iu-
18 re ita patroni poſſint † præſentare, quando be
neficium vacat per reſignationem, ſicut quan-
do vacat per obitum, Roch. de iure patron.
in verbo Honorificum, quæſt. ii in fine Lam-
bert. eod. tit. lib. 2. par. 1. qu. 6. art. 3. Et
19 ſufficit vacatio de iure † licet beneficium non
vacet de facto, Pariſ. conſ. 47. num. 33. lib. 4.
Rota de iurepatron. deciſ. 9. in antiquis &
deciſ. 4. de rerum permut. in nouis, Felin. in
c. cum ex officij col. 14. verſ. nona, & vltima
de præſcript. Oldr. conſ. 306. Vnde quamuis
reſignatio poſtea detegatur nulla, & propte-
rea præſentatio non valeat ab initio, nihilomi-
20 nus valet ſequuta † vacatione, quia eadem
voluntas patronorũ præſumitur durare adeo
quod non ſit opus noua præſentatione, ſed
iam facta ſuffragetur, quaſi vt ex nunc ſumat
vires non retro argum. d. l. obſeruare §. fin. &
c. licet de procurat. lib. 6.

Et hæc quidem ſententia ſine vlla dubita-
21 tione procedit, ſi patroni cõtinuo † proſequu-
ti fuerint litem ſuper admiſſione, & validita-
te huiuſmodi præſentationis factæ de benefi-
cio nondum vacante, quod tamen vacare pu
tabant, quia præſentatio reconualeſcit a die
quo beneficium vere vacauit, nam per dictam
litis proſequutionem, & actus poſitiuos in ea
factos cenſentur patroni de nouo præſentaſſe,
22 cum plus ſit quid facto facere † quam verbis
declarare, vt in terminis eſt deciſ. Rotæ 16.
de renunciat. in antiq. ſub. n. 3. verſ. credo
tamen, & fuit tentum in vna Mediolanen. iu-
riſpatronatus 23. Maij 1588. coram Cardina
le Blanchetto, in qua fuit dictum talem præ-
ſentationem ſuffragari, & non obſtare nullita-
tem reſignationis, ex qua vacatio non induce-
batur, quia cũ beneficiũ poſtea iure vacauerit
& lis non ſilueritper quadrimeſtre, dictus ta-
23 citus conſenſus reſultans ex litis proſequutio-
ne expreſſæ præſentationi æquiparabatur.

In condemnatione fructuum ex beneficio perceptorum, an compræhendantur diſtributiones quotidianæ: Et ſi Clericus beneficio fuerit priuatus ob delictum à quo tempore fructus debeant reſtitui, breuiter declaratum. Cap. XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ veniunt in condemnatione vbicumque Clericus priuatus beneficio ſeu iniuſte illud poſſidens ad reſtitutionem fructuum condemnatur dummodo ab actore de illis fuerit proteſtatum ſecus ſi nulla facta fuit proteſtatio, & num. 2.*

Digitized by Google

3 *Diſtributionum appellatione non veniunt fru-
ctus qui conſiſtunt in groſſa, & menſata.*
4 *Clericus priuatus beneficio ipſo iure tenetur ad
fructus perceptos à die perpetrati criminis.*
5 *Retinens beneficium, quo eſt priuatus ipſo iure
dicitur intruſus, & furtum committit.*
6 *Item priuatus ob delictum per ſententiam tene-
tur reſtituere fructus quos percepit, vel perci-
pere poterit à die commiſsi criminis quamuis
ſententia ſit lata in contumaciam ſecus ſi fuit
priuatus ob contumaciam tantum, quia tunc
fructus reſtituere non tenetur, & ſi comparet,
& abſoluatur beneficiũ ipſum recuperat etiam
ſi iam alteri collatum fuerit, & n. 7. & 8.*
9 *Sententia lata ob contumaciam eſt mere interlo-
cutoria, & effectus illius durat donec diu du-
rat contumacia,*
10 *Contumacia ceſſante, ceſſat pœna ob contuma-
ciam illata.*
11 *Sententia dicitur lata propter contumaciam vbi
contra reum adſunt tantummodo indicia deli-
ctum arguentia, & propter delictum, vbi adeſt
clara, & concludens ipſius delicti probatio.*

QVotidie vſu venit quod Clericus priua-
tus beneficio, ſeu iniuſte illud poſsidens
ad fructuum reſtitutionem condemnetur, Vn-
de de duobus dubitari contingit: Primum an
in tali cõdemnatione diſtributiones quotidia-
ne comprehendantur? Et Mohed. quidem de-
1 ciſ. 109. ſub nu. 2. & ſequen. tenet quod † ſic
Maxime ſi ab actore de illis proteſtatũ fuerit,
vt per Put. deciſ. 139. lib. 1. qui videtur conſti-
tuere totum fundamentum ſuper eo quod fue
rit de illis proteſtatum. Idem tenet Ant. Aug.
in ſuo repertorio tit. de fruct. & expenſ. verb.
ſi fuerit facta proteſtatio.

Boer. vero deciſ. 140. n. 4. tenet partem ne-
gatiuã, ſed iſtæ opiniones conciliantur à Lan-
celotto de attentat. par. 3. cap. 31. n. 23. & ſeq.
vt ſcilicet prima procedat facta proteſtatione
2 de qua ſupra; Boerij vero ſententia † proce-
dat quando nulla facta fuit proteſtatio, & nu.
27. dicit hanc diſtinctionem ſeruari de ſtylo
Rotæ. Ego tamen vidi reſolutum non requiri
aliquam proteſtationem ad hoc, vt fiat con-
demnatio in fructibus perceptis per reum. &
fuit in vna Maioricen. Canonicatus 2. Maij
1594. coram Cardinale Millino in qua fuit di
3 ctum quod fructus qui conſiſtunt † in groſſa,
& meſata non ſunt diſtributiones, & idem
antea fuerat deciſum in vna Iacen. beneficij
16. Ianuarij 1577. corã Cardinale Lancelotto.

Subſequẽter dubitatur à quo tempore Cle-
ricus priuatus beneficio ob delictum teneatur
fructus perceptos reſtituere, an à die accuſa-
tionis, vel inquiſitionis, vel potius à die cõmiſ
ſi delicti? Et nulli dubium eſt quod ſi priua-
4 tus fuit ipſo iure tenetur † ad fructus percep-
tos à die perpetrati criminis l. cũ qui in prin-
cip. ff. de his quib. vt indign. glo. quã ibi Doct.
communiter ſequuntur in authen. de inceſt.
nupt. §. 1. verſ. imminere Felin. in cap. Rodul-
phus n. 38. de reſcript. Tiraquel. in l. ſi vnquã
in verbo reuertatur n. 209. C. de reuocan. do-
5 nat. Ratio eſt quia † retinens beneficium quo
eſt priuatus ipſo iure dicitur intruſus Felin. in
cap. in noſtra. corrolario 2. de reſcript. & fur-
tum committit ſecundum Bald. in tit. de pace
iuram. firm. in vſib. fæud. in §. iniuria verſ.
quæro an commiterat furtum.

Difficultas eſt quando priuatio non induci-
tur ipſo iure, ſed per ſententiam: Et hoc caſu
duæ ſunt opiniones; Vna quod Clericus te-
neatur ſolum ad reſtitutionem fructuum à die
propoſitæ cõtra eum accuſationis, vel forma-
tæ inquiſitionis quam tenent Cardin. in Cle-
ment. cõſtitutionẽ §. cæterum in fine de elect.
Corn. in d. l. 1. C. de his quib. vt indign. colum.
1. & Felin. in c. de quarta col. 10. de præſcrip.
n. 33. qui mouetur ſeptem fundamentis, ſed il
lud eſt præcipuum, quia delinquẽs donec per
iudicem priuetur habet titulum, quo fructus
beneficij iure percipiat.

6 Altera eſt quod Clericus teneatur † reſti-
tuere fructus à die perpetrati delicti, quam
tenet Paul. de Caſtr. in d. l. 1. C. de his quib. vt
indign. vbi per illum tex. referendo Guliel. de
Cun. dicit quod ſi Clericus committit delictũ
propter quod poſsit beneficio priuari licet ha
beat ius in re donec ſit priuatus ſequuta ta-
mẽ priuatione tenetur reſtituere fructus quos
percepit à die commiſsi delicti, vel percipere
potuit ſiue extent. ſiue ſint conſumpti, & ſiue
ſit effectus locupletior, ſiue non. Et hæc opi-
nio Paul. de Caſtr. videtur verior propter ma-
lam fidem, quam delinquens habuit commiſ-
ſo crimine: Item quia titulus ille quem in re
habuit per ſententiam reuocatur, Et hanc fre-
quẽtiori calculo amplectuntur Doctores nem
pe Salic. Alex. & Iaſ. in d. l. 1. Marſil. ſingul.
525. Bald. Angel. & idem Caſtren. in l. prædo-
nis ff. de pet. hæredit. Roman. in l. diuortio ff.
ſolut. matr. Henric. Boic. in cap. cum noſtris
de conceſſ. preben. Dec. conſ. 118. viſo inſtru-
mento col. 1. Clar. qui de communi atteſtatur
in pract. crimin. §. fin. quæſt. 73. in fin. verſ. &
ſcias, Couar. in tit. de ſpon. & matrim. cap. 6.
§. 8. ſub n. 7. late Ant. de Burgos in cap. ad no
ſtram de empt. & vendir. col. 11. verſ. venio
modo. vbi ſatisfacit ad fundamenta Felini, &
dicit quod nullo modo concludunt, niſi dum
allegat quamdam deciſionem Rotę, cui tamen
ipſe reſpondet. Hanc etiam ſententiam ſequi-
tur, & communiorem appellat Diaz in pract.
crimin. canon. cap. 123. verſ. & quia videtur.
Qui exiſtimat opinionem Felini, & aliorum
procedere in Clerico, qui poſt commiſſum de-
lictũ perſeuerauit ſeruiendo in Eccleſia, Quod
tamen ego intelligerem cum Couar. in loco ſu
pra citato, niſi delictum eſſet tale, quod delin-
quentem ipſo iure miniſtrare impediret, vt ſi
eſſet crimen, quod irregularem ipſum faceret,
tunc enim ſeruiendo, ac miniſtrando in officio
quod exercere non poterat dignus maiori pœ
na, ac delictum maxime ageret quo fit, vt fru-

ctus

ctus ei non ſint iuſta ratione concedendi, nec
dimittendi pro quo facit quod notat Felin. in
cap. inquiſitionis col. 1. de accuſat. dicens
delinquentem non poſſe tuto, in animæ iu-
dicio retinere beneficium Eccleſiaſticum, cui
ordo Sacer eſt annexus quem ipſe propter cri-
men exercere non poteſt.

Sed prædicta intellige vera, quando Cleri-
7 ricus fuit priuatus beneficio ob delictum † vt
dixi, quia tunc bene tenetur ad reſtitutionem
fructuum perceptorum à die commiſſi crimi-
nis etiam ſi ſententia ſit lata in cõtumaciam,
cum hoc caſu neque beneficium ipſum recupe
ret ex quo ſententia eſt diffinitiua, & perpe-
tua, & illi ſtandum eſt niſi ex capite iniuſtitiæ
fuerit reuocata Clar. in prax. crimin. §. fin.
q. 44. col. 6. verſ. dixi quod de iure commu-
8 ni. Secus eſt ſi fuerit Priuatus ob † ſolam con-
tumaciam, quia tunc fructus reſtituere non
tenetur nam, & ſi comparet, & abſoluatur,
beneficium ipſum recuperat etiam ſi iam alte
ri collatum fuerit Achil. de abſolut. deciſ. 1.
9 Et ratio eſt quia ſententia lata ob contuma-
ciam † eſt merè interlocutoria, & tamdiu du-
rat effectus illius quamdiu durat contumacia
Bald. in l. 1. circa med. verſ. extra opponitur
10 C. de poſtulan. & ceſſante contumacia † ceſ-
ſat pæna ob contumaciam illata c. ex literis
vbi Felin. Dec. & alij n. 12. 17. & 18. de con-
ſtit. latè Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa par.
1. n. 57. & ſequen. Foler. in praxi crimin. ca-
non. cap. 33. n. 86. Et ita plures Rota tenuit
nempe in vna Romana beneficiatus Sancti Pe
tri 16. Iunij 1561. corã Oradino, & in alia Ro
mana Canonicatus Sancti Angeli vltima Fe-
bruarij 1567. coram Litta, & in vna Ciuita-
tis Caſtelli 16. Decembris 1577. coram Car-
dinale Seraphino, in qua fuit etiam declara-
tum quando ſententia dicatur lata propter
contumaciam, vel propter delictum. Nam
11 vbi contra reum † adſunt tantummodo indi-
cia delictum arguentia, tunc condemnatio di-
citur facta propter contumaciam ſecus vbi
adeſt clara, & concludens ipſius delicti proba
tio, quia cum ſententia recipiat declaratio-
nem ex actis dicendum eſt condemnationem
tali caſu eſſe factam propter delictum gloſ. in
l. 2. §. abſens & ibi Bald. C. de cont. iud. tut.
Idem Bald. in l. 2. C. quibus res iud. non no-
cet. & in l. ingenuum col. 1. verſ. ſed quæro
quis dicatur ff. de ſtat. homin. Felin. in d. c.
ex literis de conſtit. & eſt tex. ſecundum eum
in c. cum olim, ibi, & licet abſenti cum de ſu-
ſceptione liquido conſtet de re iudic. Gabr.
qui alios refert in tit. de ſent. concl. 3. in pri-
ma limit. nu. 20.

De cauſis ex quibus Clerici beneficijs priuantur, & quando agitur de priuatione Monachi ad quem ſpectet cognitio, an ad Epiſcopum, vel potius ad Abbatem. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Clericus propter hæreſim ipſo iure beneficijs priuatur, nec iuuatur regula de triennali etiam ſi poſt delictum pacifice poſſederit, & n. 2.*

3 *Item priuatur propter hæreſim ipſo iure etiam ob ſolam cõtumaciam dummodo in tali contumacia perſiſtat, & proceſsus fiat ab inquiſitoribus non autem ab alijs iudicibus.*

4 *Reſipiſcens antequam fiat probatio contra ipſum nullam ſubit pœnã niſi abiurationis ſi autem negat probato iam crimine, & proceſſu peracto non poteſt beneficium retinere, ſed eo remanet priuatus, nec per abſolutionem obtentũ mediante abiuratione ipſum beneficium recuperat, & num. 5.*

6 *Relapſus de iure non poteſt admitti ad ſecundam abiurationem, nec pœnam mortis euadere.*

7 *Obtinens gratiam vitæ non intelligitur ad beneficia priſtina reſtitutus.*

8 *Bona ex ſola gratia obtenta aduerſus delictum non recuperantur niſi id fuerit expreſſum.*

9 *Clericus obtinẽs beneficium ad preces hæreticorum ſcienter eſt priuatus ipſo iure, & ſi illud retineat efficitur inhabilis ad alia quacũque.*

10 *Filius hæretici ſecundum opinionem Rotæ nedum eſt inhabilis ad obtinendum quæcumque beneficia, dignitates officia, & penſiones, ſed etiam priuatur iam obtentis ante patris cõdemnationem ſicut pater ipſe hæreticus, ſiue natus fuerit ante contractam hæreſim per patrem, vel poſt, & quamuis pater fuerit condemnatus in contumaciam, ſi tamen in tali contumacia permanſerit.*

11 *Clericus propter* Simoniam *etiam occultam ipſo iure beneficijs priuatur, & n. 13.*

12 Simonia *æquiparatur crimini hæreſis, & læſæ maieſtatis.*

14 *Simoniacus etiam poſt peractam pænitentiam licet crimen non ſit notorium non poteſt promoueri, & electio de ipſo facta eſt nulla.*

15 *Eius beneficia ipſo iure vacant, & poſſunt impetrari abſque alia declaratoria ſi ſuper illis ſimonia fuit commiſſa ſecus in his in quibus ſimonia non fuit contracta quia opus eſt priuatione, & n.*

17 *Clericus ſimoniacus poteſt valide reſignare beneficia ſuper quibus* Simoniam *non contraxit, vel ex diſpenſatione Papæ retinere antequam ſententia priuatoria feratur.*

18 *Simonia ad effectum priuationis beneficiorum plene, & concludenter eſt probanda, ſi autem agatur tantum ad repellendum aliquem ab aſſecutione beneficij nondum obtenti ſufficiunt leuiores probationes, & n. 19.*

20 *Coniecturis, & præſumptionibus probari poteſt, & vbi agitur ad priuationem coniectura debent eſſe euidentes, & clara ac ſimoniam neceſſario concludentes, & n. 21.*

22 *Simonia inducens priuationem nõ probatur per teſtes de fama, etiam ſi ciuiliter agatur.*

23 *Item nec probatur ex confeſſione cedẽtis poſt reſignationem, ſi dicat ſe reſignaſſe beneficium*

ſub

ſub promiſſione certæ ſummæ pecuniarum.

24 *Debet eſſe non ſolum conuentionalis, ſed etiam realis, & ſic non ſolum probari debet tractatus præcedens, ſed etiam illius effectuatio, quæ ſit conformis tractatui, & n. 25.*

26 *Amicitia mutua inter contrahentes plurimum valet ad excludendum ſimoniam, & doli præſumptionem.*

27 *Simonia ex actibus ſimultaneis, & correſpectiuis præſumitur, quando vna materia eſt adeo proportionata alteri, & coniuncta alteri, vt ſtare non poſſit ſine vrgenti præſumptione correſpectiuitatis & ſimoniæ. ſecus vbi materia non eſt ita proportionabilis, immo ſeparata, vel quãdo actus correſpectiui habẽt cauſam expreſſam licitam, quia tunc excluditur præſumptio ſimoniæ, & n. 28. & 30.*

29 *Probationes ad probandum delictum debent de neceſſitate concludere.*

31 *Clericus propter falſitatem in Bullis, ſeu litteris Apoſtolicis, & ſupplicationibus commiſſam, quamuis addiderit vnam tantum litteram, vel vnum punctum, aut litteras correxerit, ipſo iure beneficiis priuatur, & eſt excommunicatus non obſtante clauſula generali, & cum abſolutione à cenſuris ad effectum præſentium, & num. 32.*

33 *Item beneficijs priuatur, & pœnam falſariorum incurrit ſi teſtes ſubornauerit.*

34 *Subornatio ad effectũ pœnæ, & priuationis probari debet plene, & concludenter, & per alios teſtes quam eos qui dicunt ſe fuiſſe corruptos.*

35 *Teſtes dicẽtes ſe corruptos falſum depoſuiſſe vti, falſarij, & periurij non probant, immo nec faciunt indicium etiam ſi afferãt excuſationes, & probetur ipſos poſt primum examen alloquutos fuiſſe partem contra quam depoſuerunt dummodo tamen prius conſtet de corruptione, & nu. 37. & 41.*

38 *Marſil. opinio in ſing. 112. quod ſit credendum vnico etiam teſti dicenti ſe fuiſſe ſubornatum reprobatur.*

39 *Teſtis ſubornatus ſi inducatur per eum contra quem fuit ſubornatus probat.*

40 *Teſtis, qui accepit pecuniam, vt dicat vel non dicat teſtimonium non admittitur ad teſtimonium ferendum, & punitur pœna falſi.*

42 *Clericus ob lacerationem cedularum, quibus denunciabatur excommunicatus de iure beneficijs non priuatur.*

43 *Clericus propria auctoritate beneficij poſſeſſionẽ accipiens ipſo iure dicto beneficio priuatur.*

44 *Item electus, & præſentatus ipſo iure priuatur, ſi ante cõfirmationem, & inſtitutionem ſe adminiſtrationi beneficij immiſcuerit, & n. 45.*

46 *Cap. auaritiæ de elect. lib. 6. habet locum etiam in præſentato.*

47 *Procedit etiam reſpectu beneficiorum ſimpliciũ*

48 *Item locum habet etiam ſi inſtitutio fuerit nulla ex defectu iuriſdictionis.*

49 *Opinio Milei in ſuo repertorio in verbo pœna decretalis auaritiæ reprobatur.*

50 *Clericus ſe immiſcens adminiſtrationi beneficij ante confirmationem, ſeu inſtitutionem, excuſatur a pœna c. auaritiæ de elect. in 6. ex errore iuris ambigui, & obſcuri, vbi talis error ſit probabilis.*

51 *Amittit beneficium ipſo iure, nec non alia bona, ſi crimen leſæ maieſtatis commiſerit.*

52 *Item amittit omne ius, quod in beneficio habet. & de cætero ad illud obtinendum inhabilis redditur, ſi poſſeſſionem accipiat ex ſola ſupplicatione ſignata literis ſuæ prouiſionis non expeditis, licet ſit Epiſcopus, & n. 53.*

54 *Allegans poſſeſſionem beneficij fuiſſe captam literis non expeditis, debet id concludenter probare.*

55 *Capiens poſſeſſionem Canonicatus non capitulariter literis non expeditis, non incidit in pœnam extrauagantis Iulij Papæ 3. ſed tantum poſſeſſio nulla eſt*

56 *Procurator accipiens poſſeſſionem ante expeditionem literarum, ſi non habeat ſpeciale mandatum, non facit incidere Dominum in pœnam priuationis beneficij.*

57 *Mandatum generale non ſufficit ad faciendum id, per quod Dominus incidat in pœnam.*

58 *Clericus capiens poſſeſſionem literis non expeditis, ſi ex inſtrumento non conſtet fuiſſe in adeptione habitam relationem ad ſupplicationem, non priuatur beneficio, nec pœnam extrauagantis Iulij Papæ 3. incurrit.*

59 *Extrauagans Iulij 3 de non capienda poſſeſſione beneficiorum literis non expeditis, eſt exorbitans, & ſtrictè venit intelligenda.*

60 *Clericus, qui per annum in excommunicatione permanſit, quomodo beneficijs priuetur, & num. 61.*

62 *Non priuatur propter inſordeſcentiam in excommunicatione, niſi excommunicatio lata fuerit propter crimen, quod ipſo iure priuet clericum beneficio, vel ſaltem propter quod veniat per ſententiam priuandus.*

63 *Pœna priuationis nunquam imponitur propter ſolam inſordeſcentiam in excommunicatione lata ob debitũ ciuile, ſed alia arbitraria, immò, ſatis eſt, quod ex tali inſordeſcentia oriatur confeſſio debiti, abſque eò, quod alia pœna imponatur, & num. 64.*

65 *Clericus beneficijs priuatur propter periurium præcedente tamen declaratoria ſuper ipſo periurio ſecundum Rebuffum, & alios ſed ſecundum opinionem Rotæ redditur ſolum inhabilis ad beneficia obtinenda, vt num. 66.*

67 *Limita niſi Clericus falſum dixerit circa proprium delictum.*

68 *Reus in iudicio a legitimo iudice interrogatus veritatem etiam circa proprium delictum ſub reatu peccati mortalis cõfiteri tenetur licet propter periurium in foro exteriori non puniatur, & num. 69.*

70 *Item priuatur ob homicidiũ voluntarium per ſententiam, & impoſterum redditur inhabilis ad obtinenda quæcunque beneficia etiam ſimplicia, & num. 75.*

71 *Poteſt, vbe priuatio non inducitur ipſo iure,*

ante

ante ſententiam priuatoriã valide beneficium reſignare.

72 Si accepta pecunia *homicidium commiſerit priuatur ipſo iure.*

73 *Non priuatur propter homicidium caſuale, ſed ad ſacrorum ordinum, & Altaris miniſterium, & beneficia quæcunque, & dignitates obtinendas, diſpenſari debet.*

74 *Homicidæ, & alÿ irregulares ſine diſpenſatione iuſte non poſſident beneficia, contra Petrum, cuius opinio reprobatur ex diſpoſitione* Sacri Concilÿ *Tridentini.*

76 *Clericus concubinarius beneficÿs priuari poteſt, trina tamen monitione præcedente, & data perſeuerantia in concubinatu.*

77 *Amplia vt monitio, & perſeuerantia in concubinatu requiratur etiam de iure communi.*

78 Cõcubinatus *clericorum ad effectũ priuationis plene, & concludenter probari debet etiam ſi ciuiliter agatur.*

79 *Non probatur per teſtes deponentes de publica voce & fama, & n. 80.*

81 *Fama nec ſemiplenam probationem facit, quando agitur de crimine etiam ciuiliter intentato.*

82 Operatur *ſoum inditium delicti.*

83 Teſtes *de publica voce & fama debent deponere a quibus perſonis fama originem traxerit.*

84 Fama *in iudicio criminali ſuccedit loco accuſatoris.*

85 *Teſtes de concubinatu clerici deponentes debẽt probare perſeuerantiam in dicto delicto poſt legitimas monitiones.*

86 *Item probare debent concubinatum cum qualitatibus a iure ciuili requiſitis, videlicet cum continua cohabitatione, & cõmuni lecto, & menſa.*

87 Concubinarius *ſecundum opinionem Rotæ ille dicitur, qui etiam in aliena domo notam fœminam habet, cui ſolet carnaliter commiſceri ſi de conſuetudine conſtet, & diffamatus ſit in ſua, vel ipſius fœminæ vicinia.*

88 Concubinatus *ex procreatione liberorum ex impudica muliere ſuſceptorum non probatur.*

89 *Clericus ob non reſidentiã poteſt legitime priuari beneficio, dummodo tria edicta præceſſerint publica, & ſex menſes ſint elapſi.*

90 *Declara, niſi citatio perſonalis præceſſerit, quia tunc poteſt etiam non expectatis ſex menſibus procedi ad priuationem.*

91 Statutum *Epiſcopi, quod beneficiati abſentes per certum tempus ſine eius licentia ſint priuati etiam abſque monitione, valet.*

92 *Item ligat omnes, qui habent in illa diœceſi beneficia, etiam ſi reſideant alibi.*

93 Scientia *ſtatuti, ſeu conſtitutionis pœnalis, quando agitur ad priuationem, debet clare, & concludenter probari, nec ſufficit ſcientia præſumpta, niſi adeſſent vrgentes præſumptiones.*

94 *Probatio cõcludens oritur etiam ex coniecturis & præſumptionibus vrgentibus.*

95 *Probatio exactiſſima non requiritur in materia beneficiali, ſed ſufficit ordinaria, dummodo ſit plena, & concludens ſecundum ſubiectã materiam.*

96 *Clericus obtinens beneficium requirens ordinem ſacerdotalem debet promoueri intra annum poſt regimen ſibi cõmiſſũ, & adeptam illius poſſeſſionem pacificam, alias præmiſſa monitione ſuperioris per ſententiam priuari poteſt, niſi Eccleſia ſit parrochialis, quia tunc monitio non eſt neceſſaria, ſed priuatio ipſo iure incurritur, & nu. 97.*

98 P*rior conuentualis habens curam animarum tam in foro pænitentiali, quam iudiciali ipſo iure pœnam priuationis incurrit, ſi intra annum non promoueatur, ſiue habeat dictum* Prioratum *in titulum, ſiue in commendam, & num. 99.*

100 *Annus ad promouendum datur in beneficÿs* Sacerdotalibus, *quando verba fundationis non reſpiciunt actum collationis, ſeu præſentationis, ſed potius illius proſecutionem, ſecus ſi annexio ordinis requiratur in ipſo actu collationis, ſeu præſentationis, quia tunc oportet, quod præſentatus de eo tempore ſit actu* Sacerdos, *& num. 101.*

102 *Qualitas iuncta verbo intelligitur, ſecundum tempus verbi.*

103 *Clericus habens beneficium, ſi aliud incompatibile obtineat cum decreto de dimittendo primum intra certum tempus a die data gratiæ ſub pœna priuationis vtriuſque, priuatur, ſi infra tempus præfixum illud non dimittat.*

104 Non *priuatur, ſi poſſeſſio ſecundi beneficÿ incompatibilis quod confertur cum tali decreto, ſit plena, & adſit intruſus.*

105 Item *non priuatur, ſi durante tempore ad dimittendum primum, ſibi fuerit mota lis, vel facta controuerſia etiam extraiudicialis ſuper ſecundo impetrato, & num. 106.*

107 Item *nec priuatur ſi notitiam decreti non habuit*

108 Scientia *ad effectum priuationis debet probari clare, & concludenter, & non in genere, ſed in ſpecie cum omnibus ſuis circumſtantÿs, & qualitatibus, & num. 110.*

109 Scientia *procuratoris non ſufficit ad faciendum incidere Dominum in pœnam.*

111 *Beneficium incompatibile (circumſcripto decreto) non ammittitur ex impetratione ſecundi, niſi impetrans fuerit ſecundum plene conſequutus.*

112 In *beneficÿs requirentibus reſidentiam, aut*

aliter

aliter quomodocumque incompatibilibus, etiam ſi canonicatus ſint, vel portiones ex diſpoſitione Concilij Tridentini inducitur vacatio ipſo iure per adeptionem ſecundi pacifice poſſeſſi.

113 *Ampliatur etiam in beneficijs ſimplicibus reſidentiam requirentibus contra nonnullos, quorum opinio reprobatur.*

114 Clericus per liberam reſignationem beneficium amittit.

115 *Permutans beneficium ad illud redire poteſt, ſi ex altera parte permutatio compleri non poſſit, aut ſit nulla ab initio.*

116 Permutatio, ſi culpa vnius dumtaxat ex permutantibus ſit nulla, non impedit quominus reſpectu alterius permutantis ſuſtineatur.

117 Clericus non poteſt beneficijs priuari niſi ob graue delictum.

118 Condemnatus ob delictum ex quo beneficijs eſt priuandus non intelligitur illis priuatus, niſi hoc expreſsè dicatur in condemnatione, vel niſi priuatio ipſo iure irrogetur, & nu. 119.

120 Beneficium non acquiritur collitiganti, licet alter collitigans propter delictum priuetur.

121 Item non acquiritur ſine titulo Eccleſiaſtico.

122 Monachus poteſt habere beneficium curatum ex diſpenſatione, itē ſine diſpenſatione ad præſentationem Abbatis, ſi ſit beneficium curatum ſui ordinis.

123 *Abbas poteſt corrigere ſuos monachos, & illos excommunicare & n. 124.*

125 *Epiſcopus de iure communi poteſt procedere contra Monachos, ſeu perſonas regulares non exemptas priuatiue ad Abbatem, vbi agitur de cauſa criminali contra Monachum in figura iudicij in delictis communibus extra caſus comprehenſos in regula, vt eſt falſitas, homicidium, & ſimilia.*

126 *Monachus exemptus delinquens extra locum exemptum poteſt ab ordinario puniri non obſtante exemptione.*

127 *Abbas habet ius inſtituendi in Eccleſia ſibi ſubiecta.*

128 *Epiſcopus debet Monachos ad conuerſationem ſanctam promouere, Abbates, aliaque officia inſtituere atque extra regulam acta corrigere.*

129 *Ad prolationem ſententiæ excommunicationis monitione præmiſſa debet iudicialiter procedere.*

130 *Monachus, aut Religioſus delinquens contra regulam Prælati ſui, & capituli diſciplinam ſi ab eo corrigatur non poteſt appellare.*

131 *Appellatio non datur a correctione, quæ ſit ad pœnitentiam, & extra formam iudicij.*

132 Abbas non poteſt procedere contra Manachos niſi ad correctionem iniungendo illis pœnitentiam ſalutarem ſecundum regulam.

133 *Text. in c. fin. de ſtatu Monach. ibi Apoſtolica inſtituta, intelligitur, quò ad Apoſtolica inſtituta diſponentia ſuper regula, & ſuper modo correctionis, & pœnitentiæ iniungendæ, non autem quod abſolute concedat Abbati iuriſdictionem procedendi ordinarie ſecundum formam iuris.*

134 Monachus tenetur obedire Abbati magis quàm Epiſcopo in his, quæ concernunt obſeruantiam regulæ, ſed vbi agitur de cura animarum ab Epiſcopo ſuſcepta, & de cauſis iudicialibus, Epiſcopo magis, quam Abbati debet obedire.

135 *Minor Epiſcopo cauſas criminales non agit.*

136 Monachus committens delictum, quod eſt delictum apud omnes, vt furtum, homicidium, & ſimilia non iudicatur vt monachus.

137 Pater in filios ſola correctione extraiudiciali vtitur, nec poteſt in forma iudicij procedere.

138 *Arbitrium commiſſum Abbati intelligitur reſpectu fori pœnitentialis.*

139 *Monachus non poteſt accuſare ſine licentia Abbatis.*

140 *Officia omnia monaſterij, & adminiſtrationes ſunt manualia ad nutum Abbatis.*

141 *Epiſcopus in ſua diœceſi habet merum Imperium.*

142 *Prælati inferiores habent facultatem procedendi in criminalibus contra perſonas de Collegio non in forma iudicij, ſed per modum correctionis.*

OPportune ex prędictis ſubſequitur videndum quandonam Clericus beneficijs priuetur? Et ex pluribus quidem cauſis illum priuari notum eſt, ſed ego aliquas ſolum ex his quæ quotidie in practica verſautur enarrabo.

1 In primis itaque Clericus ipſo † iure beneficio priuatur propter hæreſim, cap. ad abolendam §. 1. de hæret. cap. ſecundum eod. titul. lib. 6, Butr. iu cap. fin. colum. 2. de poſtulan. Quo fit, vt regula de triennali iuuari
2 † non poſſit etiam ſi poſt delictum pacifice poſſederit, quia ſine titulo eſt, ideo ſemper vacat beneficium, & ſemper impetrari poteſt Rebuf. de pacifica poſſeſſ. limit. 4. Immo clericus in hoc delicto priuatur etiam ob ſolam
3 contumaciam †, dummodo in tali contumacia perſiſtat cap. cum contumacia, & ibi gloſ. & Doct. de hæret. lib. 6. & proceſſus, fiat ab Iuquiſitoribus. iuxta Conſtitutionem fel. record. *Pij* Papæ Quinti, non autem ab alijs Iudicibus; Quia quidqnid ſit antequam fiat probatio contra Clericum, quo caſu ſi
4 ſtatim redeat † nullam ſubit pœnam, niſi abiurationis,

iurationis; Nihilominus ſi neget non poteſt
probato iam crimine, & proceſſu peracto be-
neficium retinere, ſed eo remanet priuatus,
vt per Rebuff. in praxi beneſic. par. 3. de mo-
dis amit. beneſ. num. 12. & 13. nec per ab-
5 ſolutionem † obtentam mediante abiuratio-
ne beneficium recuperat, Panor. in cap. quia
diligentia ad finem de elect. Maxime ſi ſit re-
6 lapſus, qui de iure non poteſt † admitti ad ſe-
cundam abiurationem, nec pœnam mortis
euadere cap. ad abolendam de hæret. cap. ſu-
per eo eod. tit. lib. 6. Vnde quamuis gratiam
7 vitæ obtinuerit † non tamen intelligitur ad
beneficia priſtina reſtitutus, præſertim in præ-
iudicium eorum, quibus medio tempore fue-
runt collata, quia ex ſola gratia obtenta ad-
8 uerſus delictum bona † non recuperantur, ni-
ſi ad fuerit expreſſum Bald. & alij in l. 2. C.
de ſenten. paſſ. Alexan. in l. ſi maritus la pri-
ma num. 4. ff. ſolut. matrim. & in iſtis termi-
nis Dec. in d. cap. quia diligentia num. 19.
de elect. Quinimmo non ſolum hæreticus eſt
9 priuatus beneficio, vt dixi, ſed etiam is † qui
beneficium ad preces hæreticorũ ſcienter ob-
tinuit, quod ſi retinuerit eſt inhabilis ad quæ-
cunque alia beneficia cap. 2. §. ad hæc de
hæretic. lib. 6.

Sed hic diſputatio non leuis oritur: An fi-
lij hæreticorum ſint priuati, vel priuandi be-
neficijs obtentis etiam ante patris condem-
nationem? Affirmatiuam enim tenent Ioan.
Andr. in cap. vt commiſſi §. priuandi de hæ-
ræt. lib. 6. ſub num. 4. in verſ. priuandi, &
ibi Gemin. num. 4. Henric. Bohic. in cap. ver-
gentis num. 12. & ibi Anan. num. 13. de hæ-
ret. Præpoſit. in cap. ſatis peruerſum num. 4.
diſtinct. 56. Imola in l. in Inſulam num. 27 ff.
ſolut. matrim. Roman. ſingul. 693. Gig. in
tract. de crimen leſæ maieſt. lib. 3. quæſt. 11.
* in fine, quam opinionem etiam dicunt * eſſe
communem Doct. qui tenuerunt contrariam
ſententiam: Cui opinioni videntur conferre
conſtitutiones Summorum Pontificum, ſcili-
cet Innocentij 4. 10. Nicolai 3. 2. Alexandri
4. 10. & Pauli 4. 12.

Contrariam vero ſententiam, quod immo
non ſint priuandi beneficijs obtentis ante pa-
tris condemnationem amplectuntur quaplu-
rimi grauiſſimi Doctores nempe Abb. in d. c.
vergentis, Rebuff. in praxi beneſic. in tit. de
modo amit. beneſic. num. 25. Gandiſ. de hæ-
ret. cap. 13. num. 2. Ludouic. Carrer. de
hæret. num. 141. Couar. variar. reſolut. lib. 2.
cap. 8. num. 4. qui allegat Ioan. Lup. de Re-
gno Nauarræ 5. parte §. 8. vbi tamen primam
* opinionem dicit * communem; Et hanc ſecun
dam tenet etiam Simanch. de Cathol. inſtit.
tit. 29. num. 20. Clar. in §. hæreſis num. 14.
Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 4. num. 54.
cum ſequen. Pena in Directorio Inquiſit. par.
3. ſchol. 156.

Rota tamen cum huiuſmodi dubium occur
riſſet tempore Pontificatus fel. recor. Clemen
tis Papę VIII. in vna Conchen. penſionis co-
rã Camillo Peregrino noluit à principio quid-
quam decidere, ſed ordinauit, quod fieret re-
latio Sanctiſſimo, qui reſpondit Congregatio-
nem Sanctæ Inquiſitionis ſeruare negatiuam
opinionem tanquam æquiorem, & humanio-
rem: Verum quia pars inſtabat pro reſolu-
tione, cauſa de ordine eiuſdem Sanctiſſimi re-
propoſita ſub die 6. Martij 1598. & articulo
mature diſcuſſo fuit capta reſolutio ſecun-
dum primam ſententiam, videlicet filios hæ-
10 reticorum nedum eſſe inhabiles ad † obtinen-
dum quæcumque beneficia, dignitates, offi-
cia, & penſiones; ſed etiam priuandos eſſe
iam obtentis, ſicut patres ipſi hæretici, nul-
la facta diſtinctione an filij nati fuerint ante
contractam hæreſim per patrem, vel poſt per
tex. in cap. ſtatutum de hæret. in 6. & in cap.
filij, & in cap. inquiſitionis eodem tit. & lib.
& fuit dictum iſtud procedere quamuis pa-
ter fuerit condemnatus in contumaciam, eo
tamen in tali contumacia perſiſtente; Sed quia
articulus iſte eſt valde exemplaris, & longam
requirit diſcuſſionem, idcirco de illius veri-
tate in tertio libro harum reſolutionum, qui
de proximo imprimetur, tractandum reſerua-
mus.

Secundò Clericus beneficijs priuatur ipſo
11 iure † propter Simoniam Feliu. & alij in cap.
inſinuatum de Simon. Rebuff. in praxi de Si-
monia in reſignat. num. 7. & 8 Et probatur
in extrauag. cum deteſtabile, de Simon. Siqui-
12 dem iſtud crimen æquiparatur crimini † hæ-
reſis, & leſæ maieſtatis cap. 1. vbi gloſ. vlt. de
teſtib. lib. 6. Et quo ad hanc priuationem
13 non fit differentia inter † notorium Simonia-
cum, & occultum Rebuff. vbi ſupra num. 12.
Silua de beneſic. in 3. par. quæſt. 1. num. 58.
circa finem, vbi inquit, quod Simoniacus
14 etiam poſt † peractam pœnitentiam, licet cri-
men non ſit notorium, non poteſt promoueri,
& quod electio de ipſo facta eſt nulla. Et quod
hodie beneficia Simoniacorum ipſo iure va-
15 cent, & poſſint † impetrari etiam abſque alia
declaratione, quæ poſt impetrationem fieri
poterit, tradit idem Rebuff. in loco proxime
allegato num. 11. per cap. cum ſecundum le-
ges de hæret. in 6. Qui tamen ſub num. 13.
hoc declarat procedere quo ad beneficia, in
quibus Simonia fuit commiſſa, non autem in
16 alijs, quia † in his opus eſt priuatione, & ideo
impetratio de illis facta non valet antequam
17 ſit lata ſententia, immo Clericus ea † poterit
valide reſignare, & Papa interim cum eo di-
ſpenſare, vt illa retineat.

Rurſus declara, nam ad effectum huiuſ-
18 modi priuationis Simonia † plene, & conclu-
denter eſt probanda, gloſ. in cap. veniens il
primo, in verbo, illorum, de teſtib. & ibi Abb.
* num. 4. quam eſſe * communiter approbatam
teſtatur Alciat. conſil. 2. num. 40. & 41. lib.
1. tom. 1.

1. tom. 1. & tenuit Rota in vna Firmana Capellaniæ 11. Maij 1582. coram fel. record. Clemente Papa Octauo, tunc Auditore. Licet vbi agitur tantum ad repellendum aliquem ab aſſecutione beneficij nondum obten
19 ti, ſufficiant † probationes leuiores, vt per Fab. decis. 47. lib. 2. & fuit tentum in cauſa Caurien. Canonicatus coram Cardinale Seraphino 10. Maij 1581. & in vna Calaguritana ac Naro 20. Maij 1590. coram Comitulo.

Et quamuis in odium huius criminis multa ſpecialia inducta ſint, & præſertim, vt ex
20 coniecturis. † & præſumptionibus probari poſſit cap. per tuas cap. ſicut vbi Innocen. & Abb. de Simon. cap. 1. de teſt. in 6. Corn. conſil. 342. num. 18. lib. 1. Aym. conſ. 122. num. 8. Menoch. de arbitr. caſu 116. num. 12. Nihilominus quando agitur de priuatione beneficiorum huiuſmodi indiria, & coniecturæ de-
21 bent † eſſe euidentes, & claræ, ac Simoniam neceſſario concludentes, ita vt nihil aliud importare poſſint cap euidentia de accuſat. Alexand. de Neuo conſ. 64. num. 2. Felin. in cap. ſuper his num. 17. de accuſat. Natta conſ. 299. num. 13. Caputaquen. deciſ. 202. per tot par. 1. & tenuit Rota in vna Britonorien. Commendæ 17. Decembris 1588. coram Gypſio, & in vna Cuſentina confidentiæ 4. Februarij 1591. coram Orano. Sic quoque tenet Clar. in praxi crimin. in verbo Simonia num. 12. & Foller. in pract. crimin. cap. 18. numer. 2. & cauetur in conſtitutione felic. record. Pij Papæ Quinti num. 5. in Bullario §. & vt Simonia, vbi requiritur quod reus ſit conuictus.

Ex quo infertur, vt ad probandam Simoniam quæ inducit priuationem teſtes de fa-
22 ma † non admittantur etiam ſi ciuiliter agatur gloſ. in d. cap. veniens, & ibi Abb. num. 8. & Dec. num. 12. de teſtib. Idem Dec. conſ. 310. prope finem Clar. in d. §. Simonia in fine Gabr. concluſ. 1. de probat. num. 12. Put. deciſ. 171. in fin. lib. 2. & fuit dictum in cauſa Imolen confidentiæ 24. Februarij 1592. coram Cardinale Pamphilio.

Rurſus infertur quod neque admittitur
23 confeſſio cedentis † poſt reſignationem, ſi dicat ſe reſignaſſe beneficium ſub promiſſione cuiuſdam ſummæ pecuniarum, quia talis confeſſio facta poſt reſignationem non nocet ceſſionario Caſtren. in l. facta §. ſi hæres ad trebellian. Afflict. deciſ. 165. num. 5. Rimin. conſil. 131. num. 12. lib. 1. & 381. num. 21. & 23. lib. 2. Caputaquen. deciſ. 185. par. 1. & fuit tentum in allegata Firmana Capellaniæ.

Præterea ad effectum, vt ex Simonia oriatur priuatio beneficiorum oportet, quod illa
24 nedum ſit conuentionalis †, ſed etiam realis, & ſic non ſolum neceſſaria eſt probatio tractatus præcedentis, & pactionis cap. Artaldus 8. quæſt. 3. gloſ. in cap. quam pio, in verbo * poſtmodum 1. quæſt. 2. Doct. communiter in d. cap. veniens de teſtib. Dec. conſil. 128. num. 4. Pariſ. conſ. 30. num. 2. lib. 4. Alexand. conſ. 2. num. 20. lib. 1. Put. deciſ. 171. lib. 2. Mohed. deciſ. 266. ſed etiam requiritur executio ipſius tractatus cum multa tractentur quæ non perficiuntur l. fin. C. de his quibus. vt in dign. & in materia Simoniæ tradit Alexand. d. conſ. 2. num. 30. Non probato enim effectu conuentionis non dicitur probata Simonia inducens priuationem Caſſad. deciſ. 5. de conſtitut. Quinimo etiam
25 ſi effectuatio probetur, tamen ſi illa non eſt † conformis tractatui non probatur Simonia, ſic tenuit Rota coram Chiſſanen. in vna Lucana Canonicatus, vt in manuſcript. diuerſ. deciſ. 36. Vbi cum dubitaretur an conſtaret de Simonia ex eo quod probaretur inter Vincentium, & Matthæum conuentum fuiſſe de permutandis certis beneficijs ad partes pacto adiecto, quod alter eorum liberaret quandam alterius domum ab annuo cenſu florenorum 13. & liberatio iſta non habuiſſet effectum, ſed illi, cuius commodo debebat cedere liberatio, fuiſſent conſignata certa melioramenta aſcendentia ad 170. florenos, Rota cenſuit non fuiſſe probatam Simoniam, quia executio non erat conformis tractatui: Et nihilominus, vt ibi dicitur aderant teſtes deponentes illa melioramenta fuiſſe conſignata ex cauſa dictæ permutationis beneficiorum; Quam deciſionem ſequuta fuit Rota coram Cardinale Blanchetto in cauſa Hiſpalenſis Simoniæ 7. Februarij 1596.

Neque omittendum cenſeo quod ad exclu-
26 dendam Simoniam † plurimum valet præſumptio oriens ex amicitia mutua inter contrahentes Caputaquen. deciſ. 202. lib. 1. Amicitia enim eſt ſufficiens ad excludendam doli præſumptionem Blanch. in praxi crimin. fol. mihi 125. num. 21. & in ſimili tradit Put. deciſ. 171. lib. 2. Vbi in proœmio inſtrumenti quod deducebatur ad probandam Simoniam erant expreſſe cauſæ liberalitatis, & Rota maluit amplecti cauſam excluſiuam Simoniæ, quam incluſiuam. Ad idem facit deciſ. 42. diuerſ. in manuſcript. Et fuit tentum in allegata Hiſpalen. coram Blanchetto.

27 Aduertendum tamen eſt, quod propter † ſimultaneitatem actuū Rota ſolet præſumere actus Simoniales, licet ſecūdum diſtinctionem temporum poſſint excuſari, & ſaluari à Simonia, vt quia appareant duo mandata ad cedendum, & retrocedendum eadem die, & coram eiſdem notario, & teſtiſtibus, quæ etiam ſi potuerint fieri de mane, & de ſero, & ſine relatione mutua; Nihilominus propter ſimultaneitatem Rota ſolet illa iudicare correſpectiua, & conſequenter Simoniaca Mohed. de-
28 ciſ. 224. Qui tamen hoc declarat † procedere quando vna materia eſt adeo proportionata, & coniuncta alteri, vt ſtare non poſſit ſine vrgenti præſumptione correſpectiuitatis, & Simoniæ; Secus autem vbi materia actuum

non

non eſt ita proportionabilis, immo eſt ſepa-
rata, ita quod poſſit probabiliter ſtare ſine
tali præſumptione mali, vt ſi appareat datum
fuiſſe mandatum ad reſignandum beneficium
in fauorem Petri, & eadem die appareat, quod
Titius vendidit vnam Domum reſignãti, tunc
enim quia iſti actus poſſunt ſubſiſtere ſine
vrgenti præſumptione mali, ideo inhærendum
eſt præſumptioni boni, & non mali, nec pro-
29 batur Simonia, quia probationes † ad pro-
bandum delictum debent de neceſſitate con-
cludere l. merito ff. pro ſoc. cum alijs de qui-
bus per Mohed. in loco ſupra citato Put. de-
ciſ. 214. lib. 3. & deciſ. 381. num. 2. lib. 1.
Quod præſertim procedit in actibus correſpe-
30 ctiuis habentibus cauſam † expreſſam licitam
quia tunc ex illis excluditur præſumptio Si-
moniæ, vt per Put. deciſ. 171. & 489. lib. 2.
Et fuit dictum in ſupra allegata Hiſpalen. Si-
moniæ coram Cardinale Blanchetto, & per
prius in eadem cauſa coram Gypſio ſub die
prima Februarij 1591. & rurſus in Aquen. Si-
moniæ 19. Ianuarij 1594. coram eodem Blan
chetto, & in vna Lucana Iuriſpatronatus 21.
Iunij 1602. coram Cardinale Millino, vbi op-
ponebatur, quod donatio iuriſpatronatus erat
Simoniaca, eo quia incontinenti poſt factam
donationem coram eodem notario, & teſti-
bus Ludouicus donatarius affirmauerat ſe eſ-
ſe debitorem Hieronymi in ſcutis ſexaginta-
quinque, quæ promiſit ſoluere infra ſex annos
Ioan. Baptiſtæ filio ipſius Hieronymi donan-
tis, & cum iſta promiſſio haberet cauſam ex-
preſſam licitam, & quantitas ſcutorum 65.
præſertim in termino ſex annorum non eſſet
proportionabilis, & correſpondens donationi
iuriſpatronatus trium Capellaniarum Rota
cenſuit quod ex ſola correſpectiuitate in eo
caſu non reſultabat plena, & concludẽs pro-
batio Simoniæ, fuit allegata deciſio Mohed. 3.
de Simonia, & Put. 381. & 440. lib. 1.
Tertio amittit etiam beneficium ipſo iure
31 clericus qui in Bullis, ſeu litteris † Apoſtoli-
cis, & ſupplicationibus falſitatem committit
cap. falſariorum de crimin. falſi Rebuff. in
praxi benefic. par. 3. de mod. amit. benefic.
num 43. & quamuis addiderit vnam tantum
litteram, vel vnum punctum, aut litteras cor-
rexerit, tamen priuatur, & eſt excommuni-
catus in Bulla cœnæ Domini, nec poteſt ab-
ſolui ab alio, quam à Papa, Hoſtien. in ſum.
de crimin. falſ. §. qualiter committantur, ver-
32 ſic. ſed hodie; ideo clauſula generalis, & † cum
abſolutione à cenſuris ad effectum præſen-
tium, tali falſario non prodeſt, vt tradit idem
Rebuff. in d. praxi de forma, & declar. nouæ
prouiſ. num. 11.
33 Sed et ſi Clericus teſtes ſubornauerit † pœ-
nam falſariorum incurrit, ideo, & beneficio
priuari poterit cap. ſatis peruerſum, 56. diſt.
& cap. inuentum 16. quæſt. 7. Abb. in cap. ex
tuæ de pœn. Doct. in cap at ſi clerici §. de adul
ter. & in cap. cũ nõ ab homine de iudic. Subor-
34 natio tamen hoc caſu probari debet † plene, &
concludenter, Et per alios teſtes quàm eos,
qui dicunt ſe fuiſſe corruptos, cap. ſunt nobis
vbi Doct. de teſtib. Iclun. in cap. cum in tua
n. 7. eod. tit. Ruin. conſ. 146. nu. 34. lib. ſ. late
35 Cephal. conſ. 233. lib. 2. Nam ex eo quod † di-
cunt ſe corruptos dixiſſe falſum, oſtendunt ſe
eſſe periuros, & falſarios, ideoque eis non cre-
ditur, cap. teſtimonium de teſtib. Ruin. conſ.
147. num 5. lib. 5. Rolan. conſ. 16. nu. 7. lib. 1.
Verall. deciſ. 73. lib. 1. in manuſcriptis. Vbi
dicit hoc procedere etiam ſi teſtes afferãt ex-
cuſationes, & ita affirmat fuiſſe tentum in cau
ſa Parmen. ſtatus 12. Iunij 1551. coram Puteo.
36 Similiter procedit, quamuis † probaretur te-
ſtes poſt primũ examen alloquutos fuiſſe par-
tem, contra quam depoſuerunt, & deinde con-
trarium deponerent eius, quod depoſuerunt,
quia hoc caſu præſumeretur ſubornatio tan-
tum ad effectum, vt teſtibus non eſſet creden-
dum id, quod deponunt in ſecundo dicto, vt
per Cæſar. de Graſſ. deciſ. 11. de reſtit. in in-
tegr. Non autem ad effectũ, vt ſubornatio cen
ſeretur probata contra partem aduerſam;
Alias ſequeretur abſurdum manifeſtiſsimum,
nempe quòd ex tacita pręſumptione ſuborna-
tionis maior oriretur probatio, quàm ab ex-
plicata, & formali depoſitione ſubornationis,
de qua teſtes deponerent, cum tamen eis non
credatur ex ſupra allegatis, quibus addi po-
teſt Clar. in praxi crimin. in verbo falſum n. 5.
* vbi teſtatur * de cõmuni, & quòd neque etiam
37 faciãt † indicium ex pluribus tenet Bertazol.
conſ. 71. num. 13. lib. 1. criminal. poſt. Marſil.
conſ. 78. num. 10. Et licet idem Marſil. ſingul.
112. velit in hac materia credi vnico etiam
teſti dicẽti ſe fuiſſe ſubornatum; Nihilominus
38 eius dictum non eſt verum †, neque probatur
ex auctoritatibus per eum allegatis. Nam
Bald. ab eo citatus in cap. 1. num. 7. ſi de in-
ueſtit. inter Dom. & Vaſſal. non agit de fide
adhibenda vnico teſti dicenti ſe ſubornatum,
39 ſed de adhibenda † fide teſti ſubornato ſi in-
ducatur per eum contra quem fuit ſuborna-
tus, quod eſt ſingulare ex eo quod in l. 3. §.
lege Iulia de teſtib. arcetur à teſtimonio, di-
cendo ille qui accepit pecuniam, vt diceret,
vel non diceret teſtimonium, & in l. 1. C. ad
40 l. Corn. de falſ. talis † punitur pœna falſi. Et
ita melius interpretatus eſt doctrinam Bald.
Roman. ſingul. 330. Incipien. tu ſcis ſextum;
Et ita etiam loquitur Felin. in cap. licet Ca-
non num. 7. in fine de probat. Et clarius per
Bero. quæſt. 59. num. 5. & 6. qui expreſſe
41 vult debere prius † conſtare de corruptione,
vt teſtis qui dicitur corruptus admittatur
contra corrumpentem, quod eſſet fruſtato-
rium, ſi ei ſoli dicenti ſe corruptum fides eſ-
ſet adhibenda; ad idem videatur Grammat.
voto 11. num. 10. & 11. vbi optime concludit
contra Aretinum.
Sed dubium eſt, nunquid clericus, qui cedu-
lones quibus denunciabatur excommunicatus

g lace-

laceranit ipſo iure beneficijs prinetur, vel ve-
42 niat priuandus? Et in vtroque † negatiue re-
ſoluendum eſt, quia talis pœna ob ſimile deli-
* ctum iure ſancita nō reperitur, gloſ. *communi-
niter recepta in cap.fin. vbi Abb.& cæteri, de
iurepatr. Dec.in c.2. n.3.de reſcript. Tiraq. in
l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur,nu.248. C.de
reuocan.donat.Et ita tenuit Rota in vna Tul-
len. Monaſterij Sācti Manſueti 16.Maij 1597.
coram Penia.

Quarto pœnam priuationis ipſo iure incur
rit clericus qui propria auctoritate poſſeſſio-
43 nē beneficij † ingreditur c. eum qui de præb.
lib. 6. Rebuf. in praxi benefic. parte 3. de
modo amit. benefic. nu. 28. late Couar.lib.3.
var. reſolut. cap. 16. numer. 7. qui plures ca-
ſus diſtinguit.

Quinto in eamdem pœnam incidit clericus
44 qui ante † confirmationem ſe immiſcuit ad-
miniſtrationi beneficij tex. eſt in c.auaritiæ de
* elect. lib.6. vbi communiter *Doct.
45 Amplia idē eſſe in præſentato † qui ante in-
ſtitutionem pariter adminiſtrationi beneficij
ſe ingeſſit. Nam licet tex. in d. cap. Auaritiæ
de elect.lib.6. loquatur in electo,& contineat
pœnam priuationis, quo caſu non videtur ex-
tendendus ad præſentatū cap.in pœnis de reg.
iur. lib.6. l. preces. & l. interpretatione ff. de
pæn. Nihilominus, quia decretalis illa eſt in-
ducta ad reprimendam auaritiam, & temeri-
tatem clericorum, & ad coadiuuandum ius
46 antiquum tanquam fauorabilis † extendi de-
bet, vt habeat locum etiam in præſentato, vt
ibi not. Gemin. colum. 2. verſ. nota bene, &
* Franc.nu.2.& iſta eſt communis* opinio Cal-
der. conſ. 8. de elect. Lap. alleg. 8. nu.4. qui
etiam ſubdit ita ſe habere communem obſer-
uantiam,& ita fuiſſe pronunciatum. Idem tra-
dit Gemin. in d.cap. auaritiæ col.vlt.verſ. ſed
eſt dubium Franc. n.2.verſ. item habet locum
Roch. de iure patron. in verbo Honorificum
quæſt. 39. Lambertin. in eod. tract. quæſt. 5.
princip. in 2. par. lib. 2. art. 11. Abb. in cap.
qualiter n.4. de elect. Butr. in cap.noſti nu.7.
eod.tit. Hanc quoque ſententiam tenet Gabr.
conſ.199.nu.3. lib.1. Et eam Rota ſæpius fuit
amplexa, vt teſtatur Sarnen. de trien. q.5.
verſ. poſtremo num. 23. & adeſt deciſ. Cre-
ſcent. 6. de iurepatron. Et fuit reſolutum in
vna Vrgellen. Abbatiæ 29. Ianuarij 1582.co-
ram Cardinale Seraphino, & deinde in vna
Iuuenacen. beneficij 4. Februarij 1594.coram
Cardinale Mantica.

Secundo amplia, vt pœna dictæ decretalis
47 auaritiæ locum habeat etiam reſpectu† bene-
ficiorum ſimplicium: Nam licet Gemin.ibi in
fine,& Lambert.d.q.5. art.11. dicant illū tex.
procedere ſolum in dignitatibus,& conſequen
ter eum,qui ante confirmationem, ſeu inſtitu-
tionem ſe ingerit in ſimplicibus beneficijs non
priuari ipſo iure, ſed eſſe locum d. cap.quali-
ter de elect. tamen cōtrarium eſt verius, quia
cum decretalis illa ſit fauorabilis, vt dixi, &
eadem ratio in ſimplicibus quoque beneficijs
locum habeat,diuerſum ius conſtitui non de-
bet l. illud ff. ad leg. aquil. l. à Titio de verb.
obligat. Et ita in ſpecie poſt Archid.in d.cap.
auaritiæ colum. 1. verſ. nullus,& Franc. n. 2.
verſ.ſed certe tenuit Rota in dicta Iuuenacen.
beneficij. Et probatur ex eo quod cap. quali-
ter procedit etiam in ſimplicibus, vt ipſe Ge-
* min. fatetur.Vnde cum ſit communis * opinio
quod ius antiquum d. cap. qualiter, ſit adiu-
uatum, & ampliatum, non correctum per d.c.
auaritiæ, atque in omnibus caſibus in quibus
olim neceſſaria erat ſententia,hodie illa ſit ſu-
perflua, vt notant Card. & Abb. in d. c. qua-
liter num. 4. Butr. in d. cap. noſti num. 7. &
Card. nu.1. de elect.Sequitur quod ſicut olim
d.cap. qualiter procedebat in ſimplicibus, ita
procedat hodie d.cap.auaritiæ. Et ita tentum
apud Creſcen. d.deciſ. 6. de iure patr.& con-
ſuluit Gabr. d.conſ.199. n.4. lib.1.

Tertio amplia,vt d. cap. auaritiæ procedat
48 etiam ſi inſtitutio fuerit nulla † ex defectu iu-
riſdictionis, quia talis inſtitutio non excuſat
præſentatum, qui ſe ingerit adminiſtrationi
quominus incidat in pœnā d. decretalis Card.
conſ. 31. nu.6. cum ſequen. Roman.conſ.330.
num.21. cum ſequen. Peregr. deciſ. 11. lib.1.
& tenuit Rota in dicta cauſa Iuuenacen. be-
49 neficij, Ex quibus apparet dictum † Mill. in
ſuo repertor. in verbo pœna decretalis auari-
tiæ,vbi vult dictum cap. non procedere quan-
do quis nulliter eſt inſtitutus, non eſſe verum,
quia vt reſpondet Peregr. in dicta deciſ.11. id
non habet locū quando nullitas oritur ex de-
fectu iuriſdictionis, ſed citationis,quod ſentit
etiam Gabr. d. conſ.199. num.5.qui loquitur
de inſtitutione facta à Capitulo, quod non ap-
paret habuiſſe ius inſtituendi.

Illud tamen eſt aduertēdum quod Clericus
50 excuſatur à pœna d.decretalis † ex errore iu-
ris ambigui, & obſcuri,vbi talis error ſit pro-
babilis, & ſic tenuit Rota in vna Caſalen. Pa-
rochialis 30. Maij 1586. coram Robuſterio,&
in eadem cauſa 5. Nouembris 1597. coram
Cardinale Seraphino, vbi Clericus præſenta-
tus fuerat ad Parochialem,& fuerat examina-
tus ab examinatoribus, & facta fuerat relatio
quo ad ſcientiam tantum, & non quo ad mo-
res,& ætatem, vt requiritur à Sacro Concilio
Tridentino ſeſſion. 24. cap. 18. Et Epiſcopus
eum inſtituerat, ſicque poſt inſtitutionem ſe
ingeſſerat adminiſtrationi, dubitatum fuit ex
quo inſtitutio erat nulla ob non ſeruatam for-
mam dicti Concilij, an ipſe incidiſſet in pœ-
nam d. cap. auaritiæ? Et fuit reſolutum quod
non,quia potuit credere ſe fuiſſe ab examina-
toribus approbatū in omnibus ex quo ordina-
rius eum inſtituerat,& ideo ob errorē iſtū pro-
babilē fuit excuſatus à pœna dictæ decretalis.

Sexto amittit etiā beneficiū ipſo iure necnō
51 omnia bona is qui † perpetrauit crimen læſæ
Maieſtatis l.quiſquis C.ad l.Iul. Maieſt.c.cum
ſecundū de hæret.lib.6.Nā de crimine hereſis

ad hoc

ad hoc crimen bonũ eſt argumentum gloſ. in
l.Manichæos C.de hæret.& in cap.1.de teſtib.
lib. 6. Rebuf.in praxi. beneſ. par. 3. de mod.
amitten. beneſic. nu. 32.

52 Septimo capiens poſſeſſionẽ † ex ſola ſuppli
catione ſignata litteris ſuæ prouiſionis nõ ex-
peditis omne ius quod in beneficio habet amittit,
& de cætero ad illud obtinendũ inhabilis red
ditur iuxta conſtitutionem æditam à Iulio Pa-
pa 3.de qua mentionem facit Gigas in epiſt.de
intruſis n.28.Burſat.conſ.393. ſub n.23.Man-
doſ.in regu.de non iudic.iuxta formã ſupplic.
q.4. nu.2. Et eſſe in viridi obſeruantia omnes
ſciũt. Vnde licet antea poſſeſſio poſſet capi vi-
gore ſolius ſupplicationis, vt fuit tentum plu-
ries in Rota per rationes Sarnen. in d.regul.
q.1.Et in vna Abulen.coram bo.me.Cardina-
li Sanctæ Crucis teſte Puteo deciſ. 229. lib. 2.
Hodie tamen requiritur expeditio litterarum
alioquin ingrediens dicitur intruſus,& nudus
detentor,& cõtra eum fieri poteſt impetratio,
vt fuit tentum in vna Virdunen. Parochialis
53 23.Iunij 1586. corã Gypſio,Quod locum † ha-
bet etiam in Epiſcopis, vt per Modern. de re-
ſignat. beneſic. lib.10. q. 1. n.23.

Declara primo,nam vt intret dicta conſtitu
tio allegans poſſeſſionem beneficij fuiſſe cap-
54 tam litteris non expeditis debet † id conclu-
denter probare,quia eſt materia obiectiua, vt
Rota tenuit coram Cardinale Quiroga in vna
Canonicatus Ciuitatis Caſtelli 20. Martij
1556.quã habes in manuſcrip.diuerſ.deciſ.15.

Secundo declara, vt dicta conſtitutio non
procedat vbi agitur de poſſeſſione Canonica-
55 tus capta † non capitulariter per prouiſum lit-
teris adhuc non expeditis,ea ratione,quia ta-
lis poſſeſſio eſt nulla Caſſad. deciſ.8. de cauſa
poſſeſ.& propriet.Put. deciſ.20.lib.2. Ideo illã
capiens non incidit in pœnam d. extrauagan-
tis cap.nõ pato de reg.iur.in 6.& fuit tentum
in dicta cauſa Ciuitatis Caſtelli.

Tertio declara,vt nõ procedat,vbi agitur de
poſſeſſione capta litteris nõ expeditis per pro-
56 curatorẽ † non habentem ſpeciale mandatũ ad
capiendã poſſeſſionem litteris nõ expeditis ea
ratione,quia mandatũ generale nõ ſufficit ad
57 faciendũ id,per quod Dominus † incidat in pę
nam Rota deciſ.7.vt lit.pend. in nouis, & fuit
dictũ in eadẽ Canonicatus Ciuitatis Caſtelli.

Quarto notabiliter declara non procedere
58 quando ex inſtrumento † adeptæ poſſeſſionis
non conſtat fuiſſe in adeptione habitam rela-
tionem ad ſupplicationem, & potuiſſe capi ex
alio titulo propter multiplicationem quæ da-
tur in beneficialibus ad not. per Felin. in c. in
noſtra n.4.de reſcript. tunc enim dicta conſti-
tutio non intrat, vt fuit reſolutum in vna Pla-
centina Capellaniæ 21.Maij 1601.coram Car
dinale Pamphilio,vbi contra petentem manu-
tentionẽ fiebat ſimilis obiectio,& fuit reſpon-
ſum, vt ſupra, & ita fuit euitata dicta conſti-
59 tutio, quæ † vt exorbitans ſtricte venit intel-
ligenda iuxta deciſ. Paleot. 16.

Octauo beneficiũ amittitur propter inſor-
deſcentiam in excõmunicatione, ideſt ſi cleri-
cus per annum in excommunicatione perman
ſerit. Qua in re, vt intelligatur quomodo ſit
procedendũ Duo caſus ſunt diſtinguendi. Pri-
60 mus eſt quando agitur † contra inſordeſcen-
tem, vti ſuſpectum de hæreſi, & tunc, vt pri-
uari poſſit, debet iterum tranſacto anno cita-
ri ad diluendam hanc ſuſpicionem: Quia licet
hæc perſiſtentia in excommunicatione opere-
tur effectũ ſuſpicionis hæreſis,& vt pro confeſ-
ſo quis habeatur,vt per Couar.in c.Alma Ma-
ter par.1. §. 7. de ſenten excommunic. lib.6.
Salzed. apud Bernard. Diaz in praxi canon.
cap.116. nu 9. tamen non præcludit viam ex-
communicato, quin elapſo anno poſſit inno-
centiam ſuam oſtendere, & legitimum impe-
dimentum allegare Ant. de Butr.in cap. 1. de
Iudic. vbi Ripa num.77.gloſ.1. in c.rurſus 11.
queſt.3. Quod ſi poſt citationem Clericus non
compareat poterit priuari cap.cum contuma-
cia,& ibi gloſ.& Doct.de hæret.lib.6.dummo-
do proceſſus fiat coram Inquiſitoribus ex cõ-
ſtitutione Pij Papæ Quinti. Et dummodo poſt
declarationem ratione inſordeſcentiæ ſteterit
per alium annum in pertinaci contumacia,li-
cet aliqui etiam ad hunc effectum requirant
triennium Ripa in d. cap. 1. de iudic. nu.78.
Couar. in d. cap. Alma Mater §. 6. nu.10. de
ſent. excommun. in 6.

Secundus caſus eſt,quãdo agitur cõtra cle-
61 ricũ ad effectum ſolũ † priuationis ob inſorde-
ſcentiam in excõmunicatione, & tunc non eſt
neceſſaria citatio poſt annũ ad ſe expurgãdũ,
ſed ſatis eſt quod in excõmunicatione inſorduerit
ſic tenuit Rota in vna Oſcen. Archidiaconatus
10.Iunij 1602.coram Horatio Card.Lãcelotto
ex not.per Abb.in d.c.1.de iudic.& per Aufrer.
ad Cappel.Toloſan. deciſ.365. Et licet deciſio
Card.Seraphini in illa Segobricen.inſordeſcen
tiæ 5.Iunij 1598.requirat citationem poſt an-
num, tamen per Rotam ibidem fuit intellecta
procedere ſolum quando agitur contra ſuſpe-
ctum de hæreſi, vt in primo caſu dictum eſt.

Admonendi tamen ſumus, quòd ad hoc, vt
clericus priuari poſſit beneficio propter inſor
deſcentiã requiritur quod excõmunicatio la-
62 ta † fuerit propter crimen, quod ipſo iure priuet
Clericũ beneficio, vel ſaltem propter quod ve
niat per ſentẽtiam priuandus iuxta diſtinctio-
nem,quam faciũt Doctores in d.c.1. de Iudic.
vbi Abbas n.24.& 27. & in c.cum cõtingat n.
7.de dolo,& contumac.gloſ.& Franc.in c.cum
cõtumacia de hæret.in 6.Roman. ſingul. 307.
vbi Additio. Secus ſi crimen ſit tale propter quod
nullo pacto imponi poſſit pœna priuationis,
veluti ſi excommunicatio lata eſſet ob debitũ
63 ciuile, quia tunc nunquam † propter ſolam
inſordeſcentiam pœna priuationis imponi-
tur, ſed alia arbitraria, & vt dicit Aufrer. ad
d. deciſ. Toloſ. 365. Satis eſt,quod ex tali in-
ſordeſcentia oriatur confeſſio delicti abſq; eo
quod alia pœna † pro eo imponatur, c.quia diuer-

ſitatē de conceſſ. præb. Et vltra allegatos idē
cēſuit Felin.in c.poſtulaſti de homicid.Couar.
in d.c.Alma Mater p.1. §.7. Et ſic ſeruatur in
practica quidquid dicat Menoch. de arbit.ca-
ſu 416.Et iuxta hanc diſtinctionē intelligendū
eſſe decretum Sacri Conc.Trid.c.3.ſeſſ.25.te-
nuit Rota in ſupra alleg.Segobien.inſordeſcē-
tiæ,in qua fuit reuocata ſentētia Audit. Cam.
priuatoria beneficiorū prętextu inſordeſcētię.
65 Nono propter periurium Clericus† benefi-
cijs priuatur non ipſo tamen iure, ſed præce-
dēte declaratoria ſuper ipſo periurio ſecundū
* opinionē * cōmunem, quam tenet Federic.de
Sen.cōſ. 50.Felin.in c.ex parte il 1.n.2. & ſeq.
de reſcript.Iul.Clar.in §.periuriū n.4.verſ. Itē
Clericus, Rebuf. in tract. de pacific. poſſeſ. in
4.limit.n.218.& ſeq.& in praxi benefic.par.3.
de mod.amit.benefic.nu.58.Bernard. Diaz. in
pract.crimin.Canon.cap.92. n. 3.
66 Sed ego exiſtimo quod † propter hoc Cle-
ricus non ſit priuandus beneficijs obtētis, ſed
tantum reddatur inhabilis ad obtinenda per
Achill.deciſ.deciſ.1.n.3.de iureiur. & fuit di-
ctum in allegata Segobien.inſordeſcentiæ co-
ram Cardinale Seraphino; Et dūmodo periu-
67 rium ſit verum,ſecus ſi Clericus† falſum dixe-
rit circa proprium delictū, quia tale periuriū
ad hunc effectū non attēditur; Nam licet reus
68 à legitimo † Iudice, legitime & ſecundum for-
mam iuris interrogatus, veritatem ſub reatū
peccati mortalis cōfiteri teneatur, S.Tho. 2.2.
q.69.art.1.vbi Gaietanus,& cōmuniter Theo-
logi; Nihilominus ſi circa propriū crimen fal-
69 ſum dixerit† in iudicio non punitur,vt periu-
rus,ſed habet Deū vltorem Alex. ad Bart. in
Addit.2. in l.1.ff. de bon.eorum,qui ſibi mor-
tem conſciuer. Bero.q 134. n.6. Ægyd.Boſſ. in
tit.de periurio,n.4.Clar.in praxi crimin.q.45.
n.10.verſ.quid ergo ſi reus,& in d.§. periuriū
num. 11. verſ. ſcias etiam. Et fuit reſolutum
per Rotam in d.cauſa Tullen.Monaſterij San-
cti Manſueti die 16.Maij 1597.coram Penia.
70 Decimo propter† homicidiū inducitur quo-
que beneficiorū priuatio,non tamen ipſo iure,
ſed per ſentētiā c.clericis.ibi honore priuetur,
& loco,ne cler.vel Monach.c.ex litteris de ex-
ceſ.pręlat.Innoc.in c.cū noſtris de cōceſ.pręb.
* & eſt cōmunis * opinio,vt colligitur ex allega-
tis à Corſet.in ſuis ſingular. in verbo ſentētia
verſ.18.quib.addo Petrū de Baiſio in directo-
rio elect. in 2.par.c.30. n.2. Idem tenet Felin.
atteſtans de communi in d.c.inquiſitionis n.3.
& 4. in fine de accuſat.
Vnde infertur ꝙ Clericus homicida poteſt
71 ante ſententiam† priuationis valide beneficiū
reſignare, cum nō antea ſit priuatus c.frater-
nitati de cler.excom.ſeruien. Doct. in c. cum
noſtris de conceſ.præben.Creſcent. deciſ.6.de
renunciat. Aufrer.ad deciſ. Tholoſ.436.
Limita, niſi homicidiū ſit qualificatū, quia
72 tunc† ipſo iure priuatio inducitur puta ſi Cle-
ricus accepta pecunia homicid. cōmiſerit.c.1,
& c.fin.ꝓpe ſi.in verbo ipſo facto. de homicid.
lib.6.Alex.cōſ.166.lib.7.Aut ſi parētes interfe-
cerit,vel eorū alteru,ſic fratrē c.inquiſitionis,
vbi Felin.col.1.n.4.de accuſ.Io.Anan.conſ.63.
Præterea eſt ſciendū ꝙ homicida per ſenten
tiā ita demum beneficio venit priuādus ſi ſua
voluntate id crimen perpetrauerit, ſecus ſi nō
ex propoſito,ſed caſu,vel vim vi repellendo,&
quia ſe à morte defenderet homicidiū ſit cō-
73 miſſum,quia† tunc Clericus etiā ad ſacrorum
ordinū,& Altaris miniſteriū,& beneficia quę-
cunque ad dignitates obtinēdas eſt diſpenſan
dus c.ſtudeat 50. diſt. c.ſignificaſti il 2.de ho-
micid. & ita ſtatuit Sacrum Concilium Trid.
ſeſſ.14.c.7. de reformat. ex cuius diſpoſitione
apparet dictū Felin.in d.c.inquiſitionis n.6.de
accuſat. nō eſſe verū,dum inquit,quod homi-
cidæ,& alij irregulares ſine diſpēſatione iuſte
tenent beneficia etiam ſi tales eſſent tempore
74 collationis,vel electionis,quia† immo etiam ſi
homicidium caſuale præceſſerit neceſſaria eſt
diſpenſatio,ſi vero ex propoſito fuerit commiſ
ſum, tunc clericus redditur prorſus inhabilis,
75 nec ei aliqua † Eccleſiaſtica beneficia etiā ſim
plicia cōferri poſsūt, vt patet ex lectura Con-
cilij.Et quod homicidæ indigno,ſeu crimino ſo
collatio facta non valeat probatur in c. fin. de
tempor.ordin.& in c cū non ab homine de iu-
dic.Feder.de ſen. conſ.50. Silua de benefic. in
3.par.q.2.n.35.& ſequen.& n.38.circa fin.be-
ne Corſet. in d. verbo ſententia verſ.18.
76 Vndecimo clericus† propter concubinatum
beneficijs priuatur, ad quem tamen effectum
etiam ſi concubinatus ſit publicus requiritur
trina monitio, & ꝙ poſtea conſtet de perſeue-
rantia in cōcubinatu iuxta formā Concilij Tri
dentini ſeſſ.25. cap.14.de reformat. Et tenuit
Rota in allegata Tullen.Monaſterij S.Manſue
eti 27.Ienuarij 1697. coram Penia,quam mo-
77 nitionem, & perſeuerantiam† eſſe neceſſariam
etiam de iure,vt poſſit quis puniri, tenet Ber-
nardin.Diaz in pract crimin. canon. cap.73.
Sed aduertendum eſt, quòd ad probandum
78 concubinatum † ad effectum priuationis ne-
ceſſaria eſt plena,& concludens probatio,etiā
ſi ciuiliter agatur,quòd regulariter verum eſt
in omnibus delictis, in quibus agitur ad pri-
uationem,vt per gloſ. in cap. veniens il 1. vbi
Abb. n.4. & Dec. n. 8. de teſtib. Alciat. conſ.
2. nu. 41. tom. 1. lib. 1. Natta. conſ.299. nu.
1. in fine, verſ. quia reſpondetur lib.2.E hanc
ſententiam Rota amplexa eſt in multis cau-
ſis,& præſertim in vna Calaguritana confiden
tiæ 25.Iunij 1593. coram Cardinale Pamphi-
lio, & in allegata Tullen. Monaſterij.
79 Ex quibus infertur† ex teſtibus deponentib.
de publica voce, & fama non oriri legitimam
probationem Mohed. deciſ. 160. alias 4. n.2.
de probat. Cæſar.de Graſ. deciſ.184. alias 2.
de accuſat. Verall. deciſ. 8. par.2. Gabr. de
probat. concl.1. n. 13. Et in terminis publici
80 concubinatus; quod non probetur † per teſtes
de publica voce, & fama extat deciſio Rotæ
60.diuerſ.in manuſcriptis,incipien.die 15.No
uembris

uembris in vna Peruſina,per doctrinam Felini
in eaþ. ſuper his, de accuſat. Et ratio eſt,quia
quando agitur de crimine etiam ciuiliter in-
81 tentato ſama † nec etiam ſemiplenam pro-
bationẽ ſacit, Bald. in cap.tam literis n.1. de
teſtib. Butr. in d. cap. veniens num.10. & ibi
Abb.n.9. de teſtib.Natta conſ.18. n.13. lib.1.
82 Verall. deciſ.8. n.2.part.2.Sed delicti † ſolum
operatur indicium Marſil. in l. de minore. §.
plurimum.n. 30. ff.de quæſt. Aret.in d. cap.ve
niens nu. 36. de teſtib. Pariſ. conſ.153. incip.
in iſta cauſa, n.12. lib.4. Idem Marſil. conſ.3.
incip. ſæpe,ac ſæpins, de re indic. n.5.

Veruntamen teſtes de publica voce,& fama
eo caſu quo alijs concurrentibus ad probandũ
83 hoc delictum admittuntur debent † explicare
à quibus perſonis huiuſmodi fama habuerit
originem, hoc eſt, quod audiuerunt à viris bo
nis,& honeſtis:Nã cum ab inimicis, & male-
uolis etiam oriri ea fama potuerit, tanquam
vana populi vox ſpernenda eſſet,cap.iu cũctis
11. quæſt.3. cap. qualiter & quando il 2.verſ.
verſ non quidem à maleuolis de accuſat. Ma-
ranta art.6. n. 18. verſ. vltra prædictas ratio-
nes , Et hanc opinionem paſſim Rota tenet vt
per Achil. deciſ. 321. alias 8. n.4. de iure pa-
tron. Et fuit deciſum in vna Calaguritana cõ-
fidẽtiæ coram Penia die 14.Decembris 1592.
Quod optima ratione comprobatur,quia cum
84 fama† ſuccedat loco accuſatoris d.cap.quali-
ter,& quando, de accuſat.& cap.licet Heli de
ſimon.& notat gloſ. in cap.1. in verbo,inqui-
rere, de offic. Iud.ſicut non adhiberetur fides
accuſatori,vel denunciatori maleuolo,Ita nec
ei ſamæ credendum eſt , quæ vel à maleuolis
fuit orta, aut incertum eſt , an à talibus ori-
ginem traxerit.

Præterea cum ob concubinatum non indu-
catur ipſo iure beneficiorum priuatio , vt ſu-
85 pra dictum ſuit,teſtes debent †etiam depone-
re de perſeuerantia in concubinatu poſt legi-
timas monitiones .

Item probare debent concubinatum cum
qualitatibus de iure ciuili requiſitis,videlicet
86 cum continua † cohabitatione , & communi
lecto,& menſa Aym. conſ. 368. num. 1. Natta
conſ.474. n.42. & 43. lib.2. Præpoſit. in rubr.
de Sponſal. num. 5. Gloſ. in l.concubinam,vbi
Dyn. ff. de concubin.

Sed Rota non ſeruat hanc opinionẽ, ſecun
dum quam facile eſſet clericis concubinas do-
mi nõ retinẽdo eludere penas à ſacris cano-
87 nibus latas cum concubinarios, ſed † aliam
amplectitur , quam tenet Bernard Diaz in
pract. crimin. Canon. cap.79. in princip. verſ.
concubinarium inſuper , vbi illum clericum
cõcubinarium recte dici,& eſſe putat,qui etiã
in aliena domo notam fœminã habet , cui ſo-
let carnaliter commiſceri ſi de conſuetudine
conſtet, & diffamatus eſt in ſua, vel ipſius fœ-
minæ vicinia . Vnde ſequitur , quod quamuis
88 conſtet de liberorũ † procreatione,non tamen
concludẽter probetur cõcubinatus, tum quia
ex ſimplici ſornicatione , & ex bino tertioue
acceſſu ad mulierem filijs procreari poſſunt,
cum non curetur hoc eſſe,quod poteſt non eſ-
ſe cap. in præſentia, de prob. l.non hoc.C.vn-
de cognat. Tum etiã quia ex liberorum exi-
ſtentia non infertur ad concubinatum de tem
pore præſenti , Quia licet clericus ex concu-
bina olim filios pro creauerit nihilominus po
teſt eſſe quod deinde impudicam fœminam
à ſuo conſortio abdicauerit.

89 Duodecimo ob non reſidentiã† poteſt quis
beneficio licite priuari, dũmodo tamen prius
in dicta eccleſia ter ſucceſſiue citetur,nec vni-
ca peremptoria citatio hoc caſu ſufficit Abb.
conſ.67. n.2. par.1. & tenuit Rota in vna Sa-
lamantina del Pedroſo 10. Decembris 1567.
coram Cardinale Seraphino eſt deciſ. 35. in
primo volumine ſuarum deciſionum: Debetq.
expectari antequã priuetur per ſex mẽſes iux
ta tex. in c.ex tuæ de cler.non reſiden. Et ita
cenſuit ſacra Congregatio Concilij Trid. ſeſſ.
23. de reformat. cap.1. in vna Vmbraticen.

Eſt tamen aduertendum , quòd ſi præceſſit
90 citatio perſonalis†poterit etiã non expectatis
ſex menſibus procedi ad priuationẽ,ſic tenuit
Rota in vna Zamoren. Capellaniæ 12. Iunij
1589. coram Cardinale Mantica. Quæ diſtin-
ctio citationis perſonalis , & per ædictum fuit
etiam facta in vna Terdonen.Præpoſituræ 17.
Martij 1600. coram Cardinale Seraphino, in
qua fuit etiam dictũ quod prædicta de priua-
tione procedunt tam reſpectu eius , qui abeſt
cum licentia quam eius,qui abeſt ſine licẽtia.

91 Item eſt aduertendũ quod monitio†non re-
quiritur ſi Epiſcopus ſtatuit , quod abſentes
per certũ tempus ſine licentia eius ſint priua-
ti etiam ſine monitione, nam huiuſmodi Sta-
tutum valet Abb.in c.quoniam §.porro col 4.
verſ.aduertendum tamen , vt lite non conſtet
Feder.de Sen.conſ.109.Oldr. conſ. 181. Card.
conſ.132.col. 3.& cõſ.130.Henric.Bot.in tract.
de Synod.Epiſc. in 3.par.art.1.n.148.plus ad-
92 dens Statutum ligare omnes, qui habent † in
illa Diœceſi beneficia etiam ſi reſideãt alibi ,
Idem tradit Rebuf.in pract.beneſ.in 2. par. in
tit. de diſpenſ.de non reſiden. n.13.

93 Debet tamen ſcientia huiuſmodi † Statuti
clare,& concludẽter probari,quia quãdo agi-
tur ad effectũ priuationis non ſufficit ſcientia
pręſũpta Mohed. deciſ.160.alias 4.de probat.
Put.deciſ.6.eod.tit.Niſi adeſſent vrgẽtes prę-
ſumptiones,vt fuit reſolutũ in cauſa Mediola-
nen.matrimonij die 22.Martij.1574.corã Cot
ta. Nam nihil repugnat, quod requiratur ple-
na probatio,& ſufficiant cõiecturæ,& præſum
94 ptiones,quia etiã†ex his poteſt oriri probatio
cõcludẽs prout late deducit. & plures allegat
Aym.cõſ.73.n.19.& conſ.178.n.1.& tenuit Ro
ta in allegata Oſcen. Archidiaconatus 10.Iu-
nij 1622.coram Horatio Card.Lancelotto,vbi
deciſiones Putei, & Mohedani ſupra allegatæ
fuerũt intellectæ, quando non concurrũt tales
cõiecturæ , & præſumptiones ex quibus poſſit

oriri plena probatio : Maxime in hac materia
95 beneficiali, quæ nõ requirit†exactiſſimas pro-
bationes, ſed contentatur probatione ordina-
ria, dummodo ſit plena, & concludens ſecun-
dum ſubiectam materiã, vt in cauſa Caſalen.
Præpoſituræ 21. Aprilis 1597. coram Gypſio,
vbi etiã fuit allegata deciſio Accorambon. 25.

96 Decimotertio obtinẽs† beneficiũ ſeu Capel
laniam requirentem ordinẽ Sacerdotalẽ de-
bet intra annum promoueri c. licet Canon de
elect.lib.6.qui annus incipit ab eo tẽpore, quo
ipſius beneficij regimen cõmiſſum eſt, & pro-
uiſus poſſeſſionem illius pacificam habuit, vel
per eum ſtetit quominus habuerit per tex. in
c. cõmiſſa eod. tit. Alias ſi intra dictum tem-
pus non fuerit promotus priuatur beneficio
non ipſo quidem iure, ſed per ſententiam, &
præmiſſa monitione ſuperioris, vt probatur in
cap. 1. de ætat. & qualit. vbi ita demum Cle-
ricus venit priuandus beneficio requirẽte Sa-
cros Ordines ſi non promoueatur, quãdo præ-
ceſſit monitio, ita gloſ. in d.c.1.in verbo fiant,
& in c.cum in cunctis §. inferiora de elect. in
verbo canonibus, Vbi Ant.de Butr.n.6.Rota
deciſ.3.de pæn.in antiq.Gemin.conſ.131. n.1.
& ſequ. Feder. de Sen. conſ. 25. incip. caſus.
Hoc etiam probat tex. in d.c.in cunctis §.infe
riora, quia non operatur priuationem ipſo iu-
re, nec per ſententiam ſine præuia monitione
Epiſcopi, vt colligitur ex lectura d.§.inferiora
& tenet Rebuf. in praxi benefic. tit.de non
promot. infra annum no. 25. & ita ponderan-
do dicta iura tenuit Rota in allegata cauſa
Tullen. Monaſterij Sancti Manſueti 17. Mar-
tij 1597. coram Penia.

Limita, vt non procedat in Eccleſijs Paro-
chialibus, & earũ Curatis, ſeu Rectoribus actu
97 curam exercentibus, nam hoc caſu pœna†pri-
uationis bene incurritur ipſo iure, & nulla re-
quiritur monitio, vt in d. cap. licet canon de
elect. in 6. qui tex. vti pænalis non debet ex-
tendi vltra caſum ſuum gloſ. ibidem in verb.
Parochialibus Gemin.d. conſ.131. n.1.& ſeq.
Rota d.deciſ.3. de pæn. in antiquis. Io.Andr.
in cap. Statutum n. 2. circa medium de elect.
in 6. Vitalin. in Clem.1. n.27. de offic. Vicar.
Bernard.Diaz.in praxi crimin.Canon.cap.48.
& fuit dictum in allegata Tullen. Monaſterij
coram Penia.

98 Secundo limita in † priore conuentuali ha-
bente curam animarum, & perſonarum tam
in foro pęnitentiali, quàm iudiciali, nã is quo-
que ipſo iure pœnam priuationis incurrit ſi
intra annum non promoueatur per clemen.ne
in agro §. cæterum de ſtat. Monach. Federic.
de Sen. conſ.25. num. 2.Rebuf.vbi ſupra.num.
5. & num. 6. vbi hoc extendit ſiue illa bene-
99 ficia, vel priuatus habeat † in titulum, ſiue in
commendam per d.§.cæterum. Et videas ibi-
dem Rebuf. per totum titulum, qui hanc ma-
teriam late pertractat.

Et aduerte quod in beneficijs ſacerdotali-
100 bus ita demum datur annus ad†promouendũ
quando verba fundationis non reſpiciunt actũ
collationis, vel præſẽtationis, ſed potius illius
proſecutionem, & ratio eſt quia tunc ſufficit
quod quis ſit Sacerdos habitu, licet non actu
Abb.in c.cum in cunctis §. inferiora ſub n.10.
& ibi Dec. nu.12. de elect. Roman. conſ.235.
Dec.conſ.172. in fine, & tenuit Rota 20. No-
uembris 1573. coram Cotta in cauſa Romana
Capellanię de Capizucchis: Secus quãdo anne
101 xio ordinis†requiritur in ipſo actu collationis
ſeu præſentationis, vt ſi dicatur, quod præſen-
tetur Sacerdos, vel Capellanus, qui Miſſas cele
bret, vel alias verba de neceſſitate reſpiciãt ip
ſum tempus pręſentationis, quia tunc non da-
tur annus ad promouendum, ſed requiritur
quod præſentatus de eo tẽpore ſit actu Sacer-
102 dos, cum qualitas iuncta † verbo intelligatur
ſecundũ tempus verbi Abb.in d.c.cum in cun
ctis §.inferiora ſub n.10.& Dec.n.12.Vitalin.
in clemen.2.§.in illa n.16.poſt Imol.col.10.de
ætate, & qualit Pariſ.conſ.50.n.17.cũ ſeq. lib.
4.& ita loquitur Barbat.in conſ.33.in 2.dubio
n.8. lib.2. Vbi teſtator dixerat quod Capella-
nia conferatur presbytero: Et ſic etiam debet
intelligi Lambert.qui Barbat.ſequitur de iure
patron.lib.2.par.1. q.7. art.27.cum ſequen.&
Roch. de Curte in verbo honorificũ ſub n. 21.
Qui exemplificat quando dictũ fuit quod prę-
ſentetur Sacerdos, vel Capellanus, qui Miſſas
celebret.& Dec.cõſ.127.ſub n.5. vbi in funda-
tione cauebatur, quod pręſẽtaretur presbyter,
Sacerdos, vel Capellanus, qui Miſſas celebra-
ret; Et in his terminis procedit deciſio facta co
ram Cardinale Blanchetto in cauſa Parmen.
Iurispatronatus 26. Nouembris 1582. & ita
tentum in vna Romana Capellaniæ 19.Martij
1586. coram Cardinale Pamphilio.

103 Decimoquarto priuatio etiã inducitur †ex
decreto de dimittendo beneficium, quod quis
obtinet intra certum tempus à die datæ gra-
tiæ, & per Papam factæ de alio beneficio in-
cõpatibili ſub pęna vacationis vtriuſque, quia
regulariter intrat ipſum decretum, vbi intra
tempus præfixum non dimittatur primum.

Declara dummodo vacua exiſtat poſſeſſio
beneficij quod confertur cum tali decreto, &
104 non adſit intruſus, quia † ſi poſſeſſio ſit plena,
& detur intruſus decretum non operatur, cum
impedito de iure non currat tempus l. ſi in
diem, & ibi Socin. num.4. de condit. & de-
monſtr. & ita tenuit Rota in vna Aſtoricen.
Archidiaconatus 15. Februarij 1574. coram
Cardinale Seraphino.

105 Rurſus declara, niſi † durante tempore ad
dimittendũ ſibi fuerit mota lis, vel facta con-
trouerſia etiã extraiudicialiter ſuper ſecundo
impetrato; Nam durãtibus dictis moleſtijs, ſeu
lite excuſatur ſi non dimittit : Et ratio eſt ne
quandoque dimiſſo primo contingat quod ſi-
mul careat & ſecundo c. licet Epiſcopus, vbi
Gemin. in 2. not. Franc. in 1.not.de præben.
in 6. Adden. ad Rotam deciſ. 3. num.2. verſ.
non tamen, qui teſtantur ita Rotam obſerua-

re de

re de præben. in nouis Sarnen. de trien. q.53.
n.2. verſ. ſed quo ad capitulum, & quod ſolæ
106 moleſtiæ †extraiudiciales,& de facto excuſent
impetrantem à pœna dicti decreti tenent etiã
Paulus de Eleazar.in clement gratiæ,& ibidẽ
Card.q.13.Imol.n.31. Vitalin. nu.50. de præ-
ſcript. Gemin. conſ.78.n.3. & fuit dictum in
vna Taraconen. Canonicatus 8. Nouembris
1596. coram Orano, quæ fuit confirmata co-
ram Cardinale Seraphino 9.Ianuarij 1598. Et
in vtraque deciſione fuit dictum hoc procede-
re etiam ſi moleſtiæ non reſpiciant vſum poſ-
ſeſſionis, & perceptionem fructuum.

Tertio declara, nam ad hoc, vt habeat lo-
107 cum pœna † priuationis appoſita in dicto de-
creto neceſſaria eſt ſcientia illius, qui priuan
dus eſt, quia ignorans non punitur l. cum
ancillis C. de inceſt. nupt. cap. ſi beneficia de
præben. in 6. Gomeſ. in tract. Mand. de pro-
uiden. num. 28. latiſſime Gabr. de clauſ.con
108 cluſ.3. num.8. Nec ſufficit ſcientia † per con-
iecturas,& præſumptiones,ſed requiritur cla-
ra, & concludens probatio Rota deciſ. 21. de
dolo & contum. in antiq. Felin. in cap. cum
contingat colum.6. verſ. dixit etiam Rota de
reſcript.& in cap. quoniam frequenter §.por-
ro colum. antepen. verſ. bene facit,vt lite non
conteſt. Ruin.conſ. 66. n. 18.lib.3.Caſſad. de-
ciſ.2. num.4. de penſion. Put. deciſ.6.de pro-
bat. & deciſ. 147. fuit dubitatum lib. 1. Mo-
hed. deciſ. 160. Et ita fuit reſolutum in
vna Leodien. Canonicatus 22.Iunij 1562.co-
ram Cotta, & de anno 1586. coram Cantuc-
cio in vna Burgen. Abbatiæ, & in allega-
ta Tarraconen. Canonicatus coram Orano.
109 Item † non ſufficit ſcientia procuratoris Cre-
ſcen deciſ.194.Ant.Auguſt.in tit.commun. de
præſumpt. nu.15. Sarnen. in regula de annali
q.48.in fine Afflict.deciſ.129.n.10. Et ſcientia
110 non eſt probanda in genere, ſed † in ſpecie
cum omnibus ſuis circumſtantijs,& qualitati-
bus,vt per Doct. in locis ſupra citatis.

Circumſcripto autem ipſo decreto beneficium
111 incompatibile † non amittitur ex impetratio-
ne ſecundi, niſi impetrans ſit ſecundum plene
conſequutus c.ſi quis iam tranſlatus 21. q. 2.
per quem tex. ita tenuit Abb. in cap.cum in
cunctis §. cum vero in vltimo not. in fin. de
elect.Roman. conſ. 335. nu. 1. & tenuit Rota
in vna Panormitana beneficiorum coram Ac-
corambono inter Iuliũ Galettum,& Andream
Vella ſub die 9. Ianuarij 1548. teſte Hoieda
de benefic. incompatibil.par.1.c.4.n.15.Hinc
Congregatio Sacri Concilij Tridẽtini cenſuit
112 in requirentibus reſidentiam† aut aliter quo-
modocũque incompatibilibus etiam ſi Cano-
nicatus ſint, vel portiones,induci vacationem
ipſo iure per adeptionem ſecundi pacifice poſ
ſeſſi per decretum dicti Concilij ſeſſ.7.c.4.iux
ta diſpoſitionẽ c.de multa de pręb.Quod pro-
113 cedit etiam in ſimplicibus† reſidẽtiam requi-
rentibus. Nam licet nonnulli teneant quod in
his per adeptionem ſecundi non vacet primũ,
ſed potius detur obtinenti optio dimittendi
quod voluerit prout poſt Io.Andr.& alios in
cap. 1. de conſuetud. in 6. voluit Oldr. conſ.
165. & Lap. allegat. 116. & fuit alias tentum
in cauſa Maceraten. Parochialis de anno
1575. coram Cardinale Lancelotto, & in alia
Foroſempronien. Canonicatus de anno 1582.
coram Ioanne Baptiſta de Rubeis, Nihilomi-
nus Rota poſtmodum receſſit à d opinione in
cauſa Salamantina dimidiæ portionis coram
Orano 11. Decembris 1585. & in Toletana
Capellanię de Varagios 15.Septembris 1591.
coram Cardinale Pamphilio, & in illa Tarta-
conen. Archidiaconatus 22. Martij 1592.co-
ram Litta.

Decimoquinto Clericus beneficium amittic
114 per liberam†reſignationem,vt per tot.titul.de
renunciat. vel per permutationem ,niſi ex al-
tera parte permutatio cõpleri non poſſit,quia
115 tunc † permutans beneficio non priuatur, ſed
ad illud poteſt redire Paul de Roman.in tract.
de penſ.cap.7.verſ.venio nunc ad quæſtionem
ſeptimi quæſiti n. 15. Et idem eſt ſi permuta-
tio ſit nulla ab initio,nam quilibet ex permu-
tantibus poteſt redire ad ſuum beneficium
cum nullum ius fuerit ab eis abdicatũ,vt Ro-
ta tenuit in illa Mutinen. Canonicatus 15.No
uembris 1597. coram Litta, Secus ſi permu-
tatio non ſit nulla à principio,ſed ex poſt cul-
pa vnius duntaxa ex permutantibus, vt quia
non produxerit conſenſum reſignantis ad ſui
fauorem in actis infra menſem, vt tenetur iux
ta conſtitutionem Pij Quinti, ſeu Gregorij
XIII. de publicandis,quæ ſolum onerat reſi-
gnatarios,ſeu ceſſionarios ad id faciendum,
tunc enim non licet ei redire ad beneficium
116 reſignatum, ſed valet† permutatio reſpectu al
terius permutantis ſecundum Io. Andr. in c.
vnico n.1.vbi Gemin. n.2.Franc.n.11. de rerũ
pmũtatione lib.6.Et ita tenuit Rota in vna Sa
lamãtin. pẽſionis 19.Iunij.1586.corã Bubalo.

Præterea ad explicationem prædictorum
tria ſunt notanda:Primum,quòd Clericus po-
117 teſt priuari beneficio † pro quocunque graui
delicto,non alias,per tex. in cap. ſatis peruer-
ſum, 56. diſtinct. & cap. inuentum, 16. q.7.
Abb. in cap.ex ſuæ de pæn. Doct. in cap.cum
non ab homine, de Iudic.

Secundo eſt notandum, quòd condemnatus
ex aliquo crimine, ex quo veniat priuandus
118 beneficio, eo priuatus † non dicitur, niſi hoc
expreſsè dicatur in condemnatione, Biſignet
de re iudicat. deciſ. 5.in fine Sarnen. in regu-
la de annali quæſt. 42. ſub litera E, & F, niſi
119 priuatio beneficij ipſo † iure irrogetur, c. 1.
§. Sacri,vbi Gemin.lib. 6. Abb. in c.inter,cir-
ca finem de exceſ. prælat. Bernard. Diaz in
praxi crimin. canonica cap. 123. in verbo,
beneficijs priuari.

Tertio eſt aduertendum,quod ſi collitigans
120 priuetur † beneficio propter falſitatem com-
miſſam, vel alia de cauſa, non per hoc bene-
ficium illud aduerſario acquiritur, quia be-
neficium

121 neficium ſine † ortulo Eccleſiaſtico alicui ac-
quiri non poteſt, c. 1. de reg. iur. in 6. Ita
Bald. in c. olim num. 13. de reſcript.

Sed dubitatio eſt non leuis in hac materia
122 ſi Monachus habens beneficium curatum † ex
diſpenſatione, vel ſi ſit beneficium curatum
ſui ordinis ad præſentationem Abbatis iuxta
clem. vt profeſſores, & ibi Vitalin. num. 10.
de regular. c. doctos & c. ſequen. 16. quæſt. 1.
committat delictum propter quod veniat pri-
uandus, ad quem pertineat cognitio, & corre-
ctio an ad Epiſcopum, vel potius ad Abbatem?
Quod enim ad Abbatem pertineat probari vi
detur primò in c. ſuſcepimus de homicid. Vbi
123 Papa committit Abbati † vt corrigat Mona-
chum ſuum, qui commiſerat homicidium. Se-
cundo facit tex. in c. ſi quis Monachus 90. di-
ſtinct. Tertio facit c. qualiter, & quando il 2.
in fine de accuſat. Quarto adducitur c. corri-
piantur 24. quæſt. 3. Quinto facit ratio, quia
124 Abbas † poteſt excommunicare ſuos Mona-
chos.

Verum iſtis non obſtantibus in contrarium
* eſt cõmunis * opinio, quod ſcilicet vbi agitur
125 de cauſa † criminali contra Monachum in fi-
gura iudicij in delictis communibus extra ca-
ſus comprehenſos in regula, vt eſt falſitas, ho-
micidium, & ſimilia, Epiſcopus habet inten-
tionem fundatam de iure communi, vt poſſit
procedere contra Monachos, ſeu perſonas re-
gulares non exemptas priuatiue ad Abbatem
ſeu Priorem iuxta deciſ. Capel. Toloſ. 309.
num. 2. & Guid. Pap. 559. Franc. in c. nullus
num. 3. ad fin. de elect. lib. 6. Egid. conſ. 5.
num. 30. quam opinionem vti communiter re-
ceptam tenuit Rota in vna Auguſtana iuriſdi-
ctionis 27. Maij 1573. coram Robuſterio, &
Rota antiqua, cuius ſola auctoritas ſufficit
in deciſ. Faſtol. cau. 3. dub. 8. in fine.

Et hæc quidem ſententia probatur ex tex.
in c. cum perſonæ de priuileg. lib. 6. Vbi præ
ſupponitur, quod Epiſcopus habeat intentio-
nem fundatam de iure communi tam contra
regulares, quàm contra ſeculares perſonas Ec
cleſiaſticas, & dicitur in fine, quod ſi nõ oſten-
dunt priuilegia exemptionum, aut præſcri-
ptionem poſſunt Epiſcopi in eoſdem libere vti
ſua iuriſdictione, & ille tex. loquitur de Epi-
ſcopis, qui habent intentionem fundatam de
iure communi c. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 6.

Rurſus probatur per tex. in c. 1. de priui-
leg. in 6. vbi monaci exempti ſi delinquant
126 † extra locum exemptum, poſſunt ab ordina-
rijs puniri non obſtante exemptione, Ergo ſi
non ſunt exempti poſſunt etiam puniri ſi de-
linquunt in loco non exempto.

Tertio hoc bene probatur in c. 1. 16. quæſt,
127 2. vbi Abbates habent ius † inſtituendi in Ec
cleſijs ſibi ſubiectis, ſed ſi Monaci ibi delin-
quunt iudicio Sinodi, & mucrone Epiſcopi
mulctantur, ex quo ibi Archid. num. 2. poſt
Vincen. inquit, quod de cauſa criminali nullus
niſi Epiſcopatus poteſt iudicare.

Quarto optime probatur hæc opinio per
tex. in c. 1. 18. quæſt. 2. vbi ad officium Epi-
128 ſcopi ſpectat † Monachos ad conuerſationem
Sanctam promouere, Abbates, aliaque officia
inſtituere, atque extra regulam acta corrige-
re: Et in hoc tex. bene probatur hæc diſtinctio,
quod in delictis contra regulam Abbas cogno
ſcere debet, in alijs vero extra regulam Epi-
ſcopus debet cognoſcere, quando proceditur
ſecundum ordinem iuris, vt etiam ſentit gloſ.
ibi dum diſtinguit inter delicta, in quibus iu-
ris ordine proceditur, & alia in quibus for-
ma iuris non ſeruatur.

Quinto hæc diſtinctio probatur in c. repre-
henſibilis iuncto c. ad noſtram de appellat.
129 Vbi quod Epiſcopus iudicialiter † procedere
debet monitione præmiſſa ad prolationem ſen
tentiæ excommunicationis, & eo caſu appel-
lare licet, ſed quando Religioſi ſunt corrigen-
di contra regulam Prælati ſui, & Capituli di-
130 ſciplinam non poſſunt † appellare, tum quia
non proceditur ſecundum ordinem iuris, tum
etiam quia proceditur in delictis contra regu
larem diſciplinam. Idem probatur in c. ad no-
ſtram, ibi, iuxta tenorem mandati, quod in
regula continetur, & inſtitutionem ordinis
corrigas, & caſtiges: Et ratio, quare non da-
tur appellatio in illo caſu eſt, quia Abbas pro-
cedit corrigendo, & ad pænitentiam, & à cor-
131 rectione † quæ fit ad pænitentiam, & extra
formam iudicij non datur appellatio, vt per
gloſ. in d. c. ad noſtram in verbo, minus.

Sexto probatur hæc diſtinctio in c. fin. de
ſtat. monachor. Vbi præcipit Viſitatoribus, vt
monachos delinquentes per Abbatem loci cor
rigi faciant, eiſque iniungi pænitentiam ſalu-
tarem iuxta Beati Benedicti Regulam, & Apo
ſtolica inſtituta ex quo tex. colligitur, quod
132 Abbas ſolum procedit † contra Monachos ad
correctionem iniungendo pænitentiam ſaluta-
rem ſecundum regulam, non in forma iudicij
quia ſi poſſet procedere in forma iudicij Pa-
pa mandaret Viſitatoribus, vt curarent Mo-
nachos delinquentes puniri ab Abbatibus iux
133 ta formam iuris. Et quamuis † tex. addat,
& Apoſtolica inſtituta, tamen debet intelligi
quo ad Apoſtolica inſtituta diſponentia ſuper
regula, & ſuper modo correctionis, & pæni-
tentiæ iniungendæ, non autem quod abſolu-
tè concedat Abbati iuriſdictionem proceden-
di ordinarie ſecundum formam.

Poſtremo pro hac opinione faciunt plures
134 rationes. Prima eſt quod Monaci † tenentur
obedire Abbati magis quam Epiſcopo in his
quæ concernunt fractionem voti, vel abſtinen
tiam, vel in ſilentio retinendo, & in obſeruan
tia regulæ, ſed vbi agitur de cura animarum
ab Epiſcopo ſuſcepta, & de cauſis iuris ordi-
ne tractandis potius Epiſcopo quam Abbati
obedire debent, ita diſtinguit Card. in clem.
1. §. quia vero q. 8. num. 31. Brixien. in re-
pert. in verbo Monachus verſ. an Monachus
debeat magis obedire.

Secun-

Secunda ratio eſt deducta per Innocen. in
cap. quanto n. 2. de offic. ordin. quod cum ſu-
perior confirmauerit regulam cenſetur Abba-
ti dediſſe facultatem faciendi ea, quæ in regu
la continetur ſi autem in iudicio eſt proceden
dũ criminaliter ſub Epiſcopo fieri debet, quia
135 minor † Epiſcopo cauſas criminales non agit.
Tertia ratio eſt, quod iudiciorum ſtrepitus
magis conſueuit fieri coram Epiſcopo, quàm
coram Abbate, Capra in regula 84. n. 35.
Quarta ratio eſt, quod Monachus delin-
quens circa ea, quæ concernunt diſciplinam
regularem dicitur delinquere, vt Monachus,
136 quando vero committit delictum † quod eſt
delictum apud omnes, vt furtum, homicidium,
& ſimilia non iudicatur, vt Monachus l. mili-
tum delicta, & l. omne delictum in princip. ff.
de re milit. Et ideo in primo caſu punit Ab-
bas in ſecundo Epiſcopus.
Vltima ratio eſt, quod Abbas dicitur Pater
Archid. in c. hæc autem n. 5. 24. q. 4. Ergo ſi-
137 cut pater † in filios ſola correctione extraiu-
diciali vtitur, nec poteſt in forma iudicij pro-
cedere l. 3. C. de patr. poteſt. Ita nec debet
Abbas iudicialiter cognoſcere, & hac ratione
vtitur Bald. in l. ſi filius C. de patr. poteſt.
His ita conſtitutis reſpondendum eſt iuri-
bus exaduerſo allegatis. Et primo non obſtat
c. ſuſcepimus de homicid. Quia Papa non Ab-
bas pœnam illius delicti imponit, & arbitrium
138 commiſſum † Abbati intelligitur reſpectu fori
pœnitentialis, vt etiã reſpondet Ægyd d. conſ.
5. n. 42. Vltra quod homicidium illud fuit pro
defenſione, nec fuiſſet punibile niſi Monacho
fuiſſet commiſſum quem non decet tam acri-
ter in alios excandeſcere, vt habetur ibi, quo
fit, vt bene etiã potuerit Abbas iſto caſu corri
gere, cum ageretur de tali facto quod non eſt
delictum apud omnes, ſed eſt delictũ in quan-
tum quis eſt Monachus.
Secundo non obſtat cap. ſi quis Monachus
90. diſtinct. Quia loquitur de contentionibus,
& rixis, quæ non ſunt delicta niſi ſecũdum di-
ſciplinam regularem, & quod ibi dicitur de
iniuria inter Monachos illata nihil facit, quia
nec etiam illud eſt delictum punibile, nec præ-
cedente accuſatione partis l. iniuriarum cau-
139 ſa. C. de iniur. Et Monachus non † poteſt ac-
cuſare, niſi velit Abbas cap. placuit, & c. nul-
lis quæſt. 8.
Tertio non aduerſatur tex. in cap. qualiter,
& quando il 2. in fine de accuſat. tum quia
ibi non exprimitur à quo Prælato Monachus
corrigatur. Tum quia ille tex. dum inquit,
quod facilius, & liberius poſſunt regulares ab
adminiſtratoribus ſuis remoueri oſtendit po-
tius non eſſe ſeruandum ordinem iudiciarium
140 quia omnia officia † & adminiſtrationes ſunt
manualia ad nutum Abbatis, & ideo non eſt
opus cognitione iudiciali Ægyd. deciſ. 203.
Caſſad. deciſ. 4. & 12. de præben. Achil. de-
ciſ. 2. de benefic.
Quarto nihil etiam facit cap. corripiantur
24. q. 3. quia loquitur de correctionibus, quæ
fiunt per pœnitentias ſalutares ex charitate
procedentes in exceſſibus leuibus nõ de emen
datione, quæ fit ad vindictam publicam, quia
illa pertinet ad Epiſcopum, qui ſolus in ſua
141 Diœceſi habet † merum Imperium cap. ſi quis
Epiſcopus cum gloſ. in verbo, quia alibi non
oportet 2. quæſt. 7. Speculat. in tit. de iuriſdi-
ction. omn. iudic. num. 27.
Quinto non obſtat, quod Abbas poſſit ex-
communicare ſuos Monachos, Quia non valet
conſequentia poteſt excommunicare, ergo po-
teſt cauſas criminalas audire, vt per Hoſtien.
in cap. tranſmiſſum prope fin verſ. hoc tamen,
& ibi Card. col. fin. verſ. & hoc, quod confir-
matur. de elect. Præterea quomodo iſti Præla-
ti inferiores poſſint excommunicare eſt maxi-
ma controuerſia inter Doct. quorum opinio-
nes refert Abb. in cap. cum contingat nu. 28.
29. & 30. de foro compet. Et ideo eſt dicendũ
quod ſicut inferiores Prælati habent faculta-
142 tem procedendi † in criminalibus contra per-
ſonas de Collegio non in forma iudicij, ſed per
modum correctionis, vt per Abb. vbi ſupra
nu. 29. in fin. verſ. puto tamen, & n. 33. verſ.
quarta concluſio. Item etiam hoc modo poſ-
ſunt excommunicare.
Conclude igitur veram eſſe cõmunem opi-
nionem Doctorum, quod in cauſis criminali-
bus vbi proceditur in forma iudicij Epiſcopus
habet iuriſdictionem in Monachos, ſeu perſo-
nas regulares non exemptas priuatiue ad Ab-
batem, ſeu Priorem, vt late per Ægyd. in præ-
allegato conſ. 5. quem vide, quia omnibus
contrarijs ſatisfacit.

Anterior creditor quando poſſit auocare pecunias exactas per ſecũdum creditorem paucis declaratum. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia ſoluta à debitore ſecundo creditori à primo habente hypothecam anteriorem auocari non poteſt ſi bona fide fuit conſumpta: Secus ſi mala, & n. 8.*
2 *Mulier licet habeat hypothecam in bonis mariti non tamen poteſt auocare merces venditas per maritum, aut alia venalia ne commercium interdicatur.*
3 *Pecunia poſteriori creditori ſoluta poteſt auocari ab anteriore, quando tempore ſolutionis par fuit omnium creditorum diligentia, & tamen poſterior fuit gratificatus.*
4 *Item poteſt auocare vbi ſolutio fuit facta per decoctum, & non ſupereſt vnde ſatisfiat anteriori.*
5 *Item auocari poteſt etiam a creditore anteriore priuilegiato.*
6 *Fiſcus poteſt ſolutum poſteriori creditori reuocare.*

Ambi-

AMbiguus eſt ille articulus, Vtrum ſolu-
tio facta à debitore in pecunia numera-
ta poſſit à primo habente hypothecam ante-
riorem auocari. Afflict. ſiquidem in deciſ. 190.
per totam quæſtionem iſtam ad partes exami-
1 nat, & tandem concludit † negatiuè: Et ita
quoque tenet Cephal. conſ. 555. n. 7. lib. 4. &
plerique alij. Pro qua bene facit quod notat
Bald. in l. vbi adhuc C. de iure dot. col. 5. verſ.
ſed pone maritus, Vbi vult, quod licet mulier
2 habeat † hypothecam in bonis mariti, non
propterea marito interdictum eſt vendere, &
alienare merces, & alia venalia, & contrahe-
re, & exercere artem ſuam; & ſic alienata non
poterunt per vxorem auocari hypothecaria,
ne comercium interdicatur.

Verum hæc opinio recipit nonnullas limi-
tationes; Et in primis fuit limitata per Rotam
in vna Romana pecuniaria 9. Maij 1594. co-
ram Cardinale Seraphino, vt non procedat,
3 quando tempore ſolutionis † par fuit omnium
creditorum diligentia, & tamen poſterior fuit
gratificatus, tunc enim anterior poteſt pecu-
niam ſolutam auocare Iacob. de Arena in l.
pupillus ff. quæ in fraud. credit. Caſtren. conſ.
446. nu. 3. par. 1. Phannuc. de Inuent. par. 5.
n. 148. Addit. ad d. deciſ. Afflict. 190.

Secundo limitatur quando ſolutio fit per
4 decoctum † & non ſupereſt, vnde ſatisfiat an-
teriori creditori Cephal. cõſ. 86. num. 8. & 12.
Surd. conſ. 4. ſub nu. 13. lib. 1. per tex. in l. ſi
non expedierit §. 1. ff. de bon. auctor. Iud. poſ
ſid. & per Bart. & Alberic. ibi, & alios plures,
& fuit reſolutum per Rotam in alia Romana
pecuniaria ſub die 29. Nouembris 1593. co-
ram Penia.

Tertio ſupradicta concluſio limitatur, vt nõ
5 procedat, quando creditor † eſt priuilegiatus,
in quibus terminis intelligi debet doctrina
Bart. in d. l. pupillus ff. quæ in fraud. credit. vt
per Afflict. in loco ſupra citato. Ideo non ha-
6 bet locum in Fiſco, nam ipſe poteſt † ſolutum
poſteriori creditori auocare hypothecaria l.
pecunia ff. de priuil. Fiſci.

Quarto limitatur, vt non procedat de rigo-
7 re, ſed tantũ de æquitate, † ne ſcilicet comer-
ciũ interdicatur Pariſ. conſ. 65. n. 1. & 2. lib. 4.

Verum eſt aduertendum, quod prædicta in-
telligi debent, niſi pecunia ſoluta fuerit con-
ſumpta, vt loquitur Afflict. in d. deciſ. 190.
& Rota tenuit in vna Romana pecuniaria de
Caualcantibus de anno 1575. coram fel. re-
cord. Clemente Papa Octauo tunc Auditore,
8 Et intellige quando pecunia † fuit conſumpta
bona fide, ſecus ſi mala, quia tunc dicitur ex-
tare & poterit auocari per anteriorem, vt ex
pluribus firmat Surd. d. conſ. 4. nu. 43. & ſe-
quen. lib. 1. quem videas ibid n. 25. nam te-
net quod in pecunijs cõſiſtat hypotheca, quod
etiã late defendit Strac. de decoctoribus par.
vlt. num. 30. & 31.

De vi, & effectu clauſulæ Sublata aliter iu-
dicandi, &c. & de oris aperitione, ex his
quæ in Signatura Sãctiſſimi, & in Sacro
Rotæ Auditorio reſoluta fuerũt exacta,
& diligens explicatio. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula Sublata aliter iudicandi, &c. claudit os Iudici, & illi adimit facultatem aliter iudicandi, & interpretandi.*

2 *Item operatur etiam ſi commiſſio ſit ſignata manu Papæ niſi in ea fiat mẽtio de aperitione oris, vel niſi adſit clauſula quorum tenores, &c.*

3 *Clauſula Quorum tenores, &c. operatur, vt poſſit inſeri totus tenor obſtantiarum etiam vigore clauſula Sublata.*

4 *Clauſula Sublata iuncta cum decreto irritanti, reddit iudicium ipſo iure nullum.*

5 *Poſita in aliqua diſpoſitione generali ad fauorem publicum operatur nullitatem etiam ſi de illa non ſit oppoſitum, Secus ſi ſit poſita in gratia ad poſtulationem partis, & nu. 6.*

7 *Item operatur etiam ſi non ſit poſita in Bullis, ſeu litteris, ſed in ſola ſupplicatione, præſertim quando ille, qui opponit de dicta clauſula poſſidet, & non agit pro canonizatione diſpoſitionis habentis dictam clauſulam, ſed dat de illa excipiendo pro obtinenda abſolutione, & n. 8.*

9 *Clauſula Sublata, &c. operatur etiam contra futuros Iudices.*

10 *Item operatur quamuis veniens contra diſpoſitionem continentem dictam clauſulam foueat bonum ius.*

11 *Item operatur quamuis ſit poſita in fine, quia refertur ad omnia præcedentia, & n. 12.*

13 *Poſita in fine diſpoſitionis iungitur cum clauſula quod de ſubreptione, &c. ſupra poſita, licet diſtet pluribus intermedijs.*

14 *Operatur ad fauorem beneficiati nomine ſuæ Eccleſiæ, etiam quod ipſe renunciauerit.*

15 *Locum habet nedum in prima, ſed etiam in ſecunda, & vlteriori inſtantia.*

16 *Cauſat impedimentum reale, itaut de illa poſſit opponi quandocunque.*

17 *De regulis Cancellariæ quamuis ſint fauorabiles contra gratiam habentem clauſulam Sublata, &c. opponi non poteſt.*

18 *Clauſula Sublata operatur, vt nihil opponi poſſit contra gratiam illam continẽtem etiam per viam replicationis.*

19 *Item locum habet in quolibet iudicio etiam ſummariſſimo manutentionis.*

20 *Operatur ſuum effectum non obſtante ſecunda diſpoſitione contraria continente clauſulas derogatorias quarumcumque conceſſionum carente tamen clauſula Sublata.*

21 *Non tollitur per ſecundam diſpoſitionem contrariam habentem clauſulas derogatorias quarumcũque conceſſionũ, niſi diſpoſitio contraria habeat clauſulam quorum tenores, &c. et n. 22.*

23 Ope-

23 *Operatur ſuum effectum, quamuis tempore, quo concedebatur indultū, ſeu gratia cum hac clauſula, reperiatur iam aliter iudicatum.*

24 *Non prohibet omnimodam interpretationem, ſed tantum friuolam, & extraneam.*

25 *Item nec prohibet interpretationem fundatam ſuper veriſimili mente diſponentis, nec illam quæ paſſiue ſit ex diſpoſitione iuris communis.*

26 *Non impedit quominus Iudex in executionem gratiæ aliquid facere poſſit.*

27 *Operatur ſolū, quando gratia principalis intrat. & num. 32.*

28 *Non obſtat ſi poſtea facto Papa recedatur à transactione confirmata cum dicta clauſula.*

29 *Item non obſtat dicenti gratiam non comprehendere caſum de quo agitur.*

30 *Tanquam acceſſoria recipit omnes conditiones, quas recipit principalis diſpoſitio.*

31 *Gratia continens conditionem ante conditionis euentum nihil operatur.*

33 *Clauſulæ acceſſoriæ ſequuntur naturam principalis diſpoſitionis, nec vltra limites illius ſe extendunt.*

34 *Clauſula ſublata, quæ fuit caſſata in ſupplicatione nō operatur, licet in gratia adſint clauſulæ æquipollentes.*

35 *Operatur ſolum quoad derogationes in gratiā appoſitas, non autem reſpectu non appoſitarum.*

36 *Regula de iure quæſito non tollendo, quando illi non fuit derogatum obſtat habenti gratiā cum clauſula ſublata.*

37 *Item contra gratiam habentem clauſulam ſublata opponi poteſt de quocunq; defectu per viā legis introducto.*

38 *Clauſula ſublata non impedit quominus Ordinarius auctoritate Concilij Tridentini poſſit reuidere vniones factas à quadraginta annis citra, & ſi per ſubreptionem obtentæ fuerint irritas declarare, quamuis cum clauſula ſublata concurrat decretum irritans.*

39 *Delegatio facta per Papam operatur oris apertionē exigit illā cui obſtabat clauſula ſublata.*

40 *In delegatione generali facta per viam legis exacta derogationes non requiruntur.*

41 *Concilium Tridentinum in cap. 6. ſeſſ. 7. in fine de reformat. ex ſententia Rotæ declaratur.*

42 *Clauſula ſublata non impedit ordinariū quando vult examinare ex officio vniones factas in quibus adest dicta clauſula, ſed quando agitur de illarū validitate in contradictorio iudicio ad inſtantiam Patris operatur ſuum effectum.*

43 *Poſita in diſpoſitione habente clauſulam vocatis vocandis non operatur effectum ſuum antequā ſit ſequuta confirmatio cum cauſa cognitione.*

44 *Item poſita in litteris in forma commiſſaria non ſuffragatur, niſi poſtquā litteræ fuerint executioni demandatæ.*

45 *Non operatur reſpectu illius, in cuius fauorem gratia eſt conceſſa, ſed eatenus locum habet quatenus pars ea vti velit.*

46 *Declara, quando quis renunciat toti gratiæ, ſecus ſi velit ea in parte vti.*

47 *Clauſulæ ſublata, &c. in totum renunciatū cenſetur ſi pars, quæ alias poterat de illa opponere obtineat commiſſionem ſuper validitate, vel inualiditate gratiæ.*

48 *Item cenſetur renunciatum huic clauſulæ per compromiſſum.*

49 *Clauſulæ ſublata, &c. renunciatum non dicitur quando impetratur cammiſſio ſuper ſola executione gratiæ.*

50 *Item non intelligitur dictæ clauſulæ renunciatū quando commiſſio eſt ſuper turbationibus, vel moleſtationibus, aut alijs non concernentibus validitatem, vel inualiditatem gratiæ.*

51 *Itē dictæ clauſulæ non renunciatur, quando reus impetrat cōmiſſionem ſuper iniuſtitia ſeu nullitate ſententiæ latæ contra eamdem clauſulam.*

52 *Item nec renunciatum dicitur huic clauſulæ, licet aliquis vigore ſignaturæ iuſtitiæ proceſſerit in cauſa reſpectu articuli, cui non obſtat hæc clauſula, tametſi commiſſio ſit generalis contra diſpoſitionem illam habentem.*

53 *Conſenſus non extenditur vltra limites ſuos.*

54 *Clauſula ſublata, &c. poſita in gratia ad poſtulationem partis intelligitur veris exiſtentibus narratis, et ſic non operatur, quod non detur de defectu intētionis, quando falſitas narratorum eſt detecta.*

55 *Clauſula Motu proprio non tollit vitium ſubreptionis in præiudicium tertij, nec Motus proprius purgat falſo expreſſa.*

56 *Clauſula ſublata, &c. poſita in gratia habente clauſulam, ſi ita eſt non operatur niſi verificatis narratis, licet eorum falſitas non ſit detecta.*

57 *Poſita in gratia ad poſtulationem partis ſine clauſula, Quod de ſubreptione, &c. non impedit quominus poſſit dari de defectu intentionis, ſecus ſi adſit etiam clauſula, Quod de ſubreptione, &c quia tunc bene operatur officium ſuum & num. 59.*

58 *Clauſula Quod de ſubreptione, &c. quādo per ſe ſola eſt poſita abſque clauſula Sublata &c. in gratia ad poſtulationem partis non operatur quominus de ſubreptione opponi poſſit.*

60 *Clauſula ſublata operatur effectū ſuum quamuis pluribus intermedijs diſtet à clauſula, Quod de ſubreptione.*

61 *Item operatur officium ſuum quando in gratia, ſeu diſpoſitione nō adeſt clauſula, Quod de ſubreptione, &c. ſed alia æquipollens.*

62 *Clauſula (ſicque in præmiſſis iudicari debeat per quoſcumque) non continet mandatum prohibitiuum aliter iudicandi, & intelligitur veris exiſtentibus narratis, quamuis in eadem diſpoſitione adſit clauſula, quod de ſubreptione.*

63 *Clauſula ſublata perdit virtutem ſuam, quando impetratur commiſſio apertionis oris.*

64 *Commiſſio apertionis oris per Signaturam Cardinalis non datur, ſed tantum per Papam reſecta deciſione Rotæ nuper in cauſa Peruſina della Marchia tonda.*

65 *Inferior non poteſt ſe intromittere vbi ſuperior manum appoſuit.*

66 *Rota ſtāte clauſula ſublata ſemper remittit partes ad ad Sanctiſſimum.*

67 Com-

Digitized by Google

67 *Commiſſio aperitionis oris non continet nouam gratiam, ſed tantum tollit obſtaculum, vt poſſit quis loqui, & Iudices eum audire, & iuſtitiam miniſtrare.*

68 *Cõmiſſio aduerſus clauſulam ſublata, &c. quando eſt reſtricta ad vnum articulum non tollit effectum clauſulæ alios.*

69 *Oris aperitio dat ſolum facultatem impugnandi ſcriptum non autem tollit gratiam in reliquis, nec virtutem clauſulæ quod de ſubreptione, nec aliarum clauſularum confirmatoriarum, & ſic non aſtringit partem ad verificandum narrata, ſed onus probandi incumbit allegãti ſubreptionem.*

QVanta ſit vis, & vtilitas clauſulæ Sublata, & quem effectum pariat ex infra dicendis demonſtrabitur. Igitur clauſula hæc
1 claudit os † Iudici, & illi adimit facultatem
aliter iudicandi, & interpretandi Card. in clemen. quia diligẽtia verſ. tertio quæro de elect. Bart. in l. fin. ſub nu. 1. C. de canon. frum. Vrbis Romæ lib. 10. Ruin. conſ. 21. n. 16. lib. 1. Felin. in cap. nonnulli ſub num. 22. verſ. ſeptima concluſio de reſcript. Anchar. conſil. 221. num. 2. Gundiſ. de legat. quæſt. 7. nu. 32. Put. deciſ. 51. eodem tit. lib. 1.
2 Amplia vt hæc clauſula † operetur etiam
ſi commiſſio ſit ſignata manu Papæ, quia talis ſignatura non prodeſt, niſi in cõmiſſione fiat mentio de aperitione oris Pariſ. conſ. 49. n. 26. lib. 4. Ruin. in loco ſupra citato, & tenuit Rota in vna Romana Caſalium Sancti Petri 27. Ianuarij 1561. coram Oradino, vel niſi adſit clauſula, Quorum tenores, &c. cuius vigore
3 poteſt † inſeri totus tenor obſtãtiarum etiam
vigore clauſulæ Sublata iuxta conſil. Butr. 2. alias 49. nu. 5. quod ſequitur Geminian. conſ. 120. nu. 7. Dec. conſ. 165. num. 2. & conſ. 141. nu. 7. Ægid. deciſ. 338. & paſſim tenet Rota Caſſad. deciſ. 10. nu. 2. ſuper regul. & fuit reſolutum in cauſa Peruſina della Marchia 15. Aprilis 1575. coram Robuſterio, & in vna Pampilonen. matrimonij 16. Ianuarij 1585. coram Orano, & in vna Bononien. Parochialis de Varignano 31. Ianuarij 1586. coram Gypſio, & alias ſæpe, Vel niſi in commiſſione Papæ adſit clauſula Statum, & merita pro expreſſis, &c. quæ habet vim aperitionis oris, ita vt per eam cẽſeatur derogatum clauſulę Sublata, &c. Ægid. d. deciſ. 338. Felin. in cap. cæterum col. 3. verſ. limita ſeptimo de reſcript. & fuit dictum in allegata Pampilonen. matrimonij coram Orano.
4 Secundo amplia, vt hæc clauſula † iuncta
cum decreto Irritanti reddat iudicium ipſo iure nullum Put. deciſ. 50. in fin. lib. 1. Pariſ. conſ. 38. n. 7. lib. 4. Et ſi ſit poſita in aliqua diſpoſitiõne generali ad fauorem publicum
5 operatur nullitatem, etiam ſi † de illa non ſit
oppoſitum Io. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de ſententia ſub num. 5. in verb. & eſt plene Alex. in l. 1. §. ſublata nu. 2. & 3. ff. ad Senat. conſ. Trebelian. Dec. conſ. 279. incip. in cauſa, quæ Lucæ agitatur ſub n. 4. verſ. ſed prædictis Rota Ianuen. deciſ. 190. n. 8. Tamenſi po-
6 ſitã in gratia ad poſtulationem † partis non
operetur nullitatem, niſi de illa opponatur, vt infra in limitationibus latius deducam: & be-
* ne facit, quod in ſimili tradit gloſ. *communiter approbata in cap. Statutum in princ. in verbo committatur de reſcript. in 6. Gemin. ibid. num. 12. Franc. nu. 15. Felin. in cap. cum acceſſiſſent n. 4. de conſtit. Caputaquen. deciſ. 249. par. 1.

Tertio amplia, nam hæc clauſula operatur
7 etiam ſi † non ſit poſita in Bulla, ſed in ſola
ſupplicatione, vt fuit reſolutum in Aretina commendæ 19. Ianuarij 1587. coram Cardinale Seraphino, & in vna Pampilonen. Prioratus de Artaxona 10. Ianuarij 1600. coram Cardinale Pamphilio. Præſertim quando ille,
8 qui dat de clauſula Sublata eſt † poſſeſſor, &
non agit pro canonizatione diſpoſitionis habentis dictam clauſulam, ſed dat de illa excipiendo pro obtinenda abſolutione, quo caſu ſufficit ſola ſupplicatio etiã quod litteræ nunquam fuerint expeditæ Caſſad. deciſ. 4. n. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & deciſ. vlt. nu. 7. de reſtit. ſpoliat. & deciſ. 1. num. 6. ſuper regul. cum ſimil. vt fuit dictum in allegata cauſa Pampilonen. Prioratus de Artaxona.
9 Quarto amplia, nam operatur † etiam con-
tra futuros Iudices, vt per Mandoſ. in tract. de monitorijs quæſt. 50. n. 4. qui reprobat. Afflictum contrarium tenentem deciſ. 361.

Quinto amplia; vt operetur etiam ſi veniẽs
10 contra † diſpoſitionem continẽtem hanc clau
ſulam foueat bonum ius Card. in d. c. quia diligentia, & ibi Imol. prope fin. de elect. Gundiſſal. de legat. d. q. 7. n. 32.
11 Sextò amplia, vt † operetur quamuis ſit po-
ſita in fine, quia reſpicit totam gratiam, & refertur ad omnia præcedentia, vt fuit reſolutum in d. Romana Caſaliũ 27. Ianuarij 1561. coram Oradino, & in Aretina commendæ 19. Iunij 1587. coram Orano. Vbi ampliatur etiã quod duæ adſint gratiæ; Idem fuit tentum in Tarraconen. Villæ de Rena 8. Februarij 1591. coram Cardinale Plato, & in vna Placentina Penſionis 8. Martij 1593. coram Penia. Et facit regula, quod clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia l. talis ſcriptura §. fin. ff. de leg. 1. & ibi Bart. & alij, Dec. & alij in cap. ſecundo requiris de appellat.

Et hoc multo magis procedit quando non
12 poteſt aſsignari diuerſa ratio † cur clauſula
Sublata potius referatur ad vnũ Capitulum, quã ad aliud Dec. in d. c. ſecũdo requiris n. 3. Idcirco ex regula d. l. talis ſcriptura §. fin. & & l. licet ff. de leg. 1. & l. primæ C. de lib. præter. & d. cap. ſecundo requiris de appellat. hæc
13 clauſula in fine poſita † iungitur cum clauſu-
la quod de Subreptione, &c. quæ eſt ſupra poſita pluribus intermedijs, vt fuit reſolutum in d. Aretina commendæ 19. & 30. Ianuarij 1587.

coram

coram Cardinale Seraphino, & in dicta Placentina penſionis coram Penna.

Septimo amplia, quia hæc clauſula operatur ad fauorem Beneficiati † nomine ſuæ Eccleſiæ, etiam quod ipſe renunciauerit, vel alias iurauerit, gloſ. in cap. ſi quis presbyterorum in verbo alienatorũ de reb. Eccleſ. non alien. Aret. conſ. 114. ſub num. 2. in fine, & nu. 30. & fuit dictum in allegata Aretina Commendę prima Iunij 1587. coram Orano.

25 Octauo amplia, vt locum habeat † nedum in prima, ſed etiam in ſecunda, & vlteriori inſtantia Rota Ianuen. deciſ. 190. num. 8. ea ſcilicet ratione, quia ex ea cauſatur impedi-
26 mentum reale, ideo de illa † poteſt quandocumque opponi, vt fuit deciſum in vna Calaguritana Canonicatus, ſeu confidentiæ 9. Iunij, & prima Iulij 1591. coram Penna.

Nono amplia, vt procedat licet opponatur de regulis Cancellariæ de quibus † contra gratiam habẽtem hanc clauſulam opponi non poteſt quamuis ſint fauorabiles, vt tenuit Rota in dicta Aretina Commendę de anno 1587. coram Cardinale Seraphino, & in Anconitana fructuum 2. Decembris 1591. coram Cardinale Pamphilio, Et quod quidquam opponi
28 nequeat † contra gratiam, in qua hęc clauſula ſit appoſita etiam per viam replicationis tradit Put. deciſ. 377. ſub n. 1. lib. 2. & tenuit Rota in vna Nullius, ſeu Aquinaten. 12. Maij 1600. coram Litta, bene Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. fol. 220. n. 16. in fin. & nu. 17. vbi quod non poteſt dari etiam de nullitate, Sed quomodo hoc ſit intelligendum infra declarabimus.

29 Decimo amplia vt locum habeat † in quolibet iudicio etiam ſummariſſimo manutentionis, vt fuit tentum in vna Cæſaraugustana diſmembrationis 13. Martij 1596. & 13. Maij eiuſdem anni coram Iuſto, licet de hoc dubitauerit Put. deciſ. 50. nu. 5. lib. 1. Idem fuit reſolutum in vna Vlixbonen. declarationis concordiæ 14. Ianuarij 1600. coram eodem Iuſto. Vbi quamuis conſtaret de quaſi poſſeſſione Monialium recipiendi nouitias abſque conſenſu patronorum, tamen propter hanc clauſulam in Breui patronorum appoſitam Rota noluit dare mandatum de manutenendo.

30 Vndecimo amplia, vt operetur † non obſtante ſecunda diſpoſitione contraria continente clauſulas derogatorias quarumcumque conceſſionum, carẽte tamen clauſula Sublata, &c.
31 quia per eam † non cenſetur derogatum huic clauſulæ, vt per Villadieg. in d. tract. de legat. par. 1. q. 7. nu. 32. Gambar. de offic. & poteſt. legat. lib. 8. tit. de poteſt. legat. in legib. & ſtat. cond. ſub n. 24. verſ. quintus caſus. Niſi diſ-
32 poſitio contraria habeat † clauſulam Quorum tenores, quia tunc bene tollitur clauſula Sublata acceſſorie poſita in prima diſpoſitione, quando ei per ſecũdam derogatur, Caſſad. deciſ. 10. n. 4. ſuper regulis. Et fuit tẽtum per Rotam in vna Vrgellen. Canonicatus 29 Aprilis 1592. coram Cardinale Blancheto, in cauſa Burgen. vnionis de Elinas 26. Octobris 1587. coram Orano, & in Rumana pecuniaria 23. Ianuarij 1594. coram Litta.

Duodecimo amplia, vt operetur quamuis
23 tempore † quo cõcedebatur Indultũ, ſeu gratia cum hac clauſula reperiatur iam aliter iudicatum, quia licet talis clauſula non afficiat ſententiam, operatur tamen, vt non poſſit ad illius executionem procedi facit tex. in c. ſi eo tempore de elect. lib. 6. vbi gloſ. in verbo effectu careat, & in verbo poſtmodum.

Sed quamuis hæc clauſula regulariter claudat os Iudici, & parti, vt non poſſit aliter iudicare, & interpretari, vt dictum eſt, Nihilominus eam limita, vt non procedat quoad om-
24 nimodam interpretationem † quæ ab iſta clauſula prohibita non cenſetur, ſed tantum friuola, & extranea propter illud verbum aliter interpretandi, quod importat diuerſo, vel contrario modo l. liberorum, & l. ſi qua pœna de verb. ſignific. Rebuff. in l. etiam n. 141. in fine eod. tit. Vnde non prohibetur inter-
25 pretatio † quæ fundatur ſuper veriſimili mente diſponentis, nec illa quæ fit ex diſpoſitione Iuris communis, cum talis interpretatio, quæ paſſiue fit ex diſpoſitione iuris, non cenſeatur contraria, vel diuerſa.

Secundo limita, vt non procedat, quãdo agitur de executione gratiæ; Nam licet per hanc clauſulam inferioris manus ſint ligatæ, vt nihil contra gratiam illam habentem decernere poſſit Caputaq. deciſ. 134. par. 3. Non tamen
26 impeditur Iudex quominus † in executionem gratiæ aliquid poſſit facere, vt tenuit Rota in vna Salamantina Iuriſdictionis 10. Iunij 1587. coram Cardinale Plato.

Tertio limita, vt clauſula Sublata ſolum
27 operetur quando gratia † principalis intrat Gemin. in cap. præſenti in princip. verſ. nota quod eo ipſo, & ibi Franc. in 3. not. de offic. deleg. lib. 6. Gabr. de clauſ. concluſ. 3. nu. 85. & fuit tentum in vna Oriolen. Decimarum 19 Iunij 1592. coram Orano.

Ex quo infertur primo, vt hæc clauſula non
28 obſtet, ſi poſtea facto Papæ recedatur † a tranſactione confirmata cum iſta clauſula, quia ceſſante diſpoſitione ceſſat dicta clauſula Gemin. & Franc. vbi ſupra, & fuit dictum in vna Romana pecuniaria 23. Iunij 1570. coram Cotta, & in dicta Auellina Vnionis 28. Iunij, & 15. Decembris 1595. coram Gypſio.

29 Secundo infertur, vt † non obſtet dicenti gratiam non comprehendere caſum de quo agitur, vt fuit reſolutum in cauſa Calaguritana Motus proprij de Victoria. 15. Iunij 1592. coram Cardinale Pamphilio, in Palẽtina præheminentiarum 10. Iunij 1587. coram Cardinale Plato, & in vna Romana impoſitionis Hebræorum 4. Februarij 1600. coram eodem Pamphilio, & alias ſæpe.

30 Tertio infertur, vt tanquam acceſſoria †re-
cipiat omnes conditiones, quas recipit princi-
palis diſpoſitio, Put. deciſ. 1. lib. 1. Dec. conſ.
142. in fine, & fuit tentum in dicta Auellina
31 Vnionis coram Gypſio. Vnde ſicut † gratia
principalis continens conditionem ante con-
ditionis euentum nihil operatur l. ſi quis ſub
conditione ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtam. l. cede-
re diem ff. de verb. ſignific. Rota deciſ. 10. de
conceſ. præben. in nou. Pariter etiam clauſu-
32 la Sublata tanquam † acceſſoria nihil poteſt
operare Caſſad. d. deciſ. 10. num. 4. ſuper reg.
Caputaquen. deciſ. 261. par. 1. Put. d. deciſ. 1.
n. 1. & 2. & fuit tentũ in dicta cauſa Vrgelen.
Canonicatus 28. Octobris 1592. coram Cardi-
nale Blanchetto, & in d, Oriolen. decimarum
coram Gypſio, Eſt enim generale, quod clauſu-
33 læ acceſſoriæ † ſequantur naturam principalis
diſpoſitionis l. fin. C. de non num. pecun. Put.
deciſ 255. n. 4. lib. 1. & deciſ. 91. lib. 2. nec vltra
limites illius ſe extendãt, vt in terminis huius
clauſulæ eſt deciſ. 300. in fin. par. 3. diuerſ. &
fuit dictum in allegata Calaguritana Motus
proprij, & in cauſa Valentina Decimarum, 9.
Iunij 1597. caram Cardinale Pamphilio.
34 Quarto limita, vt non operetur, †quando in
ſupplicatione fuit caſſata, licet in gratia ſint
clauſulæ æquipollentes, nã talis caſſatio facit,
vt nõ operentur effectũ huius clauſulę, quãuis
alias poſſent operari, vt fuit tentũ in vna Iſpa-
len. de Xerez 6. Nouembris 1602. corã Litta.
Quinto limita, vt operetur ſolũ quo ad de-
35 rogationes † in gratia appoſitas, non autem
reſpectu earum, quæ non fuerunt appoſitæ, vt
fuit dictum in allegata Calaguritana Motus
proprij coram Cardinale Pamphilio. Hinc eſt,
36 quòd ea nõ obſtante opponi poteſt de † regu-
la de iure quęſito non tollendo, quando illi nõ
fuit derogatum, Mandoſ. ad d. regul. q. 6. n. 4.
37 Item opponi † poteſt de quouis alio defectu
per viam legis introducto, vt fuit tentum in d.
Romana pecuniaria 23. Ianuarij 1594. coram
Litta, & in dicta Burgen. de Elines coram
Orano, & in Oriolen. Decimarum 21. Maij
1586. coram eodem.
38 Sexto limita, vt nõ operetur, quominus† Or
dinarius auctoritate Concilij Tridẽtini poſſit
reuidere vniones factas à 40. annis citra, & ſi
per ſubreptionem obtentæ fuerint, irritas de-
clarare, etiam ſi in illis adſit clauſula Sublata,
& decretũ irritans; Nam in c. 6. ſeſſ. 7. in prima
ſui parte abſolute datur hæc facultas Epiſco-
pis tanquã delegatis à Sede Apoſtolica, Vnde
ſi Epiſcopi tanquã delegati Papæ poſſunt pro-
39 cedere, ſequitur quòd illis † ſit apertum os, &
conceſſa iuriſdictio, Put. deciſ. 11. lib. 3. Quia
dato antecedenti dicitur permiſſum etiã con-
ſequẽs: Aret. cõſ. 155. n. 5. in fine Paul de Caſtro
cõſ. 85. n. 2. lib. 2. Et ſicut ſi Epiſcopus eſſet ſpe
cialiter delegatus à Papa ad reuidendã aliquã
vnionem, non eſt dubiũ, quòd haberet iuriſdi-
ctionem; Ita eſt dicendum in generali delega-
40 tione facta †per viam legis, in qua etiã non re-
quiruntur tàm exactæ derogationes, Calder.
conſ. 11. col. 2. verſ. nõ obſtat de priuileg. Felin.
in c. nonnulli n. 5. verſ. fallit autem de reſcript.
Gundiſaln. de legat. q. 7. n. 35. Et ita fuit tentũ
per Rotã in allegata Burgen. Vnionis de Eli-
nes 26. Octobris 1587. coram Orano, Vbi ad
clauſulam appoſitam in fine d. c. 6. ibi, Niſi ali-
ter à Sede Apoſtolica declaratũ fuerit; ex qua
inferebatur, quòd Papa apponendo in litteris
vnionis clauſulam Sublata, &c. videbatur de-
clarare, quòd vnio nõ reuideretur, & quòd de
illius ſubreptione dari non poſſet, fuit reſpon-
41 ſum dictam clauſulam † reſpicere tantum ſe-
cundam partem dicti cap. & non primam; Et
hoc quidem tanto magis locum hbet quando
Eccleſiæ vnitæ ſunt Parochiales, quia tunc in-
trat decretum Concilij ſeſſ. 24. c. 13. §. in om-
nibus, in quo adeſt ampliſsima derogatio ob-
ſtantiarũ, Et ſi beneficia vnita erant libera, &
ſupponuntur iuripatronatus, intrat decretũ d.
Concilij ſeſſ. 25. c. 9. §. inſuper, quod loquitur
in acceſsionibus factis per viam vnionis.
Sed iſtud declarandũ eſt procedere quando
Ordinarius vult reuidere, & examinare vnio-
nes factas ex officio, ſecus autem quando agi-
42 tur † de illarum validitate in contradictorio
iudicio ad inſtantiam partis, quia tunc clau-
ſula Sublata operatur ſuum effectũ, vt fuit re-
ſolutum in d. Burgen. Vnionis coram eodem
Orano ſub die 27. Martij 1591.
Septimo limita, Nam hæc clauſula adiecta
in diſpoſitione habente clauſulam Vocatis vo
43 candis, non operatur effectum ſuum† antequã
ſit ſequuta cõfirmatio cum cauſæ cognitione,
Rota diuerſ. deciſ. 102. n 9 par. 1. & fuit ten-
tum in vna Mediolanen. bonorum 10. Decem-
bris 1586. coram Cardinale Seraphino, vbi
fuit dictum, quòd hoc caſu poteſt dari de nul-
litate ex defectu citationis. Sic etiam dicendũ
eſt, quando clauſula hæc eſt poſita in litteris
44 in †forma Commiſſaria, quia non ſuffragatur,
niſi poſtquã litteræ fuerint executioni deman
datæ, Rota d. deciſ. 102. ſub num. 1. & fuit di-
ctum in vna Tiraſonen. Decimarum 8. Octo-
bris 1576. coram Robuſterio.
Octauo limita, vt non operetur reſpectu il-
45 lius † in cuius fauorem gratia eſt conceſſa,
nam ipſe poteſt gratiæ renunciare, & d. clau-
ſula eatenus operatur, quatenus pars ea vti ve
lit, Innocen. in cap. quia Ciuitas nu. 7. in fine
verſ. idem videtur, & nu. 8. in fine de conceſſ.
præben. Put. deciſ. 1. lib. 1. Creſcen. deciſ. 79.
lib. 1. & fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen.
congrui ſeruitij 29. Ianuarij 1593. coram Car
dinale Pamphilio.
Quod tamen declara procedere, ſi quis re-
46 nunciet toti gratiæ: Secus ſi vellet ea † in
parte vti, & in parte contrauenire, vt fuit di-
ctum in cauſa Portuen. bonorũ 26. Iunij 1577.
coram Cardinale Seraphino.
47 Omnino autem † huic clauſulæ renunciatũ
cẽſetur, ſi pars, quæ alias poterat de illa oppo
nere obtineat commiſsionem ſuper validita-
te,

te, vel inualiditate gratię, ſeu diſpoſitionis ha-
bentis huiuſmodi clauſulam, nam ex quo ali-
ter diſcuti non poteſt de iuribus illius, de ne-
ceſſitate huic clauſulæ renunciatum videtur,
vt fuit reſolutum in d. Pampilonen. Matrimo-
nij 16. Ianuarij 1585. corã Orano, & in Elnen.
Mineriorũ 28. Aprilis 1586. coram eodem &
in d. Tiraſonen. Congrui ſeruitij, coram Cardi
nale Pamphilio, & alias ſæpe, Et idẽ eſt ſi pars
48 compromittat, nam per compromiſſionẽ † cen
ſetur huic clauſulæ renunciaſſe, nec poteſt am-
plius de illa opponere, vt fuit reſolutũ in cau-
ſa, Hiſpalen. penſionis 23. Iunij 1572. coram
Binarino, & in allegata Pampilonen. matrimo-
nij corã Orano. Secus tamen eſt, quãdo com-
miſſio non eſt ſuper validitate, vel inualidita-
49 te diſpoſitionis, ſed ſuper † executione illius,
quia tunc non dicitur huic clauſulæ renuncia-
tum, vt fuit dictum in cauſa Placentina pen-
ſionis 8. Martij 1593. coram Penia, & de eo-
dẽ anno in Pampilonen. Archidiaconatus 19.
Martij corã Cardinale Pamphilio, &, & in vna
Olcen. Indulti 1. Iunij 1598. corã Litta; Sicuti
neque illi renunciatum dicitur, quando Com-
50 miſſio † eſt ſuper turbationibus, vel moleſta-
tionibus, vel alijs non concernentibus validi-
tatem, vel inualiditatem gratiæ, vt fuit dictum
in d. Pampilonen. Archidiaconatus, & in alia
Pampilonen. Prioratus de Artaxona 10. Ia-
nuarij 1600. coram Cardinale Pamphilio. Sic
quoque eſt dicendum, quando à reo impetra-
51 tur † commiſſio ſuper iniuſtitia, ſeu nullitate
ſententiæ latæ contra iſtam clauſulam, vt fuit
dictum in Calaguritana Confidentiæ 1. Iulij
1592. coram Penia: Similiter huic clauſulæ nõ
cẽſetur renunciatum, ſi quis vigore Signaturæ
52 Iuſtitiæ † proceſſerit in cauſa reſpectu articu-
li, cui non obſtat hæc clauſula, tametſi Com-
miſſio ſit generalis contra diſpoſitionem illam
habentem, vt fuit tentũ in d. Tiraſonen. Con-
grui ſeruiti 20. Maij 1591. coram Comitulo.
Et ratio eſt, quia conſenſus qui elicitur non ſo
53 let vltra † illius limites extendi, Dec. in cap.
cum Venerabilis ſub num. 26. verſ. voluntas
de exception.

54 Nono limita, Nam poſita in † gratia ad po
ſtulationem partis, intelligitur ũeris exiſten-
tibus narratis, & conſequenter non operatur
quod non detur de defectu intentionis, Put.
deciſ. 213. lib. 2. Sed iſtud intelligi debet cum
diſtinctione. Nam Aut falſitas narratorum
eſt detecta, & tunc quidem huius clauſulæ
virtus tollitur, & intelligitur veris exiſtenti-
bus narratis, vt fuit dictum in cauſa Maiori-
cen. Parochialis 27. Iunij 1572. coram felic.
record. Clemẽte Papa Octauo, tunc Auditore,
Quod procedit etiam in gratia Motu proprio
55 conceſſa, quia clauſula † Motu proprio non
tollit vitium ſubreptionis in præiudicium ter
tij, Pariſ. conſ. 74. num. 33. lib. 4. bene So-
cin. Iun. conſ. 77. num. 101. lib. 1. Nec Mo-
tus proprius purgat falſo expreſſa, quia cre-
ditur Princeps motus tanquã crediderit vera
illa, quæ ipſe expreſſit, Felin. in cap. ca quæ
il 2. n. 3. verſ. qui poſtea de teſtib. Put. deciſ.
179. incip. Procurator, lib. 1.

Aut falſitas narratorum non eſt detecta,
& tunc eſt ſubdiſtinguendum. Aut enim gra-
tia, in qua hæc clauſula continetur, habet
clauſulã, Si ita eſt, &c. & tunc pariter dicen-
56 dum eſt, quòd non operetur † effectum ſuum
non verificatis narratis, cum reſcriptum di-
catur conditionale iuxta doctr. Bald. in l. cum
te colum. 2. circa med. verſ. interdum allega-
tur C. de probat. & not. per Ruin. conſ. 68.
num. 18. lib. 1. & ita fuit reſolutum in cauſa
Pampilonen. diſmembrationis fructuum 16. Iu
nij 1595. coram Cardinale Blanchetto, & in
vna Calaguritana Canonicatus 27. Iunij & 5.
Nouembris 1601. coram Sacrato.

Aut gratia non habet clauſulam Si ita eſt.
Et tunc etiam eſt ſubdiſtinguendum: Nam
aut clauſula Sublata eſt poſita in gratia ad po
57 ſtulationem partis per ſe ſola † ſine clauſula,
Quod de ſubreptione, & obreptione dari non
poſſit, & ſimiliter intelligitur veris exiſten-
tibus narratis, & non operatur, vt non poſ-
ſit opponi defectus intentionis: Quia ſicut
clauſula, Quòd de ſubreptione, &c. quando
58 per ſe ſola eſt poſita abſque † clauſula Subla-
ta in gratia conceſſa ad poſtulationem partis,
& non Motu proprio non operatur, vt non
poſsit opponi defectus ſubreptionis ea ra-
tione, quia intelligitur veris exiſtentibus nar-
ratis, vt ſunt iura clariſsima in cap. 2. de re-
ſcript. in l. fin. C. de diuerſ. reſcript. pari ratio-
ne clauſula huiuſmodi Sublata poſita in gra-
tia ad poſtulationem partis tanquam acceſſo-
ria recipit eamdem interpretationem Put. d.
deciſ. 213. lib. 2. Io. Paul. deciſ. 170. facit gloſ.
in l. ſi patronus §. patronus in verbo . . . ad
finem ff. ſi quid in fraud. patron. vt per De-
cium. conſ. 142. in fin. n. 9.

Aut vero in reſcripto vna cum iſta clau-
ſula adeſt clauſula, Quod de ſubreptione, &c.
59 Et tunc † operatur officium ſuum; Nam &
releuat impetrantem ab onere probandi, &
adimit parti, & iudici facultatem aliter inter-
pretandi, & iudicandi, etiam quod verſemur
in gratia conceſſa ad poſtulationem partis
Dec. d. conſ. 142. num. 9. Pariſ. conſ. 3. num.
84. lib. 4. Put. deciſ. 377. lib. 3. & d. deciſ.
223. lib. 2. Et ita diſtinguendo tenuit Rota
in allegata Calaguritana Iuriſdictionis 30.
Maij 1580. coram Ioanne Baptiſta de Rubeis,
& alias ſæpe, vt in Mediolanen. bonorum
2. Decembris 1585. coram Cardinale Seraphi
no, in dicta Elnen. Mineriorũ 28. Aprilis 1586.
corã Orano, in Pampilonen. Archidiaconatus
19. Maij 1593. corã Cardinale Pamphilio, & in
Iſpalen. beneficij 6. Nouemb. 1602. corã Litta.

Ampliahanc vltimam partem diſtinctionis
vt procedat quãuis † clauſula Sublata, &c. plu
ribus intermedijs diſtet à clauſula Quod de
ſubreptione, &c. vt fuit reſolutũ in dicta cauſa
Aretina Commendæ 19. & 30. Ianuarij 1587.

coram Cardinale Seraphino, & in Placentina
penſionis 8.Martij 1593.coram Penia, in qua
fuit dictum non eſſe neceſſarium iſtas clauſu-
las ſimul vna verborum ſtructura collocare,
ſed ſatis eſſe in eadem ſupplicatione, & litte-
ris contineri, vt ſuum operentur effectum Iaſ.
in l.fin. n.3. ff. quod quiſque iuris Socin. Iun.
conſ.78. nu. 38. lib.3.

Secũdo amplia, vt procedat, licet n reſcripto
nõ adſit clauſula, Quod de ſubreptione, &c. Sed
61 alia † ęquipollẽs, vt de clauſula, Quod nõ poſſit
contrauenire fuit dictũ in dicta cauſa Medio-
lanen. bonorũ coram Cardinale Seraphino, &
vide Pariſ.d.conſ 3.n.85.cum ſequen. lib.4.

Ecõtra vero limita, ſeu potuis declara eam-
dem partem diſtinctionis, vt procedat ſolum
quãdo cũ clauſula, Quod de ſubreptione, &c.
cõcurrit clauſula Sublata, vel aliud decretum
prohibitiuum, & priuatorium facultatis ali-
ter iudicandi iuxta tradita per Card. & alios
in c. quia diligentia de election Secus ſi adſit
62 clauſula, Sicque † in præmiſſis iudicari debeat
per quoſcũque, &c. quia cũ huiuſmodi mãda-
tũ non ſit prohibitiuũ aliter iudicandi, intelli
gitur veris exiſtentibus narratis, & conſequen
ter licet concurrat clauſula, Quod de ſubre-
ptione, Nihilominus gratia erit iuſtifican-
da, cum ceſsãte decreto prohibitiuo huiuſmo-
di clauſulæ tanquam acceſſorię regulentur ſe-
cundum naturam gratiæ principalis clem.1.in
fine de præben. Dec. conſ. 304. num.7. Ferret.
conſ 365. n.13. lib.2. Vnde ſicut gratia prin-
cipalis non intrat, niſi verificatis narratis per
impetrantem, ſicque reſpectu illius ſubintelli-
gitur clauſula, Si preces veritati nitantur iux
ta c. ſecundũ de reſcript. merito, & idem di-
cendum eſt reſpectu dictarum clauſularũ, non
obſtante quod verba ſint præceptiua, quia non
prohibent aliter iudicari, vbi per impetrãtem
narrata nõ ſint verificata, prout operatur clau
ſula Sublata, Ita declarauit Rota in allegata
Iſpalen. beneficij de Xeres 6. Nouẽbris 1602.
coram Litta.

Decimo limita, nam virtus huiuſmodi clau-
63 ſulæ tollitur quotieſcumque † impetratur cõ-
miſſio aperitionis oris, quæ datur tãtum a Pa
64 pa in Signatura gratiæ, quia Signatura † Car-
dinalis non poteſt, nec id facit, vt aperiat os
Sarnen. in Compend. vtriuſque Signat. n. 14.
Staphil. de lit. grat. fol. 149. verſ. ſecundum
eſt Put. deciſ. 1. de reſcript. & fuit reſolutum
in vna Verulana penſionis 19. Maij 1587. co-
ram Cardinale Plato, & rurſus in vna Tarra-
conen. Villæ de Reus 2. Aprilis 1593. coram
Cardinale Seraphino, vbi fuit reiecta deciſio
Robuſterij in cauſa Peruſina della Marchia
Touda 15. Aprilis 1575. in qua contrariũ fue-
rat reſolutum, Videlicet quod Præfectus Si-
gnaturæ Iuſtitiæ poterat aperire os. Et pro
65 prima opinione facit, quia vbi ſuperior appo-
ſuit † manum non poteſt inferior ſe intromit-
tere c.cum inferior de maior. & obedien. c. cũ
debitor de appellat. Rota diuerſ. deciſ. 102.
n. 10. par. 1. late Nenizan. conſ. 44. nu. 11.
Ideo Rota ſtante hac clauſula tutius agendo
66 ſolet ſemper † remittere partes ad Sanctiſſi-
mum Cotta deciſ. 19. quæ eſt Romana Ca-
ſalium 20. Decembris 1560. coram Oradino.

Eſt tamen aduertendum, quod commiſſio
aperitionis oris non continet nouam gratiam
67 ſed ſolum remouet † obſtaculũ, vt poſſit quis
loqui, & Iudices eum audire, & pro iuſtitia iu
dicare Sarnen. in regul. de iure quæſit. non tol
len. q.16. & fuit deciſum in cauſa Burgen. De-
cimarum de Scalante 13. Nouembris 1591. co
ram Orano. Vnde cum ſapiat iuſtitiam non
poteſt impognari de ſubreptione, vt fuit reſo-
lutum in cauſa Cæſarauguſtana exemptionis
29. Decembris 1584. & in Romana de Gabrie-
lis 12. Nouembris 1595. coram eodem.

Secundo eſt aduertendum, quod commiſſio
68 aduerſus clauſulam Sublata, quando † eſt re-
ſtricta ad vnum articulum non tollit effectum
clauſulę quo ad alios, vt fuit reſolutũ in d.cau
ſa Tarraconen. Villæ de Reus coram Cardi-
nale Seraphino.

Tertio eſt aduertẽdum quod licet oris aper-
ritio tollat rigorem clauſulæ Sublata, & det
facultatem impugnandi reſcriptum, nõ tamen
69 tollit † gratiam in reliquis, nec virtutem clau-
ſulę, Quod de ſubreptione, nec aliarum clau-
ſularum confirmatoriarũ, & conſequenter non
transfert onus probandi in illum, qui gratiam
obtinuit. Quinimmo illud onus ſemper rema-
net penes dantem de ſubreptione, quamdiu
gratia non reducitur ad terminos iuris com-
munis, Afflict. deciſ. 228. nu. 13. verſ. Et licet,
& n. 14. Et fuit reſolutum in d. Romana de Ga-
brielis coram Orano, in Sutrina Monaſterij 9.
Nouembris 1596. corã eodem, in Romana do-
morum 19. Maij 1595 coram Litta, in Pampi-
lonen. Archidiaconatus 29. Martij 1593. co-
ram Cardinale Pamphilio, & in cauſa Pacen.
penſionis 20. Nouembris 1609. coram Mar-
comõtio, vbi hoc fuit ampliatum habere locũ
ſiue gratia emanauerit Motu proprio, ſiue ad
inſtãtiam partis, Neque fuit admiſſa diſtinctio
alias facta in illa Seguntina dimidiæ annatæ
16. Iunij 1605. coram Litta, quia confunditur,
Tum ex eo, quód gratia Motu proprio emana
ta, etiam ſi prædictas clauſulas non habeat, nõ
indiget aliqua iuſtificatione; Tũ quia ſemper
verum eſt, quod opponenti de ſubreptione in-
cumbit onus illũ probandi, iuxta notata in c.
ſuper litteris, vbi gloſ. Abb. Imol. & alij de re-
ſcript. Aym. conſ. 60. n. 9. Pariſ. cõſ. 1. n. 51. lib. 4.
Veral. deciſ. 220. p. 3. & fuit etiam cõſideratũ
in prædicta Sutrina Monaſterij. Et quidẽ de-
ciſio in d. cauſa Segũtina ponit caſũ in ſimpli
ci clauſula Sublata; Ideo nil mirũ ſi ibi locus
erat iuſtificationi: Quia clauſula, quod de ſub-
reptione dari non poſsit, quando ponitur ſiue
clauſula Sublata, habet tacitam conditionem
quatenus preces veritati nitantur, vt ſupra di-
ximus, & fuit etiam dictum in d. Hiſpalen. be-
neficij de Xeres coram eodem Litta.

De

De decreto irritanti nonnulla ſcitu digna recenſentur. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 Decretum irritans ligat etiam ignorantes, præterquam ſi ſit decretum Legati, ſeu alterius inferioris vel agatur de pæna, & n. 2.

3 Poſitum in confirmatione ſtatutorum à Principe facta operatur, vt ſtatuta non poſſint ab inferioribus tolli, vel interpretari.

4 Statutum confirmatum poteſt reuocari à ſtatuentibus etiam non habentibus facultatem ſtatuendi quando ſit redditus ad ius commune.

5 Fallit quando ſtatutum in confirmatione habet clauſulam decreti irritantis.

6 Decretum irritans quamuis operetur, quod ſtatuta non poſſint ab inferioribus tolli vel interpretari, non tamen alterat formam ipſorum ſtatutorum.

7 Non refertur ad omnia in libro ſtatutorum contenta ſed tantum ad ea, quæ inducunt nullitatem.

8 Item inducit formam, & operatur nullitatem eorum quæ fiunt contra diſpoſitionem vel gratiam in qua illud continetur, & n. 15.

9 Forma requiſita ad certum effectum, ſi ille effectus aliunde habeatur, poteſt adimpleri per æquipollens.

10 Fallit quando diſpoſitio habet clauſulam decreti irritantis.

11 Decretum irritans operatur, vt magis attendatur forma legis, quam ratio legis.

12 Appoſitum expreſſe in diſpoſitione annullat actū in contrarium factum, ſecus ſi ſolum tacite ex ea colligatur.

13 Forma quæ tacite inducitur poteſt adimpleri per æquipollens.

14 Statutum licet habeat clauſulam decreti irritantis, tamen ſi aliquid diſponat, nec vlterius procedat annullando factum in contrarium, poteſt adimpleri per æquipollens.

16 Decretum inficit titulum, & poſſeſsionem.

17 Item reddit iudicium ipſo iure nullum tam in petitorio quam in poſſeſſorio.

18 Clauſula ſublata, &c. iuncta cum decreto irritanti ligat manus inferioris, vt nihil in contrarium poſſit decernere.

19 Signatura Iuſtitiæ non poteſt aperire os, & tollere nullitatem actus reſultantem ex decreto irritante, & clauſula ſublata.

20 Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſsionem, & nullitatem operatur, quando eſt poſitum in reſeruatione clauſa in corpore iuris, vel ſuper certa re, vt puta ſuper certo corpore beneficij alias ſecus.

21 Non infirmat actum plene perfectum ante decreti interpoſitionem, ſed in gratia adiectum operatur etiam ante præſentationem litterarū, & ſic reuocat proceſſum à Iudice factum etiam ante præſentatas litteras reuocatorias, & num. 22. & 23.

24 Impedit executionem ſententiæ latæ etiam ante eius interpoſitionem.

25 De ſtylo Rotæ operatur nullitatem dumtaxat, quando pars ad cuius fauorem eſt appoſitum, de illo opponit, & nu. 26.

27 Stat acceſſorie ad gratiam, ſeu diſpoſitionem, & ideo ſecundum naturam illius debet regulari.

28 Tollitur per derogationem ipſius gratiæ, vel diſpoſitionis principalis, dummodo derogatio ſit ſpecialis, & indiuidua, & n. 29.

30 Appoſitum in gratia ad poſtulationem partis, intelligitur veris exiſtentibus narratis, nec impedit exceptionem ſubreptionis.

31 Item adiectum in diſpoſitione conditionali non operatur, niſi prius purificata conditione.

32 Clauſulæ poſitæ in reſcripto conditionali eamdem conditionem recipiunt.

33 Decretum irritans non ligat Papam, quamuis loquatur de quacumque auctoritate etiam Apoſtolica.

34 Eius verba non ſunt trahenda ad perſonam loquentis.

35 Ligat Papam quando dicitur etiam per nos, &c.

36 Item quando apponitur in lege, ſeu conſtitutione generali, niſi Papa aliquid faciat motu proprio, vel ſi facit ad inſtantiam partis id faciat ex certa ſcientia, cum clauſula derogatoria ipſius decreti, & n. 37.

38 Decretum irritans appoſitum in regula octaua Cancellariæ de menſibus, & alternatiua ligat ipſum Papam, quoad prouiſiones contingentes in menſibus ordinarij.

39 Item in iure appoſitum comprehendit Papam, quoad ordinariam poteſtatem, præſertim ſi ius ſit editum in Concilio generali, in quo non ſit expreſſe reſeruata auctoritas Sedis Apoſtolicæ, & n. 40.

41 Decretum irritans, & clauſula derogatoria ad quaſuis alias ſequentes diſpoſitiones contrarias de quibus in c. prohibemus de decim. ligant etiam ipſum Papam ex quadam proteſtatione contrariæ voluntatis.

42 Papa concedens laicis priuilegium, vt poſſint decimas percipere, niſi diſpoſitioni c. prohibemus de decim. ſpecialiter deroget, aut ſaltem Concilijs generalibus in genere, actus dicetur nullus ex defectu voluntatis.

43 Amplia, quamuis in priuilegio adſit clauſula non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & clauſula quorum tenores, &c. quia non facta mentione de Concilijs generalibus, talis clauſula intelligitur de conſtitutionibus Apoſtolicis æditis per ſolum Papam.

44 Clauſula quorum tenores, &c. non ampliat conſtitutiones Papales ad conſtitutiones Concilares, de quibus non ſit facta mentio.

45 Verbum (quorum) eſt reſtrictiuum ad expreſſa.

Clauſula decreti irritantis plures habet effectus, quos omnes recenſere non eſt mei inſtituti, ſed ſolum aliquos magis

principales, & notatu dignos in vnum con-
gerere opportunum viſum fuit.
Primus itaque huius decreti effectus eſt, vt
in Conſtitutione, ſeu alia diſpoſitione appoſi-
1 tum afficiat † etiam ignorantes cap.ſi eo tem
pore de elect. lib.6. Butr. Imol. & alij in cap.
2. de conſtit. Caſſad. deciſ.12. n. 5. ſuper re-
2 gul. niſi ſit † decretum legati, ſeu alterius in-
ferioris, quod ignorantes non ligat Simonet.
deciſ. 13. Ant.Auguſt. in repert. tit. de offic.
legat. nu.5. Caſſad. deciſ.3.de decret.reſcru.
Gundiſ. de legat. part.1, quæſt.9.col.20.verſ.
ſed quere an decretum. Vel niſi agatur de pœ-
na, quia decretum iſtud ligat ignorãtes ſolum
quo ad nullitatem actus, non autem quo ad
pœnam, Gabr. de clauſul. concl.3. nu.8.& ſę-
pius tenuit Rota, vt per Put. deciſ.278. lib.2.
Rota diuerſ. deciſ. 578. n. 3. parte 1. Burſat.
* conſ.43. n.49. qui teſtatur de communi: Nec
annullatio actus dicitur pœna, vt per Bald. in
l. nemo martyres, C. de Sacroſ. Eccleſ. Bero.
in cap.2. n 27. de Conſtit.
Alius eſt effectus, quia poſitum in cõfirma-
3 tione Statutorum à Principe facta † operatur
quod Statuta non poſſint ab inferioribus tol-
li, vel interpretari cap. dilecto circa fin. verſ.
niſi forte de præben. Imola in l ex facto nu.3.
verſ. item adde de vulg.& pupillar. cum alijs
per Gabr. tit. de clauſ. concl.3. nu.58. & 59.
4 Vnde Statutum confirmatum † licet poſſit re-
uocari à ſtatuentibus etiam non habentibus
facultatem ſtatuendi, vbi fit redditus ad ius
commune, ſi tamen in confirmatione habeat
5 clauſulam decreti irritantis non poterit † re-
uocari, aut aliter interpretari, ex quo fauor
redditus ad ius commune tunc ceſſat, vt tra-
dit Brun. in tract. de forma fol. 88. col. 4. in
fin. verſ. cæterum ad hanc limitationem, & in
his terminis Iaſ. in l. omnium núm. 10. iuncto
num.7. verſ. limita tamen C. de teſtam. Nam
n.10. firmat ſtatuentes non habentes faculta-
tem ſtatuendi poſſe Statutum alias à Superio-
re confirmatum reuocare, quando fit redditus
ad ius commune; Et ſic facultas reuocandi
per redditum ad ius commune ipſis tribuitur,
vt ibi per eum; Et tamen ſuperius nu.7. verſ.
limita tamen poſt alios concludit, quod ſtan-
te clauſula decreti irritantis poſita in confir-
matione Statutorum non poſſunt ſtatuentes
reuocare, licet alias habeant facultatem li-
bere ſtatuendi.
Declara, Nam licet decretũ operetur, quod
Statuta non poſſint ab inferioribus tolli, vel
interpretari, vt dictum eſt, non tamen alte-
6 rat † formam ipſorum Statutorum Iaſ. in d.l.
ex facto nu.3. de vulgar. & fuit dictum in vna
Romana Vineæ 5. Maij 1589. Quo fit, vt ſiue
ſit appoſitum in principio, & confirmatione,
7 ſiue etiam in fine, non referatur ad omnia † in
libro Statutorum contenta, ſed ad ea tantum
quæ de iure communi ſunt talia, vel ex quo-
rum corpore talis expreſſio colligatur, quæ in-
ducat nullitatem Abb. in cap. cum acceſſiſſet
num. 4. & ibi Felin. núm. 7. de conſtit. cap.
Eccleſia il 2. & ibi Abb. n.3. de elect. Clemen
vt calumnijs §. vt autem iuncta gloſ. in verbo
attentatum, de relig. domib. Boer. deciſ.119.
num.4. in fine, latiſſime Brun. de form. ſtat.
fol.35. col.3. verſ. & ſi lex.
Tertius eſt principalis effectus decreti irri-
8 tantis, vt † inducat formam Bald. in l.1. verſ.
quæro, ergo ff. de lib. & poſthum. Grat. cõſ.16.
n.4. lib.1. Brun. in tract. de forma tit. quando
aliquid cenſ. trad. pro for. col. 1. & ſequ. cum
alijs quos late cumulat Gabr. dicta concluſ.3.
num.70. de clauſul.
9 Ex quo infertur, quòd licet forma † re-
quiſita ad certum effectũ, ſi ille effectus aliun-
de habeatur, poſſit adimpleri per æquipollẽs,
cum hoc caſu non curetur de modo, ſed de ef-
fectu, l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi man-
dauit, & ibi Bald. n.2. ff. de acquir. hæred. l.
fin. §. fin. ff. mand. Iaſ. in l.1. n.5. ff. de lib. &
poſthum. Nihilominus ſi diſpoſitio habeat clau
10 ſulam decreti irritantis, talis forma † non po-
terit per æquipollens adimpleri: Nam vbi hoc
decretum eſt appoſitũ magis attenditur forma
11 legis † quam ratio legis, vt ait Bald. in dict.
* l.4. de lib. & poſthum. quem ibi omnes ſequun
tur, & præſertim Iaſ nu.21. Alex. in l. fin. n.3.
C. de procurat. Pariſ. conſ.19. n.187. lib.2. Sil-
ueſter Aldobrand. conſ. 92. nu. 27. & ita poſt
Aret. & Tiraquel. quos allegat firmauit Ro-
ta deciſ. 215. n.1. par.1 diuerſ. & fuit tentum
in vna Toletana profeſsionis 27. Febr. 1595.
coram Cardinale Pamphilio.
Limita hanc illationem, vt nõ procedat, niſi
decretum irritans expreſſe ſit appoſitum in
12 diſpoſitione, Secus ſi ſolum tacite ex † ea colli-
gatur, veluti ſi lex aliquid mandet fieri adhi-
bendo verba negatiua, ſed vlterius non annul
let: Quia tunc licet verba negatiua inducant
formam, & nullitatem actus, nihilominus quia
talis forma tacite colligitur, poteſt adimpleri
13 per † æquipollens, Ita poſt Alex. & alios decla
rat Felin. in cap. cum dilecta n.10. in 11. am-
pliat. de reſcript.
Secundo limita, vt non procedat, quando
decretum eſt appoſitum in cõfirmatione Sta-
tutorum, quia cum non referatur, niſi ad ea
14 quæ inducunt nullitatem, Statutum † aliquid
diſponens, nec vlterius procedens annullando
factum in contrarium, poterit eo non obſtante
adimpleri per æquipollens, cũ hoc caſu tranſ-
greſsio non vitiet diſpoſitionem Bart. in l. non
dubium in 3. not. & n. 10. & ibi Bald. in 4. not.
Iaſ. nu.17. C. de legib. Doct. in l. 1. vbi Alex.
n 8. & Iaſ. n.10. Socin. n.11. de lib. & poſthum.
Salicet. in l. fin. C. de ſent. ex breu. recit. Pariſ.
conſ.19. n.187. lib.2. & ita tenuit Rota in al-
legata Romana Vineæ in terminis Statuti Vr-
bis lib. 1. cap.87. quod mandat poſt rem iudi-
catam fieri monitorium de parendo ſententię
infra octo dies, vel ad allegandum cauſam ra-
tionabilẽ, quia cum non procedat vltra annul-
lando, fuit dictum, quod non obſtante decreto
appo-

appoſito in Confirmatione Statutorum poterat adimpleri per æquipollēs,& ſic quod ſufficiebat Iudicem in ſententia relaxaſſe mādatū niſi infra octo,vel decem dies fuiſſet paritum, cum idem reſultaret effectus atque ſi de nouo decreta fuiſſet monitio.

Quartus eſt effectus (& hic dependet à ſuperiore) quia decretum irritans,nedum ope-
15 ratur nullitatem † eorum,quæ fiunt contra diſpoſitionem,vel gratiam in qua illud continetur cap. ſi poſtquam de elect. in 6. Gabr, de clauſul, d. concluſ.3. n.56.in 2 t. effectu Sarn. in regul. de trien.quæſt.46.n.2.& in regul.de annali quæſt.4.n.3,Caſſad. deciſ.12.n.7. ſuper
16 regul Sed etiam † inficit titulum & poſſeſsionem c.ſi eo tempore de elect.in 6.Prob.ad Monach. in c.tibi qui nu.18. de præben. eod.lib. Sarnen.in d.regul.de annali queſt.30.in princ. Caſſad. deciſ. 11. nu. 5, ſuper regul.& conſe-
17 quenter † reddit iudicium ipſo iure nullum tam in petitorio,quām in poſſeſſorio ; vt bene per Io. Baptiſtā Ferret conſ.15.n.1. & ſequen. Præſertim concurrente clauſula ſublata , quæ
18 facit,vt inferioris manus † omnino ligatæ ſint, & nihil decernere poſsit contra talem diſpoſitionem Caputaquen. deciſ. 134. par.3.& fuit rentum in illa Verulen. penſionis 19. Maij 1587. coram Cardinale Plato, In qua etiam
19 dictū fuit, quod † commiſsio cauſa quæ emanauerat à Signatura Iuſtitiæ non erat ſufficiēs pro aperitione oris,& tollenda nullitate.

Declara, vt hoc procedat ſolum quādo de-
20 cretum irritans † eſt poſitum in reſeruatione clauſa in corpore iuris,vel ſuper certa re,vtpura ſuper certo corpore beneficij, nam tunc bene inficit titulum,& poſſeſsionem,& operatur nullitatem eorum , quæ fiunt in contrarium alias ſecus,vt per Put. deciſ.183. n.2.lib.2. & fuit dictum in cauſa Nucerina beneficij 17. Iunij 1596. coram Cardinale Seraphino.

Secundo declara , quia decretum irritans
21 non infirmat † actum plene perfectum ante decreti interpoſitionē Gemin.in cap.ſi eo tempore in 3. not. Franc. in 2. not.& Io.Monach. in primis verbis de elect. in 6.

Operatur tamen quando in gratia eſt adie-
22 ctum etiam ante † præſentationem litterarum, vt probat tex. in cap. tibi qui §.quinimmo, & ibi Gemin. & Franc de reſcript.in 6. gloſ. in cap. ſi ſoli in verbo, contra ipſam, de conceſſ. præben. eod.lib. Vnde per iſtud decretum re-
23 uocatur proceſſus † à Iudice factus etiam ante præſentatas litteras renocatorias Innoc. & alij per Gabr.in tit. de clauſ.concl.3.n.53. Et
24 ſi ſententia ſit lata † ante interpoſitionem decreti impeditur eius executio Caſſad.deciſ.12. n.5.6 & 7. ſuper regul. & facit tex. in d. cap. ſi eo tempore de elect. lib.6. vbi gloſ.in verbo effectu careat, & in verbo,poſtmodum :

Tertio declara , vt decretum irritans ope-
25 retur nullitatem,quando pars ad cuius † fauorem eſt appoſitum de illo opponit, ſecus quando non opponit. Rota diuerſ. deciſ.232. incipien. in vna Abulen. in manuſcriptis Couar. pract. quæſt.cap.9. n.7. circa princ.verſ.Quid ſi is cuius cauſa,&c. Rota deciſ.21. de conceſ. præben. in antiq. Caputaquen.deciſ. 249.n.1. parte 1.

In contrarium tamen,quod hoc decretum operetur etiam ſi de eo non fuerit oppoſitum
26 eſt * communis † opinio vt per Caſſad. d. de-
* ciſ.12.n.7. ſuper regul.quem videas, quia declarat quomodo ſaluari poſsit ſtilus Rotæ,quę habet quod huiuſmodi decretum non operetur niſi parte opponente , & vide etiam Ruin. conſ.158. per totum lib.4. vbi in hoc articulo pluribus modis diſtinguit.

Sed quamuis decretum irritans operetur ſupradictos effectus , & alios complures quos plene recenſet Gabr. d. concluſ. 3. de clauſul. Nihilominus cum ſtet acceſſorie ad gratiam,
27 ſeu diſpoſitionem ſecundum naturam † illius debet regulari Put.deciſ. 309. nu.2.& ſequen. lib. primo.

Ex quo primum infertur,quod ſi diſpoſitio-
28 ni † vel gratiæ derogetur,& huic decreto cenſeatur derogatum Caſſad. deciſ.10. nu.4. ſuper regul.

29 Requiritur tamē derogatio † ſpecialis,& indiuidua,vbi priuilegiū,ſeu diſpoſitio,cui derogatur habet decretum irritans , & clauſulam Sublata gloſ. in clemen dudum de ſepult.Caputaquen. deciſ. 82. par.2. Mohed. deciſ. 12. lib. 2.

Secundo infertur , quia ſi decretum ſit appoſitum in gratia ad poſtulationem partis,in-
30 intelligitur † veris exiſtentibus narratis , nec impedit exceptionem ſubreptionis, vt fuit reſolutum in cauſa Calaguritana iuriſdictionis 30. Maij 1580. coram Io.Baptiſta de Rubeis, & alias ſæpius.

Tertio infertur, vt hoc decretum adiectum
31 in diſpoſitione conditionali † non operetur, niſi prius purificata conditione Gabr.d.concl. 3. n.46. Vnde in caſu occurrēti ego dicebam ſuſtineri ſententiam cuiuſdam Epiſcopi ad fauorem Eccleſiæ ſuper alienatione bonorum latam,cui clauſula Sublata , & decretum irritās potiſsimum obſtare videbatur. Monebat quia iſtæ clauſulæ erant reſtrictæ per illā conditionem,dummodo alienatio cederet in euidentem vtilitatē Eccleſiæ,qua conditione non exiſtēte vera,& nō purificata decretū irritans non operabatur ſuum effectum , quia decretū non erat certum ratione initij , ſed pendebat à futuro euentu,nec poterat habere effectum, niſi poſtquam vere conſtitiſſet alienationem eſſe in euidentem Eccleſiæ vtilitatem , vt per Card. in clem.vnica §. ſecus 4. quæſt.de conceſſ. præben. & de decreto conditionali plures congerit Gabr. in loco prællegato. Nam vbi Papa conditionaliter reſcribit , illā condi-
32 tio debet verificari, & ideo omnes † clauſulæ appoſitæ in reſcripto conditionali recipiunt eamdē conditionē,vt in terminis reſcripti ſi in euiden.bene deducit Dec.conſ.142.n.8.& ſeq

Sed

Sed dubitatio non leuis naſcitur. Numquid
decretum irritans liget ipſum Papam, vel il-
lius Succeſſorem quamdiu non ſit illi deroga-
tum? In hac quæſtione Gabr. d. concl. 3. de
clauſ. nu. 4. aliquos recenſet pro opinione af-
* firmatiua: Sed verior, * & magis recepta eſt
alia ſententtia, vt regulariter decretum irri-
33 tãs non † liget Papam quamuis ſi loquatur de
quacunque auctoritate etiam Apoſtolica, quia
intelligitur quando illa auctoritas Apoſtolica
prouenit à delegatis Apoſtolicis, ſed non quan
do prouenit ab ipſomet Papa, vt fuit pluries
in Rota reſolutum, vt atteſtatur Ant. Auguſt.
in ſuo repertorio tit. de decreto nu. 1. Nam
verba decreti de quacumque auctoritate non
34 ſunt trahenda † ad perſonam loquentis, neque
ad tã exceſſiua, & inueriſimilia, & ſic ad per-
ſonam ipſius Papæ, vt poſt alios ſcribit Aym.
conſ. 3. nu. 18. cum ſeq. & n. 26.

Limita tamen hanc concluſionem non pro-
35 cedere ſi dicatur † etiam per nos, &c. quia
tunc Papa quoque comprehenditur Ant. Aug.
vbi ſupra, & tenuit Rota deciſ. 106. nu. 3. par.
prima diuerſorum.

36 Secundo limita quando apponitur † in lege,
ſeu Conſtitutione generali, & in his terminis
intelligi debet Parit. conſ. 37. lib. 4. & alij ci-
tati per Gabr. vbi ſupra dicentes quod decre-
tum ligat Papam, Quia eorum opinio proce-
dit, vel quando dicitur etiam per nos, &c. vel
quando decretum apponitur in diſpoſitione
generali, quia tunc ligat etiam ipſum Papam
37 niſi aliquid faciat † Motu proprio, vel ſi facit
ad inſtantiam partis, id faciat ex certa ſcien-
tia cum clauſula derogatoria ipſius decreti
Socin. conſ. 117. colum. fin. verſ. ſed quando
lib. 3. Gabr. d. concluſ. 3. n. 5.

Hinc eſt quod decretum irritans appoſitum
38 in † regula octaua Cancellariæ de menſibus,
& alternatiua ligat ipſum Papam quo ad pro-
uiſiones contingentes in menſibus Ordinarij
Put. deciſ. 492. nu. 2. & 4. lib. 2. & deciſ. 387.
num. 1. lib. 3. Mohed. deciſ. 1. num. 4. de con-
ceſſ. præben. Felin. in cap. cum ex officio. num.
36. in fine de præſcript. Et ita intelligitur
Gloſſator antiquus regularum Cancellariæ in
reg. 27. poſt princip. verſ. ex quo ſequitur.
39 Vbi firmat, quod decretum irritans † poſitum
in iure quo ad ordinariam poteſtatem com-
prehendit Papam.

Quod multo magis locum ſibi vendicat ſi
40 ius ſit æditũ in Concilio generali in † quo non
ſit expreſſe reſeruata auctoritas Sedis Apoſto
licæ, vt in terminis cap. prohibemus de deci-
mis tenuit Rota in vna Vlixbonen. decima-
rum 27. Nouembris 1572. coram Robuſterio,
& in vna Oriolen. decimarũ 8. Februarij 1588.
41 corã Orano. Decretũ enim irritãs † & clauſula
derogatoria ad quaſuis alias ſequẽtes diſpoſi-
tiones contrarias, de quibus in dicta Conſtitu
tione ligant etiã ipſum Papã ex quadã prote-
ſtatione contrariæ voluntatis, Præſertim vbi ſo
lus Papa per viã priuilegij, ſeu reſcripti parti-
cularis procedit, quia tunc ſi Papa ſpecialiter
42 non derogat d. Cõſtitutioni † vel ſaltẽ Cõcilijs
generalibus in genere, actus eſt nullus ex defe-
ctu volũtatis cap. pen. de Cappel. Monachorũ
cap. cum te de ætat. & qualitat. cap. nonnulli,
& ibi Felin. ſub n. 2. verſ. & nota de reſcript.
Gemin. in c. Statutum, vbi etiam Franc. Prob.
& alij de præben. in 6. Oldr. conſ. 326. poſt
princip. Alex. conſ. 122. n. 9. lib. 4. Caputaq.
deciſ. 176. par. 1. Caſſad. deciſ. 38. ſuper regul.

43 Et hoc procedit etiam ſi in † priuilegio, ſeu
reſcripto adſit clauſula: Non obſtãtibus Con-
ſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &
clauſula, Quorum tenores, quia niſi fiat ex-
preſſa mẽtio ſaltem in genere de Concilijs ge-
neralibus, hæc clauſula generalis de conſtitu-
tionibus Apoſtolicis non intelligitur de ædi-
tis in Concilio generali, ſed de æditis per ſo-
lum Papam, vt per omnes ſupra allegatos, Et
44 clauſula † Quorum tenores, hoc caſu non
ampliat conſtitutiones Papales ad conſtitu-
tiones Conciliares de quibus nõ ſit facta men
tio Dec. conſ. 142. n. 7. verſ. non obſtat dũ Papa
Gabr. de clauſ. concl. 5. n. 17. & tenuit Rota
in dicta Vlixbonen. coram Robuſterio, & in-
45 ter miſcellaneas deciſ. 34. Propter illud † ver-
bum quorum, quod eſt reſtrictiuũ ad expreſſa
Bart. in l. hoc articulo n. 7. de hæred. inſtit.

An Conſtitutio habens clauſulam decre-ti irritãtis liget ante publicationem, non ineleganti ſtudio explicatum. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio habens decretũ irritans, an liget ante publicationem, eſt valde controuerſum.*
2 *Decretum irritans ſemper ſequitur naturam diſpoſitionis ſuper qua apponitur.*
3 *Appoſitum in indulto, ſeu Conſtitutione particulari ligat ante publicationem.*
4 *Conſtitutio ſpecialis ſeu indultũ non eget publicatione, ſed ſufficit, quod priuatim innoteſcat, & num. 5.*
6 *Habens decretum irritãs ſtatim operatur etiam contra ignorantes.*
7 *Indultum, ſeu priuilegium habens decretum irritãs operatur a die data, etiam ante ſcientiam priuilegiati.*
8 *Regula Cancellariæ propter decretum irritans inficiunt retro geſta, quandocũq; producantur.*
9 *Habens priuilegium cum decreto irritãti, ſi decreto vti velit, non valent retro geſta contra ipſum etiam ignorantes.*
10 *Conſtitutio generalis non ligat, niſi à die publicationis, vel poſt duos menſes poſtquam fuerit publicata.*
11 *Decretum irritans adiectum in Conſtitutione generali non operatur, niſi ſequuta publicatione ſecundum veram, & communem opinionem, & num. 12.*

13 Vo-

13 *Votum D. Robuſterÿ nu. 3. relatus in deciſ. 578. parte 1. deciſ. 1. diuerſ. reprobatur.*
14 *Decretum irritans appoſitum in Conſtitutione pœnali nõ operatur ante illius publicationem.*
15 *Cõſtitutio pœnalis dicitur, quæ imponit pœnam contrafacienti, vel auſert iue quæſitum, aut ſaltem ius radicatum ex cauſa de præterito, ſecus ſi ſolum auſerat ius quærendum.*
16 *Conſtitutio priuans ſucceſſione ob non petitum tutorem tempore debito dicitur pœnalis, quia ius competens proximiori ea de cauſa in remotiorem transfertur.*
17 *Lex inhabilitans matrem, vt non poſsit ſuccedere filÿs ob tranſitum ad ſecundas nuptias pœnalis dicitur.*
18 *Inhabilitatio eſt pœna.*
19 *Lex ſeu Conſtitutio principaliter condita ob publicum fauorem, licet in conſequẽtiam aliquos inhabilitet, tamen fauorabilis dicitur.*
20 *Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos non dicitur pœnale, & odioſum; ſed fauorabile.*
21 *Conſtitutio generalis habens decretum irritans poſt promulgationem ſtatim ante lapſum duorum menſium ligat.*
22 *Idem eſt quando non habet decretum, ſi concurrat ſciẽtia promulgationis, maxime ſi cum ſcientia concurrat etiam ipſius ſcientis fraus in tertÿ præiudicium. & n. 23.*
24 *Conſtitutio, ſeu lex generalis valet, & ligat ante publicationem, quando conditor vult.*
25 *Dictio (ex nunc) temporis inchoationem ſignificat.*
26 *Item importat, vt quod diſponitur ſtatim fiat ſine vlla temporis dilatione.*
27 *Declara, vt procedat poſt actum ex ſubiecta materia proceſſurum.*
28 *Clauſula (ex nunc, & de cætero perpetuis futuris temporibus) ſola non operetur, vt Conſtitutio liget à die data, ſed tantum a die publicationis, ſiue promulgationis.*
29 *Limita niſi addatur clauſula, ex tunc ac ſi a die data præſcriptum, &c. quia tunc Conſtitutio obligat etiam ante publicationem.*
30 *Regulæ Cancellariæ ligant ante publicationem, non ex ſola clauſula ex nunc, ſed quia habent clauſulam retrotractiuam, ex nunc in craſtinum aſſumptionis, &c.*
31 *Conſtitutio generalis habens decretum irritans ſtatim ligat ante publicationem, quando publicatio non eſt neceſſaria, vel præſumitur.*
32 *Publicatio Conſtitutionis præſumitur, quando Conſtitutio eſt deſcripta in Archiuio publico, ita vt omnes illius copiam habere poſsint.*
33 *Idem quando concurrit diuturnitas temporis cũ obſeruantia.*
34 *Idem quando Conſtitutio eſt facta a Prioribus in Conſilio.*
35 *Idem quando eſt regiſtrata in regiſtro Papæ, & publice impreſſa, vel palam venundatur.*
36 *Conſtitutio generalis, per quam priuilegiũ conceditur, immediate ligat ante publicationem quamuis ille, contra quem priuilegium datur, ignoret illud fuiſſe conceſſum.*
37 *Declara quãdo priuilegium reſpicit commodum alicuius certæ, & nominatæ perſonæ, ſecus ſi concernat perſonam indeterminatam, & aliorum obſeruantia indigeat.*
38 *Conſtitutio generalis habens decretum irritans poſt publicationẽ factam in loco reſidẽtiæ Principis, ligat etiam in alÿs locis, in quibus non fuit facta publicatio.*
39 *Regulæ Cancellariæ poſt publicationem factam in Curia, vbique afficiunt.*
40 *Conſtitutio Pÿ V. reuocatoria facultatũ teſtandi in illegitimos ligat vbique, licet in Curia tantum publicata fuerit.*
41 *Filius naturalis non ſuccedit patri etiam laico in bonis emphyteuticis Eccleſiaſticis.*
42 *Conſtitutio habens decretum irritãs ſtante eius publicatione in Curia, vel in loco reſidẽtiæ Principis ligat etiam in alÿs locis, in quibus nõ fuit facta publicatio, quamuis in dictis locis vſus illius non probetur.*
43 *Decretum irritans impedit non vſum.*
44 *Conſtitutionis obſeruantia præſumitur, & ad probandum contrarium requiritur, quod actus quibus contrarium probatur, habuerint effectũ, & fuerint obtenti in contradictorio iudicio.*
45 *Decretum irritans, ſiue appoſitum in Conſtitutione generali, ſiue ſpeciali nunquã ligat ignorantes quo ad pœnam, ſed ſolum quoad nullitatem actus, & num. 46.*

CÆterum ex his quæ in præcedenti capite diximus, ſequitur vidẽdum, An Conſtitutio habens decretum irritans liget
1 ante publicationem? Hæc † quæſtio eſt valde controuerſa; Nam pro affirmatiua allegantur plures relati à Gabr. de clauſul. concluſ. 3. n. 45. & à Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 185. nu. 23. Et Dominus Robuſterius in quodam ſuo diſcurſu relato inter impreſſas diuerſorũ deciſ. 578. nu. 3. par. 1. inquit Rotam ſeruare iſtam opinionem, & allegat Caſſad. deciſ. 3. in princip. de Conſtit. & Put. deciſ. 278. lib. 1.

Pro parte autem negatiua facit tex. in c. 1. & ibi gloſ. in verbo, poſt tempus, de conceſſ. præben. lib. 6. & hanc opinionem tenet Cardin. in Clemen. 1. 18. quæſt. de elect. Roman. conſ. 330. n. 13. & ſequen. qui miratur de Doctoribus contrarium tenentibus, plene Mandoſ. ibidem in apoſtil. in verbo, puto, & ſuper regul. 7. quæſt. 4. n. 4. Crot. in l. omnes populi, n. 70. & 123. ff. de Iuſt. & iur. Sarnen. in proœm. regul. quæſt. 2. per totam. Felin. in c. 3. nu. 19. verſ. Collationis gratia. de reſcript. & in cap. cognoſcentes col. 6. verſ. contrarium firmat, de Conſtitut. & ibid. Henric. Boich. ſub nu. 2. verſ. & tunc ſtatim ligat, Menoch. de arbitr. d. caſu 185. n. 24. verſ. contrarium, Gemin. conſ. 92. n. 5. verſ. ſecundo etiam ſi eſſet, Rebuff. ſuper concordat. tit. de forma, in verb. volumus, Capra regul. 5. n. 13. verſ. ſed immo, Gran. ad Simonet. de reſeruat. q. 97. num. 7. Theſaur. deciſ. 154. in fine, & hanc quoque amplexa fuit

fuit Rota in vna Calaguritana beneficij San-
ctorum Iacobi, & Andreæ 17. Maij 1593. co-
ram Cardinale Blanchetto.

Sed pro reſolutione oportet perpendere,
2 quod † decretum irritans ſemper ſequitur na-
turam diſpoſitionis ſuper qua apponitur, Put.
deciſ. 1. lib. 1. Ideo iſtæ opiniones concordari
poſſunt diſtinguendo duos caſus. Primus eſt,
quando agitur de indulto, ſeu conſtitutione
aliqua particulari, & tunc procedit prima ſen-
3 tentia, vt ſcilicet, decretum liget † ante publi-
cationem, quia quidquid ſit in legibus, & Cõ-
ſtitutionibus generalibus, de quibus mox di-
cemus, in iſtis priuilegijs, indultis, & conſtitu-
4 tutionibus ſpecialibus, publicatio † non requi-
ritur, tex. eſt in d. c. 1. verſ. ſimiliter, de conceſ.
præben. lib. 6. & tradit Bald. in l. leges, vt gene-
rales, n. 2. verſ. & hoc bene eſt. C. de legib. di-
ceus. quòd ſolum leges generales, vel genera-
lia ſtatuta indigent publicatione, & eius di-
ctum ſequuntur ibidem Fulgoſ. n. 1. Caſtren.
2. in fine, Felin. in d. c. cognoſcentes n. 7. in 3.
limitat. verſ. & bene facit, de conſtit. & Abb.
ibi n. 2. poſt medium, verſ. & vide bonam gloſ.
vbi atteſtatur de communi, & quòd iſta ſit cõ-
* munis legiſtarum, & Canoniſtarum ſententia
tradit etiam Iaſ. in l. fin. n. 44. iuncto n. 51. ff. de
Conſtitut. Princip bene Put. deciſ. 145. n. 1. lib.
2. & fuit tentum per Rotam in alia Calaguri-
tana beneficij 26. Februarij 1607. corã Litta.

Extenditur hic caſus, Nam quamuis in-
dultum ſeu conſtitutio ſpecialis non egeat pu-
5 blicatione, ſed † ſufficiat, quod priuatim inno-
teſcat, vt in d. c. 1. & tradunt ſupracitati Do-
ctores, tamen ſi habeat decretum irritans ſta-
6 tim operatur † etiam contra ignorantes, vt
fuit reſolutum in vna Pampilonen. Archidia-
conatus 10. Decembris 1593. coram Cardina-
le Pamphilio, in qua fuit dictum prouiſioni fa-
ctę ab Epiſcopo ad fauorem cuiuſdam, qui nec
canonicus, nec profeſſus Eccleſiæ extiterat, ob-
ſtare indultum fel. record. Sixti Papæ Quinti
prohibens iſtas dignitates conferri alijs, quam
ipſius Eccleſiæ canonicis per ipſum Capitulũ
in canonicos receptis, & in ipſa Eccleſia pro-
feſſis; irritans, & annullans quaſcumque pro-
uiſiones, cũ clauſula Sublata, & decreto irritã-
te, quod ligabat manus Epiſcopi, non obſtante,
quòd prætenderet ſe illius notitiam non ha-
buiſſe: Immò cum ex maxima impenſa facta
in expeditione conſtaret indultum fuiſſe im-
petratum de ordine capituli ad not. per Sar-
nen. in regul. de annali q. 32. n. 2. dictum fuit,
7 quòd ſtatim † operabatur à die datæ etiam
ante ſcientiam ipſius priuilegiati per ea, quæ
poſt Innocen. & Hoſtien. tradit Io. Andr. in d.
c. 1. n. 7. verſ. dicit Innocentius, & ibi Anchar.
n. 6. verſ. quo ad primum, Claud. Seiſſel. in l. fi.
nu. 99. ff. de Conſtit. Princip. cum alijs allega-
tis in cauſa Caurien. Iuriſdictionis, ſub die 2.
Decembris 1575. coram bonæ mem. Epiſcopo
Lauretano. Et tanto magis quia Capitulum
facto ipſo declarauerat ſe velle vti dicto pri-
uilegio, vnde ſequebatur, quòd eius effectus
retrotraheretur ad diem datæ ad exemplum
8 regularium † quæ propter decretum irritans
inficiunt retro geſta, quandocunque producã-
tur, Sarnen. de annal. q. 5. & ſenſit Gemin. in c.
ſtatutũ, prope finem, de præben. in 6. dum ait,
9 quòd ſi quis vult vti decreto, tunc non † valẽt
retro geſta contra ipſum etiam ignoranter, &
ſequitur Franc. ibid. n. & prope finem, &
idem Gemin. in c. ſi Apoſtolicæ col. 2. verſ. ego
credo, eod. tit. & lib. vbi ad hoc ponderat tex.
in c. dilectus, de iure patron. & declarat Caſ-
ſad. deciſ. 12. n. 5. cum ſequen. ſuper regul. Et
faciunt tradita per Gabr. de clauſul. concluſ.
3. in 9. effectu, n. 52. & fuit reſolutum in cauſa
Aquilana prioratus corãm Cantuccio ſub die
10. Iunij 1581.

Secundus caſus eſt, quando verſamur in le-
ge, ſeu conſtitutione generali, & tunc procedit
ſecunda opinio, quia cum decretum ſequatur
naturam diſpoſitionis, in qua apponitur,
vt dixi, Sicut conſtitutio † ipſa genera-
10 lis non ligat niſi à die publicationis, vel
poſt duos menſes poſtquam fuerit publica-
ta, gloſ in prohem. Clementin. & ibi Doct.
omnes, Dec. in cap. 2. de conſt. num. 15. & ibi
Bero. num. 50. Roland. à Valle conſ. 8. n. 21. cũ
ſequen. lib. 3. Gabr. de legib. concluſ. 4. n. 6. Ita
11 nec decretum illi acceſſorium † poteſt opera-
ri, niſi ſequuta publicatione, vt fuit tentum in
dicta cauſa Calaguritana beneficij coram
Cardinale Blanchetto; In qua ad obiectum il-
lud, quod decretum irritans ligat etiam igno-
rantes, fuit reſponſum, quòd procedit, vbi in
aliquo loco eſt facta publicatio, prout de re-
gulis Cancellariæ tradit Sarnen. in prohem.
Regularum, & nos quoque infra deducemus.

Nec obſtant Doctores relati à Gabr. d. con-
cluſ. 3. n. 45. quia plures ex illis tenent contra-
rium, alij vero referunt tantum opiniones, &
nihil firmant, alij loquuntur in indulto parti-
culari, alij loquuntur cum præſuppoſito, quòd
in futurum fiat publicatio, quo caſu volunt, vt
retractatio fiat ad caſus præteritos ante ip-
12 ſam publicationem: ſed opinio † contraria eſt
* verior, & * cõmunis, vt per Menoch. Theſaur.
& alios ſupracitatos, ex quibus ſatis admo-
nemur, nullam de illis rationem habendã eſſe.

13 Nihil etiam facit † votum D. Robuſterij in
loco præallegato, tum quia Rota tenuit con-
trarium in dicta Calaguritana, tum etiã quia
Caſſad. & Put. per eum allegati ſolum dicunt,
quòd decretum ligat etiam ignorantes, ſed nõ
dicunt, quod quando eſt poſitum in lege, vel
conſtitutione generali liget ante eius publica-
tionem: Burſat. vero per eum allegatus ſe cor-
rexit in conſ. 209. n. 109. & ſequen. vbi contra-
rium probat ex Doctoribus, quos in priori
conſ. allegauerat.

Et hæc quidem opinio multo magis locum
habet quando decretum apponitur in conſti-
14 tutione pœnali, quo caſu † certum eſt, quod
ante eius publicationem nihil operatur, Put.
deciſ.

deciſ.281. lib.1.Gabr. conſ.178. nu.26. & 55.
lib.1. Bertazol.conſ.461. nu.7.lib.2.& proba-
tur in c.ſi beneficium,vbi Anchar.in 2. not. de
præben. in 6.Gloſ.in Clemen.nolētes in verb.
ex tunc, de hæret. Gomeſ.in tract. Mand. de
prouiden. n.137. Gabr.d. concluſ.3. n.8. de
clauſul. & concluſ.4. n.10. de legibus.

Et ſcias quod ad hunc effectum,vt conſtitu-
tio pœnalis dicatur, non ſufficit quòd auferat
15 ſolum † ius quærēdum,Caſſad. deciſ.32.n.11.
ſuper regul. Lambert. de iure patronat. lib.2.
part. 2. q. 6. art. 2. in fine, Sed oportet,quòd
imponat pœnam cōtrafacienti,vel auferat ius
quæſitum,vel ſaltem ius radicatum ex cauſa
de præterito, vt per Sarmen. in regula de iure
quæſito non tollen. q.1.n.12. Vnde Conſtitu-
16 tio † priuans ſucceſſione futura ob non peti-
tum tutorē tempore debito, dicitur pœnalis,
quia ius competens proximiori ea de cauſa in
remotiorem transfertur, Anchar. conſ. 440.
n.4.& 5. Surd. deciſ.216. n.36. Simili quoque
17 modo,lex inhabilitans matrem, † vt non poſ-
ſit ſuccedere filijs ob tranſitum ad ſecundas
nuptias pœnalis dicitur.§.cū igitur,poſt prin-
cip. & verſ. ſicut enim patres, in Authen. de
non eligen.ſec. nuben. Bald. in Authen.ex te-
18 ſtamento,in princip. Et Inhabilitatio † eſt pœ-
na, vt per Felin. in c.Eccleſia S. Mariæ nu.86.
de Conſtit. Franc. in c.cupientes.§. cæterum,
n.21. de elect. in 6. Lancel. de attent. cap. 31.
19 n.138. Niſi lex † principaliter eſſet condita
ob publicum fauorem. quia tunc licet in con-
ſequentiam aliquos inhabilitaret, tamen fauo
rabilis diceretur, ſicuti videmus in Statuto
excluſiuo fœminarum propter maſculos,quod
20 non dicitur†pœnale,neque odioſum,ſed fauo-
rabile, quia principaliter eſt conditum fauore
agnationis,vt eſt communis ſententia, de qua
Io. de Anan. in conſ.69. n.2. Curt. Sen. conſ.
9. n.3. Aym. conſ.118.n.10. Put.deciſ.38.n.4.
lib.3. Mandoſ.ſuper regula de annal.3.nu.11.
Molin.de primogen. Hiſpan.lib.1.cap.18 n.4.
* & magis * communem dicit Dec. in l.vnica
n.3.C.de in ius vocan.Curt.Iun. conſ.150.n.1.
& magis cōmunem etiam dicit Brun.in tract.
de Statut. excluſ. fœmin. art. 4.nu.6.Natta
eod.tract. pri. q. lib.1. Rimin. Iun. conſ. 606.
nu. 28. Burſat. conſ. 93. n.7. Rota deciſ.376.
parte prima diuerſorum.

Sed pro declaratione ſupradictæ opinionis
nonnulla etiam ſunt conſideranda. Et primo
aduertendum eſt, quòd quamuis decretum
irritās in Cōſtitutione generali adiectum an-
te publicationem non operetur, Nihilominus
21 poſt † promulgationem ſtatim ante lapſum
duorum menſium ligat, Ant. de Butr. in d. c.
2. nu.19. Imol. nu.5. in fine, Felin.n.7. verſ.
quarto limita, Hehric. Bohic. n.2. de Conſti-
tut. Turrecremat. in c.4. §. leges,diſt.4. n.4.
Staphil.de lit. gratiæ fol. mihi 41.verſ.hoc ta-
men, Ferret. conſ. 146. n.4. late Menoch. de
arbitr. d.caſu 185. nu.23. & 24. verſ. contra-
* riam,vbi de communi *, & tenuit Rota in di-
cta Calaguritana beneficij coram Cardinale
Blanchetto; Et tanto magis ſi concurrat ſcien
tia promulgationis, ſeu publicationis,quæ ſo-
22 la † etiam ſufficit ad ſuppiendum dictum bi-
* meſtre ſecundum opinionem magis *commu-
nem,de qua per Menoch. d. caſu 185. n.14.&
ſequen. Imol. in d. c.2. n.5. verſ. ſi vero, Ga-
br. de legib. concluſ.4. n.6. & ſequen. Capra
concluſ.5. n.15. Cephal. conſ. 35. n.47. lib.1.
Franc. in c. hoc conſultiſſimo.§.contractus in
fin. de reb. Eccleſ. non alienan. Theſaur. de-
23 ciſ.249. nu.10. Maxime ſi cum ſcientia† con-
currat etiā ipſius ſcientis trans in tertij pre-
iudicium,vt per eumdem Menoch. vbi ſupra
num. 25. & ſequen.

Secundo eſt aduertendum, quod dicta opi-
24 nio non procedit, quando conſtat † conditо-
rem velle, quod eius lex, ſeu Conſtitutio ſta-
tim liget ante publicationem, vt tenet Dec.in
rubr.de conſtit. in prima lect.n.36.verſ. Vnde
concludendo dicimus, vbi inquit,quòd ante
publicationem lex valet,& ſtatim ligat,ſi con-
ditor velit; Idem tenet Franc. Aretin. In ea-
dem rubr. nu.10. dicens, quod Papa,vel alius
Princeps poteſt facere,vt lex incontinenti etiā
ignorantes obliget.

Sed dubium eſt, An hæc voluntas Principis
ſufficiēter colligatur ex data legis,iuncta clau
ſula, Ex nunc, & de cætero perpetuis futuris
temporibus? Et puto quod non, Quia licet di-
25 ctio† Ex nunc,temporis inchoationem ſignifi-
cet, Vitalin. in clement. vnica n.32. & 37. de
conceſſ.præben.& importet etiam,vt quod di-
26 ſponitur † ſtatim fiat, & ſine vlla temporis di-
latione, Alberic. in l.ſcimus,ad fin. verſ cum
autem C.de inoffic. teſtam. & in Diſtionar.in
verbo,nunc.Nihilominus hoc intelligitur.poſt
27 actum † ex ſubiecta materia proceſſurum,l.ta
* li vbi * communiter hoc Doctores tradunt. ff.
de iure dot. Caſtr. conſ.217. lib.1. vbi exten-
dit etiam ſi dictum eſſet infra menſem proxi-
mum,Aret. conſ. 94.n.7. verſ.ſi terminus,Vbi
etiam ſi dictum eſſet à die contractus; Corn.
conſ.244. n.8. & ſequen. lib.1. Surd.conſ.38.
28 n.14.Vnde ſola hæc †clauſula non poteſt ope-
rari, vt lex liget à die datæ, ſed tantum à die
publicationis, ſiue promulgationis,ad gloſ. in
d.c. 1. in verbo, Similium, de conceſ præben.
in 6. & in verbo ex nunc, in clement. 1. & ibi
Vital. n.27. de hæret. Abb. in d. c.2. n.17. &
Felin. n.7. verſ.quinto limita de Conſtit. Me-
noch. de arbitr. caſu 181.n.3. Nauarr conſ.1.
num.15.de Conſtit. & optime tradit Theſaur.
deciſ. 249. num.7.

Benè verū eſt,quòd ſi clauſulæ Ex nunc,&c.
29 addatur † clauſula, Ex tunc ac ſi à die datæ
præſentium, ſatis dicitur apparere,quod Prin
ceps voluerit conſtitutionem obligare etiam
ante publicationem, vt poſt Bertran. declarat
Gabr. concluſ.3. n. 48. de clauſul. Vnde con-
uincitur Mandoſ. in reg. 8. §. 5. prœmiali,
nu.55. & ſequen. qui deceptus fuit in regulis
30 Cancellariæ,quæ ligant †ante publicationem,
non

non ex ſola clauſula, Ex nunc, ſed quia habent
clauſulam retrotractiuam, videlicet Ex tunc in
craſtinū aſsūptionis ſuæ ligare, &c. vt expreſſe
legitur in prohemio regularum, & ibi declarat
Sarnen. q. 20. n. 14. & nihilominus dicta re-
trotractio fit ſequuta publicatione, vt colligi-
tur ex dictis regulis, quæ in fine continent de-
cretum Papæ, quod publicentur, & ipſam pu-
blicationem.

Tertio admonendi ſumus, quod dicta opi-
31 nio non procedit, vbicumque apparet † publi
cationem ipſius legis, ſeu conſtitutionis neceſ
ſariam non eſſe, vel alias ea præſumeretur,
quia tunc decretum irritans ſtatim ligat, exem
pli gratia, Si conſtitutio eſſet poſita, & deſcri-
pta in Archiuio publico, ita vt illius copiam
32 omnes habere poſſent, quia tunc † non eget
aliqua publicatione, vt voluit Bald. per illum
tex. in l. 2. §. poſtea, n. 5. verſ. nota quod ſa-
tis ff. de origin. iur. & ſequitur Caguol. ibid.
n. 78. Corn. conſ. 156. n. 1. 3. & 4. lib. 3. Ro-
lan. conſ. 99. n. 38. lib. 2. Alex. de Neuo. in c.
ignorantes n. 26. de conſtit. Rimin iun. conſ.
472. n. 30. lib. 4. Idem eſt ſi concurreret diu-
33 turnitas temporis cum obſeruantia, ex quibus
publicatio præſumitur ſecundum Plot. in l. ſi
quando, n. 858. C. vnde vi, Bene Rolan. d. conſ.
99. n. 36. lib. 2. Ceſal. conſ. 35. n. 18. lib. 1.
Simili quoque modo ſi Conſtitutio, ſeu ſtatu-
tum eſſet factum a Prioribus in conſilio. & in-
34 de ſumeretur ſcriptura, non eſſet neceſſaria †
publicatio per Bannum, vt inquit Angel. in
authen. de non eligen. ſecund. nub. §. fin. in
fine, cuius dictum ſequitur Alex conſ. 39. n. 4.
verſ. modo ſuccedit lib. 3. Rolan. d. conſ. 99. n.
36. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 472. n. 30. lib. 4.
Pari ratione ſi cōſtitutio regiſtrata in regiſtro
35 Papæ eſſet publice impreſſa, & palam vendere
tur, præſumptio publicationis oriretur, vt in
terminis conſtitutionis fel. recod. Pij Papæ 4.
ſuper ſocietatibus officiorum tenuit Rota in
cauſa Romana ſocietatum 29. Ianuarij 1601.
coram Cardinale Millino. Item ſi eſſemus in
materia priuilegiata, & per legem, vel ſtatu-
36 tum priuilegium concederetur, publicatio † nō
eſſet neceſſaria, ſed conſtitutio immediate li-
garet, quamuis ille, contra quem priuilegium
concederetur ignoraret illud fuiſſe cōceſſum,
dummodo priuilegium reſpiceret commodum
alicuius certæ, & nominatæ perſonæ, vt poſt
Bald. in l. leges vt generales n. 2. verſ. pro
hoc dicendum C. de legib. declarat Caſtren.
37 ibid. n. 2. verſ. & dicit Bald. Secus † ſi concer-
neret perſonam indeterminatam, & aliorum
obſeruantia indigeret, quia tunc publicatio
requireretur, quamuis lex eſſet mere priuile-
giatiua, vt expreſſim ſcribit Felin. in d. c. co-
gnoſcentes in 3. limit. verſ. ſed tamen puta-
rem, de conſtit. & Bero. ibid. num. 49. ad
finem.

Quarto eſt notandum, quod quamuis de-
cretum irritans non liget antequam conſtitu-
tio publicetur; tamen ſi publicatio fuerit fa-
38 cta in loco reſidentiæ Principis, ligat etiam in
alijs locis in quibus non fuit facta publicatio,
Io. Monach. in c. in generali, nu. 7. vbi Prob.
n. 4. dicens hanc opinionem ſeruari, de regul.
iur. lib. 6. Io. Andr. ſub data ſexti, late Nauar
conſ. 1. de Conſt. nu. 19. Sicut videmus in re-
39 gulis Cancellariæ, quæ † publicatæ in Curiæ
vbique afficiunt, Cappell. Tholoſ. deciſ. 44.
Sarnen. in proœm. regul. q. 2. n 13. & in ter-
minis Conſtitutionis Pij V. de non admitten.
reſignat. fuit reſolutū in cauſa Hypporegien.
Canonicatus 14. Maij 1584. coram Orano.
Idem tenuit Rota in vna Papien. bonorū 16.
Ianuarij 1598. coram Cardinale Pamphilio in
40 terminis alterius Conſtitutionis † eiuſdem Pij
reuocatoriæ facultatum teſtandi, & diſponen-
di in illegitimos, contra quam opponebatur
de non publicatione in Ciuitate Papienſi, iux-
ta not. in d. c. 2. de Conſtit. & per Alex. conſ.
52. lib. 7. Pariſ. conſ. 171. n. 5. lib. 4. Natta
conſ. 498. ſub n. 20. Sed fuit reſponſum, quòd
ſufficiebat illam fuiſſe publicatam Romæ, vbi
reſidet Papa, qui eſt ſupremus Dominus ex ſu
pra allegatis, & ſic tentum, quòd Franciſcus
filius naturalis Mutij, qui ſola legitimatione
41 nitebatur, non ſuccedebat patri † etiam laico
in bonis emphyteoticis Eccleſiaſticis, iuxta
reſolutiones ſæpius factas tam coram bonæ
mem. Rubeo. de anno 1579. quàm etiam in
cauſa Romana de Peruſchis ſub die 29. Fe-
bruarij 1580. coram Robuſterio, & latius in
cauſa Peruſina de Vbaldis 25. Octobris 1589.
coram felic. record Clemente Papa VIII. tunc
Auditore, & in cauſa Bononien. Alimentorum
coram Penia 28. Martij 1594.

Amplia declarationem iſtam, etiam quòd
42 non probetur vſus † Conſtitutionis in ijs locis,
in quibus publicatio non fuit facta, quia quid-
quid dixerit Mohed. deciſ. 6. cuius opinionem
Rota non ſeruat, ſtante eius publicatione in
Cúria, vel in loco reſidentiæ Principis, vſus
præſumitur donec doceatur de contrario, ma-
xime concurrente impreſsione in libro Con-
ſtitutionum Dec. in conſ. 354. ſub n. 9. Gozad.
conſ. 16. n. 16. Creſcent. deciſ. 79. Mohed deciſ.
90. Put. 281. lib. 1. & fuit reſolutū in d. Papien.
bonorum, & per prius in cauſa Brixien. lo-
cationis 5. Decembris 1594. coram Penia
43 præſertim cum decretum irritans † impediat
non vſu vſum, Caputaqnen. deciſ. 82. lib. 2.
in manuſcriptis, cum vulgaribus. Et iſte non
vſus eſt ita probandus, vt deuenerit ad noti-
tiam maioris partis populi, Bellamer. conſ. 10.
col. 10. Aym. conſ. 134. n. 28. & fuit dictum in
vna Parmen. legati 20. Octobris 1570. coram
Cardinale Seraphino. In qua cauſa die 16. Ia-
44 nuarij 1572. dixerunt Domini præſumi † ob-
ſeruantiam conſtitutionum, & requiri ad pro-
bandum contrarium vſum, quòd actus, quibus
contrarium probatur, habuerint effectum, &
fuerint obtenti in cōtradictorio iudicio, Hie-
ron. Gabr. conſ. 84. n. 6. lib. 2.
45 Sed neque omittendum eſt, quòd † decretū
irri-

Digitized by Google

irrritaris, ſiue appoſitum in Conſtitutione ge-
nerali, ſiue particulari nunquam ligat igno-
rantes quo ad pœnam, ſed ſolum quo ad nul-
litatem actus, quemadmodum ſæpius Rota
tenuit, vt per Put. deciſ. 178. lib. 1. Fab. de-
ciſ. 19. lib. 1. Ideo in allegata Pampilonen. Ar-
chidiaconatus coram Card. Pamphilio dictum
fuit, quòd ignorantia Conſtitutionis ibidem
nominatæ poterat quidem excuſare Epiſcopũ
à temeritate contrauentionis, & à pœna ad c.
ſi beneficia, de præben. in 6. Gabr. de clauſ.
cõcluſ. 3. n. 8. Non tamen poterat facere quòd
collatio facta valeret ſtãte decreto irritanti, ꝙ
46 notiſsimum eſt, quantum † ad nullitatẽ actus
ligare etiam ignorantes, cap. ſi à tempore, vbi
Gloſ. in verbo, ignorantis de elect. in 6. c. du-
dum, verſ. conſiderantes de præben. eod. lib.
* Doct. cõmuniter * in d. cap. 1. de Conſtit. cum
alijs per Gabr. d. concluſ. 3. in principio.

Derogatio generalis cum clauſula Quorum tenores, quid operetur non ineleganter declaratum. Cap. XL.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio generalis non obſtantiarum poſita in aliqua diſpoſitione cum clauſula Quorum tenores, &c. idem operatur, ac ſi nominatim in contrarium obſtantibus fuiſſet derogatum.*

2 *Clauſula (quorum tenores) operatur vt ad effectum ſufficientis derogationis illius vigore poſſit inſeri totus tenor obſtantiarum.*

3 *Derogatoria generalis non obſtantiarum cum clauſula Quorum tenores, &c. operatur derogationem ſpecificam nedum in diſpoſitione Motu proprio facta, ſed etiam ad partis inſtantiã.*

4 *Idem eſt quamuis diſpoſitio cui derogatur habeat clauſulas pragnantes & cum derogatorijs derogatoriarum ad diſpoſitiones ſequentes.*

5 *Derogatoria generalis non operatur, niſi quo ad ea quæ ſunt contraria, ideo non tollit totam Conſtitutionem præcedentem ſed ſolum ea, quæ ſunt contraria ſecundæ Conſtitutioni.*

6 *Conſtitutio prima per ſecundam non tollitur in totum, niſi ſecunda abroget primam per aliam clauſulam, quam derogatoriam.*

7 *Conſtitutio ſpecialis tollitur per generalẽ, quando expreſſe abrogatur.*

8 *Verbum (omnino) comprehendit omnes caſus, & ſignificat indiſtincte, totaliter.*

9 *Verbum (abrogamus) ſignificat in totum, & non in partem.*

10 *Conſtitutio Pij Papæ Quinti de publicandis reſignationibus in totum fuit abrogata per Bullam Gregorij XIII.*

11 *Diſpoſitio ſequens, quæ de clauſula derogatoria præcedenti mentionem non facit, & illam expreſſe non tollit, non valet.*

12 *Clauſula Pro expreſſis, vel Quorũ tenores, &c. in diſpoſitionibus priuatorum non operatur.*

13 *Derogatoria generalis cum clauſula, Quorum tenores. &c. reſtringitur ad ea, quæ in diſpoſitione expreſſa fuerunt, non autem operatur quoad non expreſſa, etiam ſi Princeps illa non ignorauerit.*

14 *Clauſula* Non *obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, non intelligitur de Concilijs generalibus.*

15 *Decretum irritans & clauſula derogatoria non ligat Papam in materijs Concilij Tridentini.*

16 *Regulis Cancellariæ non intelligitur derogatum per clauſulam generalem Nõ obſtantibus Conſtitutionibus, &c. niſi de illis fiat mentio ſpecialis.*

17 *Derogatio generalis regularum Cancellariæ operatur ſolum quo ad regulas pertinentes ipſo iure gratiam, cuius fauore facta fuit derogatio, non autem quo ad illas, quæ non pertinent ortum ipſius gratiæ, ſed eam differunt, & ſuſpendunt donec aliquid factum ſit.*

18 *Immo non operatur, niſi adſit indiuidua mentio earum regularum quibus intenditur derogari.*

19 *Fallit quando vltra derogatoriam generalem regularem, eſt adiecta clauſula, Quorum tenores, &c.*

20 *Derogatoria generalis, cum clauſula Quorum tenores, &c. non operatur quando diſpoſitio contraria mandat fieri ſpecialem mentionem, & tacite, vel expreſſe probibet expreſſionem generalem.*

21 *Non operatur quo ad regulas* Cancellariæ, *ſpecialem, et indiuiduam mentionem requirentes.*

22 *Item non operatur quando diſpoſitio concernit præiudicium tertij.*

23 P*apa non præſumitur habere notitiam iuris ex ſpeciali conceſſione alicui competentis, ſed eius tantum, quod ex iuris communis diſpoſitione competit, & n. 34.*

24 P*riuilegio prior per aliud ſubſequens nunquam derogatũ cenſetur, niſi de illo fiat mentio, propter illius præſumptam ignorantiam.*

25 *Derogatoria generalis priuilegiorum, & indultorum non comprehendit indulta conceſſa ad inſtantiam Regum, vel illorum Ambaſciatorum, & n. 26.*

27 *Item nec conceſſa ad fauorem vniuerſitatis.*

28 *Item nec conceſſa ex cauſa oneroſa.*

29 *Derogatio etiam generaliſſimã priuilegiorum alijs conceſſorum etiam cum clauſula ad inſtantiam Regum, & cum derogatione regulæ de iure quæſito non tollendo, non comprehendit priuilegia Regibus ipſis, vel alijs conceſſa iure ſpeciali, niſi ſpecifica mentio de eis facta fuerit in derogatione.*

30 *Derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo, non operatur, niſi reſpectu eorum, qui in priuilegio ſunt comprehenſi.*

31 *Clauſula in priuilegio appoſita, quod illi derogari non poſſit, nec in genere, nec in ſpecie, & quatenus ei derogetur eatenus confirmatum cenſeatur, non tollitur per clauſulas generales derogatorias, neque ex illa clauſula, Etiam ſi opus eſſet de clauſulis derogato-*

rÿs mentionem expreſſam facere.

32 *Vnio non valet, niſi in eius litteris fiat mentio de iure conferendi ex priuilegio, vel iure ſpeciali alicui competente.*

33 *Papa vniẽs beneficia quomodo dicatur ſcire collationem ad aliquem pertinere.*

35 *Exemptio à ſolutione decimarum vigore priuilegiorum Pontificum conceſſa, intelligitur de decimis, quæ parocho, aut alÿs perſonis ex iuris communis diſpoſitione debentur, non autem de illis, quæ ex aliqua particulari conceſſione perſoluuntur.*

36 *Clauſulæ derogatoriæ etiam valde pregnantes non porriguntur ad ea, quæ præſumũtur ignorata.*

37 *Derogatio etiam ſpecialiter, & in indiuiduo facta, non valet, niſi etiam contineat derogationem regulæ de iure quæſito non tollendo.*

38 *Ampliа, vt ad derogationem dictæ regulæ non etiam ſufficiat ſcientia Papæ, ſiue implicita, & quæ deſumatur ex clauſula ex certa ſcientia, ſiue etiam explicita, & veri narrata, ſed eſt neceſſaria ſpecialis, & expreſſa illius derogatio.*

39 *Derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo in ſupplicatione poſita ſuffragatur, licet in litteris non legatur.*

40 *Supplicatio ſemper tanquam matrix attenditur, & ad eam ſolet haberi recurſus.*

41 *Rota contentatur vnica expeditione litterarum ſuper gratia principali.*

42 *Litterarum expeditio ſecundum opinionem Rotæ requiritur ſolum ad effectum probationis, non ſubſtantia ipſius gratiæ, licet Cancellaria contrarium ſentiat, & n. 43.*

OPportune ſubſequitur alia concluſio quã Doct. communiter admittunt. Videlicet
1 quod derogatio † generalis non obſtãtiarum poſita in aliqua diſpoſitione cum clauſula Quorum tenores tollit diſpoſitiones contrarias, & idem operatur, ac ſi nominatim in contrarium obſtantibus fuiſſet derogatum tex. eſt in l. omnes C. de præſcript. 30. annor. ibi tanquam per hanc legem ſpecialiter, & nominatim fuiſſent enumeratæ, vbi Angel. col. 2. & in l. ſed & ſi quis §. quæſitum verſ. vltimo ſcias ff. ſi quis caut. Anchar. conſ. 335. nu. 2. Alexan. conſ. 187. num. 19. lib. 5. Dec. conſ. 55. num. 5. Pariſ. conſ. 10. num. 133. lib. 2. Sarnen. ad procem. reg. quæſt. 6. num. 7. Rebuff. in ſua praxi tit. de diſpenſ. rat. & in verbo conſtitutionibus Felin. in cap. nonulli col. 7. n. 6. verſ. Addatis primo de reſcript. & fuit pluries per Rotam deciſum, & præſertim in vna Bononien. officij portæ Palatij 5. Nouembris 1595. coram Litta.
2 Quo fit vt ad effectum ſufficientis † derogationis poſſit vigore clauſulæ Quorum tenores, &c. inſeri totus tenor obſtantiarum iuxta conſ. Butr. 2. canonizatum in Rota, quod ſequitur Gemin. conſ. 120. nu. 7. Dec. conſ. 165. num. 2. & conſ. 141. num. 7. Ægyd. deciſ. 338. Caſſad. deciſ. 10. num. 2. ſuper regul.

Extende prædictam concluſionem, vt pro-
3 cedat nedum † in diſpoſitione Motu proprio facta, ſed etiam ad partis inſtantiam Felin. in d. c. nonnulli col. 8. verſ. Addatis etiam de reſcript. Caſſad. d. deciſ. 10. n. 2. ſuper regul. Aym. conſ. 126. in fine verſ. & præmiſſa videntur.

Rurſus extende, vt procedat quamuis di-
4 ſpoſitio † cui derogatur habeat clauſulas prægnantes, & cum derogatorijs derogatoriarum ad diſpoſitiones ſequentes, quia nihilominus ſufficit derogatio illius generalis cum clauſula Quorum tenores, quemadmodum paſsim ſtilus Curiæ obſeruat, vt per Caſſad. d. deciſ. 10. num. 2. ſuper regul. Sarnen. vbi ſupra num. 7. & ad regul. de trien. quæſt. 17. nu. 5. Gabr. de clauſul. concluſ. 5. nu. 12. & 14. tenuit Rota in vna Toletana annatarum 19. Iunij 1589. coram Orano.

Limita Primo eamdem cõcluſionem vt de-
5 rogatoria † generalis non operetur niſi quo ad ea, quæ ſunt contraria, Et ideo poſita in ſecunda Conſtitutione non tollit totam Conſtitutionem præcedentem, ſed ſolum ea, quæ videntur contraria ſecundæ Conſtitutioni, vt poſt Bart. & alios tradit Natta conſ. 53. num. 13. lib. 1. Alexan. conſ. 122. nu. 2. & ſeq. lib. 4.
6 Et hoc niſi ſecunda † Conſtitutio abroget primam per aliam clauſulam quam per clauſulã derogatoriam Non obſtantibus, &c. vt quia dicat quod abrogat primã, vt in terminis declarat Paul. de Caſtr. per illum tex. in 2. Conſtitut. Cod. quæ eſt, de Iuſtin. Cod. confirman. ſub n. 4. Io. Monach. in cap. 1. circa princip. de
7 Conſtit. lib. 6. Vbi vult quod † etiam cõſtitutio ſpecialis tollatur per generalẽ quando expreſſe abrogatur. Quod procedit ſine vlla dubitatione, quãdo adeſt clauſula, Quã omnino ab-
8 rogamus verbum enim omnino † comprehendit omnes caſus, & ſignificat indiſtincte, & totaliter Ruin. conſ. 133. nu. 22. lib. 5. Iaſ. conſ. 4. ſub nu. 3. verſ. Et vltra iſta verba lib. 1. Et ver-
9 bum abrogamus † ſignificat in totum, & non in partẽ l. derogare, quę eſt 102. de verb. ſignif. vbi Alciat. Rebuf. & alij, per quæ verba vniuerſalia importantia totalitatem oſtenditur manifeſte, quod in totum, & ſine aliqua diminutione prima Conſtitutio abrogatur ad traditа per Aym. conſ. 294. col. 3. 4. & 5. & ita in terminis Conſtitutionis fel. record. Pij Papæ
10 Quinti de publicandis reſignationibus † quod fuerit in totum abrogata per Bullam Gregorij XIII. tenuit Rota in vna Hiſpalenſ. Conſtitutionis die 8. Nouẽb. 1585. corã Robuſterio.

Secundo limita, nam de iure cõmuni, & ſic ſtilo Curiæ circumſcriptos ſequens diſpoſitio
11 quæ † de clauſula derogatoria præcedenti in diſpoſitione mentionem non facit, & illam expreſſe non tollit non valet cap. nonnulli de reſcript. l. ſi quis in princip. de leg. 3. cum alijs per Feder. de Sen. cõſ. 233. per totũ Pariſ. conſ. 42. n. 15. verſ. Præterea cum ſequen. lib. 4. Silua de Benefic. par. 3. q. 14. n. 7. vſque ad fin.

Caſſad.

Caſſad.decif. 38. per totam præſertim in fine,
* & eſt communis * opinio, vt atteſtatur Gabr.
de clauſul.d. concluſ.5.n.11. Pro cuius tamen
limitationis declaratione,vide Felin.in d.cap.
nonnulli col.8. verſ. ſecunda declaratio, qui
bene loquitur.

Tertio limita, vt non procedat in diſpoſi-
12 tionibus † priuatorũ,in his enim clauſula Pro
expreſſis, vel Quorum tenores non operatur,
Felin. vbi ſupra verſ.ſed in diſpoſitione infe-
riori Ang. in l.ſed & ſi quis §.quæſitum verſ.
vltim.ſcias.ff.ſi quis caut. & ibi Fulgoſ.in fine
verſ.dubitat Ang. Silua de Benef.par.3. q.14.
col 7.verſ.nono pro iſta parte Gabr. de clauſ.
concluſ 5.nu. 8. & n.10. vbi ſublimitat in his
quæ pendent à partium poteſtate.

13 Quarto limita;quia derogatoria † generalis
cum clauſula Quorũ tenores. &c. reſtringitur
ad ea quæ in diſpoſitione expreſſa fuerũt,non
autem operatur quo ad non expreſſa etiam ſi
Princeps illa non ignorauerit Dec. conſ.142.
n.7. verſ. non obſtat dum Papa Gabr. d. con-
cluſ.5.n.17. & tenuit Rota inter Miſcellaneas
decif.34.propter illud verbum Quorum,quod
eſt reſtrictiuum ad expreſſa Bart. in l. hoc ar-
ticulo n.7. de hæred. inſtit.

Ex qua limitatione infertur,quod per clau-
14 ſulam Non obſtantibus † Conſtitutionib,& or-
dinationibus Apoſtolicis nõ intelligitur dero
gatum Concilijs generalibus, vt dixi ſupra in
fine præcedẽtis capituli, & expreſſim aduota-
uit Bald. in l.humanum in 3.not.de legib.Ar-
chid.in c. 1. col.2. nu.2 verſ.quod ſpecialiter
intelligi poteſt de Conſtit lib.6.Felin.in c.1.n.
23.eod.tit.Dec.in c.1.n.9.de Iudic.& ibi Ripa
n.8.Præſertim ſtante notorio ſtilo,quod vbi fit
derogatio Conciliorũ generalium non dicitur
ſolũ de Cõſtitutionibus Apoſtolicis, ſed addi-
tur, Et Cõcilijs generalibus,& prouincialibus
quæ additio eſt apponẽda etiam ſi Concilium
generale ſit inſertum in corpore iuris, & fuit
tentum per Rotam in Vlixbonen. Decimarum
27. Nouembris 1572. coram Robuſterio,& in
terminis c. Nuper de decim. fuit reſolutum in
vna Oriolen.decimarum 21.Maij 1586.coram
Orano,& in vna Valentina Decimarum 9.Iu-
nij 1597. coram Cardinale Pamphilio.

Concilio tamen Tridentino non fit deroga-
tio aliqua ſpecialis, ſed ſufficit quod materia
ſit cõtraria diſpoſitioni dicti Concilij. Nã val
de differt Conciliũ huiuſmodi ab alijs Conci-
lijs generalibus,quæ expreſſe non nõ reſerua-
runt Sedi Apoſtolicæ liberam diſpoſitionẽ,pro
ut fecerunt Patres in ſpecie, & in genere in d.
15 Concilio Tridẽtino;Ideo,cum decrerũ † irritãs,
& clauſula derogatoria non liget Papã in ma-
terijs d. Concilij Tridentini, non eſt mirum ſi
non fit alia derogatio,vt fuit dictũ in allega-
ta Vlixbonen. decimarum.

Secundo ex eadẽ limitatione infertur,quod
16 regulis Cancellariæ † non cenſetur derogatum
per dictam clauſulã; Non obſtantibus Conſti-
tutionibus,&c.ſed de illis ſpecialis mẽtio fieri
debet,vt pluries Rota tenuit teſte Sarnen in
procem. regul. q.5. verſ. ſolutio. Et vbi dictæ
derogationi ſit additũ,Et regulis Cancellariæ,
tunc intelligitur derogatum regulis Cãcella-
17 riæ † perimentibus ipſo iure gratiam,cuius fa
uore facta fuit derogatio,non autem cenſetur
derogatum illis regulis,quę non perimunt or-
tum ipſius gratiæ, ſed eam differunt,& ſuſpen
dunt donec aliquid factũ ſit,niſi etiam de illis
regulis in derogatione ſit facta mẽtio Gemin.
in c.ſi propter col.6.de reſcript.in 6.cum alijs
per Sarnen vbi ſupra q 6.col.2. ſub littera F.

Immo quod attento ſtilo neque etiam ſuffi-
18 ciat derogatio † generalis Nõ obſtantibus qui-
buſcunq; regulis Cãcellarię,&c.ſed requiratur
indiuidua mentio earum regularũ quibus in-
tenditur derogari tenet idẽ Sarnen.d.q.6.col.
4.& 5. qui refert Rotam alias ſecundum hunc
ſtilum iudicaſſe:Subdit tamen hoc non habere
19 locum † quando vltra derogationem generalẽ,
Quibuſcunq; regulis eſt adiecta clauſula Quo-
rũ tenores,&c.nã tunc illis omnibus intelligi-
tur ſufficiẽter derogatũ,vt in multis cauſis te
nuit Rota teſte eodẽ Sarnen in loco pręcitato.

Quinto limita,vt non procedat quando di-
20 ſpoſitio contraria † mandat fieri ſpecialem
expreſſionem, & tacite, vel expreſſe prohibet
expreſſionem generalem, tunc enim non ſuffi-
cit derogatio generalis cum clauſula Quorũ
tenores Gabr. de clauſ. d. concluſ.5. n.22. Et
in terminis regularum Cancellariæ,quod ge-
21 neralis derogatio † Nõ obſtantibus quibuſcun
que regulis, &c. cum clauſula Pro expreſſis,
vel, Quorum tenores nõ operatur reſpectu ea-
rum regularium,quæ ex earum lectura expreſ
ſe requirunt ſpecialem, & indiuiduam men-
tionem quo ad ſui derogationem tradit Fe-
lin. in d. cap. nonnulli col. 9. verſ. tertia de-
claratio de reſcript.quem ſequitur Sarnen.vbi
ſupra quæſt.6. in fine.

Sexto limita dictam cõcluſionem non pro-
22 cedere quãdo diſpoſitio concernit † pręiudiciũ
tertij,de quo Papa nõ intellexit.quia tunc de-
rogatio generalis non operatur,vt Papa cẽſea
tur voluiſſe tertio præiudicare Gozad. conſ.
14. col. 3. verſ. Duodecimo conſidera, & col.
fin. verſ. non obſtat Decimum. Eſt enim apud
omnes abſolutum quod derogationes genera-
les non trahuntur ad ignota. Item quod Papa
23 non præſumitur habere notitiam iuris † ex
ſpeciali conceſſione alicui cõpetentis,ſed eius
tantum quod ex iuris communis diſpoſitione
competit,ita fuit reſolutum in d. Valentina
decimarum coram Cardinale Pamphilio die
9.Iulij 1596.& fuerat idẽ dictũ in allegata To
letana Annatarum coram Orano die 23. Ia-
* nuarij 1589.per doctrinam * cõmunem Doct.
24 in c.1.de reſcript.dicentiũ nunquam † cenſeri
derogatum priori priuilegio per aliud ſubſe-
quens, niſi de illo fiat mentio propter illius
præſumptam ignorantiam l. decurionibus C.
de Silen. lib.11. Iaſ.in l. poſtquam lite nu.11.
C. de pact. Felin. in d. cap. nonnulli num.23.

de reſcript. Dec. in c.quæ in Eccleſiarum n.44.
de Conſtit Put.deciſ.93. lib.3.

Ex quo infertur Primum quod in generali
25 derogatione† priuilegiorum,& indultorũ non
comprehenduntur indulta conceſſa ad inſtan-
tiam Regum c.fin:in princ.de offic.deleg.in 6.
c.ne aliqui de priuil.eod.lib.c.ſolitę de maior.
26 & obed.Item nec cõceſſa†ad inſtantiã Amba-
ſciatorum Regum Pariſ.conſ.42.nu.4. & 6. &
27 n.20.lib.4. Item nec cõceſſa†ad fauorem Vni-
uerſitatis Rom.conſ.400.n.7.& cõſ.436. Item
28 nec cõceſſa† ex cauſa oneroſa Roman.d.conſ.
436.n 14.verſ.ſeptima ratio Card.conſ.147. à
n.2.vſque ad finem late Rolan.conſ.76. n.18.
& ſeq. Put.deciſ 322. lib.1.

29 Secundo infertur quod derogatio † etiã ge
raliſsima priuilegiorũ alijs conceſſorũ etiam
cum clauſula ad inſtãtiam Regum,& cum de-
rogatione regulæ de iure quæſito non tollẽdo
non comprehẽdit priuilegia Regibus ipſis,vel
alijs conceſſa iure ſpeciali, niſi ſpecifica,& in-
diuidua mentio de eis facta fuerit in ipſa de-
rogatione Socin.Iun.conſ.77.n.105.lib.1. Nat
ta conſ.209. n.9.& tenuit Rota in eadem Va-
lentina decimarum 1. Iulij 1598. coram Car-
dinale Seraphino. In qua ad derogationẽ re-
gulæ de iure quæſito non tollendo poſitam in
priuilegio Societatis Ieſuitarũ,per quam prę-
tendebatur eſſe ſublatum ius exigẽdi decimas
ex eorum bonis, quod ex conceſſione Vrbani
ſecundi alias competebat Iacobo Regi Hiſpa-
niarum,& poſtea ex donatione dicti Regis fue
rat tranſlatum in Archiepiſcopum, & Capitu-
lum eccleſiæ Valentiæ fuit reſpõſum,quod di-
cta derogatio non ampliabat neque extende-
bat principalem diſpoſitionem ad prætatum
ius ſpeciale,de quo non erat facta mentio,ſed
30 ſolum operabatur † reſpectu eorum,qui in pri
uilegio erant comprehenſi per Felin.in c.licet
nu. 7. de offic. ordin. Sarnen. ſuper regul. de
infirm. reſignan. quæſt.34.nu. 3. Pariſ.conſ.1.
n.91. lib.1. Butr. conſ. 19. Ægyd. deciſ. 333.
& in terminis tradit gloſ. in c.1.in verbo con-
ſuetudini de Cappell. Monach. lib. 6. & Ca-
ſtren.conſ 187. n.5. circa med. lib. 2.

31 Tertio etiam infertur,quod †ſi priuilegium
habeat clauſulam,quod ei derogari nõ poſſit,
nec in genere, nec in ſpecie,& quatenus ei de-
rogetur eatenus confirmatum cenſeatur, tunc
per clauſulas generales non intelligitur illi
derogatum neque ex illa clauſula, Etiam ſi
opus eſſet de clauſulis derogatorijs mentionẽ
expreſſam facere Federic. de Sen. conſ. 233.
per totum Card.conſ.52.etiam per totum Iaſ.
* conſ.120.lib.4.de *communi Silua in tract.de
Benefic. par.3.q.19. num.3. & Rota tenuit in
Aſtoricen. Archidiaconatus de anno 1576.co
ram eodem Cardinale Seraphino.

32 Quarto infertur, quod de iure †conferendi
ex priuilegio,vel iure ſpeciali alicui competen
ti debet fieri mentio ſpecialis in litteris vnio-
nis,alias vnio eſt inualida Abb. conſ.101. n.4.
& 7.par.1.Rebuf.in 3. parte Signat. in clauſu-
la Cum derogatione Statutorum nu. 20. & in
tit. de vnione gloſ.11.n.6. & fuit reſolutum
per Rotam in vna Taruiſina Plebis 18. Iunij
1593.corã Cardinale Millino.In qua ad obie
ctum exaduerſo factum, quod vnio non pote-
rat dici inualida, quia Papa vniendo ſciebat
collationem Parochialis ad aliquem pertine-
re per deciſ. Caſſad. primam de priuileg.fuit
33 reſponſum dictam deciſionem procedere † in
his, quæ competunt de iure cuius Papa præ-
34 ſumitur habere ſcientiam, & non † in priuile-
gio ſpeciali cuius in Papa prẹſumitur ignoran
tia,niſi de illo fecerit mentionem,quod etiam
fuit dictum in Toletana annatarum 13. Ianua-
rij 1589. coram Orano.

35 Quinto infertur quod omnes† exemptiones
vigore priuilegiorum Pontificum conceſſæ in
materia decimarum intelligi debent de exem
ptione ſolutionis earum decimarum, quæ Pa-
rochis, & alijs perſonis, & Collegijs ex iu-
ris communis diſpoſitione debentur, non au-
tem earum decimarũ,quæ iure ſpeciali ex ali-
qua particulari conceſſione, & priuilegio de-
bentur,de quo Papa veriſimiliter notitiam nõ
habuit,Ita tẽtum in dicta Valentina Decima-
rum coram Cardinale Seraphino nõ obſtanti-
bus clauſulis valde prẹgnantibus,quę videban
tur habere vim ſpecialis derogationis ad trad.
per Anchar.cõſ.335.n.2.Alex. conſ.187.lib.5.
Dec.conſ.53. n. 5.cum ſimil. Quia fuit dictum
quod non porrigebantur ad ea,quæ præſume-
36 bantur † ignorata, ſed tantum ad ea quorum
veriſimiliter Papa notitiã habebat, & in qui-
bus non requirebatur ſpecialis derogatio per
Curt. Iun. conſ.130. num.31.par.2.Purpurat.
conſ.18. n.42. Socin.Iun.d.conſ.77. num.116.
& 126. lib.1. Natta conſ.209. n.6.

Illud præterea admonẽdi ſumus pro decla-
37 ratione prædictorum,quod derogatio † etiam
ſpecialiter,& in indiuiduo facta non valet,niſi
etiam contineat derogationem regulæ de non
tollendo ius quæſitum, cum illi per deroga-
tionem generalem cum clauſula Quorum te-
res,aut etiam particularem gratiæ alteri con-
ceſſæ non cenſeatur derogatum,maxime atten
ta ampliatione Pij Quint. ad dictam regulam.
38 Quo fit, vt non ſufficiat † ſcientia Papæ, ſiue
implicita,& quę deſumatur ex clauſula Ex cer
ta ſcientia,ſiue etiam explicita,& vere narra-
ta, ſed neceſſaria eſt ſpecialis & expreſſa de-
rogatio dictæ regulæ Caputaquen. deciſ. 30.
par.3.Put. deciſ.265. lib. 2.& deciſ.289. lib.3.
Cæſar de Graſ.deciſ. 3. de reſcript. late Man-
doſ. ſuper Reg. 17. quæſt. 9. & in his terminis
Rota tenuit in dicta cauſa Bononien. officij
Portæ Palatij 5. Nouembris 1595.corã Litta.

Eſt bene verum quod ſecundũ Rotam ibidẽ
39 ſufficit derogationem† dictæ regulæ in ſuppli-
catione contineri, licet non legatur in litteris
quoniã ad ſupplicationem ſemper tãquam ad
40 matricẽ† haberi ſolet recurſus Bart.in l.Sem-
pronius ff. de leg.2. in l.ſi librarius vbi Dec.n.
8.de reg.iur.Ant.de Butr.conſ.2.n.4.Rebuf.in
praxi

praxi tit. de reformat. bul. n. 2. Mohed. deciſ. 261. Caputaquen. deciſ. 75. par. 1.

Neque propterea reſultat locum fieri diſpoſitioni regulæ de non iudicãdo iuxta formam ſupplicationis, aut, quod expeditio litterarum cum expreſſa derogatoria dictæ regulæ requi-
41 ratur; Nam Rota † contentatur vnica expeditione litterarũ ſuper gratia principali Sarnen. ad regul. de non iudican. q. 6. n. 7. Et ad hunc effectum ſola etiam ſupplicatio ſufficit abſque
42 litterarũ expeditione, quæ tantum † requiritur ad effectum probationis non ſubſtantiæ ipſius gratiæ Archid. in proœm. 6. in c. Sacroſanctæ col. pen. Io. Andr. ibid. n. 5. cum ſeq. Caſſad. deciſ. 4. n. 7. de cau. poſſeſ. & propriet. & deciſ. 8. num. 3. de reſtit. ſpoliat. Sarnen. ad d. regul. de non iudic. q. 1. verſ. tamen conſiderandum eſt. Quam opinionem, licet Cancellaria aliud
43 ſentiat, paſſim Rota † ſequitur, vt patet ex traditis per Sarnen. vbi ſupra, & per Rotã deciſ. vlt. n. 2. de reſcript. in antiquis, Et fuit late deductũ in vna Compoſtellana Canonicatus 25. Iulij 1574. coram Io. Baptiſta de Rubeis.

An excommunicatus occultus poſſit alium excommunicare, & quando excommunicatus in iudicio ſtare poſſit paucis declaratum. Cap. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus occultus poteſt alium excommunicare ſecundum magis communem, & veriorem opinionem.*

2 *Excõmunicatus in iudicio ſtare non poteſt agendo, ſed ſolum ſe defendendo dummodo contra eum de excommunicatione excipiatur, & n. 3.*

4 *Proſequens appellationem a ſententia lata contra ſe quando ſit audiendus.*

5 *Excommunicatio ad effectum repellẽdi aliquem a limine iudicij probatur qualibet leui probatione.*

MAxima eſt inter Doctores controuerſia in illo articulo, An excõmunicatus occultus poſſit alium excommunicare? Pro opinione enim negatiua adducitur Beatus Thomas in 4. ſenten. diſtinct. 18. q. 2. art. 2. tex. in c. 2. de ordin. ab Epiſcopo qui ren. & in c. audiuimus 24. q. 1. Et pro hac opinione ſentit gloſ. in ſum. d. quæſt. 1. & clarius Archidiacon. in præalleg. cap. audiuimus, & hanc opinionem vti veram tenent Hoſtien. & Abb. in allegato. cap. 2. poſt num. 4. verſ. in tantum
* autem hoc eſt verum, & hãc dicit * communem idem Abb. in cap. veritatis poſt n. 43. de dol. & contumac. & in cap. ab excommunicato poſt nu. 2. de reſcript. Idem etiam voluerunt Ioan. Andr. & Anchar. in cap. pia §. ſi vero poſt. n. 4. verſ. concludit ergo Hoſtien. de except. lib. 6. idem Anchar. in cap. nihil §. cæterum n. 4. de elect. Felin. in c. ad probandum nu. 7. verſ. limita primo regulam prædictam de re iud. vbi alios pro hac opinione recenſet.

Pro affirmatiua vero tenuerunt Innocen. in d. cap. nihil de elect, & in d. cap veritatis n. 2. Idem Innocen. & Ant. de Butr. col. 4 in c. ſi vero de ſent. excom. Feder. de Sen. conſ. 137. nu. 2. verſ. occultus excommunicatus, Henric. Bohich. qui dicit hanc opinionem eſſe veram in d. c. ad probandum verſ & hoc vltimũ credo verum de re iudic. Abb. ſibi contrarius in d. c. ab excommunicato ante n. 9. verſ. ſed in contrarium ego allego de reſcript. vbi hanc opinionem veriorem dicit idem Abb. in d. c. veritatis poſt n. 42. vbi latius, & generalius loquitur, & vult quod excõmunicatus occultus poſſit omnia ratione officij, & fauore iuris publici. Subditque quod dignitas videtur exercere, & non perſona; Et in hac ſentẽtia reſidet etiam Felin. in d. c. ad probandum poſt nu. 7. & veriorem ſupponit Lambertin. de iure patron art. 2. q. 3. par. 1. lib. 2. poſt num. 4. dum diſtinguit inter facientem aliquid ratione officij publici, vel iure priuato. Hanc etiam ma-
1 gis * communem †, & æquiorem teſtantur Ad-
* den. ad Lap. alleg. 89. in verbo poteſt excõmunicare Ang. in l. barbarius poſt n. 2. & ibi Iaſ. poſt n. 66. ff. de offic. præt. Couarr. in c. Alma Mater §. 1. poſt n. 9. de ſent. excom. in 6. Et hãc tenuit Rota in vna Burgen. Canonicatus 17. Octobris 1589. coram Gypſio. Et quod ſententia lata per excõmunicatum occultũ ſubſiſtat voluit idem Felin. alios referens, in c. Rodulphus n. 40. verſ. & guſta vnum nouum de reſcript. & idem concludit Io. Baptiſta Ferrett. conſ. 9. col. 3. verſ. aut agimus.

Retenta itaque hac vltima opinione magis
* communi * dicas illam procedere quoad omnes iuris effectus; Ideo excõmunicatus etiam
2 ab occulto excõmunicato † in iudicio eſſe nõ poterit agendo, ſed ſolum ſe defendendo c. intelleximus de iudic. Dec. in cap. decernimus num. 17. eod. tit. vbi inquit, quod ſi excommunicatus veniat vt reus ad ſe defendendum, & petat reuocari immiſsionem in poſſeſſionem contra eum factam in contumaciam, admittitur, ſecus ſi principaliter petat ſolum retractari tanquam non legitime factam, quia tunc actor videtur, & ideo repellitur.

3 Limita non procedere quãdo nõ † opponitur talis exceptio, quia tunc iudiciũ ſubſtinetur, vt tenuit Rota in cauſa Bracharen. de Mueria 13. Iunij 1605. coram Ortembergo.

4 Secundo limita † in excommunicato proſequente appellationem ſecundum Butr. in c. ſignificauerunt n. 9. verſ. conclude ergo de except. vbi ſic diſtinguit. Aut excommunicatus eſt reus in principali, & appellatus, quia obtinuit, & tunc auditur, quia defenſor, & reus eſt, & idem eſt ſi ſit reus originarius, & appellans quia tũc eſt reus originarius, & defenſor. Aut eſt actor originarius, & appellatus, & tunc non auditur ſi agat pro confirmatione, vel executione ſententiæ.

5 Et nota quod probatur † excommunicatio ad effectum repellendi aliquem à iudicio qualibet leui probatione Roman. conſ. 349. n. 4. vbi quod ſola fama ſufficit Felin. in c. prudentiam §. ſexta, n. 16. verſ. iſtis non obſtantibus de offic. delegat. Vbi quod quando agitur de repellendo excommunicatum à iudicio ſufficit probare excommunicationem per denunciatorem, & n. 17. vbi etiam dicit ſufficere famam Ægid. deciſ. 86. in fine dum diſtinguit inter excommunicationem oppoſitam in modum exceptionis peremptoriæ, & inter oppoſitam in modum dilatoriæ.

Oblationes, ſeu Eleemoſinæ factæ Imaginibus Sanctorum ad quem ſpectent, & quomodo Laici poſſint illas percipere. Cap. X L I I.

S V M M A R I V M.

1 *Eleemoſina, ſeu pecunia poſita in Capſa eleemoſinarum pro fabrica, vel pro miſſis celebrandis in eum vſum expendi debet, & non in aliis.*

2 *Conſuetudo circa oblationes (vbi de mente offerentis non conſtat) ſeruari debet.*

3 *Oblationes, vel eleemoſinæ quæ fiunt in Monaſterio, vel in loco Clericorum regularium ipſis religioſis acquiruntur, & non alijs.*

4 *Facta Imagini pictæ in Pariete alicuius priuati non acquiruntur Domino Parietis nec Epiſcopo ſed Rectori Parochialis Eccleſiæ intra cuius limites domus eſt ſita & n. 6.*

5 *Laici oblationes quæ ſunt iuris ſpiritualis percipere non poſſunt nec conſuetudo ſeu præſcriptio aliqua in contrarium illis ſuffragatur.*

7 *Oblationes quæ fiunt Imagini pictæ in aliqua Capella, ſeu Oratorio, aut Eccleſia non curata, non debentur Sacerdoti cuius eſt Eccleſia, vel Capella, ſed iure Parochiæ pertinent ad Rectorem Parochialis Eccleſiæ, in cuius Parochia exiſtit iſta Eccleſia, ſeu Capella & n. 8. & 9.*

10 *Tranſlatio Imaginis exiſtentis in aliqua Eccleſia ad quam concurſus habetur, & ei plura offeruntur dona fieri non debet per Epiſcopum ad aliam Eccleſiam, vel Capellam Rectore contradicente.*

11 *Rector Parochialis Eccleſiæ poteſt deputare Laicos, vt nomine ſuo oblationes, & dona percipiant, & cuſtodiant, dummodo illa non percipiant de Altari.*

12 *Conſuetudo percipiendi oblationes auctoritate propria in Confraternitatibus Laicorum, valet, & ſuſtinetur.*

QVæri, ac dubitari perſæpe contingit, Ad quem ſpectent eleemoſinæ, ſeu oblationes, quæ Imagini pictæ in aliquo pariete offeruntur? Pro reſolutione diſtingue duos caſus: Primus eſt quando apparet de intentione of-
1 ferentis, veluti ſi pecunia † exponatur in Capſa Eleemoſinarum pro fabrica, vel pro Miſſis celebrandis, & talis mens debet obſeruari, Aufrer. ad deciſ. Toloſ. 483. Rebuf. de decim. q. 1. n. 29. & 30.

Secundus eſt caſus, quando non conſtat de intentione offerentis, & tunc ſi adſit particu-
2 laris † conſuetudo, illa pariter obſeruanda eſt, dummodo ius non reſiſtat, Aufrer. vbi ſupra, late Ferret. conſ. 278. Circumſcripta autem conſuetudine eſt diſtinguendum: Nam ſi
3 oblationes, vel eleemoſinæ fiant † in monaſterio, vel in loco Clericorum regularium, tūc ipſis Religioſis acquiruntur, & non alijs, ex c. de ſtat. Monach. c. nimis il primo de exceſ. prælat. vbi Abb. & alij. Idem Abb. in c. dilectus, col. 2. de offic. ordin. qui dicit hoc eſſe rationem exemptionis, per quam cenſentur eſſe extra Parochiam, quod etiam tradit Petr. de Vbald. in tract. de quarta Epiſcop. in 4. cap. verſ. decimoſexto quæritur, & verſ. aduerte.
4 Si vero oblationes fiant Imagini pictæ † in pariete alicuius priuati, tunc omnes quidem concordant, quod non acquiruntur Domino domus, Petr. de Rauen. ſing. 468. præſertim ſi
5 ſit Laicus, quia cum oblationes ſint † iuris ſpiritualis, Laici ſunt illarum penitus incapaces, itaut conſuetudo, ſeu præſcriptio aliqua eis non ſuffragetur, c. Maſſana c. Sacroſancta de elect. c. cauſam de præſcript. & tenuit Rota in vna Calaguritana oblationum, 21. Octobris 1588. coram Cardinale Pamphilio, in qua fuit allegatus Socin. de oblation. libel. 8. & Malnet. in 4. dub. n. 6.

Controuerſia tamen non modica eſt: An acquirantur Rectori parochialis Eccleſiæ, intra cuius limites domus eſt ſita, vel potius Epiſcopo loci, vt videre eſt apud Petr. de Vbald. d. quæſt. 16. & per Abb. & Felin. in d. c. dilectus, de offic. ordin. & in c. paſtoralis, de his
* quæ fiunt à prælat. col. 2. Sed verior, & com-
6 munis opinio eſt, quod Parrocho † acquirantur, cum is habeat intentionem fundatam de iure communi ſuper omnibus obuenientibus ſpiritualibus contingentibus intra limites ſuę Parochiæ, vt per Io. Andr. & Hoſtien. in d. c. paſtoralis. Quod procedit etiam reſpectu
7 oblationum, quæ fiunt Imagini † pictæ in Capella, ſeu Oratorio exiſtenti intra limites Parochialis Eccleſiæ; Nam iſtæ quoque acquiruntur Rectori dictę Parochialis, vt tradunt Hoſtien. Ant. de Butr. Abb. & alij in rubr. de Paroch. ſupradicta ſcilicet ratione, quia oblationes ei debentur iure Parochiæ, vt dicit tex. in c. quia Sacerdotes, & in c. Sanctorum 10. q. 1. Idem tenet Abb. in d. c. dilectus col. 2. vbi
8 dicit, quod omnes oblationes, † quæ fiunt in aliqua Eccleſia non curata exiſtenti intra Parochiam, quocumque in loco ea ſita ſit, debetur Rectori d. Parochialis; Quòd etiam probatur in d. c. paſtoralis in princ. & ibi notant Butr. & Abb. in 2. not. de his quæ fiunt à prælat. Vbi quod oblationes, quæ fiunt Imagini
9 exiſtenti † in aliqua Cappella, non debentur

Sa-

Digitized by Google

Sacerdoti cuius eſt Cappella, ſeu Altare, ſed
Rectori Parochialis Eccleſiæ, in cuius Paro-
chia exiſtit illa Cappella, ſeu Altare. Hoc etiã
voluit Abb. in c. quoniam de decim. in 1. not.
per illum tex. vbi expreſſe excludit Epiſcopũ,
& Laicos à perceptione oblationum: Et quòd
huiuſmodi oblationes pertineant ad Rectorẽ
eſt decif. Toloſ. 483. vbi Adden. plures alios
* cumulant; & de * cõmuni teſtantur Maluet. in
d. tract. de oblat. dub. 4. nu. 46. & Socin. in d.
libel. 18. n. 4.
10 Hinc eſt, quòd translatio † Imaginis exi-
ſtentis in aliqua Eccleſia, ad quam concurſus
habetur, & ei plura offeruntur dona, fieri nõ
debet per Epiſcopum ad aliam Eccleſiam, vel
Cappellam Rectore contradicente, vt tenuit
Rota in vna Hiſpalen. translationis Imaginis
9. Martij 1598. coram Cardinale Pamphilio.
11 Poteſt tamen Rector † Parochialis Eccleſiæ
deputare Laicos, vt nomine ſuo oblationes, &
dona percipiant, & cuſtodiant, dummodò illa
non percipiant de Altari, quia inhoneſtum
eſt, vt Laici ſuper Altari ponant manus, Ar-
chid. & Gemin. in d. c. Sanctorum 10. q. 1. & ita
tenent omnes, & præſertim Butr. & Abb. in d.
c. decernimus de Iudic. col. 1. & ibi Dec. col.
14. in 4. quæſt.
In Confraternitatibus vero Laicorum vi-
detur quòd poſſit ſaluari conſuetudo, vt au-
12 ctoritate † propria oblationes percipiant, dũ-
modo illas in pios vſus, non in proprios con-
uertant, & ita vbique locorum ſeruari vide-
mus, quam generalem conſuetudinem bene
defendit Dec. conſ. 148. n. 3. lib. 1. & Io. Bapti-
ſta Ferret. d. conſ. 278. per totum.

De tranſportatione actorum in cauſis ap-
pellationum breuis explicatio.
Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellans in caſibus permiſſis, vt ſententia ſit
valida tenetur acta omnia ad Iudicem appel-
lationis tranſportare quicunque ille ſit, quam-
uis Concilium Tridentinum videatur loqui in
cauſis vertentibus coram Epiſcopis, & n. 2.*
3 *Nullitas ſententiæ proueniens ex non tranſpor-
tatione actorum primæ inſtantiæ non excuſa-
tur præſumptione boni iuris.*
4 *Clauſula, (quam, & quas) non operatur niſi
tranſportato proceſſu in cauſis appellationum,
vel ab eis dependentium etiam quando appel-
lans declarauit ſe nolle vti proceſſu facto co-
ram primo Iudice, & n. 5.*
6 *Acta tranſportata integra præſumuntur, quam-
diu aliud non doceatur*
7 *Actus præſumitur perfectus, ſi aliud non ap-
pareat.*
8 *Acta illius cauſæ tantum, quæ tractanda eſt,
non autem diuerſæ, appellans tranſportare de-
bet, quamuis omnes cauſæ vni Iudici ſint com-
miſſæ, & acta alterius cauſæ ad eam conferant,
& n. 9. 10.*
11 *Acta tranſportata de neceſſitate non debent
produci coram Iudice appellationis parte ci-
tata.*
12 *Bart. in l. naturaliter §. nihil commune n. 32. de
acquir. poſſeſ. declaratur.*

IN praxi illud receptum eſſe ſcimus, quod
ſi quis in caſibus à iure permiſſis appella-
uerit, aut de aliquo grauamine conquæſtus
1 fuerit, tenetur † acta omnia ad Iudicem ap-
pellationis transferre, alioquin ſententia dici-
tur nulla, l. 2. vbi gloſ. & Bart. n. 1. & 2. Iaſ. nu.
* 15. Dec. n. 33. C. de eden. Felin. qui * cõmunem
dicit in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ ante n. 17. de
conſtit. Præſertim hodie ſtante diſpoſitione
Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 20. §. præ-
terea de reformat. quod habet decretum Irri-
2 tans, & procedit in † quocunque Iudice, licet
verba Concilij videatur ſonare in cauſis ver-
tentibus coram Epiſcopis; Nam iſtud fuit ex-
preſſum ob frequentiſſimum vſum, vt cenſuit
Rota coram bo. me. Cardinale Lancellotto in
cauſa Placentina adminiſtrationis Sacramen-
torum 1. Decembris 1567. & in cauſa Maiori-
cen. officij pœnitẽtiariæ 21. Iunij 1591. coram
Cardinale Blanchetto.
3 Et talis nullitas † non excuſatur præſum-
ptione boni iuris Socin. Iun. conſ. 80. n. 3. lib. 2.
Sed parte opponente Iudex de illa prius co-
gnoſcere debet, Put. deciſ. 72. n. 6. lib. 3. & di-
xit ſæpe Rota, vt in Patauina decimarum 4.
Iulij 1576. coram Domino de Graſſis, in Ve-
rulana Spolij 5. Maij 1586. coram Cardinale
Plato, & in Veneta illegitimitatis 26. Februa-
rij 1597. coram Penia. Et hoc quidem obti-
net quamuis in cõmiſſione appellationis adſit
clauſula Quam, & quas, &c. quia poſt Conci-
lium Tridentinum Signatura, & Rota intelli-
4 gunt dictam clauſulam, vt non operetur, † ni-
ſi tranſportato proceſſu in cauſis appellatio-
num, vel ab eis dependentium, vt fuit tentum
in cauſa Valentina Parochialis 13. Ianuarij
1580. coram Cardinale Blanchetto; In qua hoc
5 fuit ampliatum etiam quando appellans † de-
clarauit ſe nolle vti proceſſu facto coràm
primo Iudice.
6 Acta vero tranſportata † integra præſumũ-
tur, quamdiu aliud non doceatur Aym. de
antiq. tempor. par. 2. n. 55. Ideo contrarium
allegans tenetur ipſe probare, vt fuit dictum
in illa Senogallien. Siluæ 24. Maij 1577. co-
ram Cotta. Et eſt generalis regula quod a-
7 ctus † præſumatur perfectus ſi aliud non ap-
pareat l. ſi is qui vbi Bald. & Imol. ff. de teſtam.
Iaſ. in rubr. ff. de nou. oper. nunc. ad fin.
Intellige tamen prædicta quo ad acta illius
8 cauſæ † quæ tractanda eſt, nam acta diuerſæ
cauſæ, & iudicij non ſunt tranſportanda, nec
de iure, nec ex diſpoſitione Concilij Tridenti-
ni, vt fuit tentum in vna Oſcen. Indulti 27. No-
uembris

uembris 1598. coram Orano, & in vna Albanen. ſucceſſionis 20. Maij 1602. coram Ludouiſio, in qua fuit dictum hoc procedere quamuis
9 omnes † cauſę vni Iudici ſint commiſſæ, quia nihilominus remanent diuerſæ, & poteſt vnaquæquè per ſe tractari, & ideo ſufficit transferre acta illius cauſæ, quæ eſt ventilanda iuxta deciſionem alias factam in Valentina Baroniæ ibidem allegatam. Quod procedit
10 etiam ſi acta † alterius cauſæ multum ad eã conferant quæ tractanda eſt, quia non ideo ſequitur quod ſint de actis illius cauſæ, vt fuit dictum in eadem Albanen. ſucceſſionis, & per prius in vna Romana depoſiti 5. Iunij 1600. coram Coccino.

Et eſt aduertendum, quod quando acta fue-
11 runt tranſportata, non eſt † neceſſe quod producantur coram Iudice appellationis parte citata, vt Rota tenuit deciſ. 688. par. 1. diuerſ. in Toletana primitiarum 27. Februarij 1581. coram Cardinale Seraphino, vbi fuit decla-
12 rata † auctoritas Bart. in c. naturaliter §. nihil commune n. 32. de acquir. poſſeſ. vt procedat quando non conſtat quod acta fuerint tranſportata, vt etiam loquitur Felin. in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ n. 16. in fine de conſtit. Vel quando ſumus in diuerſa cauſa coram eodem Iudice, vt ibi per Bart. & ita quoque intelligi debet Rota in nouis de fide inſtrum. deciſ. 1. alias 10 Ang. in l. properandum §. ſin autem reus n. 2. C. de iudic. dum voluit quod reproductio fiat cum partis citatione, quia nõ procedit vbi acta ſunt tranſportata.

Confeſsio ante acceptationem poteſt reuocari neque confitenti præiudicat, & nunquid ſola præſentia partis ſufficiat pro acceptatione. Cap. XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio in iudicio emiſſa probat concludenter contra confitentem, & magis operatur quam alia ſpecies probationis, & n. 2.*
3 *Facta in iudicio criminali probat in ciuili etiã contra eum qui de eodem delicto tenetur concurrentibus tamen adminiculis.*
4 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate Canonica probat plene contra confitentem.*
5 *Probata per teſtes idoneos facit fidem etiam de iure ciuili, vbi agitur de probanda veritate rei geſtæ, & concurrentibus adminiculis probat plene quamuis alias non probaret, & n. 6.*
7 *Confeſſio ante partis acceptationem non nocet confitenti, & reuocari poteſt etiam ſi ſit facta in iudicio, nec conſtet de errore, & n. 8. & 10.*
9 *Confeſſionis reuocatio incontinenti facta dicitur quando ſit re integra, & ante partis acceptationem.*
11 *Confeſſio à parte acceptata non docto de errore reuocari non poteſt niſi a procuratore ſit facta abſente principali, & num. 12.*
13 *Non dicitur acceptata per ſolam præſentiam partis ſed acceptatio expreſſa requiritur niſi agatur, vt pars ex ea ſe poſsit iuuare ante acceptationem, quia tunc ſufficit confeſſionem fuiſſe factam parte præſente maxime ſi ſit fauorabilis, & n. 14.*

NEmo neſcit quam vim habeat proprij oris confeſſio: Siquidem in iudicio
1 emiſſa † probat plene contra confitentem. c. fin. in c. veſtra vbi gloſ. de cohabit. cleric. & mulier. & c. cum olim in fine de verb. ſignif. cum alijs de quibus per Duen. reg. 157. in princ & Roman. ſingul. 22. vbi, quod iudicialis confeſſio producit actionem, & dicitur maior probatio quolibet alio publico inſtrumento
2 magisque operatur quam aliqua † alia ſpecies probationis, & magis creditur confeſſioni principalis quam mille teſtibus prout hęc, & multa alia ſimilia, quæ recenſere laborioſum eſſet adducunt Aym. conſ. 217. n. 10 Bald. in l. cum mulier in 13. col. verſ. deinde quæro. ff. ſolut. matrim. Rolan. conſ. 75. n. 23. & ſeqn. lib. 2. & conſ. 21. n. 7. & ſequen. lib. 1. & conſ. 72. n. 40. & ſequen. lib. 2. & conſ. 6. num. 25. lib. 3. Alex. conſ. 127. n. 2. lib. 4. & conſ. 203. nu. 19. lib. 2. Marſil. ſing. 12. & 201. Herculan. de negatiua n. 196. Boſſ. in tit. de confeſſ. n. 82. late Ceſal. conſ. 192. lib. 2. late etiam Rolan. conſ. 4. nu. 16. & ſequen. lib. 3. Quinimmo confeſſio
3 facta in iudicio criminali † probat in ciuili etiam contra eum qui de eodem delicto tenetur, concurrentibus tamen adminiculis glo. in l. 2. §. ſi abſens in verbo iudicio. ff. ſi ex nou. cauſ. agat. vbi Bart. n. 1. Bald. n. 4. Alex. n. 4. Angel. n. 1. gloſ. in l. interrogari. C. de quæſtion. & fuit tentum per Rotam in vna Romana locorum Montium 23. Ianuarij 1604. coram Cardinale Millino.

Similiter confeſſio etiam extraiudiciter fa-
4 cta † de æquitate Canonica probat plene cõtra confitentem, vt per Felin. in c. ſi cautio n. 27. de fid. inſtrum. Put. deciſ. 11. n. 3. lib. 2. cum alijs late cumulatis per Gabr. de confeſſ. concluſ. 1. n. 46. & fuit dictum in cauſa Hiſpalen. iuriſuotandi 16. Martij 1575. coram Cantuccio, & in vna Pampilonen. Parochialis de ſanzi 30 Aprilis 1604. coram Coccino in quibus locis habetur hanc ſententiam ſemper fuiſſe ſolitam ſeruare Rotam. Et vbi agitur de pro-
5 bãda † veritate rei geſtæ, puta ſolutione talis confeſſio per idoneos teſtes probata facit fidem etiam de iure ciuili l. deſiderium. C. depoſit. Felin. in d. c. ſi cautio n. 28. verſ. fallit tertio de fid. inſtr. Curt. Iun. cõſ. 168. n. 10. & ſeq.
6 lib. 2. Et concurrentibus † adminiculis probat plene, quamuis alias non probaret Paul. de Caſtr. conſ. 181. in fin. lib. 1. Rolan. conſ. 82. nu. 47. lib. 2. Achil. deciſ. 1. de confeſſ. & tenuit Rota in vna Romana cenſus de Comitibus 31. Maij 1596. coram Penia.

Sed animaduertendum eſt, quod acceptatio par-

7 partis † requiritur ad hoc, vt confeſſio præiu-
* dicet de * cõmuni Pariſ. conſ. vlt.n.18. lib. 1.
Ripa in rubr.de verb.obligat.n.22.vbi Alciat.
n.3.verſ. non obſtat tex. Felin.in d c.ſi cautio
n.23.vbi Abb.n.6.de fid.inſtrum. idem Felin.
in c. Capitulum nu.12.de reſcript.Crot.conſ.
382.n.54.lib.2.& conſ.245.n.51.cum conge-
ſtis à Gabr. de confeſſ.concluſ.2. n.1. Rolan.
* conſ.16.n.8.qui etiam de * communi teſtatur
lib.1. Port. conſ.176. n.4 Bertrand.conſ.221.
n.1.lib.3. in antiquis Cotta in memorialib.in
verb.Confeſsio poteſt verſ.ſed hæc omnia.
Vnde ante acceptationem confeſsio poteſt
8 reuocari † licet ſit facta in iudicio.Iaſ.in l.er-
ror nu.3. C.de iur.& fact. ignoran. Alex.conſ.
20.n.1.lib.4.Pedemont.deciſ.39.n.8. & tenuit
Rota in vna Tiraſonen. Cappellaniæ 31. Maij
1606.coram Pamphilio, Et de eo qui dederat
poſitiones,quod potuerit reuocare confeſsio-
nem in eis factam ante partis acceptationem
fuit tentum in vna Romana pecuniaria de
Aptis 3 Iulij 1600.coram Cordnba per Franc.
in c. cum in poſitionibus nn.6. de iure iuran.
lib.6.Alex. conſ.71. nu.7.lib.3.Put.deciſ.270.
lib.2.Boer.deciſ.89.nu 4. Qui Doctores,licet
loqnantur de reuocatione facta incontinenti
prout etiam loquitur gloſ. in c.fin.de iure iu-
ran.lib.6. tamẽ Rota in allegata Pampilonen.
Parochialis de Ianzi interpretata eſt hoc ver-
9 bum (incontinenti) vt debeat † intelligi re
integra, & ſic ante partis acceptationem per
Franc.in d.c fin.n.6.verſ.tu die de iure iuran.
lib.6.Roman. in l.1.§.ſi quis ſimpliciter n. 13.
in princip.ff.de verb.obligat.Gabr.de reg iur.
concluſ.1.n.24. Quo caſu ijdem Doctores te-
10 nent,quod confeſsio poſsit † reuocari etiam
non docto de errore, & hoc eſt quod ſentit
Bart.in l.poſt legatum n.11. ff. de his quibus
vt indign. dum dicit quod reuocare volens
ſuam confeſsionem doceat ſe erraſſe, nam in-
telligitur re integra non exiſtente, & quando
confeſsio fuiſſet iam per aduerſarium acce-
ptata, vt bene declarat Rom. in d.§.ſi quis
ſimpliciter, & Franc. vbi ſupra. Et quamuis
Iaſ. in d.l. error n.9.verſ.& dicetur. C.de iur.
& fact.ignor. dicat reuocationem non eſſe in-
continenti factam, poſtquam confeſsio fuit
ſcripta à notario,tamen loquitur in correctio-
ne,non in totali reuocatione, quæ poteſt fieri
etiam poſt ſcripturam notarij,donec non fue-
rit acceptata à parte,per ſupra allegata; Poſt
11 acceptationem † vero debet doceri de erro-
re,niſi confeſsio ſit facta per procuratorem,
quæ quandocunque poteſt per principalem
reuocari,etiam non docto de errore, Felin.in
c.1.nu.16. vt lit. non conteſt.Caputaquen.de-
12 ciſ.198. par.1. Dummodo † principalis non
fuerit præſens in iudicio, vt intelligit l.1.iun-
cta gloſ. in verbo, præſentibus, de error.ad-
uocat.
An autem ſufficiat ſola præſentia partis
pro acceptatione, non modica eſt inter ſcri-
bentes controuerſia;Duen.enim in regul.119.
in 1. limit. tenet quod ſic, ſequitur Rolan. d.
conſ.26.n.21. lib.1.vbi ea reſpiciat fauorem
partis.
Iaſon verò in d l.error n.3.C.de iur.& facti
* ignoran.teſtatur * communem opinionem eſ-
13 ſe, vt expreſſa † acceptatio requiratur, quam
tenuit Cin.in l.1. in 6. quæſt. C. de confeſſ. &
alij allegati per Cottam vbi ſupra verſ. Addo
etiam generalius.
Ego pro cõcordia exiſtimo dicendum,quod
* opinio Iaſ. procedat,vbi agitur de reuocanda
confeſſione,quia ne reuocari poſsit,requiritur
14 expreſſa acceptatio: Secus vbi agitur ad † ef-
fectum,vt dicatur ius quæſitum parti,& ſic,vt
ſe iuuari poſsit dicta Confeſsione ante acce-
ptationem,quia tunc ſufficit confeſsionem eſ-
ſe factã parte præſente, maxime ſi ſit fauora-
bilis, Alex. in l.3. col.1. C. de repud.hæred.
Gabr.d.concluſ.2.num.2.Rota Iannen. deciſ.
312.n.3.

De confeſſione qualificata, quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte non, di lucide explicatum. Cap. XLV.

SVMMARIVM.

Confeſsio qualificata, quando dicatur continere vnicum, vel plura Capitula, & ea ſeparata, vel connexa. n. 1. vſque ad 9.

Confeſsio qualificata probata ſub vnico tractu, vel duobus verborum puta cum dictione, ſed, implicite, vel explicite, quando poßit pro parte acceptari, n. 7. & ſequen.

Confitens ſe receptiſſe decem, ſed quod dans fecit pactum de non petendo, an poßit condemnari, n. 7 & ſequen & n. 18.

Confeſsio continens vnicum factum cum qualitate, qua nullum reddat ipſum actum, ſeu eum in alium transfundat, non poteſt diuidi, nec acceptari reiecta qualitate, n 9.

Confeſsio qualificata contra præſumptionem iuris, quando poßit diuidi n. 10. & ſequen.

Quid ſi contineat vnicum capitulum, n. 12. & ſequen.

Quid ſi contineat plura capitula connexa n. 14. & ſequen.

Quid ſi contineat plura capitula ſeparata, n. 16. & ſequen.

Quia ſi oratio incipit à negatiua. n. 18.

An contra qualitatem, quæ non poteſt pro parte acceptari admittatur probatio in contrarium num. 19.

Iudex habet arbitrium diuidendi confeſsionem. num. 20.

Quid de confeßione facta in poſitionibus n. 21.

Quid de confeßione in ſcriptis redacta n. 22.

AD cognitionem huius ſubtilis, & diffi-
cilis quæſtionis Præmitte in primis,quod
1 confeſsio † qualificata aliquando continet
vnum

vnum capitulum aliquando vero plura: Item capitula aliquando ſunt connexa aliquando vero ſeparata, Vt igitur de præmiſsis veram habeas cognitionem præter infraſcripta videas Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de liberat. legat. Menoch. de arbitr. iud. cent. 1. caſu 95. per totum præſertim n. 14. & omnibus ſequentibus, vbi pulchre, & pulchrius per Corn conſ. 305. n. 5. lib. 3. Stiatic. in praxi iudiciali cap 19. nu. 41.

2 Dicas quod confeſſio † qualificata dicitur continere vnum capitulum, quando continet vnicum factum, & facti qualitatem Bart. in d. l. Aurelius Corn. d. conſ 305. n. 6. Menoch. d. caſu 95. n. 14. Et poteſt poni exemplum quando quis fatetur ſe promiſiſſe ſub conditione.

3 Capitula autem dicuntur † connexa, quando in cõfeſſione exprimuntur plura facta, quorum vnum qualificat aliud Bart. in d. §. idem quæſijt Corn. d. conſ 305. n. 5. Menoch. d. caſu 95. n. 14. Et poteſt poni exemplum in eo, qui dicit verum eſt quod mutuaſti decem, ſed feciſti pactum de non petendo: Item ſi dixero, verum eſt, quod promiſi decem, ſed cum pacto quod pro me ires Romam, & ſimilia.

4 Capitula dicuntur ſeparata † quando confeſſio continet plura facta, quorum vnum non qualificat aliud Corn. d. conſ. 305. n. 5. lib. 3. Menoch. d. caſu 95. n. 21. Natta conſ. 365. n. 1. & 2. lib. 2. Et poteſt poni exemplum in eo, qui dicit fateor me debere tibi decem ex mutuo, ſed tu debes alia decẽ mihi ex cauſa emptionis, vel ſi dixero verum eſt quod mutuaſti decem, ſed ſolui, vt per Villalob. litera. C. n. 145.

5 Item plura † capitula ſeparata dicitur continere confeſsio quando continet plura facta diuerſis temporibus ſecundum Bart. in d. §. idem quæſijt.

6 Contrarium quod immo diuerſitas † temporis non inducat diuerſitatem capitulorum tradit Menoch de arbitr. d. caſu 95. n. 28.

7 Et pro pleniori † ſupradictorum cognitione aduertas ad vnum neceſſarium in tota, & vniuerſa hac materia, Quod qualitas in cõfeſſione aliquando exprimitur implicite, & vnico contextu verborum, puta ſi dixero, promiſi ſub conditione, vel recepi à te decem, quæ tu mihi debebas ex cauſa mutui; Aliquando vero qualitas exprimitur explicite, & non ſub eodem contextu verborum ſed cum adiectione dictionis, ſed, vel, puta ſi dixero verum eſt, quod mutuaſti mihi decem, ſed feciſti mihi pactum de non petendo prout exemplificat Corn. d. conſ. 305. n. 5. lib. 3. Menoch. de arbitr. cent. 1. caſu 93. n. 22. & caſu 95. n. 14. & ſeq. & conſ. matrimon. 47. n 27. Et ideo ſcias in materia quod multi relati à Menoch. d. caſu 93. n 92. & caſu 95. n. 14. dixerunt, quod quãdo confeſsio eſt prolata implicite, & ſub vnico contextu verborum, tunc non dicũtur plura capitula ſed vnicum, etiam quod contineat plura facta. Si vero eſt prolata ſub duplici contextu verborum, & ſic explicite, puta cum dictione, ſed, tunc dicitur continere plura capitula ſeparata, etiam quod factum ſit vnicũ cum ſua qualitate, adeo quod volunt iſti quod vnitas, vel pluralitas capitulorum, item eorum ſeparatio, & connexitas reguletur à contextu verborum vnico, vel duplici, & ab explicitate, ſeu implicitate orationis, & ita etiam tradit Ceſal. conſ. 134. n 34. lib. 1. conſ. matrimon. 47. n 27. Maran. in Specul. pagin. 285. n. 27. Foller. in pract. crimin. pagin. 307. n. 47. communiter * omnes, concludentes, quod ſi adeſt cõtextus vnicus verborum tunc confeſsio dicatur continere vnicum capitulum, & nunquam poſsit pro parte acceptari, & pro parte non: Si vero oratio eſt expreſſa ſub duplici ſtructura verborum, puta cum dictione, ſed, vt ſupra exemplificauimus in eo, qui dicit verum eſt quod mutuaſti decem, ſed feciſti pactum de non petendo, & tunc indiſtincte poterit pro parte acceptari, & pro parte non.

8 Contrarium † quod immo adhoc, vt confeſsio qualificata poſsit pro parte acceptari non attendatur, an ſit prolata implicite, & vnica ſtructura verborum, vel ſub vnica oratione, vel explicite ſub duplici oratione, & ſtructura, ſed quod ſolum attendi debeat, an contineat vnicum, vel plura facta, & an ea ſint connexa, vel ſeparata, prout ſuperius exemplificauimus, nu. 2. & ſequen. & quòd contextus verborum, & vnitas, ſeu duplicitas orationis, non inducat vnitatem, vel pluralitatem, connexitatem, ſeu ſeparationem Capitulorum, nihilque in materia operetur, vt qualitas poſſit acceptari, vel impugnari, pulchre tradit, & infert Corn d. conſ. 305 n. 5. lib. 3. quem omnino videas, & Menoch. d. caſu 93. nu. 21. & ſeq. & caſu 95. n. 14. & pluribus ſequen. qui iudicio meo hanc materiam belliſsime explicant.

His ergo ita præmiſsis facias in materia plures concluſiones.

9 Prima eſt concluſio, quod confeſsio † continens vnicum factum cum qualitate, quę nullum reddat ipſum actum, ſeu eum in alium transfundat, non poteſt diuidi, nec acceptari reiecta qualitate, ſed in totum approbari, vel improbari debet, puta ſi quis confeſſus fuerit ſe profeſſionem emiſiſſe per violentiam, nam qualitas violentiæ reddit actum profeſsionis nullum, & ſimul cum ipſo concurrere non poteſt: ideo non debet conſiderari ſeorſum ab ea, & ſic ipſa confeſsio diuidi non poteſt. Ita tenuit Rota in vna Aſtoricen. Archidiaconatus 27. Nouembris coram Cotta eſt diuerſorum par. 2. deciſ. 772.

10 Secunda eſt concluſio, quod quando contra qualitatem † adeſt iuris præſumptio, tunc poterit acceptari confeſsio reiecta qualitate Abb. in c. cum veniſſent de inſtit. col. 2. in fin. verſ. item nota quod licet Grat. conſ. 127. n. 4. par. 2. Aym. conſ. 160. alias 150. in fine Ferret. * conſ. 74. n. 3. vbi teſtatur de magis * communi Menoch de arbitr. cent. 1. caſu 93. n. 36. Et tenuit Rota in cauſa Nucerina affictus 15. Maij 1573.

Digitized by Google

1573. coram Cardinale Seraphino eſt eius deciſio 163. lib. 1.

11 Sed quid ſi qualitas † habens contra ſe præſumptionem ſie plolata vnica ſtructura verborum, vide ſupra n.7. & ſequen.

Tertia eſt concluſio, quod quaodo contra
12 qualitatem † nulla adeſt præſumptio, tunc confeſsio continens vnicum factum cum ſua qualitate prout ſupra n. 2. exemplificauimus in eo, qui dicit ſe promiſiſſe ſub conditione, non poteſt pro parte acceptari, & pro parte impugnari Corn. conſ. 305. nu. 2. & 5. lib. 3. Menoch. d. caſu 93. n. 21. conſ. matrimon. 26. nu. 10. Foller. in pract. crimin. pag. 306. ſub nu.
* 47. Villalob. in littera. C. n. 145. vbi de *communi Bart. in d. l. Aurelius §. idem quæſijt ff. de liberat. legat. & in l. ſi quidem C. de exception. & ibi Adden. Iaſ. in §. item ſi quis in 2. Inſtit. de action. Alex. conſ. 87. lib. 1. quem videas.

13 Sed quid iſto caſu, Si confeſsio † qualificata contineat vnicum Capitulum, & ſit prolata ſub duplici contextu verborum explicite, puta cum dictione, Sed, dicendo, verum eſt quod promiſi decem, ſed cum conditione, &c. vide ſupra n.6. & 8.

14 Quarta eſt concluſio, quod ſi confeſsio † cõtineat plura capitula connexa, hoc eſt plura facta, quorum vnum qualificet aliud, prout ſupra exemplificauimus n. 3. in eo, qui dicit ſe promiſiſſe Titio decem, vt pro ſe iret Romam prout etiam exemplificat Bart. in d. §. idem quæſijt, quem refert Menoch. d. caſu 95. n. 14. & tunc dicas, quod talis confeſsio non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non, vt per Corn. d. conſ. 305. nu. 5. lib. 3. late Menoch. d. caſu 93. num. 19. & ſequen. vbi nu. 21. te-
* ſtatur *de communi.

15 Sed quid ſi confeſsio † continens plura capitula connexa ſit prolata explicite ſub duplici ſtructura verborum, puta, verũ eſt quod mutuaſti decem, ſed feciſti pactum de non petendo, non poterit iſto caſu pro parte acceptari, & pro parte impugnari dixi ſupra n.7. & 8.

16 Quinta eſt concluſio, quod confeſſio † qualificata continens plura capitula ſeparata, hoc eſt plura, & diuerſa facta, quorum vnum non qualificat aliud prout ſupra num. 4. poteſt diuidi, & pro parte acceptari Corn. d. conſ. 305. n. 1. lib. 3. Menoch. d. caſu 95. n. 21. & caſu 93. n. 29. Natta cõſ. 31. n. 2. lib. 1. & conſ. 365. n. 1.
* & 2. lib. 2. Villalob d. littera. C. n. 145. vbi *de cõmuni, & tenuit Rota in d. Aſtoricen. Archidiaconatus ex traditis à Bart. in d. l. Aurelius §. idem quæſijt ff. de lib. legat. Felin. in c. dilectus. n. 8. de accuſat. Bald. in l. ſiquidem nu. 10. C. de tranſact. Abb. in cap. bona il 2. n. 29 de poſtulat. prælat.

17 Sed quid iſto caſu, ſi qualitas † in oratione eſt prolata ſub vnico contextu verborum dixi ſupra n.7. & 8.

18 Sexta ſit concluſio, quod quando reus † incipit à negatione, & dicit, nego me tibi debere, & caſu quo id apparuerit, dico te mihi feciſſe pactum de non petendo, & ſimil. tunc ratione præmiſſæ negatiuæ confeſſio non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non. Mille. in pract. pag. 88. n. 27. & 31. & facit deciſ. Pedemont. 176. n. 5. & ſequen.

19 Septima eſt concluſio † quod in caſibus in quibus confeſſio qualificata nõ poteſt per creditorẽ pro parte acceptari, admittitur tamen creditor, vel alius ad probandum contrarium eius, quod in qualitate aſſeritur Menoch. d. caſu 93. n. 33. & ſequen. Mille. in loco ſupra citato pag. 88. n. 34. Grat. conſ. 127. n. 9. par. 2.

20 Octaua eſt concluſio † quod in caſibus in quibus confeſsio qualificata non poteſt diuidi, nec pro parte acceptari, Iudex tamen habet arbitrium illam diuidendi ex præſumptionibus Abb. in d. c. bonæ il 2. in fine de poſtulat. Prælat. & Salicet. in l. 1. C. de confeſſ.

21 Nona eſt concluſio † quod confeſsio qualificata facta in poſitionibus nõ poteſt pro parte acceptari, & pro parte non Menoch. d. caſu 93. n. 24. Sed aduerte, quod omnes concluſiones ſupra firmatæ loquuntur generaliter etiã de confeſsione facta in poſitionibus, Nec Doctores in materia loquentes faciunt aliquam differentiam inter cõfeſsionem qualificatam, quæ fit in poſitionibus, & aliter, Vide tamen in propoſito conſ. matrimon. 47. n. 27.

22 Decima eſt concluſio † quod confeſsio redacta in ſcriptis nõ poteſt pro parte acceptari & pro parte nõ Sciatic. in pract. iudic. d. c. 19. num. 38. Quæ limitatio ſi vera eſſet deſtrueret totam regulam, quia omnes confeſsiones præſertim iudiciales rediguntur in ſcriptis, ideo videas Barbat. conſ. 53. lib. 3. quem ad id allegat Sciaticus.

An ſit locus fideicommiſſo quo ad bona alienata poſt 25. annum ex facto breuiter explicatum. Cap. XLVI.

SVMMARIVM.

1 Bona ſubiecta fideicommiſſo non poſsũt alienari niſi teſtator hoc expreſſe permittat, & n. 5.
2 Amplia vt nec prohibitio legis de non alienando reſultans ex fideicommiſſo tollatur, quamuis prohibitio teſtatoris facta in fauorem hæredis pupilli, ſeu minoris eſſet.
3 Ruin. conſ. 152. lib. 2. declaratur.
Dictio (donec) importat extinctionem.

RESoluendum videtur non eſſe locum fideicommiſſo quo ad bona alienata per Iacobum poſt 25. annum, quia in teſta-
1 mento adeſt fideicommiſſum perpetuum † in fauorem deſcendentium ex Iacobo filio hærede inſtituto, & aliarum perſonarum, quod operatur vt ex diſpoſitione legis bona nõ poſsint alienari l. fin. §. ſin autem ſub conditione C. com. de legat. Et quãuis adſit prohibitio alienandi

nandi donec fuerit ætatis 25. annorum. Nihi-
lominus quia in teſtamento non adeſt expreſ-
ſa licentia alienandi, ſequitur quod licet ceſ-
2 ſet prohibitio teſtatoris facta in † fauorem
hæredis propter eius imbecillitatem, tamen
remanet prohibitio legis inducta in fauorem
ſubſtituti: Siquidem hæ duæ prohibitiones
ſunt diuerſæ, & tendunt ad diuerſos effectus
ideo altera per alteram non tollitur, nec ex
vna poteſt ad aliam inferri, vt per Caſtren.
cõſ. 263. n. 3. lib. 2. Dec. conſ. 386. n. 4. cum alijs
allegatis per Menoch. conſ. 151. n. 34. licet ip-
ſe contrarium teneat, & per Thob. conſ. 90. n.
* 9. qui teſtatur de * communi Ruin. conſ. 153.
in fin. lib. 2. Pedem. deciſ. 85. n. 14. Alciat. conſ.
47. n. 15. tom. 3. lib. 9. Socin. Iun. conſ. 130. n. 6.
lib. 1. Corn. conſ. 97. circa fin. & conſ. 343. nu.
10. lib. 1. Pariſ. conſ. 31. nu. 3. lib. 2. Ceſal. conſ.
153. n. 42. lib. 2. Manfred. de attent. lib. 1. part.
6. n. 5. Peregrin. de fideicom. art. 40. nu. 65. Et
hanc ſententiam amplexa fuit Rota in cauſa
Bononien. de Sancto Petro coram Io. Bapti-
ſta de Rubeis 14. Maij 1586. & in Romana
de Cineijs coram Cardinale Seraphino 17. No
uembris 1597.

3 Non obſtat Ruin. conſ. 152 lib. 2. Quia † nõ
loquitur quando teſtator proceſſit per viam
prohibitionis, ſed quando dixit, quod filius
non poſſit alienare, vt bene aduertit Card.
Mantica de coniect. lib. 3. tit. 17. n. 12. Sed quã-
do prohibuit donec fuerit ætatis annorum
25. argumentum quidem à contrario ſenſu eſt
quod elapſo dicto tempore non prohibet, ſed
tamen remanet prohibitio legis.

4 Nihil etiam facit dictio, Donec, Quia † illa
dictio operatur tantum extinctionem prohibi-
tionis, vt per Iaſ. in l. ſufficit n. 5. de cond. in-
debit. Nõ autem operatur permiſſionem, quia
remanet prohibitio reſultans ex fideicom-
miſſo præcedenti, à quo non cenſetur receſ-
5 ſum niſi per † teſtatorem fuerit expreſſe data
licentia alienandi Marian. Iun. conſ. 130. n. 6.
lib. 1. Iaſ. conſ. 173. lib. 2. Socin. Sen. conſ. 123. n.
3. lib. 3. Etenim cum hæc prohibitio expreſſa
fideicommiſſum præcedens non reſtringat, ſed
potius corroboret, & vtilitatem afferat fidei-
commiſſarijs, quia iungitur prohibitioni le-
gali ad not. per Dec. d. c. 636. n. 10. Conſequẽs
eſt vt ea ceſſante non poſſit intelligi conceſſa
facultas alienandi ad limitandum fideicom-
miſſum, ne implicetur in hiſce diſpoſitionibus
contrarietas, vel cenſeatur teſtator ſe incon-
tinenti correxiſſe ad l. legata inutiliter. ff. de
leg. 1. Igitur concludebam in caſu de quo age-
batur locum eſſe fideicommiſſo, nec licuiſſe
Iacobo bona in eo compræhenſa alienare etiã
poſt 25. annum.

Confirmatio capitulorum cum clauſula Quatenus ſint licita, & honeſta quomodo ſit intelligenda. Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Inſertio Capitulorum facta in eorum confirmatione idem operatur quod clauſula Ex certa ſcientia.*

2 *Clauſula (quatenus capitula ſint licita, & honeſta) quando in confirmatione tenor illorum inſeritur ſtat cauſatiue, quando autem non inſeratur ſtat conditionaliter, & n. 7.*

3 *Conditionaliter intellecta de ſui natura non poteſt dici verificata niſi ſequatur declaratio.*

4 *Amplia quamuis Princeps vel Papa velit capitula haberi pro expreſſis, ac ſi tenor illorum de verbo ad verbum eſſet inſertus.*

5 *Tenoris inſertio non operatur certam ſcientiam rei confirmatæ niſi ſit vera, & explicita, ſecus ſi per fictionem.*

6 *Clauſula Pro expreſſis ſeu Quorum tenores, & c. tollit ſolum obſtantias pro validitate gratiæ itaut non poſſit dari de ſubreptione, non autem operatur certam ſcientiam rei confirmatæ.*

8 *Quando aliquid habetur pro tali non eſt eſſe tale vere, ſed per fictionem.*

9 *Fictio eſt diſpoſitio aduerſus veritatem.*

QVando in confirmatione non eſt expreſ-
ſus tenor capitulorum, quæ debent cõ-
firmari, & in fine adeſt clauſula Quatenus ca-
pitula ſint licita, & honeſta, &c. dici non po-
teſt Papam habuiſſe notitiam veram Capitu-
lorum, ſed potius illa ignoraſſe: Nam licet, vbi
1 in confirmatione † eſt expreſſus totus tenor
rei confirmatæ hæc inſertio idem operetur,
quod clauſula Ex certa ſcientia, vt per Archi-
diacon. in c. præſentium n. 1. 7. quæſt. 1. Aret.
conſ. 15. n. 3. Felin. in c. cum inter nu. 1. & 2. de
exception. cum alijs per Gabr. de clauſ. con-
2 cluſ. 1. n. 30. Et tunc illa clauſula † Quatenus
ſint licita, & honeſta non ſtet conditionaliter
ſed cauſatiue videlicet, quia ſunt licita, & ho-
neſta c. penul. de confirm. vtil. vel inutil. Ho-
ſtien. in ſumma de confir. vtil. in fine Gambar.
de clauſ. in clauſ. Quatenus rite, &c. Nihilo-
minus vbi tenor rei confirmatæ non exprimi-
tur, dicta clauſula non ſtat cauſatiue, ſed con-
ditionaliter, vt colligitur ex not. per Dec. &
alios in rubr. & in d. c. pen. de confir. vtil. vel
inutil. & in ſpecie tradit Ferret. conſ. 38. nu. 5.
Quæ conditio, & ſi referatur ad præſens tẽ-
pus, & ideo non videatur ſuſpendere l. cum ad
præſens. ff. ſi cert. pet. tamen cum conſiſtat in
iudicio intellectus, An capitula ſint licita, &
3 honeſta, de ſui natura † regulariter non po-
teſt dici verificata niſi ſequatur declaratio of-
ficialiũ Papæ ex not. per Iaſ. poſt Bart. & alios
in l. ſtipulatio §. habet de nou. oper. nunc. Et
in terminis confirmationis Apoſtolicæ cum
hac clauſula Quatenus, &c. tenuit Rota in
vna Calciaten. Iuriſdictionis 23. Februarij
1587. coram Ioanne Baptiſta de Rubeis.

4 Et iſtud habet locum † quamuis Princeps,
vel Papa velit Capitula haberi pro expreſſis,
ac ſi tenor illorum de verbo ad verbum eſſet
inſer-

tns, quia ad hoc, vt inſertio opererur certam
5 ſcientiam debet eſſe vera, & explicita, non
autem per fictionem, & procedit quando ea,
quæ confirmantur ſpecialiter exprimuntur, vt
per Abb. conſ.62. num.4. verſ. ſecundo lib.1.
Socin. conſ.258. num.9. lib. 2. Corn.conſ.23.
n.3. lib.3. Et in ſpecie, quod requiratur inſer-
tio totius tenoris ad effectum inducendi cer-
tam ſcientiam eſt deciſ. 2. de confirmat. vtil.
vel inutil. in nouis. & tradit Bart. Brixien. in
quæſt. vener. q. 59. in fine, Vnde non ſufficit
clauſula Pro expreſſis, ſeu Quorum tenores:
6 Quia dicta clauſula bene operatur † ad tollen
dam ſubreptionem, vt gratia non dicatur ſub-
reptitia, vel ad effectum ſufficiẽtis derogatio-
nis, ita vt omnes obſtantiæ tollantur pro va-
liditate gratiæ iuxta conſ. Butr. 2. Canoni-
zatum per Rotam; non autem operatur, quod
Papa dicatur habere certam ſcientiam, & no-
titiam rei confirmatæ; Quia in hoc materia
multum refert, quod tenor diſpoſitionis cuius
petitur cõfirmatio inſeratur cõfirmationi, vel
quod habeatur pro expreſſo: quoniam quãdo
vere tenor inſeritur, tunc, quia veriſimile eſt,
Papam, vel eos quorum miniſterio vtitur, di-
ctum tenorem inſpexiſſe, facile præſumi poteſt
illius ſciẽtia, & ideo ſi addatur clauſula, Qua-
tenus ſint licita, &c. quæ ſæpe ex conſuetudi-
ne etiam vbi non eſt neceſſaria irreplit, neceſ-
ſe eſt, ne Papa ſibi contrarius videatur, quaſi
7 idem ſciuerit, & ignorauerit illam † expone-
re, vt ſtet cauſatiue iuxta not. in d. cap. pen.
de confir. vtil. vel inutil. Quando vero tenor
habetur pro expreſſo, non ſolum non apparet
Papam illius notitiam habuiſſe, ſed potius ap
paret non habuiſſe; quia quod quid habeatur
8 pro tali, non eſt eſſe tale † vere, ſed per fictio-
nem Bald. Alex. & Iaſ. in l. patris ff. de vulg.
& pupil. Felin. in rubr. de fid. inſtrum. nu. 1.
verſ. & pro hac parte, latiſſime Rebuff. in l.
mercis poſt princip. de verb. ſignific. Et ideo
9 cum fictio † ſit diſpoſitio aduerſa veritatem
Bart. & omnes in l. ſi is qui pro emptore de
vſucap. Aleiat. de præſumpt. in princ. quan-
do quid habetur pro expreſſo datur intelligi
non fuiſſe expreſſum, quo fit, vt licet clauſula
Pro expreſsis, ſeu quorum tenores ſufficiat, vt
quoad validitatem actus perinde ſit, ac ſi Pa-
pa rei notitiam habuiſſet, quia non poteſt da-
ri de ſubreptione, quaſi tacitum ſit quod ipſe
voluit haberi pro expreſſo; tamen per eam
non ſolum non poteſt dici Papam habuiſſe ve-
ram rei notitiam, ſed potius dici poteſt igno-
raſſe, cum, vt dixi fictio veritatem excludat,
& illi opponatur; Ideo ſi tunc apponatur clau-
ſula Quatenus licita, &c. non ſolum non vio-
labitur eius propria ſignificatio, vt exponatur
cauſatiue, ſed immo illi maximæ conuenit
propria ſignificatio quæ eſt, vt ſtet conditio-
naliter iuxta doctrinas ſupra citatas. & de ſi-
milibus clauſulis tradunt omnes in cap. quia
diuerſitatem de conceſſ. præben.

Iuramentum in litem in actinne tutelæ, an veniat ex natura ipſius actionis, ita vt Fideiuſſor teneatur ſoluere illud totũ, in quo tutor præuio dicto iuramento fuit condemnatus. Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor tutoris tenetur ſoluere illud totum in quo tutor præuio iuramento in litem condemnatur actione tutelæ. Secus ſi actione reali, & ſtricti iuris, & n. 9.*
2 *Tenetur præſtare augmentum proueniens nedum ex natura actionis, ſed etiam ex natura negocij, quamuis proueniat ex delicto tutoris.*
3 *Tutor interrogatus negans habere bona ad alendos pupillos grauiſsimas pendit vſuras.*
4 *Actio tutelæ eſt bonæ fidei.*
5 *Iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei venit ex natura actionis.*
6 *Fideiuſſor tutoris ex natura actionis, & negocij tenetur ad damna, & intereſſe, & n. 8.*
7 *Intereſſe in actione tutelæ probatur per iuramentum in litem.*

NOn infrequenter dubitari cõtingit, An
iuramentum in litem in actione tutelæ
veniat ex natura tutelæ, & illius actio-
nis, ita vt fideiuſſor teneatur ſoluere totam il
lam quãtitatem, in qua tutor præuio iuramen
to in litem fuit condemnatus? Et reſoluendũ
1 eſt † affirmatiue: Nam firma eſt cõcluſio Doct.
2 quod quando argumentum † prouenit ex na-
tura actionis ad illud fideiuſſor tenetur l. ſi poſ
ſe ff. rem pup. ſal. for. Bart. in l fin. n. 1. ff de eo,
quod cert. loc. Paul. de Caſtr. in l. quæro ff. loc.
Alex. cõſ. 39. n. 5. lib. 2. Aret. conſ. 29. n. 13. Et id
intelligitur nedũ quãdo venit ex natura actio-
nis, ſed etiã ex natura illius negocij, vt tradit
Paul. de Caſtr cõſ. 23. col. 3. in fine verſ. contra-
rium dico lib. 1. quem ſequitur Aym. conſ. 45.
n. 6. Et etiam quando argumẽtum prouenit ex
delicto tutoris, vt eſt quando tutor interroga-
tus negat habere bona ad alendos pupillos,
3 quo caſu † grauiſsimas pendit vſuras l. tutor
qui repertoriũ §. idem ſolẽt ff. de adminiſtrat.
tut. ad quas tenetur etiam fideiuſſor l. etiam.
& ibi gloſ. in verbo vſurarum ff. de fideiuſſ.
tut. Et quod iuramentum in litem in actione
tutelæ veniat ex natura ipſius actionis, indu-
4 bitatum videtur, quia actio † tutelæ eſt bonæ
fidei, §. actionem, inſt. de act. Bart. in l. ſi tu-
tor ff. de in lit. iuran. Et in actionibus bonæ
5 fidei † iuramentum in litem venit ex natura
actionis Bart. in l. vnica n. 1. verſ. nam ex natu-
ra. C. vbi com. qui cert loc. dar. promiſ. Iaſ in l.
in actionibus n. 3. Dec. n. 4. ad fin. verſ. & pro-
pter hoc Curt. Iun. cõſ. 33. verſ. huic difficultati
ff. de in lit. iur. idẽ Iaſ. in §. præterea n. 2. verſ.
nã ex natura, & ibi Ang. eod. num. & verſ. Inſt.

de action. Et cum fideiuſſor tutoris teneatur
vt ipſe tutor etiã ad grauiſſimas vſuras,vt ſu-
pra dixi, neceſſario infertur etiam augmenta
prouenientia ex delicto tutoris venire ex na-
tura actionis tutelæ,alias nõ teneretur l.quæ-
ro vbi Paul. in fin. ff. locati.

Accedit quia ſecundum naturam actionis
6 etiam eſt,vt teneatur † ad damna, & intereſſe
probatum per iuramentum in litem,& eſt ſine
dubio ex natura negocij,vt intereſſe probetur
per iuramentum huiuſmodi d.l.tutor, qui re-
repertorium in princ. Paul.de Caſtr. conſ. 13.
col.3. in fin. lib.1. Aym. conſ.45. n.6. De na-
tura autem negocij negari nequit quin ſit, vt
detur iuramentum in litem, & per huiuſmodi
7 iuramentum intereſſe probetur d. l. tutor in
princ.vbi gloſ.in verbo quod ſcilicet intereſſe,
& gloſ.in l.1. §.officio de tut. & rat.diſtr. Vbi
cum tex.dicat tutorẽ habere rationes admini
ſtrationis conficere,& pupillo reddere,alias iu
dicio tutelæ teneri, ſupplet gloſ & iuramentũ
in litem præſtari,oſtẽdens ex natura actionis,
& iudicij tutelæ præſtari hoc iuramentũ,& ita
notat expreſſe Dec.in l.in actionibus n.7.de in
lit.iuran. declarans ex natura actionis ab ini-
tio concedi Iudici, vt deferat hoc iuramentũ,
8 & teneri † fideiuſſorem vti principalem ad in-
tereſſe ita probatum, & Bolognet. n 23. ſcri-
bit fideiuſſorem tutoris fauore pupilli intelli-
gi fideiubere in omnem cauſam.

Et hoc videtur extra omnem dubitationem
ſi tutor promiſit nominatim inuentariũ face-
re rationem codicem conficere,& rationẽ red
dere,& cætera omnia efficere, ad quæ de iure
tenetur,alias teneri velle ad omnia,& ſingula
damna.& intereſſe,& fideiuſſor vti principalis
promiſit, quod omnia prædicta faciet hoc e-
nim caſu non poteſt dubitari quin fideiuſſor
cogitauerit etiam de his quæ dolo tutoris au-
gentur, & de intereſſe probando per iuramen
tum in litem,quia venit ſecundum naturam
rei,& negocij Alber. in l.1.col. fin.in princip.
de in lit. iuran. Etenim ceſſat illa ratio in fi-
deiuſſore tutoris,propter quã in alijs traditur
non teneri eos ad augmentum proficiſcens ex
contumacia, vel dolo principalis Doct. in l.1.
ff. de in lit. iuran. Quia illud poteſt eſſe verũ
in contractu ſtricti iuris, ſecus in tutela, quæ
eſt bonæ fidei, quia id videtur fideiuſſor pro-
miſiſſe,vt ex eius promiſſione plene prouidea-
tur pupillo,vt per Goffred in d.l.tutor,qui re
pertorium §.ſi poſt col.fin. verſ. fideiuſſor au-
tem tutoris,& verſ. non obſtat.

Nec facit l.fin. cũ gloſ. ff. de fideiuſſor.vbi
condemnatio ex iuramento in litẽ non habet
locũ cõtra tutorem, Quia loquitur in actione
9 in†rem,& ſic ſtricti iuris,in qua iuramentũ in
litem defertur præter naturam actionis, & in
ea reus obligatur accidentaliter propter eius
contumaciã,& ideo fideiuſſor nõ tenetur. Sed
in actionibus bonæ fidei, vt eſt tutela; ex ea-
rum originali natura fideiuſſor tenetur in om-
nibus ſicut principalis, vt in ſpecie ad dictam
l.fin, reſpondet Dec. in d. l.in actionibus n.7.
verſ.& quantum,& n.4.ad fin. ff.de in lit. iur.
Paul.de Caſtr.in l.ſi hæres n.2.ff.de eo q cert.
loc.Præſertim ſi fideiuſſor promiſit, vt ſupra
dictum eſt, Quod præmiſſa omnia tutor faciet
alias vult teneri ad omnia, & ſingula damna,
& intereſſe, Sub his enim verbis generalibus
quodcunque intereſſe nominatim continenti-
bus cap.vt circa vbi Archid,& alij de elect. in
6. comprehenditur etiam illud quod proba-
tur per iuramentum, quod in rationis reddi-
tione, & actione tutelæ præſtatur gloſ. in d. l.
tutor,qui repertorium in princip. Et omnino
ſecũdum naturam obligationis tenetur ad in-
tereſſe etiam auctum culpa principalis Bart.in
l.fin. de eo quod cert. loc.col.pen. n. 1.

Et ex his concludendum eſt fideiuſſorem tu
toris teneri ſicut tenetur is,qui in omnem cau
ſam fideiubet,maxime quando late,& efficaci-
ter ſe obligauit,vt dictum eſt,quo caſu non po
teſt dici eum intellexiſſe ſolũ de intereſſe,quod
per probationes ordinarias probaretur, cum
attenta qualitate,& natura negocij,& obliga-
nis veriſimiliter potuerit cogitare etiam de
eo,quod probaretur per iuramentum in litem
ad l. ſemper in ſtipulationibus de reg. iur.

Vtrum neptis excludat ſubſtitutum,ex facto diligenter examinatũ. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Neptis quando ex veriſimili mente teſtatoris à ſubſtituto excludatur.*
2 *Non debet eſſe melioris conditionis, quam filia excluſa.*
3 *Subſtitutio declaratur ex inſtitutione.*
4 *Teſtator in teſtamento præſumitur ſe velle, conformare cum diſpoſitione Statuti.*
5 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus æque veniunt fœminæ, vt maſculi.*
6 *Fœminæ ex propria ſignificatione vocabuli appellatione filiorum non continentur,ſed ex interpretatione tantum extenſiua,non comprehenſiua, & talis interpretatio dicitur iuſta,& præualet propriæ ſignificationi,& n.8.*
7 *In ſucceſſionibus, & fideicommiſſis mens teſtatoris, & interpretatio illius magis,quàm rigor verborum attenditur.*
9 *Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, deficit etiam quando vnica tantum filia fuit relicta.*
10 *Filiorum appellatione in teſtamẽtis, filiæ fœminæ non comprehẽduntur, quando in contrariũ adſit cõiectura valde probabilis,et neceſſaria.*
11 *Teſtator excludens filiam propriam ab vniuerſali ſucceſſione,non cenſetur neptem excludere, niſi eadem ratio excluſionis concurrat.*
12 *Neptis ex filio poſita in conditione patruo tacite præfertur,ſi etiam ab inteſtato illum excludit.*
13 *Diſpoſitio qualibet hominis recipit interpretationem à iure communi.*
14 *Coniectura ad excluſionem neptis ad fauorem patrui*

patrui ſubſtituti, quando ex Statuto excludente filias fœminas propter maſculos, valde accipitur.

15 *Neptis aliquando eſt melioris conditionis, quàm filia propria, præſertim vbi patris ſui perſonam repræſentat, & gradum ingreditur.*

16 *Filia grauati, tunc non cenſetur poſita in conditione ad excluſionem agnati ſubſtituti, quando agnatus excluderet filiam a ſucceſsione ipſius grauati, ſecus ſi filia non excluderetur, nec de iure communi, nec vigore Statuti, quia tunc venit ſub conditione ſi ſine filijs, ad excluſionem ſubſtituti.*

17 *Subſtitutio ex inſtitutione declaratur, quando agitur de ſuccedendo ipſi teſtatori, ſecus quando agitur de ſucceſsione hæredis.*

18 *Mens teſtatoris in conditionibus, ſicut in diſpoſitionibus ex alijs partibus teſtamenti declaratur, niſi adſit diuerſa ratio, quia tunc vna pars non declaratur ab alia.*

19 *Teſtator, ſi in conditione, Si ſine filijs non adiecerit verbum maſculis, non cenſetur velle inducere differentiam inter maſculos, et fœminas, quemadmodum fecit in diſpoſitione.*

20 *Neptis per conditionem, Si ſine filijs, ſubſtitutū excludit, quando non apparet clare ex verbis teſtatoris, quòd ipſe fecerit ſubſtitutionem, vt bona conſeruarentur in agnatione.*

21 *Teſtator præſumitur in parte ei data prædiligere deſcendentes filij potius quam alium filium.*

22 *Fideicommiſſum tanquam odioſum debet ſtrictè interpretari.*

PRæſuppoſito Statuto excludente filias fœminas à ſucceſsione propter maſculos, Et quod teſtator filiam in dote inſtitutam excluſerit ab hęreditate, & filios ſuos maſculos nēpe Paulum, & Ioānem hæredes vniuerſales inſtituerit, inuicemque ſi decederent ſine filijs ſubſtituerit. Dubitari contingit, An mortuo Paulo ſine filijs maſculis relicta ſolum Catherina filia fœmina ſit factus locus ſubſtitutioni ad fauorem Ioannis, vel potius Neptis excludat ſubſtitutum?

Pro ſubſtituto enim facit, quia hic duo con-
1 currunt, ex quibus videtur quod Neptis† non
poſsit illum excludere. Primū eſt quod teſtator excluſit filiam propriam ab vniuerſali ſucceſsione. Aliud quod fuit ſubſtitutus alter filius teſtatoris. Ex his enim videtur, quod ſubſtitutus ex veriſimili mēte teſtatoris Neptem
2 excludat, ne alioquin† ipſa ſit melioris conditionis quàm filia excluſa l. ſi viua matre C. de bon. mater. Et his duobus concurrentibus ita firmat Paul. de Caſtr. conſ 409. Caſus iſte frequenter contingit n. 2. lib. 2. & hanc ſententiā, veluti per patentē rationē tenet etiam Socin. conſ. 168. n. 36. & ſeq. lib. 2. eamq; ineuitabilē putat Iaſ. conſ. 141. col 6. verſ. quarto pro eadem parte, ibi, & iſtud fundamentum lib. 2.

Quę opinio eo magis recipienda videtur in hoc caſu, ſi quidem teſtator nominādo maſculos in inſtitutione, cenſetur habuiſſe reſpectū ad agnationem ſuā maſculinam; Idcirco in conditione appoſita fideicommiſſo ad excluſionem ſubſtituti, videtur etiam ſenſiſſe ſolum
3 de maſculis, quia† ex inſtitutione declaratur
ſubſtitutio, l. fin. vbi Bart. nu. 3. ad Trebelian. Alex. conſ. 66. in princ. lib. 2.

Cōfirmatur hoc ex diſpoſitione Statuti excludētis filias feminas propter maſculos, cum
4 quo teſtatur† præſumitur ſe in ſuo teſtamento
voluiſſe conformare, & ꝙ propterea dicēdo, ſi deceſſerint ſine filijs, intellexerit de maſculis, quæ coniectura tali caſu videtur potētiſsima, Alex. in l. hæredes mei §. cū ita n. 9. ff. ad Trebel. Socin. Sen. conſ. 51. n. 33. & cōſ. 73. n. 13. lib. 4. Et his rationibus adducti pleriq; Doct. hāc ſententiā cōtra Neptem amplexi ſunt, quos late cōnumerat Theſaur. deciſ. 188. n. 6. qui etiā n. 9, paulo ante verſ. Verū cū de hac quęſtione
* concludit hanc opinionem eſſe magis *cōmmunem, quidquid dixerit Simon. de Præt. lib. 3. de interpret. vlt. volunt. dub. 3. ſol. 2. n. 24.

Sed iſtis nō obſtantibus ad fauorem Neptis videtur reſoluendū, nam ipſa habet intētionē fundatā in regula, quòd in vltimis volūtatibus
5 appellatione† filiorū æque veniunt fœminę, vt
maſculi l. ſiquis ita, de teſtam. tut. l. ſi ita ſcriptū, ff. de leg. 2. l. filij l. iuſta l. non eſt ſine liberis, l. quisquis ff. de verb. ſignif. l. 1. C. de cond. inſert. Alex. conſ. 55. n. 9. lib 3. Dec. conſ. 15. in princ. Patiſ. conſ. 41. n. 25. lib. 3. & eſt receptiſ-
* ſima *Doctorū ſentētia, vt patet ex congeſtis
per Gabr. de verb. ſignificat. concluſ. 6. n. 8. & Card. Mant. lib. 11. de coniect. vlt. volūt. tit. 14.
6 n. 7. Ratio eſt, quia licet filiæ fœminæ† non ve-
niant appellatione filiorū ex propria ſignificatione vocabuli, ſed ex interpretatione tantum ſecundū Abb. in d. l. iuſta n. 2. Anchar. conſ. 112. n. 3. Roland. cōſ. 93. n. 14. lib. 2. quidquid dicat Cephal. cōſ. 45. n. 33. lib. 1. Quinimmo ex interpretatione extenſiua, non cōprehenſiua, vt per Alciam cōſ. 19. n. 4. qui dicit cōmunem, quidquid voluerit Anchar. d. conſ. 112. n. 3. Tamen in ſucceſsionibus, & fideicommiſsis, vbi mens
7 teſtatoris, & † interpretatio illius magis quā
rigor verborum attenditur, l. hæredes mei §. cū ita ad Trebelian. l. quiſquis de verb. ſignif. cum ſimilib: filiæ fœminæ appellatione filiorū abſque dubio continentur, Et talis interpretatio in deſcendētibus quando eis prodeſt dici-
8 tur iuſta, & legitima†, & præualet propriæ ſi-
gnificationi, d. l. iuſta de verb. ſignif. Bart. in l.
* liberorū ff. eod. tit. Doct. *cōmuniter in c. Rai
naldus de teſtam. & in l. Gallus §. inſtituēs de lib. & poſthum. Et habet locū quamuis vnica
9 tantum filia relicta fuerit, vt hic, quia ex quo
grauatus onere fideicōmiſsi deceſsit ſuperſtite filia fœmina, non poteſt dici deceſsiſſe ſine filijs, d. l. 1. vbi gloſ. in verb. defeciſſe C. de cond. inſert. l. non eſt ſine liberis de verb. ſignif. Corn. conſ. 202. n. 8. lib. 3. Bologn. conſ. 32. n. 1. Bero. conſ. 110. 26. lib. 2.

Et quāuis ex coniecturis ab hac regula recedi ſoleat, Attamen non omnes coniecturæ

10 ſufficiunt,ſed illæ dumtaxat †, quæ ſunt valde
probabiles,& neceſſariæ,ita vt per eas euiden
ter conſtare poſſit teſtatorem de maſculis tan
tum ſenſiſſe, vt dicitur in d.l. 1. C. de condit.
inſert. & tradit Corn.conſ. 202. nu.6. & 230.
nu.7. lib.3. Ripa in d.l. hæredes mei §.cum
ita n.17. ad trebel.Card. Mantic. d.lib. 11.de
coniect. tit. 14. n. 11.

Sed coniecturæ, quæ in medium afferuntur
non ſunt tales : Nam prima illa , quòd teſta-
tor excluſerit filiam propriam ab vniuerſali
ſucceſſione operatur ſolum aduerſus remotio-
rem fœminam, quando eadem ratio excluſio-
11 nis concurrit † etiam in nepte , ſecus ſi non
concurrat eadem ratio, vt in caſu noſtro, vbi
teſtator filiæ propriæ dotẽ legauit, Nepoti ve
ro nihil reliquit; tunc enim cum poſſit cõſide-
rari ratio cur filiam excluſerit, quæ non æque
militat in nepte ex filio grauato , ſequitur ꝙ
ab excluſione filiæ,nõ euidens colligatur con-
iectura volũtatis defuncti ad neptis excluſio-
nem ; Idcirco neptis hoc caſu facit deficere
conditionem Pariſ.conſ.41.n.59.lib.3.Bologn.
inter conſ. Alex. conſ. 53. lib.4. nu.18. Curt.
Sen. conſ.44. n. 27.

Prẹterea hic adeſt alia ratio diuerſitatis in-
ter filiam , & neptem ; Nam ideo filia fuit ex
teſtamento excluſa , quia etiam per maſculos
inſtitutos excludebatur ab inteſtato per Sta-
12 tutum,ſed neptis ex filio fuit† poſita in condi-
tione,& patruo tacitè prælata, quia etiam ab
inteſtato patruum excludebat l.cum auus de
condit. & demonſtrat. iuncta l. cum acutiſſi-
mi C. de fideicommiſſ.vbi Bald. num. 5. Sa-
licet. num.2. Cuman. in d.l. cum auus, & ibi
Socin. n.35. Couar.pract. quæſt. cap.38.n.12.
verſ. quæ etiam obtinent . Vnde ſicut primo
caſu teſtator quantum ad filię excluſionem vo
luit ſe conformare cum Statuto,ita etiam quo
ad nepotem,& quantũ ad eius incluſionem,&
prælationem voluit ſe conformare cum iure
13 communi,à quo diſpoſitio † quælibet hominis
recipit interpretationem l. Gallus §.quidam
rectè de lib. & poſthum. cum vulgar.

Et ex hoc bene tollitur id,quod ſuprà dice-
14 batur de Statuto,quia eo tantum caſu † ex Sta
tuto poteſt coniectura deſſumi, quando ſubſti-
tutus eſt talis,qui neptem ab hęreditate exclu
deret ab inteſtato,ſecus quãdo nõ excluderet,
vt in caſu noſtro,in quo Paulus nõ excluderet
Catherinã neptem à ſucceſſione ſui Patris gra
uati ab inteſtato vigore Statuti,tũc enim cum
verba conditionis, Si ſine filijs deceſſerit, ſint
declaranda ſecundum iura diſponentia de ſuc
ceſſione eius,cui eſt facta ſubſtitutio, & nõ te-
ſtatoris, qui hunc caſum reliquit diſpoſitioni
iuris communis Alciat. reſponſ.71. nu. 27. &
28. tom.3.lib.9. Gabr. d.conſ. 97. n.19. Sequi-
tur quod ſub dictã cõditione neptis intelliga-
tur comprehenſa ad excluſionem ſubſtituti So
cin.con.conſ.55.n.1.lib.3.Ruin.conſ.143.n.6.
& ſequ.& conſ.144.n.12.lib.2.Curt.Iun.conſ.
49.n.10.lib.1.Cephal.d.conſ.46.n.46.Tob.No
nius conſ.29.n.25.Card.Alban.conſ.13.n.10.
& tenuit Rota deciſ.790. par.1. diuerſ.

Non obſtat quod nõ ſit veriſimile teſtatorẽ
magis dilexiſſe neptem quam propriam filiam
quam ab vniuerſali ſucceſsione excluſit,Quia
15 non cenſetur inconueniens neptẽ † aliquando
melioris conditionis eſſe , quam filia propria
Crauet.conſ.98.n.15.& conſ.161.n.17.Rolan.
conſ.56.nu. 25. lib.3. Præſertim hoc caſu, vbi
patris ſui perſonam repręſẽtat, & gradum in-
greditur ℘ cum filius Inſtit. de hæred,quæ ab
inteſt.defer.bene Alex.cõſ.38. n.10.in fin.lib.
6.Ruin.conſ.142.n.3.lib.2.Cephal.d.conſ.46.
n.3. lib.1. Pariſ.d.conſ.41.n.68.lib.3.Præterea
cum ſubſtitutio ſit reſtricta ad euẽtum obitus
filiorum ſine filijs, ſi argumẽtum ſumptum ab
excluſione perſonæ magis dilectæ eſſet vali-
dum,ſequeretur abſurdum, vt quo magis de-
ſcendẽtes eſſent remoti à teſtatore,magis ſem
per cenſerentur grauati,ſicque grauamen de-
ſcenderet in infinitum Crauet.conſ. 161. n. 6.
Rolan. d.conſ.56. n.24.

Non etiam obſtat,quod quando ſubſtitutus
non eſt extraneus , ſed filius teſtatoris , tunc
non excludatur per ſuperexiſſentiam neptis
iuxta d.conſ.Paul.de Caſtr. 409. Quia reſpon
16 detur,tunc filiam † grauati non cenſeri poſitã
in cõditione ad excluſionem agnati ſubſtituti,
quando agnatus excluderet filiã à ſucceſſione
grauati,Et ita procedit d. conſ.Paul.de Caſtr.
Sed cum neptis in hac facti ſpecie non exclu-
deretur à ſucceſſione ſui Patris grauati per pa
truum, neque de iure communi , neque vigo-
re Statuti, vtique venit ſub dicta conditione
ad excluſionem ſubſtituti , vt declarant Alex.
d. conſ.38. nu.7. verſ.aut erat de agnatis lib.
6. Ruin. conſ.144. nu. 14. lib. 2. Tob.Non. d.
d. conſ.29. n.25.

Ad aliam coiecturam deſumptã ex eo quod
in inſtitutione teſtator fecit mentionem de fi-
lijs maſculis, Reſpondetur verum quidem eſſe
ex inſtitutione declarari ſubſtitutionem , ſed
17 hoc† procedere quoties agitur de ſuccedendo
ipſi teſtatori, tũc enim,vt ex eius diſpoſitione
expreſſa quis admittatur , receptum eſt , niſi
diuerſa ratio aliud ſuadeat eum eſſe præferen
dũ in vna parte , qui eſt prælatus in alia Bart.
in l. fin. ff. ad Trebel. & in d.Lucius nu. 18. de
vulgar . Sed quando de ſucceſſione teſtatoris
non quæritur,ſed teſtator caſum, qui contigit
reliquit diſpoſitioni iuris, & ſic de ſucceſsione
ipſius hæredis agitur iuxta terminos noſtros
ad l.Lucius 2.de hæred.inſtit.& d l.cum auus;
tunc ex pręſumpta mente teſtatoris non diſpo
ſitio eiuſdẽ facta circa ſucceſſionem propriã,
ſed perſona ipſius hæredis inſpicitur,& conſe-
quenter videntur in conditione poſitæ etiam
filiæ , quæ in eius ſucceſsione ſunt potiores
niſi ipſe filius aliud diſponat cuius arbitrio
pater id permiſit Socin. Iun. conſil. 177. co-
lum. 3. lib.2. Quamuis enim etiam ad diſcer-
nendam mentem teſtatoris in conditionibus
18 ſicut in diſpoſitionibus inſpici debeant † aliæ
partes.

partes teſtamēti,vt ait Socin. in d.l.cum auus nu.80. col.3. in fin. tamen non eodem modo ſemper ex diſpoſitionibus teſtamenti mens percipitur; & vbi adeſt diuerſa ratio vna pars non declaratur ab alia Dec.conſ.480.n.4.Socin.in d.l.cum auus n.65.Marian.conſ.135. n.6.lib.1.& conſ.160.n.36.lib.2.Ergo in propoſito,quamuis teſtator in diſpoſitione filiabus filios maſculos prætulerit,& poſt mortem filij prætulerit etiam ſubſtitutum,quia de eius ſucceſſione agitur,& verba ſunt clara,tamen non poteſt propterea dici filias hæredis non compræhendiſſe in conditione,cum ſecundum regulas iuris,& iuſtiſſimam interpretationē cōcineantur,& diuerſa ratio id ſuadeat. Cum
19 enim teſtator † in conditione ſi ſine filijs non adiecerit verbum , Maſculis, præſumptio eſt, quod noluerit tunc inducere differentiam inter maſculos, & fæminas, quemadmodum fecit in diſpoſitione,Alex.conſ.17. nu.12. lib.7. Corn.conſ.230.n.6.lib.3.Bero. conſ.110.n.27. lib.2.Et hanc opinionem ex ſententia Zuccar-
* di teſtatur eſſe magis * communē Riminald. conſ.80.n.21.lib.2. Si enim teſtator noluiſſet , quod filia grauati excluderet ſubſtitutū,facile potuiſſet dicere, ſi ſine filijs maſculis , ꝙ cū non expreſſerit,vtiq; ſignificationi verborū,& iuris interpretationi, qua filiæ fœminæ appellatione filiorū cōtinētur,videtur voluiſſe deſeruire Simon.de Præt.qui multos in hanc ſententiā cōgerit de interpret.vlt.volūt.dub.3.ſol.2

Ex his liquet,non eſſe verum quod ex filiarum excluſione, & inſtitutione maſculorum conijciatur teſtatorem habuiſſe rationē agnationis, quaſi voluerit conſeruare familiam in maſculis,& prohibere ne fœminæ ſuccederent
20 in bonis ſuis,quia cum non appareat clare ex verbis teſtatoris,quod ipſe fecerit ſubſtitutionem,vt bona conſeruarentur in agnatione,remanemus in caſu regulæ, quod per conditionem,Si ſine filijs, neptis excludat ſubſtitutum Gabr.d.conſ.97.n.17.& ſeq.lib.1.

Vnde concludendum eſt Catherinam neptē eſſe admittendam excluſo eius patruo ſubſtituto. Pro qua opinione non ſolum facit ea regula iuris, ſecundum quam filiæ continentur verbis conditionis,vt dixi,ſed etiam illa,quod
21 teſtator † præſumitur in parte ei data prædiligere deſcendentes filij potius, quām alium
* filium gloſ.in d.l.cum acutiſsimi * cōmuniter approbata : Ideoq; ſi quis filio etiam alterū filiū nulla conditione expreſſa ſimpliciter ſubſtituat, nepotes ex filio inſtituto , excludunt ſubſtitutū d.l.cū auus,& l.cū acutiſsimi,Curt. Sen.conſ.63.n.11.Socin.in d.l. cum Auus nu. 33.Cōcurrit præterea,quod materia eſt fauorabilis,non ſolū quia in hoc conſulitur nepti, quæ alioquin damnum pateretur,vt cōſiderat Alex.conſ.17.col.pen. lib.7.& conſ.163. nu.9. lib.6.Bald.conſ.396. in fin.lib.3.Sed etiā quia
22 euitatur fideicommiſſum,quod † eſt odioſum late Aym. conſ.180.n.1.& in fin.Ceſal.qui loquitur in his terminis conſ.46.n.12.lib.1.;

An Subſtitutio facta ad fauorem Eccleſiæ locum habeat,vel ne,ex infraſcripta facti ſpecie demonſtratur. Cap. L.

SVMMARIVM.

1 *Conſ.Oldr.21.eſt cannonizatum in Rota.*
2 *Subſtitutio ad aliam ſubſtitutionem ſubordinata ea deficiente expirat.*
3 *Dictio (eo caſu) eſt relatiua cum omnibus ſuis qualitatibus.*
4 *Item operatur,vt ſubſtitutio reſtricta ſit ad caſum expreſſum,& ad alium extendi non poſsit.*
5 *Verba, Et hoc in perpetuum non exiſtentibus maſculis de domo teſtatoris ſi non habeant verbum de per ſe, ſed regantur à verbo præcedentis orationis,ſtant illatiue,nec poſſunt importare nouum fideicommiſſum.*
6 *Copula (&) intelligitur retentis terminis, de quibus ſupra.*
7 *Quando eſt vocatus Cippus Domus ſolum ſuccedunt illi, qui ſunt in rerum natura tempore purificati fideicommiſsi,niſi adſint verba in perpetuum.*

Teſtator filios ſuos maſculos æqualiter hæredes inſtituit in hęc verba. In cæteris autem omnibus bonis ipſius teſtatoris mobilibus, & immobilibus iuribus, & actionibus vbilibet exiſtentibus inſtituit vniuerſales hæredes infraſcriptos ſuos filios maſculos legitimos, & naturales,videlicet Hieronymum, & Franciſcum,quos inuicem ſubſtituit, & voluit,quod dicti ſui filij quando morerentur in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, eo caſu vnus alteri moriatur.

Poſtmodum in eodem teſtamento eiſdem ſubſtituit his verbis. Item voluit dictus teſtaſtator , quod caſu quo dicti ſui filij decederent ſine filijs legitimis , & naturalibus, non ſuccedāt fæminæ,ſed ſuccedat Cippus Domus videlicet maſculi proximiores in gradu de Domo ipſius teſtatoris , & in eo caſu voluit quod vltimus decedens poſsit teſtari non exiſtentibus filijs ipſorum filiorum , & hæredum.

Fecit deinde eodem die codicillos, in quibus facultatē teſtandi vltimo filio in d.teſtamento datā immutauit per hæc verba.Idcirco per hos ſuos Codicillos voluit,quod illa particula ſui teſtamenti,in qua diſponit,quod vltimus decedens eius filiorum , & hæredum poſsit teſtari nō exiſtentibus filijs ipſorum filiorum, & hæredū,habeatur pro non ſcripta, quia illā deleuit , & voluit,quod nō poſsit teſtari,& eo caſu voluit ſuccedere Cippū de Domo ipſius teſtatoris in omnibus eius bonis,& hoc in perpetuū nō exiſtentibus maſculis de Domo ipſius per lineā directā maſculinā.l.t vbi nō eſſet Cippus de Domo,voluit quod ſuc

cedat ipſius teſtatoris Eccleſia Parochialis
deſcripta in ſuo vltimo teſtamento.

Euenit quod vltimus filius deceſsit cum fi-
lijs maſculis,quibus mortuis prætendit Eccle-
ſia ad ipſam ſpectare dicta bona vigore ſub-
ſtitutionis factæ in Codicillis;Viceuerſa dici-
tur quod ſubſtitutio Eccleſiæ pendet à ſubſti-
tutione Cippi Domus teſtatoris, adeo quod
ſi illi locus factus non fuit conſequenter ex-
pirauit etiam ſubſtitutio Eccleſiæ quæ poſt
Cippum vocata fuit. Quęritur quid iuris?

Et reſoluendum eſt Eccleſiæ nullum ius cõ-
petere ex dicta ſubſtitutione. Etenim vſque
ad illa verba, Et hoc in perpetuum,caſus non
habet difficultatem, nam teſtator licet ordi-
naſſet in ſuo teſtamento, quod vltimus de-
cedens ſuorum filiorũ in teſtamento nomina-
torũ poſſet teſtari non exiſtentibus filijs ipſo-
rum filiorum,nihilominus id deleuit, & voluit
quod non poſſit teſtari, ſed quod eo caſu ſuc-
cedat Cippus de Domo ipſius Teſtatoris. Vn-
de cum adeſſent filij filiorum, talis vocatio
Cippi Domus non poteſt habere locum tan-
quã defecerit conditio ſub qua vocabatur,iux
1 ta conſ. Oldrad. 21. multoties in Rota † ca-
nonizatum per tex. in l. ſi quis hæredum, vbi
Iaſ.id not.C.de inſtit. & ſubſtit. l.ex.facto §. ſi
quis autẽ vbi Paul.col.fin.& Rip. col.1. idem
Ripa in l.centurio nu.168.ff. de vulg & pupil.
late Tiraq.in l.ſi vnquam in verbo ſuſceperit
n 153.C.de reuocand.donat.latiſsime Burſat.
conſ.1.lib.1.Et conſequenter expirauit etiam
2 ſubſtitutio de Eccleſia † quæ ſubordinatur ad
ſubſtitutionem Cippi Alex cõſ.139.n.3 lib.6.
Iaſ.conſ.228.lib 2.Socin.conſ.62.nu.6. verſ 2.
lib.3.Dec.conſ.465 o.15.Ruin.cõſ.102. n.14.
lib.2.cum infinitis alijs quos allegare omitto.

Quod maxime procedit ſtantibus illis ver-
bis,Eo caſu,per quæ ſubſtitutio Cippi Domus
eſt reſtricta ad caſum quãdo vltimus morere-
tur non exiſtentibus filijs ex filiis nominatis,
3 quia dictio,Eo caſu,eſt relatiua cum omnibus
ſuis qualitatibus l. à filio §. teſtator de alio.
& cibar.legat.not.Bart.in l. ſi quis ſeruũ §.fi.
de leg.2. Et quia oratio ſuppletur quoad aliũ
ſucceſſurũ,videlicet quod ſuccedat Cippus de
Domo teſtatoris,ideo cenſetur facta repeti-
tio cum omnibus qualitatibus præcedentibus
Ruin.conſ.127.o. 4. lib.1.

4 Hæc enim dictio(eo caſu)operatur† vt ſub-
ſtitutio reſtricta ſit ad caſum expreſſum,& ad
alium extendi non poſſit Anchar.cõſ.356.col.
2.verſ.tertio hoc probatur Dec.conſ.89.nu.3.
Aym.conſ.98.n.3.Pariſ.conſ.2.n.15.& cõſ.14.
n.9.lib.3.Natta conſ.678. n.6.Si igitur ſubſti-
tutio eſt reſtricta ad caſum in quo prohibet
vltimo teſtatori, & eo caſu vult, quod ſucce-
dat Cippus Domus,merito eſt ſubſtitutus Cip
pus, & conſequenter Eccleſia quando omnes
filij nominati decederent ſine filijs, ideo reli-
cto filio expirauit ſubſtitutio.

5 Nõ obſtant illa † verba(& hoc in perpetuũ
nõ exiſtentibus maſculis de Domo teſtatoris)
quia iſta verba, Et hoc,ſtant illatiue ideo non
important nouam ſubſtitutionem, ſed ſolũ eo
caſu, quo omnes filij hęredes nominati dece-
derẽt ſine filijs;Cum enim non habeant verbũ
de per ſe,ſed regũtur à verbo pręcedẽtis ora-
tionis,non poſſunt importare nouum fideicõ-
miſſum,ſed ſolum eo caſu quo hæredes nomi-
nati decedant ſine filijs Alex.d.conſ.139. lib.
6.Ruin.conſ.153.n.13.verſ. & ſubſtitutio ſe-
quens lib.2. Dec. conſ.218. n.13.verſ.ſupereſt
tantum,vbi erant fortiora verba,quàm in ca-
ſu,de quo agitur, Socin.conſ.62. n.6.cum ſe-
quen. lib.3.

6 Maxime conſiderando copulam, Et, † quæ
intelligitur retentis terminis de quibus ſu-
pra, vt bene per Iaſ.conſ.228.n.2.lib.2.& n.1.
vbi dicit, quod cum nõ legantur filij filiorum
poſiti niſi in conditione,non poteſt dici illis
facta ſubſtitutio,ſed verba (in perpetuum) re-
ferũtur ad ſubſtitutionem purificata cõditio-
ne quod filij decedant ſine filijs qui bene lo-
quitur per tot.conſ. ad propoſitum noſtrum,
ideo videatur.

Et ex his tollitur obiectũ,quod illa verba In
perpetuũ ſint ſuperflua,quia potuit appoſuiſſe
vt admiſſis primis de Cippo non expiret fi-
deicõmiſſum,ſed cenſeantur grauati alijs pro-
ximioribus in perpetuum reſtituere,quod de
iure habebat difficultatẽ, Immo Rota coram
Cardinale Seraphino 28. Martij 1588. in vna
Tibertina Caſtri Sãbucci reſoluit, quod quã-
7 do eſt vocatus † Cippus Domus ſolum ſucce-
dunt illi, qui ſunt in rerum natura tempore
purificati fideicommiſsi,niſi adſint verba In
perpetuum, vt hic,per tex.in l.cum ita §.in fi-
deicommiſſo de leg.2.& ibi per Cuman.Ruin.
conſ.89.n.5. lib.2. licet iſtud habeam pro du-
bitabili,ſed ſatis eſt, quod tollunt illa verba,
Et hoc in perpetuum,prædictam dubitationẽ,
immo faciunt, ꝙ extendatur ad alios gradus.

Simili quoque modo non obſtant illa ver-
ba Nõ exiſtentibus maſculis de Domo teſta-
toris,quia, vt dixi cum totum hoc veniat cõ-
tinuatiue,& cum verbis reſtrictiuis. Videlicet
Et hoc,non poſſunt intelligi niſi de maſculis fi-
liorũ inſtitutorum, nam vbi ſupra dixerat nõ
exiſtentibus filijs,quod tam de maſculo quam
* de fœmina poterat intelligi, vt de cõmuni *te-
ſtatur Rol.conſ.82.n.8.lib.3.Ceſal. conſ.46. n.
39.hic apponendo iſta verba non exiſtentibus
maſculis facit;quod fœminæ non compræhen-
dãtur Bart.in l.cum Auus n.4.de cond.& de-
monſtrat. Pariſ.conſ.39. n.3.lib.2.& ſic non
remanent ſine effectu operandi quod ſufficit
Socin.d.conſ.62.n.5 cum ſeq.lib.3.

Illa igitur verba (& hoc in perpetuum) de-
bent referri ad Cippum Domus,qui ſubſtitui-
tur,& non ad filios filiorum teſtatoris,qui ſo-
lum ſunt poſiti in conditione,& non vocati,vt
poſt alios Menoch cõſ.268 n.15. cũ ſeq. lib 2.
Iaſ.vbi ſupra:Relata igitur ad Cippũ verba Nõ
exiſtẽtibus maſculis de Domo teſtatoris de-
bẽt intelligi eo caſu,vt ſupra loquutus fuerat.

Sta-

Statutum Vrbis prohibens poſt annnm dari de nullitate, quomodo ſit intelligendum. Capr L I.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib.1. cap. 157. prohibens poſt annum poſſe dari de nullitate ſententia eſt deciſorium, & in quocunque foro ſeruatur.*

2 *Intelligitur, tam de nullitate ſententia diffinitiua quam interloquutoria.*

3 *Item quamuis detur de nullitate principaliter, & non ſimul committendo cauſam appellationis, & nullitatis.*

4 *Item licet nullitas ſit notoria, & ex defectu iuriſdictionis.*

5 *Nullitatibus ſimpliciter reiectis, licet non intelligatur reiecta nullitas ex defectu iuriſdictionis, tamen quando Statutum præfigit terminum ad dicendum de nullitate poſt lapſum termini nullitas etiam notoria, & ex defectu iuriſdictionis apponi non poteſt.*

6 *Amplia, vt Statutum præfatum locum habeat etiam in nullitatibus ex eo prouenientibus.*

7 *Item locum habet quamuis opponatur de nullitate per modum exceptionis.*

8 *Item licet quamuis inchoauerit dicere de nullitate, & interim labatur annus.*

9 *Non habet locum quando datur de nullitate ſententia ſimul cum ſpolio.*

10 *Actio ſpolij curſu temporis non excluditur quando ſpolium eſt violentum ſecus ſi ſit ſimplex proueniēs ex probatione duorum extremorum, quia ſpacio 30. vel 40. annorum tollitur, & num. 11. & 12.*

13 *Præſcriptio trigennaria, vel quadragennaria ſufficit ad tollendam fidem præſumptam.*

STatutum Vrbis lib. 1 cap. 157. prohibens
poſt annum poſſe dari de nullitate ſenten
1 tiæ eſt† deciſorium, & ſeruatur in quocunque
2 foro, & intelligitur tam de nullitate † ſenten-
tiæ diffinitiuæ, quā interloquutoriæ etiā ſi de-
tur de nullitate principaliter, & non ſimul cō-
3 mittendo† cauſam appellationis, & nullitatis,
vt per Achil. deciſ. 8. de conſtit. Quinimmo
ſtante huiuſmodi Statuto non poteſt dari de
nullitate etiam notoria, & euidenti, etiam ſi
4 adeſſet defectus † iuriſdictionis, quia licet re-
iectis nullitatibus ſimpliciter nō cenſeatur hu
iuſmodi nullitas reiecta Alex. qui dicit com-
* munem * opinionem conſ. 79. in fin. lib. 7. cum
alijs latè congeſtis per Gabr. de legib. & con-
ſtit. concluſ. 3. n. 1. Tamen quando Statutum
5 præfigit † terminum ad dicendum de nullita-
te, vt facit Statutum Vrbis, poſt lapſum termi-
ni nullitas etiam notoria, & ex defectu iuriſ-
dictionis opponi non poteſt Alex. conſ. 105.
n. 7. lib. 5. Gabr. qui alios citat d. concluſ. 3.
* nu. 14. & 15. & n. 17. in fine vbi teſtatur * de
cōmuni. Et hanc partem videtur tenere Rota
apud Achil. d. deciſ. 8. & deciſ. 15. de conſtit.
Et ita videtur dicere deciſio Caputaqu. 103.
lib. 2. relata per Cæſarem de Graſſ. deciſ. 1.
6 de conſtit. Et iſtud ubtinet etiam ſi † nullitas
proueniat ex eodem Statuto; quia licet Sta-
tutum excludens nullitatem non excludat il-
lam nullitatem, quæ prouenit ex ipſomet Sta-
tuto, ſecus tamen quando excludit poſt ter-
minum præfixum, quia tunc comprehenditur
omnis nullitas notoria etiam ex eiſdem Sta-
tutis proueniens Put. deciſ. 417. in fin. lib. 2.
Vbi loquitur in terminis Statuti Vrbis, & di-
cit ita alias reſolutum fuiſſe in vna Tiburti-
na Caſtri coram Domino Paulo. Simili quo-
7 que modo Statuti † diſpoſitio locum habet
quamuis opponatur de nullitate per modum
exceptionis, quia dictum Statutum non ſe re-
ſtringit ad actionem, ſed loquitur generaliter
per verba Nullatenus audiatur Achil. vbi ſu-
pra deciſ. 16. per doctrinam Paul de Caſtr. in
conſ. 288. col. 2. in ſec. dub. lib. 1. & clarius ha-
betur per Papien. de forma execut. ſenten. in
verbo ſequens col. 4. verſ. quæro quid ſi Sta-
tuto cauetur. Ex quo infertur quod licet quis
8 inchoauerit † dicere de nullitate nihilominus
ſi interim labatur annus, tunc nec per viam
exceptionis de illa opponet Franc. in cap. ſi-
gnificauerunt de exception. num. 12. & in c. ex
parte n. 7. de Conſtit. Achil. deciſ. 11. eod. tit.

Sed prædicta intelligi debent, vt procedāt
quando ſimpliciter datur de nullitate, ſecus ſi
9 dicatur de nullitate † ſimul cum ſpolio, quia
quando ſpolium eſt vnitum cum nullitate ſen-
tentiæ, prohibita facultate dicendi; aut repli-
candi de nullitate nō intelligitur prohibitum
dici de nullitate ſimul cum ſpolio, tum quia
eſt caſus mixtus Socin. conſ. 121. n. 3. & conſ.
10 150. n. 21 lib. 1. cum etiā quia ſicut † actio ſpo-
lij curſu temporis non excluditur Rota deciſ.
27. de præſcript. in .... Ita nec nullitas ac-
ceſſoria ad ſpolium, Ita in terminis Statuti
Vrbis tenuit Rota apud Cæſarem de Graſſis
deciſ. 1. de Conſtit. qui dicit alias quoque ſic
fuiſſe deciſum coram bo. me. Guidob. in cau-
ſa Romana Pantanellarum.

Sed eſt aduertendum quod hæc vltima ra-
11 tio quod actio† ſpolij curſu temporis non ex-
cludatur non eſt ſemper vera, ſed ſolum quan-
do ſpolium eſt violentum, cum hoc caſu nulla
præſcriptio aduerſus dolum, & malam fidem
opponi poſſit etiā poſt decurſum tempus mil-
le annorum cap fin. de præſcript. Bero. in cap.
ſollicite n. 39. de reſtit. ſpol. Secus quando ver
12 ſamur † in ſpolio ſimplici proueniente ex pro-
batione duorum extremorum, quia tunc actio
ſpolij bene excluditur ſpacio 30. vel 40. anno-
rum ſicut qualiber alia actio priuilegiata, cum
talis præſcriptio in cuius locum hæc ſtatuta-
13 ria ſuccedit etiam ſufficiat † ad tollendam
malam fidem præſumptam, vt cenſuit Bart.
in l. vlt. n. 17. C. vnde vi, cuius doctrinam eſſe
communiter receptam teſtatur Balb. in l. Cel-
ſus n. 106. & 107. ff. de vſucapion. & poſt eum
Menoch. qui multos congerit in remed. 13. re-
cuperan.

cuperan. n.70. & remed.15. n.424. Et ita diſtingendo tenuit Rota in vua Mediolanen. bonorum 17. Maij 1600. coram Cardinale Seraphino.

Ius patronatus Vniuerſitatis quomodo probetur, Item ſi ius eligendi, aut præſentãdi Superiorem in Eccleſia Conuentuali, vel Collegiata ab aliquo prætendatur, qualis probatio ſit neceſſaria. Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus Vniuerſitatis, vel Communitatis, quando non oſtenditur verus titulus fundationis, et dotationis, ex diſpoſitione Concilij Tridentini quomodo probetur.*

2 *Eius probatio facta per teſtes, vel aliud æquipollens non valet.*

3 *Amplia, vt probatio requiſita per Conciliũ Tridentinum ſit adbibenda. etiam ſi Communitas, ſeu Vniuerſitas ſit parua.*

4 *Eccleſia præſumitur libera, & non de iurepatronatus.*

5 *Vſurpatio iurium Eccleſiæ præſumitur in magnatibus, ſeu Vniuerſitatibus, vbi datur æqualis concurſus potentiæ, & auctoritatis in collatoribus, ſecus ſi conferentium ſit æqualis, vel maior auctoritas, & n.6.*

7 *Iuspatronatus acquiritur ex fundatione, & dotatione præterquam in Eccleſijs Monaſterialibus, ſeu Conuentualibus, in quibus fundatori non acquiritur ius in electione Superioris.*

8 *Laicus fundator non poteſt prætendere ius eligendi, aut præſentandi Superiorem in Eccleſia Conuentuali, aut Collegiata, niſi in ipſa fundatione à Papa per ſpeciale priuilegium id ſibi fuerit conceſſum.*

9 *Limita niſi cum fama priuilegij concurrat immemorabilis, vel oſtendantur præſentationes per tãntum temporis ſpacium vnde poſſit præſumi priuilegium Apoſtolicum.*

10 *Ius præſentandi, aut eligendi ſuperiorem in Eccleſia Conuentuali, aut Collegiata per Laicum præſcriptione non acquiritur, nec probatur etiam ſi Eccleſiam dotauerit, aut fundauerit reiecta opinione Couarruuiæ. & n.11.*

QVando verſamur in iure patronatu Vniuerſitatis, vel Communitatis vera eſt
* communis * concluſio quod ad illud proban-
1 dum † ſi non oſtendatur verus titulus fundationis, & dotationis, vltra immemorabilem requirantur continuatæ pręſentationes per ſpacium quinquaginta annorum, quę fuerint ſortitæ effectum, & probentur per authenticas ſcripturas: Et iſtud diſponit Concilium Tridentinum de reformat. cap. 9. ſeſſ. 25. quæ probatio requiritur pro forma, adeo quod aliter
2 facta † vtputa per teſtes, vel aliud æquipollens non ſuffragetur, vt fuit pluries reſolutum per Illuſtriſſimos Dominos eiuſdem Concilij interpretes, & tenuit Rota in vna Sabinen. beneficij de anno 1582. coram fel. record. Clemente Papa Octauo, tunc Auditore. Ratio eſt, quia verſamur in caſu præſumptæ vſurpationis: Vnde Concilij diſpoſitio locum habet etiã
3 ſi Communitas †, ſeu Vniuerſitas ſit parua; quia nõ propterea ceſſat hæc præſumptio conſiderata per Concilium, quod cum generaliter de Vniuerſitatibus loquatur, nec aliter diſtinguat inter Vniuerſitates magnas, & paruas, nec nos diſtinguere debemus vulg. l. de pręcio de publ. Pręſertim, quia rationes propter quas
4 Eccleſia † præſumitur libera, & non de iure patronatus ad not. in cap. quærelam de elect. militant etiam in quacumque Vniuerſitate, nam poteſt eſſe quod ex oblationibus fideliũ, & hominum Cõmunitatis Eccleſia fuerit conſtructa, non tamen animo acquirendi ius patronatus, vt declarant Lambert. & Roch. citati in deciſ. Achil. 4. de iure patron. Put. deciſ. 57. & 205. lib. 1. Creſcen. deciſ. 13. Verall. 318. par. 2. Et quod etiam in parua Vniuerſitate præſumatur ius patronatus ex vſurpatione tenuit Rota in vna Bononien. Iurispatronatus 20. Martij 1589. coram Gypſio.

Et hæc præſumptio præcipuè locum habet in Italia, vbi propter receſſum Curiæ omnes populi ius præſentandi vſurparunt ſpecul. de iure patron. col. 3. vers. & nota Put. vbi ſupra. Et præſertim in locis in quibus Ordinarij Col-
5 latores ſunt † inferiores Epiſcopo, & minoris auctoritatis, quorum qualitate attenta facile præſumi poteſt vſurpatio, & quod non fuerint auſi Vniuerſitatibus contradicere, vt per Put. d. deciſ. 57. Achil. d. deciſ. 4. de iurepatron. Et fuit tentum in vna nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Cardinale Pamphilio: Secus ſi in collatoribus ſit æqualis, vel maior auctoritas quam in Vniuerſitate, tũc enim non intrat diſpoſitio Concilij d. cap. 9 ſeſſ. 25.
6 Quia quod dicitur † in Magnatibus, ſeu Vniuerſitatibus, præſumi iura Eccleſiæ vſurpata, procedit, vbi non datur æqualis concurſus potentiæ, & auctoritatis in Collatoribus, ſecus ſi conferentium ſit æqualis, vel maior auctoritas, quia tunc ceſſat Concilij diſpoſitio. Ita tẽtum per Rotam in vna Toletana iuris nominandi 10. Martij 1582. coram Cardinale Blanchetto.

Sed hic pulchra exoritur dubitatio, qualis probatio requiratur, quando Vniuerſitas, vel alter Laicus prætendit ſibi competere ius eligendi, aut pręſentandi Superiorem in Eccleſia Conuentuali, aut Collegiata? Et dicendum eſt huiuſmodi ius ex fundatione, & dotatione non probari, quia licet iuspatronatus acquiratur ex fundatione & dotatione cap. filijs 16. quæſt. 7. & Doct. in cap. nobis de iurepatron.
7 & alibi ſæpe, tamen in Eccleſijs † Monaſterialibus, ſeu Conuentualibus hoc locum non habet. In his enim fundatori nõ acquiritur ius in-

in electione Superioris cap. nobis de iurepa-
tron. vbi gloſ. in verbo, niſi aliter, & ibi com-
* muniter * Doct. c. Sacroſancta, & cap. Meſſa-
na, de elect. cap. Congregatio 16. quæſt. 7. cap.
nobis, vbi Abb. n. 9. de iurepatron. & in cap.
de hoc nu. 10. vbi loquitur in lege, de Simon.
8 Neque fundator † Laicus poteſt prætendere
ius eligendi, aut præſentandi Superiorem in
Eccleſia Conuentuali, aut Collegiata, niſi in
ipſa fundatione à Papa per ſpeciale priuilegiũ
id ſibi fuerit conceſſum gloſ. in d. cap. nobis
in verbo, Niſi aliter, verſ. vel expone de iure
patr. vbi Hoſtien. n. 2. verſ. qnia cum pacto Io.
Andr. n. 9. Abb. n. 9. Mohed. deciſ. 340. alias
10. num. 2. de Simon. Et fuit tentum in vna
Regien. Prioratus coram Cardinale Pamphi-
lio. Vnde hoc caſu probanda eſt immemora-
9 bilis † cum fama priuilegij, vel oſtendi debent
præſentationes per tantum temporis ſpacium,
vnde poſſit præſumi priuilegium Apoſtolicũ;
Ex immemorabili enim, & famã priuilegij, cũ
præſentationibus, quæ effectum ſortitæ fuerint
oritur legitima præſumptio, quod in limine
fundationis Papæ priuilegium interuenerit.
Iſtis vero ceſſantibus non poteſt per Laicum
probari, nec acquiri ius præſentandi Rectorẽ,
vel Abbatem in Eccleſia Collegiata, nec etiam
mediante præſcriptione propter iuris commu
nis reſiſtentiam; Cum enim Laicus ſit iurium
ſpiritualium incapax d. cap. Meſſana, & cap.
Sacroſancta de elect. cap. cauſam de præſcrip.
Abb. in cap. quærelam n. 9. de elect. Et fuit de-
ciſum in vna Toletana Iuris nominandi 28. Ia
nuarij 1583. coram Cardinale Blanchetto, non
10 poteſt tale ius † præſcriptione acquiri, aut pro-
bari, Io. Andr. in cap. 2. n. 6. de præben. lib. 6.
Zabar. conſ. 57. n. 2. Caſſan. de conſuetud. Bur-
gund. rubr. 1. §. 2. in verbo & ſupremum nu.
12. not. gloſ. in d. cap. Meſſana in verbo con-
ſuetudo de elect. Aluar. de planctu Eccleſiæ
lib. 1. cap. 56. Abb. in d. cap. de hoc n. 10. de
* Simon. Quam ſententiam teſtatur eſſe * cõmu-
nem Couar. in reg. poſſeſſor par. 2. §. 10. n. 3.
de reg. iur. in 6. qui licet nu. 4. contrariam
opinionem profiteatur in eo qui dotauit, vel
fundauit Eccleſiam, ac idem quoque ſentiant
Boer. quæſt. 5. & Io. Lopez in rubr. de don. in-
ter vir. & vxor. n. 25. & 26. tamen eorum di-
11 ctum † nullum habet probabile fundamentũ, &
ratio quæ aſſignatur pro alia opinione eſt va-
lidiſſima; Quia ſi dotans, vel fundans ab ini-
tio eſt ipſo iure incapax acquiſitionis iſtius
iuris eligendi, quod eſt ſpirituale, ſola tem-
poris antiquitas, & conſuetudo non poteſt il-
lum capacem facere, vt præcitato loco nu. 27.
Io. Lopez obſeruauit, & Aluar. d. cap. 56. cir-
ca fin. verſ. ſi autem talis collatio.

Quando conceditur fæudum, aut emphyteuſis cum clauſula vſque ad tertiam generationem, vel vſque in tertiam eius generationem, quomodo generatio ſit computanda. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 Cõceſſio fæudi, ſeu emphyteuſis facta ſimpliciter vſque ad tertiam generationem incipit à primo acquirente, ſecus ſi ſit facta vſque in tertiam eius generationem, quia tunc generatio primũ acquirentem non comprehendit.

2 Item in conceſſione vſque ad tertiam generationem veniunt pronepotes ſi fiat ſpecialis mentio de filijs, & nepotibus.

3 Amplia quamuis dicatur pro ſe filijs nepotibus, & liberis.

4 Item amplia quamuis dicatur tibi, & poſt mortem tuam filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem.

* COmmunis * eſt diſtinctio, quam poſt Bart.
in authen. defuncto col. 1. & ſequen. C.
ad Tertullian. facit Bald. in authen. ſi quas.
actiones ſub num. 3. verſ. iuxta hoc quæro
C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. 2, n. 6. C. de
1 iure emphyt. Quòd ſi † in conceſſione fæudi,
ſeu Emphyteuſis eſt dictũ ſimpliciter vſque ad
tertiam generationem, tunc prima generatio,
præſertim in Conceſſione Eccleſiæ, quæ non
ſolet dare, niſi in tertiam generationem inci-
pit ab ipſo primo acquirente; ſecus ſi fuerit
dictum vſque in tertiam eius generationem,
quia tunc generatio primum acquirentem nõ
comprehendit ſequitur Iaſ. in d. l. 2. nu. 106.
Alex. in l. quod dicitur n. 27. de verb. obligat.
* & conſ. 100. n. 11. lib. 3. Bellon. qui de * cõmu-
ni atteſtatur conſ. 80. nu. 7. de communi Clar.
quamuis ipſe contrarium opinetur in §. em-
phyteuſis q. 34. Gabr. in tit. de emphyt. con-
cluſ. 4. Cephal. conſ. 582. n. 24. Gabr. conſ. 88.
in princip. Menoch. conſ. 115. nu. 18. lib. 2. Et
in materia fæudi Curt. Iun. in tract. de fæud.
in 2. par. 3. princ. n. 51. & tenuit Rota per Ca
putaquen. deciſ. 17 par. 2, in impreſſis, vbi n.
4. dicit quod pro iſta parte sũt Doctores ma-
iores numero, & auctoritate, & rurſus deciſ.
112. lib. 2. Quod non habet dubitationem, vbi
2 in conceſſione † vſque ad tertiam generatio-
nem fuit facta ſpecialis mentio de filijs, & ne-
potibus, quo fit vt generatio incipiat à primo
acquirente, nec veniant pronepotes per Paul.
de Caſtr. in his terminis conſ. 338. ſub nu. 2.
verſ præterea Bart. lib. 2. Socin. conſ. 25. n. 5.
lib. 1. Cephal. conſ. 58. n 34. Quin etiam ſi fuiſ
3 ſet dictum pro † ſe, filijs, & nepotibus, & li-
beris, adhuc illud verbum, liberis, quod eſt ap-
tum referri ad omnes in infinitum l. liberorũ
de verb. ſignif. reſtringeretur per illam ſpeci-
ficationem filiorum, & nepotum, vt non veni-
rent pronepotes Bart. in l. vt iuſiurandi §. ſi
liberi n. 4. de non oper. nunc. Alex. conſ. 44. n.
2. & conſ. 128. nu. 6. & 380. n. 12. lib. 1. Bero.
4 conſ. 109. nu. 2. lib. 2. Et idem eſſet † ſi fuiſſet
dictũ, tibi, & poſt mortẽ tuam filijs, & nepoti-
bus vſque in tertiam generationem, nam ad-
huc pronepotes non comprehenderentur; Si-
quidem verba, Et poſt mortem tuam cẽſentur
appoſi-

appoſita ad demonſtrandum quod filij, & nepotes non debent concurrere cum ipſo acquirente, ſed gradatim poſt mortem ipſius ſuccedere, Non autem ſunt adiecta neque appoſita ad tertiam generationem, quæ venit conſecutiue ad expreſſionem factam de filijs, & nepotibus Cephal. d. conſ. 582. n. 14. poſt Paul. de Caſtr. d. conſ. 338. col. 2.

Primitiæ an Parocho tantum debeantur, vel etiam alijs Clericis in Eccleſia ſeruientibus. Cap. LIV.

SVMMARIVM.

3 *Primitiæ Parocho tantum debentur, non autem alijs Clericis in Eccleſia ſeruientibus.*

2 *Decimæ, primitiæ, & oblationes ſunt de iuribus Parochialis Eccleſiæ, & illi debentur ratione Sacramentorum.*

3 *Decimæ de iure antiquo debebantur Sacerdotibus in genere, nunc autem Parocho tantũ ſunt perſoluendæ:*

4 *Amplia, vt decimæ, primitiæ, & oblationes Parocho tantum debeantur, non obſtante conſuetudine in contrarium.*

5 *In primitijs conſuetudo attendi debet circa quantitatem, non autem reſpectu perſonæ, cui ſolui debent.*

6 *D. Thomas 2. 2. q. 86. art. 4. declaratur.*

SCio non ſemel fuiſſe dubitatum. An Rector Parochialis Eccleſiæ habeat intentionem fundatam de iure communi ſuper primitijs, ita vt illi tantum debeant perſolui, & non Clericis in Eccleſia ſeruientibus? In qua quæſtio-
1 ne † ad fauorem Rectoris eſt pronunciandum, quia decimæ, primitiæ, & oblationes ſunt de
2 iuribus Parochialis Eccleſiæ, & illi † debentur ratione Sacramentorum, vt per Butr. & Abb. in rubr. de decim. Hoſtien. in ſumma de Parochijs n. 2. Put. deciſ. 169. dubitauit Dominus Achil. lib. 3. Vnde ſicut Rector habet intentionem fundatam de iure communi in decimis, Doct. in cap. cum in tua, & in cap. cum contingat, de decim. ita etiam debet habere in primitijs, quæ eodem modo ſoluuntur Pa-
3 rochiali Eccleſiæ. Et quamuis de iure † antiquo decimæ deberentur Sacerdotibus in genere c. 1. de decim. & habetur in veteri teſtamento; Nihilominus poſtquam fuerunt diſtinctæ Parochiæ, & in qualibet Parochia fuit deputatus Rector pro exercitio Curæ animarũ, decimæ debentur Parocho tantum, non autem alijs Clericis ſeruientibus in Eccleſia, vt declarat Rebuf. in tract. de decim. quæſt. 7. num. 3. quam opinionem tenuit Hoſtien. in ſum. de decimis quæſt. vlt. Summa Angel. in verb. primitiæ n. 2. & pluries reſoluit Rota, vt in d. deciſ. Put. & in vna Toletana primitiarum 14. Nouẽbris 1586. coram Cardinale Seraphino.
✻ Præterea hæc cõmunis* ſententia locum ha-
4 bet, quamuis † adeſſet conſuetudo in contrarium; Nam licet in primitijs attendatur conſuetudo, tamen attenditur conſuetudo circa quantitatem, videlicet intra quadrageſimã.
5 & † ſexageſimam partem fructuum, nõ autem
6 quo ad perſonam, cui debentur; Et ita † intelligi debet D. Thomas 2. 2. q. 86. art. 4. Vbi dicit, Pertinet autem ad ius naturale, vt homo ex rebus ſibi datis à Deo aliquid exhibeat ad eius honorẽ, ſed quòd talibus perſonis exhibeatur, aut de primis fructibus, aut in tali quãtitate, hoc quidem fuit in veteri lege iure diuino determinatum; In noua autem lege diffinitur per determinationem Eccleſiæ, ex qua homines obligantur, vt primitias ſoluant ſecundum conſuetudinem patriæ, & indigẽtiam Miniſtrorum Eccleſiæ, Conſuetudo igitur eſt attendenda circa quantitatem primitiarum: Nec aliter ſentit iudicio meo Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 3. art. 4. quia tantummodo refert conſuetudinem Hiſpaniæ, ſed non dicit, An in hoc caſu requiratur conſuetudo, vel præſcriptio. Et quamuis Summa Silueſtr. teneat, quod in hoc ſit attendenda conſuetudo, quia tota earum determinatio in lege noua eſt per conſuetudinem, tamen repugnat his, quæ ſupra dixi, quia non eſt dubium, quòd debentur Eccleſiæ Parochiali, & conſequenter illius Rectori, Et Boer. deciſ. 236. Petr. Hiſpan. de decim. q. 13. Sum. Ant. par. 2. tit. 4. cap. 3. §. 3. verſ. ſedẽdum Innocen. in cap. 1. vbi Abb. ad fin. verſ. in gloſ. de decim. Omnes loquuntur circa cõſuetudinem in modo, & quantitate ſoluendi, non autem quo ad perſonam, cui ſolui debẽt.

In venditione iuris vniuerſalis, aut verbis generalibus facta, quid veniat, & quando cum ea Iuſpatronatus transferatur. Cap. LV.

SVMMARIVM.

1 *Emptor iuris alicuius vniuerſalis non habet, neque plus, neque minus quam in ipſa vniuerſitate continetur.*

2 *Caſtrum appellatione iuris vniuerſalis continetur.*

3 *Caſtro vendito cum Vaſſallis iure vaſſalitio, & omni alio iure, quod vẽditori competebat venit vaſſalitium cum omnibus ſuis oneribus, & honoribus.*

4 *Res cenſetur vendita cum ſuis ſeruitutibus eo modo quo reperiebatur apud venditorem præſertim concurrente ſcientia emptoris.*

5 *Promiſſio de euictione non operatur niſi quo ad ea, quæ fuerunt vendita.*

6 *Ius patronatus vendi non poteſt etiam ſub vniuerſitate verbali, & n. 12.*

7 *Comprehenditur in venditione, ſeu ceſſione quæ fit ex titulo vniuerſali.*

8 *Tranſit ad quoſcunque hæredes mediante titulo vniuerſali hæredis.*

9 Item

9 *Item tranſit in emptorem hæreditatis.*
10 *Vniuerſalitas non reſoluitur in ſingularitates, quando ſit venditio, ſeu ceſsio vniuerſalis reſpectu rei quæ ſub ſe vniuerſitatem continet.*
11 *Iuſpatronatus non transfertur mediante venditione, ſeu ceſsione etiam omnium bonorum iurium, & actionum verbis generalibus, & vniuerſalibus facta; ſecus quando venditio eſt vniuerſalis reſpectu rei.*

EST regnlare in venditione iuris alicuius
vniuerſalis, vt emptor non babeat, neq;
1 plus, neque minus, quàm in ipſa † vni-
uerſitate continetur, l. venditor in princ. ff. de
hæred. vel act. vend. Intelligitur enim facta
venditio eius, quod eſt in vniuerſitate eo mo-
do, quo eſt, vt dicit Bald. in l. 1. n. 1. C. de eui-
ction. Exemplum poteſt dari, quando vendi-
tur Caſtrum, & iuriſdictio, nam dicitur vendi
2 ius † vniuerſale, Bart. in l. 1. nu. 7 ff. de eden.
Bald. in l. fin ſub n. 48. verſ. item ſi vendo Ca-
ſtrum C. de edict. Diu. Adrian. tollen. idem
Bald. in Margarit. in verbo Caſtrum Gaſpar
de Velach. in l. Imperium nu. 28. ff. de iuriſd.
3 omn. iud. Vnde ſi Caſtrum † fuit venditum
cum Vaſſallis, & iure Vaſſalitio, ac omni alio
iure, quod venditori competebat quouis mo-
do ſuper dictis Vaſſallis, cenſetur venditũ hu-
iuſmodi Vaſſalitium cum omnibus iuribus ip
ſi Vaſſalitio annexis, ſiue iura huiuſmodi ten-
dant ad faciendam conditionem Vaſſallorum
deteriorem pro cõmodo, & beneficio Domini,
ſiue etiam iura huiuſmodi ſint talia, ex qui-
bus ipſorum commoditas, & vtilitas maior ap
pareret, Et vt vno verbo dicam cenſentur ven-
diti ipſi Vaſſalli, & ius Vaſſallitij cum omni-
bus ſuis oneribus, & honoribus.

Hinc etiam dicit Bald. in d. l. 1. C. de euict.
circa fin. n. 2. quod ſi res eſt in Vniuerſitate,
quoad nudam detentionem cenſetur etiam
quoad ſolam detentionem vendita. Et ita
tenuit Rota in vna Tiburtina Caſtri Sancti
Poli 15. Ianuarij 1590. coram Cardinale Pla-
to. Vbi amplius præſupponebatur ſcientia em
4 ptoris, & fuit dictum quod res † cenſebatur
vendita cum ſuis ſeruitutibus eo modo, quo
repetiebatur penès vẽditorem. Emptor enim
ſciens rem ſibi venditam eſſe obnoxiam ſerui-
tutibus, ſi vult eam liberam debet curare, vt
hoc exprimatur clarius alioquin vẽditor non
cenſetur eam vendidiſſe liberam, vt docet Sa-
licet. in d. l. 1. ſub nu. 2. C. de euiction. in illis
verbis, Quia illam rem non intelligitur vendi-
diſſe. Et hoc procedit etiam quod fuerit pro-
miſſa euictio, ex quauis cauſa tam cogitata,
quàm incogitata. Quo caſu ſcienter emens
etiam rem alienam poteſt agere de euictione
Rota deciſ. 142. n. 5. parte 2. diuerſ. Quia pro-
5 miſsio huiuſmodi non † poteſt operari ſuum ef
fectum niſi quoad ea, quæ fuerunt vendita.

Sed quæſtio eſt non contemnẽda, An in ven-
ditione, ſeu ceſsione, quæ ſit ex titulo vniuer-
ſali, ſeu verbis generalibus Iuſpatronatus etiã
comprehendatur? Etenim explorati iuris eſt
6 quod † Iuſpatronatus per ſe vendi non poteſt,
quia hoc expreſſe ius ꝓhibet c. de iure de iur.
patron. Sed in vẽditione titulo vniuerſali facta
eſt diſtinguendum. Aut enim ſit venditio Ca-
ſtri, hæreditatis, feudi aut alterius rei ſimilis
cui adhæret ipſum Iuſpatronatus, & tunc me-
7 diante † tali venditione, ſeu ceſsione quæ ſit
ex titulo vniuerſali tranſit etiam Iuſpatrona-
tus, vt poſt alios tradit Lambert. de iurepa-
tron. lib. 1. cap. 24. n. 7. & ſequ. Doct. in c. ex
litteris, vbi Abb. in prima not. & in c. cum ſe-
cundum de iurepatron. Dec. conſ. 127. nu. 1.
* & n. 3. ad medium, vbi teſtatur de * communi;
8 Et quod tranſeat ad † quoſcunqne hæredes
mediante titulo vniuerſali hæredis tradit Co-
uar. lib. 2. var. reſol. cap. 18. nu 6. Iaſ. in l. 1.
n. 71. ff. de legat. 1. vbi etiam Dec. n. 2. Tira-
quel. de primogen. q. 36. Paul. Fuſcus ſingul.
214. littera I, de communi Gig. conſ. 50. n. 3.
Io. Faber. in rubr. inſtit. de rer. diuiſ. nu. 2. Si-
9 militer, quòd tranſeat † in emptorem hæredi-
tatis, tenet idem Couar. lib. 3. var. reſolut. cap.
13. n. 3. & lib. 2. c. 18. nu. 81. Bernard. Diaz in
regul. 401. Paul. Fuſcus ſingul. 1115. littera I,
Abb. in c. qnærelam de Simon. n. 4. vbi Anan.
n. 6. & Felin. n. 3. verſ. in gloſ. in verbo non po-
ſuit Roch. de iurepatron. in verb. ipſe, vel is
n. 46. Emaunel Coſta in c. ſi pater in 2. pat. in
verbo Trebellianica num. 7. late Petr. Moy in
tract. de contr. in tit, de empt. & vendi t. n. 41.
verſ. ſed quero Paul. de Citadin de iurepatron.
q 1. n. 11. Ratio huius concluſionis eſt, quia
10 quando ſit ceſsio †, ſeu venditio vniuerſalis
reſpectu rei, quæ ſub ſe vniuerſitatem conti-
net, talis vniuerſalitas non reſoluitur in ſingu-
laritates, ad tex. in l. 1. C. de euict. Ideo nil
mirum, ſi cum ea tranſeat Iuſpatronatus, cum
de per ſe hoc caſu nõ dicatur vẽdi, ſed potius
in quamdam neceſſariam cõſequentiã rei ven
ditæ, cui adhęret, & multa in neceſſariã conſe-
quentiam permittunur fieri, quæ principaliter
prohibentur vulgata l. 1. ff. de authar. tutor.

Aut ſit venditio, ſeu ceſsio omnium bonorũ
iurium, & actionum, & tunc eſt diſtinguẽdum.
Nam ſi in dictis bonis comprehẽditur Caſtrũ
villa, hæreditas, aut tale quid vniuerſale, cui
ſit annexum Iuſpatronatus, & idem eſt dicen-
dum quod ſupra, vt per Dec. in c. Sedes n. 3. de
11 reſcript. Aut non comprehẽditur, & tunc † me-
diante vẽditione, ſeu ceſſione etiam omnium
bonorum iurium, & actionum verbis genera-
libus, & vniuerſalibus facta Iuſpatronatus nõ
transfertur, vt declarat Innocen. in d. c. ex litte
ris n. 2. quem ſequuntur Hoſtien. n. 5. verſ. ſed
quid ſiquis obligat, vel vendit Io. Andr. nu. 3.
verſ. dixit Henric. Boich. n. 3. Card. n. 4. q. 11.
Anchar. n. 10. Io. de Anan. n. 10. Bero. n. 55. de
Iurepatron. Feder. de Sen. conſ. 225. n. 2. Bald.
conſ. 32. n. 1. Mil. in repert. in verbo Patronus
Dec. in d. c. Sedes n. 7. in fin. & n. ſequen. qui
* teſtatur de * communi idem Bald. in l. fin. nu.
48. C. de edict. Diu. Adr. toll. Aym. conſ. 139.
n. 5.

Digitized by Google

num. 5. Crot. conſ. 159. n. 7. lib. 2. var. reſol. cap. 13. n. 4. Lambert. de iurepatron. lib. 1. par. 2. q. 5. princ. artic. 4. Et rationem poſt Innocen. Anchar. & alios optime aſſignat. Bald. in conſ. 1. n. 5. lib. 3. Quia quando fit ceſſio, vel alienatio vniuerſalis reſpectu verborum tãtum, tunc talis vniuerſitas ſoluitur, in ſingularitates, & nõ plus importat generalis illa expreſsio, quã enumeratio ſpecierum. ideo ſicut inspatronatus de per ſe vendi non poteſt d. c. de iure patron. ita etiam non poteſt vendi ſub iſta vni-
12 uerſitate † verbali, alias fieret fraus legi cum ille, qui nihil aliud haberet quam iuspatronatus, aut parum plus, poſſet ſub prætextu venditionis vniuerſalis omnium bonorum, ſeu iurium quomodocunque competentium, ipſum iuspatronatus vendere; Neque enim appellatio bonorũ poteſt in hoc caſu importare Vniuerſitatem, ſicut in diſpoſitione teſtamẽtaria, vt bene reſpondendo ad l. bonorum de verb. ſignif. tradit Lambert. in d. tract. de iurepatron. lib. 1. par. 2. quæſt. 10. princip. art. 3. n. 3. 4. & 5. & n. 15. Et quamuis Abb. in d. cap. ex litteris nu. 11. de iurepatron. Roch. eod. tit. in verbo ipſe, vel is. q. 23. n. 42. Rebuf. in l. bonorum la 2. ff. de verb. ſignif. Et ſignanter Dec. qui in hoc ſibi parum conſtans eſt d. conſ. 127. contrarium ſentiant; Attamen opinio Innoc.
* & aliorum quos ſupra citaui eſt magis * communis, & firmiori ratione fulcita, & illam amplexa fuit Rota apud Ant. Auguſt. deciſ. 6. in manuſcriptis relata in deciſ. diuerſ. 152. lib. 3. par. 3. dum ibi concludit in ceſſione omniũ iurium non fuiſſe comprehenſum iuspatronatus ea ratione, quia erat ceſsio generalis verbalis, quæ reſoluebatur in ſuas ſpecies, & non vniuerſalis ratione rei, prout requiritur, Idem fuit reſolutum in vna Lucana Iurispatronatus 6. Nouembris 1598. coram Litta, Vbi erant data in ſolutum omnia, & ſingula bona cum omni iure, priuilegio facultate, & prærogatiua quomodocunque, & qualitercumque ſpectante, & pertinente. Et nihilominus fuit dictum quod iuspatronatus tranſlatum non cenſebatur.

De nouatione quædam notatu non indigna enarrantur, atque explicantur. Cap. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio hodie non fit niſi expreſſe agatur, neque etiam ope exceptionis, & n. 2.*

3 *Item non fit quando ſecunda obligatio fuit facta citra præiudicium priorum iurium, ac iura iuribus addendo.*

4 *Idem eſt quando prima obligatio plus continet quam ſecunda.*

5 *Idem quãdo ſecunda obligatio fuit facta ad cautelam, & vtilitatem creditoris, maxime ſi ſit præiudicialis nouanti.*

6 *Legatum deductum in ſtipulationem in dubio non cenſetur nouatum, ſed potius nouatio interpoſita ad cautelam.*

7 *Actio priuilegiata, vt actio de dote, non nouatur etiam ſi ſtipulatio ſubſequens plus contineat, ſed potius dicitur nouatio cumulatiua, & nu. 8. & 9.*

10 *Legatum dotis non innouatur per ſubſequens inſtrumentum dotis licet inter legatum, & promiſsionem ſit diuerſitas circa modũ ſolutionis.*

11 *Nouatio prima obligationis inducta non cenſetur, ſed potius reformatio, quotieſcunque ſecunda diſpoſitio eſt cũ ſuppletione, vel diminutione,*

12 *Inducitur, quando in contrarium militant coniecturæ euidentes, & ſufficit tacita voluntas, dũmodo ſumatur ex verbis expreſſis in diſpoſitione, & ſtipulatio interceſſerit, & n. 13. & 14.*

15 *Nouatio per ſolum Chirographum ſine ſtipulatione induci non poteſt, etiam ſi quis ſe obliget in plus.*

16 *Non fit vbicunque contractus ſe inuicem compatiuntur, niſi dicatur expreſſe, præſertim ſi in poſteriori contractu apponatur clauſula præſeruatiua prioris contractus.*

17 *Nouatio dicitur facta etiam ſi id expreſſe actum non fuerit, quando contractus ſe non compatiuntur ad inuicem, dummodo ſequens contractus valeat, & n. 19.*

18 *Fideiuſſor liberatur, quãdo mutatur forma contractus niſi in nouo contractu ſit repetitus.*

20 *Proteſtatio, quòd non cenſeatur receſſum ab antiqua hipotheca, niſi quatenus ex ſecunda ſequatur ſatisfactio, quid operetur.*

21 *Proteſtatio dicitur contraria facto, quãdo totum factum deſtruit, præſertim quando factum eſt certum, & determinatum contra proteſtationẽ, ſecus quando tendit ad limitationem actus.*

22 *Proteſtatio facta in renouatione ſocietatis officij, quod quis non intendit liberare obligatos in prima, donec de ſecunda fuerit ſibi ſatisfactum, valet, etiam quòd ſecunda ſocietas ſit ſuper diuerſo officio, & proteſtatio ſit facta abſentibus obligatis in prima, & n. 23.*

24 *Præſeruatio iurium non tribuit ius de nouo, ſed ſolum conſeruat antiquum.*

SVmma eſt vtilitas ſcire quãdo Nouatio inducta cenſentur. Qua in re dicendũ eſt Nouationem hodie non † fieri niſi expreſſe aga-
1 tur, neque etiam ope exceptionis, ſecundum
* magis * communem opinionem, quam tenuit Rota apud Creſcent. deciſ. 4. de ſolut. per tex. in l. vlt. C. de nouat. & in §. præterea Inſtit.
* quib. mod. tollat. obligat. & de magis * communi, & veriori teſtatur Dec. conſ. 400. n. 1. & 2. Alex. conſ. 72. n. 8. cum ſequen. lib. 6. Socin. conſ. 21. n. 2. verſ. verũ prætatis cum ſeqq. lib. 1. Pariſ. conſ. 78. nu. 18. lib. 3. Idem Alex. cõſ. 13. & ibi Addit. lib. 2. Socin. in l. qui vſumfructum col. 4. nu. 2. ff. de verb. obligat. Doct. communiter in l. lecta ff. ſi cert. pet. plene per Iaſ. in l. ſingularia eod. tit. Etenim ad tollendas præſumptiones eſt conſtitutum, vt ſpecia-
liter

2 liter† à cōtrahentibus exprimatur, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerint, alioquin debet manere priſtina obligatio, & ſecunda ei accedere, vt dicitur in d. §. præterea ad fin. ibi, ſed cum hoc, & in d. l. vlt. ibi, ſed nihil penitus, C. de nouat. Et hoc eſt indubitatum quando ſecunda obligatio fuit fa-
3 cta citra præiudicium † iurium, ac nouationem aliquam, ſed iura iuribus addendo, vt per Grat. conſ. 126. n. 7. & 8. lib. 1. Honded. conſ.
4 40. n. 20. & ſeq. lib. 2. Et ſi prima † obligatio plus cōtineat quàm ſecunda, nouatio nunquā inducta cenſetur, cum nō præſumatur, quis velle iactare ſuum Bart. & Angel. in l. penult. n. 3. ff. de prætor. ſtipul. Bald. in l. reſcriptum §. ſi pacto n. 8. ff. de pact. Alex. in l. qui vſumfructum n. 1. vbi Iaſ. n. 6. de verb. oblig. Abb. conſ. 24 ante n. 1. verſ. hæc omnia lib. 2 Socin. Sen. cōſ. 21. nu. 8. lib. 1. Aym. conſ. 194. n. 2. Surd. conſ. 385. num. 21. lib. 3. Menoch. de præſumption. lib. 3. præſumpt. 134. n. 5.

Idē dicas quādo ſecūda obligatio fuit facta
5 ad † cautelā, & vtilitatē creditoris, quia tunc nouatio non inducitur, per tex & ibi Caſtren. in l. ſi ſtichum §. idem Celſus ff. de nouat. Rota diuerſ. deciſ. 30. n. 3. par. 2. Maxime ſi ſecunda obligatio ſit præiudicialis nouanti, eadem Rota diuerſ. deciſ. 456. n. 2. par. 1.

6 Hinc eſt, quòd legatum deductum † in ſtipulationem in dubio non videtur nouatū, ſed potius ſtipulatio interpoſita ad cautelam, vt inquit Imol. in d. l. ſi ſtichū §. 1. n. 2. ff. de nouat. Maxime ſi actio ſit priuilegiata, vt eſt actio de dote, quia tunc etiam ſi ſtipulatio ſubſequens
7 plus contineat, tamen prima actio† priuilegiata non nouatur Cuman. in l. ſi diuortio nu. 4. in fine de verb. obligat. & in l. alia n. 6. de nouat. Alex. in d. l. ſi diuortio n. 7. verſ. Vnde alia Socin. Iun. conſ. 141. n. 18. lib. 1. Sed potius di-
8 citur † nouatio cumulatiua, quā prioris actionis extinctiua, vt per Iaſ. in l. 1. n. 14. C. de Iudic. Io. Annibal. in l. ſi inſulam n. 106. de verb.
9 obligat. Et ſtipulatio operatur, vt † efficacius debeatur, non autē, quòd obligatio extinguatur, Roman. conſ. 121. col. 1. Et ita tenuit Rota in Foroliuien. legati 2. Februarij 1582. coram Bubalo, In qua fuit dictum, legatū do-
19 tis non fuiſſe † innouatum per ſubſequens inſtrumentū dotis, licet inter legatum, & promiſſionem adeſſet diuerſitas circa modū ſolutionis, quia quādo ſecunda diſpoſitio eſt cum ſupletione, vel diminutione, nō cenſetur inducta
11 nouatio primæ, ſed potius † reformatio, vt bene declarat Bald. in l. pacta nouiſſimae ſub n. 10. verſ. finaliter concluſio, C. de pact. Alciat. in d. l. ſi diuortio, prope fin. & in l. qui bis idem n. 16. & ſequen. de verbor. obligat.

Sed aduertendū eſt, quòd quamuis regulariter nouatio nō fiat, niſi expreſſe agatur; Nihilominus hæc regula fallit præcipue in duobus caſibus. Primus eſt quando in contrarium
12 militant coniecturæ † euidentes; Nam ad inducēdam nouationē ſufficit quoque tacita voluntas ex cōiecturis collecta, vt per Afflict. deciſ. 44. n. 15. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 142. n. 21. Dūmodo tamen coniecturę ſint euidentes, Alba
13 cōſ. 68. n. 5. Et ſumantur ex † verbis expreſſis in diſpoſitione, vt declarat Salic. in d. l. vlt. col. 2. C. de nouat. Sequitur Alex. d conſ. 13 col. 2. verſ. idem tenet Salicet. lib. 2. Gabr. qui alios citat in tit. de nouat. concluſ. 1. nu. 58. & 59. Et dummodo etiam ſtipulatio intercesſerit; Nam quamuis nouatio per alium etiā contractum, quam per ſtipulationem, poſſit induci, l. ſi mandato meo §. vlt. ff. mandati, tamen hoc
14 intelligitur, ſi ſtipulatio † interceſſerit, alioquin tacite, & per coniecturas non poteſt intelligi facta nouatio per alium cōtractum, quàm per ſtipulationem, Bart. in l. vbi quis, & in l. item illa, §. vlt. in fin. ff de conſt. pecun. Idē Bart. in l. 1. n. 3. & Paul. de Caſtr. n. 4. ff. de nouat. Socin. Sen. conſ. 21. nu. 9. lib. 1. & conſ. 89. n. 5. lib. 3. Honded. conſ. 40. n. 20. lib. 2. Vnde fit,
15 vt nouatio per ſolum † Chirographum ſine ſtipulatione induci non poſſit d. §. præterea, & l. 1. C. de nouat. Bald. in l. aduerſus. n. 1. de non numer. pecun. Item ſi quis ſe obliget in plus, nam ſecunda obligatio poteſt augeri citra nouationē prioris obligationis d. l. 1. ff. de nouat, & d. §. præterea Inſtit. quib. mod. tol. oblig.

Secundus caſus eſt, quando contractus ſe non compatiuntur ad inuicem, Nam licet generaliter vbicunque contractus ſe inuicē com-
16 patiuntur nunquam fiat † nouatio niſi expreſſe dicatur Dec. conſ. 11. n. 69. Maxime ſi in poſteriori cōtractu fuerit appoſita clauſula præſeruatiua prioris cōtractus, vt dixi, & not. Iaſ. in d. l. lecta n. 9 ff. ſi cert. pet. Natta conſ. 177. n. 2. Gozad. conſ. 38. n 2. cum alijs allegatis per Theſaur. in deciſ. Pedemont. 126. n. 5. Secus tamen quādo contractus ſe nō compatiun-
17 tur ad inuicem, quia tunc dicitur † facta nouatio etiam ſi id expreſſe actum non fuerit, vt per Bald. in d. l. vlt. col. 1. C. de nouat. Dec. & alios in l. pacta nouiſſima C. de pact. Put. deciſ. 290. lib. 2. & pluries fuit in Rota reſolutum, & facit idem Bald in l. ita mandatore n. 5. C. de non numer. pecun. Vbi vult quòd mutata
18 forma † contractus liberatur fideiuſſor niſi ſit repetitus in nouo contractu, & idem repetit in l. nouatione C. de fideiuſſ. quem ſequitur Socin. conſ. 62. n. 23. lib. 4. Aret. conſ. 57. col. 2. Natta conſ. 202. nu. 1.
19 Sed hoc intellige dūmodo ſequēs † cōtractus valeat, ſecus ſi ſit inefficax, & inualidus, quia tūc nunquā intelligitur diſceſſum à primo cōtractu valido, ſed agitur primeua actione, nec conſideratur incompatibilitas ſecūdi contractus enim primo l. nouatione ff. de nouat. l nouatione legitima C. de fideiuſſor. cū alijs per Surd. deciſ. 51. n. 16. vſque ad n. 20. Honded. d. conſ 40. n. 18. lib. 2. Alba. conſ. 367. n. 1. lib. 1.

Secundo intellige dūmodo in ſecundo con-
20 tractu non ſit facta proteſtatio † quod non cenſeatur receſſum ab antiqua hypotheca, niſi quatenus ea ſecuta ſatisfactio ſequatur

tur ex hac enim reſeruatione remanet ſaluum
ius prioris hypothecæ Bart. in l. ſi quis aliam
ou. 2. in fine de ſolut. Salic. in l. libera in pri-
ma oppoſit. C. de ſenten. Gozzad. conſ. 38. Nec
propterea proteſtatio eſt cōtraria facto, cū nul
la contrarietas oriatur ex præſeruatione hy-
potecæ Alexan. conſ. 130. ſub nu. 13. verſ. nec
obſtat ſi diceretur lib. 4. & tenuit Rota in vna
Senogalien. prædij 14. Nouembris 1585. co-
21 ram Bubalo, vbi tunc † proteſtatio dicitur con-
traria, quando totum factum deſtruit, præſer-
tim quando factum eſt certum, & determina-
tum contra proteſtationem, vt per Felin. in c.
cum. M. ſub n. 79. verſ. fallit ſexto, & vltimo de
conſtit. Corn. conſ. 161. n. 6. lib. 4. Secus vero,
vbi tendit ad limitationem actus, prout eſt
quando quis proteſtatur, quod ſaluæ maneant
priores hypothecæ donec ſequatur ſatisfactio,
hoc enim caſu proteſtatio præſeruatiua mul-
tum operatur, vt tradit pro cautela Veronen.
cautel. 122. Ideo in Curia praxis inoleuit, vt
22 in actu † renouationis ſocietatis officij ſibi
quis expreſſe reſeruet ius hyppothecæ, vt pro-
teſtetur nolle liberare obligatos in prima, do-
nec de ſecunda fuerit ſibi ſatisfactum, quod fie
ri poteſt l. ſi debitor §. in venditione ff. quib.
mod. pign. vel hypot. ſoluit. gloſ. in l. elegan-
ter, in verſ. pro ſoluto, & ibi Bart. n. 4. Bald. in
verſ. in eadem gloſ. & Caſtr. n. 8. ff. de pignor.
act. idem Bart. in l. ſi quis aliam n. 2. in fin. ff.
de ſolut. Alex. conſ. 390. n. 22. lib. 2. Gozzad.
conſ. 38. n. 2. & fuit reſolutum coram Cardi-
nale Pamphilio in cauſa Romana anterioritа-
tis 23. Iunij 1603. in qua fuit hoc ampliatum
23 procedere, etiam quod † ſecunda ſocietas fiat
ſuper diuerſo officio, & proteſtatio ſit facta
abſentibus obligatis in prima; cū hoc pendeat
à ſola voluntate reſeruantis, nec in aliquo læ-
24 datur ipſi obligati, quia præſeruatio † non
tribuit ius de nouo, ſed ſolum conſeruat anti-
quum l. ſi quis ita legauerit cum ibi not. ff. de
leg. 1. Dec. conſ. 516. n. 19. Aym. conſ. 29. n. 8.
Alios caſus in quibus inducitur nouatio, vi-
de per Gabriel. de nouat. concluſ. 1. & Sebaſt.
Medic. de nouat. per totū. & Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 134. qui hanc mate-
riam late tractant.

Pacto de retrouendendo cum hypotheca
quanto temporis ſpacio præſcribatur, &
an aduerſus talem præſcriptionem de-
tur reſtitutio in integrum, & intra quan
tum tempus. Cap. LVII.

SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo cum hypotheca non præ-
ſcribitur, niſi ſpacio 40. annorum.*
2 *Hypothecaria nō præſcribitur, niſi per 40. annos.*
3 *Reſtitutio ex capite iuſtæ ignorantiæ datur ad-
uerſus præſcriptionem quadragenariam, ſecun-
dū veriorem, & magis cōmunē opinionē, et n. 4.*
5 *Declara, dummodo talis reſtitutio petatur intra
quadriennium à die ſcientiæ numerandum.*

Illud præterea notādum eſt, quod in praxi
euenire ſolet. Videlicet, quòd pacto de re-
1 trouēdendo cum hypotheca nō † præſcribitur,
niſi ſpacio 40. annorū, Gabr. de præſcript. con-
cluſ. 6. num. 15. qui alios allegat, quibus addo
Gramat. conſ. conſ. 71. n. 2. Socin. Iun. cōſ. 145.
n. 62. lib. 1. de cōmuni Rol. cōſ. 25. in fine lib. 2.
Gozzad. in l. 2. n. 80. C. de pact. inter empt. &
vendit. & ibi Cagnol. n. 85. Couar. lib. 1. var. re-
ſolut. c. 9. n. 7. Boer. deciſ. 219. n. 19. Quamuis
enim hypothecaria ſit ſequela perſonalis, quæ
præſcribitur 30. annis; non tamen præſcripta
perſonali eſt præſcripta hypothecaria illi adie
cta, eodem ſcilicet temporis ſpacio, ſed requi-
2 ritur † 40. anni l. cum notiſsimi §. 2. C. de pre-
ſcript. 30. ann. vbi Salic. n. 3. Neguſan. de pi-
gnor. par. 6. membr. 2. ſub n. 5. C. de præſcript.
verſ. & iſta regola; Et ita tenuit Rota in Bo-
nonien. de Bucchis 29. Aprilis 1577. coram
fel. record. Clemente Papa 8. tunc Auditore
ex traditis per Fulgoſ. conſ. 123. & Curt. Iun.
conſ. 164. ſub nu. 33. verſ. quod etiam ex alio
comprobatur.

Sciendum tamen eſt, quod aduerſus talem
præſcriptionem datur reſtitutio quemadmo-
dum ex facto ipſe obtinui. Nam cum N. ven-
ditor. & cui fuerat factum pactum de retrouen
dendo cum hypotheca obijſſet ante 40. annos,
& ſic diu ante completam præſcriptionē, cum
pactum fuiſſet factum de anno 1560. & ipſe
obijſſet de anno 1591. reſultabat, quod præ-
ſcriptio eſſet completa contra eius heredes in
quibus præſumebatur ignorātia l. qui heredes
alterius ff. de reg. iur. Vnde dicebā quod ex ca
3 pite iuſtæ † ignorantiæ dicti hæredes debebāt
reſtitui, quia ex tali capite maiores etiā reſti-
tuuntur l. 2. §. fin. ff. ex quib. cau. maior. l. 1. §.
ſi quis autem ff. de itin. actuq; priuat. vbi Bart.
gloſ. in l. ſi partem §. 1. quib. mod. ſer. amit. de
* communi * Iaſ. in l. 2. n. 185. C. de iure emphyt.
Balb. de præſcript. 4. par. 4. par. princip. q. 29.
late Socin. Iun. cōſ. 129. n. 137. lib. 1. vbi reſpon
det contrarijs, cum alijs cumulatis per Iiber.
Decian. conſ. 108. n. 23. lib. 3. Mohed. deciſ. 13.

Et licet Dec. cōſ. 29. poſt alios quos allegat
velit, quod aduerſus præſcriptionem 40. anno-
rum non detur reſtitutio, contraria tamen opi
4 nio † eſt verior, & cōmunior Roman. conſ. 149.
& conſ. 160. de communi Alex. conſ. 169. n. 15.
lib. 2. & conſ. 71. n. 3. & conſ. 84. n. 3. lib. 2. Dec.
* conſ. 36. n. 9 Et magis * communem, & ita iu-
dicatum dicit Pariſ. conſ. 66. n. 117. lib. 3. Fe-
lin. in c. vigilanti col. 2. de præſcript. Boer. de-
ciſ 39. n. 6. Ruin. cōſ. 26. in fin. lib. 1. Crauet. de
antiquit. tempor. 4. par. §. materia iſta n. 54. Ca
gnol. in d. l. 2. n. 88. Pedemont. deciſ. 69. n. 16.
qui alios allegat Mohed. d. deciſ. 13. Afflict. qui
de communi teſtatur deciſ. 37. & 329.

Declara tamen, nā licet aduerſus præſcrip-
tionem

tionem quadragennariam detur reſtitutio, id nihilominus procedit quando intra quadrien
5 nium † petitur, quod tamen quadrienniũ eſt vtile à principio, ideo ſi quis ſtaret per centũ annos, quod ignoraret ius ſuũ, poteſt etiã poſt cẽtum annos petere reſtitutionem Alex. conſ. 89.n.10.lib.2.Dec.cõſ.36.n.9.& conſ.42.in fine, late Socin.Inn.cõſ.128.n.168.lib.1.Cardin. in clement.1.q.25. de in integr. reſtit.Abb. in c.1. in fine de præſcript.Grat.conſ.143.in principip.lib.2. Boer. d.deciſ.39.n.4.Capic.deciſ.4. n.25. Crauet.de antiquit. tempor.4.par.§.materia iſta n.45. Tiraquel.de retract.lign.§.35. gloſ.4.n.43.Et in terminis, quod nõ obſtet lapſus 100. annorũ Pazon.in addit. ad deciſ. 2. de reſtit.in integr.in . . . & tenuit Rota apud Peregr.deciſ.48.lib.2. incipien.coram Fabio, quę decidit vtrumq; caput, & dari reſtitutionẽ aduerſus quadragennariam, & quadriennium durare etiam per centum annos data ignorantia, quia eſt vtile à principio, & ſequitur opinionem Balb. in præallegata quæſt.29. in fine quam etiam veriorem dicit Oddus de reſtit. in integr. quæſt.90. art. 6.

Fratres quãdo ſuccedant in fęudo, & quando ab eo excludantur. Cap. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *In fæudo nouo data forma inueſtituræ pro te, & hæredibus ex tuo corpore, frater non ſuccedit fratri, ſecus in antiquo, vel quando inueſtitura dicit tibi, & hæredibus, & n. 2.*

3 *Pater renuncians fæudum in manibus Domini ſimpliciter, vel omnino, vel illud donans filio, vt ſit fæudum nouum, amplius non ſuccedit.*

4 *Primogenitus, qui ſolus debet ſuccedere in fæudo, conſentiens quòd inueſtitura fiat omnibus fratribus, ſibi, & ſucceſſoribus præiudicat.*

5 *Item ſibi præiudicat in totum conſentiendo inueſtiri ſecundo genitum.*

6 *De iure communi fæudorum omnes filij æqualiter ſuccedunt.*

7 *Conſenſus primogeniti in viuentibus iure Francorum nedum ipſi primogenito, ſed alijs agnatis præiudicat.*

8 *Habens fæudum ex pacto, & prouidentia de iure communi fæudorum non poteſt præiudicare agnatis viuentibus, vel inde conceptis, ſed tantum naſcituris.*

9 *Fratres poſſunt conſentire, quòd fæudum, quod ad omnes æqualiter pertinet, ſoli fratri primogenito relinquatur.*

IN Fæudo nouo data forma inueſtituræ Pro te, & hæredibus ex tuo corpore, prout fit
1 communiter in Regno Neapolis, frater † non ſuccedit fratri, quia non eſt ex corpore, vt per Andr. in conſtit. vt de ſucceſſionibus col. 2. Secus eſt in antiquo, quia frater viuens reperitur deſcendere ex corpore primi acquirentis, vt declarat ibi Andr. in ſequenti col. verſ. prædicta vero forma, & melius col.fin. verſ in acquiſitis ex largitate. Si autem forma eſſet,
2 Tibi † & hæredibus, tunc frater ſuccederet fratri. idem Andr. in c.1.§.& filius col.3.verſ.Et ſic non obſtat lex Imperatoris Lotharij:

Sed dubiũ fuit in facto: Pater quæſiuit fæudũ pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore; Poſtea donauit filio cum conſenſu Domini, & cum clauſula ſimiliter Pro hæredibus ex ſuo corpore: Deceſsit filius: Quæſitum fuit, Vtrum pater, vel eo mortuo alij fratres ſuccederent?

Pro negatiua adducebatur, quòd non erant ex corpore, & donatarius erat primus acquirens, & ſic erat fæudum nouum, & pater in nouo non ſuccedit, vt per Andr.in d.c.1.§. & filius fratris col.3. verſ.item pater, & in d.conſtit.vt de ſucceſsionibus col. 4. in princip.

Ego vero diſtinguebã; Quòd Aut pater donauerat fæudũ filio, & ſic, vt filius haberet ipſum, & Dominus donationi cõſenſerat, & tunc quia nõ dicebatur omnimoda refutatio, pater ſuccedebat, & fratres etiam ſuccedebant; Aut
3 pater † renunciauerat in manibus Domini ſimpliciter, vel omnino, & ſic, vt Dominus ſuccederet ad ſui libitũ, vel donauerat filio, vt eſſet fæudum nouum, & tunc pater, & fratres excludebantur; allegabam doctrinam Andr. in c. 1. col.4.de nat.ſucceſſ.fæud.& in c.in princip. de vaſſ.decrepit. ætat.nam, vt ipſe dicit, quando eſt refutatum, vt detur filio, remanet paternũ, prout etiam firmat in d.§. & filius fratris col. 3.in fine, Et conſuluit Bald. conſ.82. col.2. & conſ.118. ad euidentiam lib. 1.

Subſequẽter quęritur, Si Primogenitus, qui ſolus debebat ſuccedere cõſenſit, quòd inueſtitura fieret omnibus fratribus, Vtrum fratres ſuccedant, ita vt primogenitus ſibi, & ſucceſſo-
4 ribus præiudicauerit? Et affirmatiue † eſt reſoluendum, Quia ſicut in totum præiudicat ſibi
5 conſentiendo † inueſtiri ſecundo genitum, vt voluit Bald. in cap.1. §. præterea in fin. quib. mod.fæud.ammittat.& Mart.Lauden.in tract. de primogenit.col.7. Multo magis ſibi præiudicat in parte, patiendo ſecundo genitum vna ſecum inueſtiri; maximè cum per hoc fiat redditus ad primæuam naturam fæudi inſpecto
6 iure † cõmuni fæudorum, quo omnes filij æqualiter ſuccedunt, & res de facili reuertitur ad ſuam naturam, l. ſi vnus §.pactus ff.de pact.Et ſine dubio hoc tenẽdum eſt, vbi viuitur ſecundum ius Francorũ, quia conſenſus primogeni-
7 ti † in viuentibus iure Francorum, nedum ipſi primogenito, ſed alijs agnatis præiudicat, vt not. Andr.in c.1.§.hoc quoque de ſucceſ.fęud. etiam ſi dicti Agnati viuerent; In viuentibus
8 autem † iure Longobardo, vel iure communi fæudorum, quamuis habens fæudum ex pacto, & prouidentia non poſſit præiudicare agnatis viuẽtibus, vel inde conceptis; tamen naſcituris bene poteſt præiudicare, vt dicit Andr.in d.§. hoc quoque, & in c.1. de alien. fæud.pater, & in c.1.an agnat.in c.1.qui ſuccedere teneãtur

in c.1.§.quid ergo de inueſtit.de re alien.fact.
& in c. 1. de eo,qui finem fec. agnat. Et facit
quod voluit Bald. in l.Imperialem col.5. verſ.
Verum pater de prohib. alien. per Feder. qui
9 dicit quod † poſſunt fratres conſentire, quod
fęudum,quod ad omnes æqualiter pertinebat
ſoli fratri primogenito relinquatur.

Ex diuiſione fæudi inter fratres nunquid natura fæudi alteretur, & ibidem quæſtio facti deciſa. Cap. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Faudum ex diuiſione facta inter fratres de ipſo fæudo non alteratur,ſed retinet naturam ſuam formalem.*

2 *Refutans faudum in fauorem vnius ex fratribus,ſi refutatio non eſt omnimoda,& realis deficiente linea illius,cui facta eſt refutatio ſemper ſuccedit, etiam ſi per modum renunciationis refutatio ſit facta,& in diuiſione adſit promiſſio de euictione, & renunciatio omnis iuris quod habet renuncians, vel habere ſperat, & num.5.6. & 12.*

3 *Clauſula in refutatione fæudi adiecta quod refutat illi, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis intelligitur de liberis non de extraneis.*

4 *Extranei in materia faudali hæredum appellatione non continentur, ſed tantum filij.*

7 *Refutans fæudum ad illud amplius non admittitur,ſi refutatio fuit limitata, & is cui facta eſt de faudo diſpoſuerit.*

8 *Item non admittitur ſi fæudum fuit refutatum in manibus Domini, & Dominus inueſtiuit alium tanquam de fæudo nouo.*

9 *Idem eſt quando refutatio fuit facta pure,& libere,quia cenſetur omnimoda, & realis.*

10 *Refutatio fæudi quando dicatur realis, & quando perſonalis.*

11 *Faudum non tranſit ad alias lineas durante linea illius,cui ipſum faudũ obtigit in diuiſione.*

13 *Renunciatio, ſeu refutatio faudi in dubio cenſetur perſonalis,non autem realis.*

14 *Cenſetur facta tantum in fauorem illorum, qui ſunt expreſſi, & quorum intuitu fuit facta.*

15 *Faudum aperitur ſolum ad fauorem eius qui illud refutauit in ſecunda diuiſione,& illo prędefuncto ad fauorem eius deſcendentium excluſis alijs fratribus ſecundum Ruinum, cuius tamen opinio reprobatur, infra n.20.*

16 *Refutatio,ſeu renunciatio faudi quando eſt perſonalis non excludit ſucceſſionem aliorum in inueſtitura comprehenſorum,in euentum quod ille, cui fauoum in diuiſione obtigit moriatur ſine filijs.*

17 *Fideicommiſſum purificatur ad fauorem omniũ fratrum, non autem illius tantum,qui permutauit partem ſuam.*

18 *Alienatio faudi facta per primogenitum in ſecundogenitum, qui non habet filios ſuſtinetur ſine Domini conſenſu, quia non poteſt dici facta in fraudem.*

19 *Conſenſus agnatorum in alienatione fæudi ſolũ requiritur,quando alienatio fit in remotionem non autem ſi fiat in æque proximum.*

APud omnes exploratũ eſt,quod ſi fiat di-
uiſio Fæudi inter fratres,fæudum ex tali
1 diuiſione non alteratur,ſed retinet † naturam
ſuam formalem c.2. de prohib.&c. vbi Aluar.
col.2.Hinc eſt quod per diuiſionẽ factam inter
fratres de fæudo paterno, etiã cum refutatio-
2 ne partis fæudi,non excluditur à † ſucceſſione
refutans, quãdo is,cui obuenit fæudũ deceſſit
ſine hærede apto ad ſucceſsionem fæudi,vt eſt
gloſ.quã Doct.cõmuniter ſequuntur in c.1.§.
fin.tit.de conſtit. Domini Lotharij,& in c.1.&
ibi Aluar.in penult.not.de eo q̃ finẽ fec.agnat.
Et ſi in refutatione adſit clauſula, q̃ refutat
illi,& hæredibus,& ſucceſſoribus ſuis intelligi
3 tur † de liberis non de extraneis; Nã in fæuda-
4 libus appellatione hæredum veniunt † filij non
extranei iuxta plene notata in l.ex facto §.fin.
ff.ad trebellian.Et hoc procedit etiã ſi per mo
5 dum † renunciationis fiat trãſlatio Bald.& Al-
uar.in c.fin.ſi de fæud.fuer.controuerſ. Jacob.
de S.Georgio de fæud.in verbo,Et vnus ex di-
ctis Vaſſallis in 2.& 3.col.qui ſubdit,quod etiã
ſi in diuiſione adſit promiſsio de euictione,&
6 renũciatio † omnis iuris quod habet renunciãs
vel habere ſperat,vel poteſt,adhuc non exclu-
ditur ius ſucceſſionis adueniẽte caſu quo alius
ſine deſcẽdentibus moriãtur,p̱ rationẽ de qua
in d.c.1.de eo qui fin.fec.agnat.& in d.c.fin.ſi
de fęud.fuer.cõtrou.Videlicet,q̃a renunciatio
eſt perſonalis, & intelligitur facta contẽplatio
ne fratris,& ſuorũ deſcendentiũ non alterius.
7 Eſt bene verum quod ſi in † caſu in quo re-
futatio eſt limitata is cui facta eſt, diſpoſue-
rit de fæudo, refutans non admittitur, quia
cum ceſſet limitatio ceſſat etiã diſpoſitio,quæ
ad eum modum fuit reſtricta, vt eſt tex. in d.
cap.1.de eo qui fin.fec. agnat. Ideo namque
ibi admittitur is, qui renunciauerat, quia ille
cui facta fuerat renunciatio pro ſe,& hæredi-
bus, & quibus daret, deceſſerat ſine hæredi-
bus, nec de fæudo in aliquem diſpoſuerat,
quod ſi diſpoſuiſſet fatentur omnes, eum, qui
renunciauerat omnino electum fore, ita ex-
preſſe tradit Bald. ibi num.2. & nemo eſt, qui
8 diſſentiat, Idem eſt ſi fæudum fuerit † refuta-
tum in manibus Domini, & Dominus inueſti-
uit alium tanquam de fæudo nouo, quia tunc
refutatio dicitur realis,& refutans,& ſui ſub-
mouentur ab omni ſpe ſucceſsionis in dicto
fæudo, vt declarat tex. in terminis, & ibi
Doct. omnes in d. cap. 1. de eo, qui fin. fec.
Alexan. conſ. 13. num.4. lib.5. Tiraquel. de
primogen. quæſt. 86. num. 7. Ruin. conſ. 1.
num. 18.& 20. lib.1. Similiter ſi refutatio fuit
9 facta † pure,& libere,hoc verbum libere opera-
tur,quod non reuertatur ad refutantem Dec.
conſ.1.n.21.cũ refutatio cenſeatur omnimoda
& realis:Quia,vt inquit Thom.Marin.de fęud.
ti. de fæud. hæredit. antiq. ſeu patern. nu.32.
mihi

mihi fol. 95. dicitur realis, quando non eſt li-
10 mitata † ad certum genus perſonarum, & eſt
perſonalis quando eſt dictum Refecto tibi, &
cui dederis, nam eo mortuo ſi nulli dedit po-
teſt refutans, & ſui ſuccedere.

Sed quæſtio hic exoritur non contemnenda
Titius acquiſiuit fæudum pro ſe, & ſuis deſcen
dentibus in infinitum, & deinde obijt relictis
Sempronio, Meuio, & Gaio eius filijs, qui bo
na paterna diuiſerunt, & in huiuſmodi diui-
ſione dictum fæudum obuenit in portionem
Meuij: Deinde dicti Meuius, & Sempronius,
qui tunc temporis nullos habebant filios re-
communicauerunt dictas ſuas portiones, & il-
linc ad certum tempus denuo diuiſerunt eo-
rum bona, in qua diuiſione dictum fæudum
obtigit in partem Sempronij, qui obijt ſine fi-
lijs, quo caſu filius Meuij prætendit per defe-
ctum lineæ Sempronij fuiſſe apertum fæudum
ſolum ad eius fauorem, & non ad fauorem
Gaij eius patrui, & fratris Sempronij. Ideo
quæritur, An per communicationem bonorũ
factam inter Sempronium, & Meuium, & diui-
ſionem inter eos ſequutam, fæudũ quod prius
in prima diuiſione facta inter omnes fratres
obuenerat in portionem Meuij transierit in
portionem Sempronij, cum eadem conditione,
& natura, quæ erat penes Meuium; ita vt fæu-
dum prædictum ob defectum lineæ Sempronij
debeat etiam aperiri ad fauorem Gaij, qui in-
teruenit in dicta prima diuiſione, vel potius
pendeat à duratione lineæ Meuij?

Et quidem, quod iſtud fæudum pẽdeat ſolũ
à duratione lineæ Meuij in eo probari videtur,
11 Quia vbi fæudum † in diuiſione obuenit in por
tionem vnius ex fratribus quouſque durat il-
lius linea nunquam tranſit ad alias lineas. c.
1. §. dũmodo ſcias de nat. ſucceſ. fæud. Socin.
conſ. 86. n. 13. in fine lib. 3. Corn. conſ. 24. n. 10.
verſ. & licet lib. 2. Natta conſ. 22. n. 1. lib. 1.

12 Secundo facit alia concluſio, quod ſi ille † in
cuius portionem fæudũ obuenit fecerit refu-
tationem in fauorẽ vnius ex fratribus, dũmo-
do non ſit omnimoda, & realis, deficiẽte linea
illius cui facta eſt refutatio ſemper ſuccedit il
le, qui refutauit, & eius deſcendentes, vt habe-
tur in d. c. 1. vbi Bald. & alij de eo, qui fin. fec.
Hinc autem non poteſt dici omnimoda renun
ciatio, ſed perſonalis, quia fit contemplatione
certæ perſonæ Bald. in c. 1. §. Titius cũ Sempro
nio n. 2. ſi de fæud. fuer. contron. Iacob. de San-
cto Georg. de fæud. §. & vnus ex dictis Vaſſal-
lis n. 5. in fine; Nec enim per cõmunicationẽ,
& ſecundã diuiſionem poteſt dici, quod fuerit
facta omnimoda renunciatio, quia ſumus in
13 ſimplici cõmunicatione, & diuiſione, quæ † in
dubio cenſetur perſonalis, nõ autẽ realis quid-
quid dixerit Afflict. in c. 1. n. 3. de eo qui fin.
fec. agnat. quam ex multis allegatis reprobat
Gabr. conſ. 89. n. 9. lib. 1. & tradunt Doct. in l.
qui Romæ §. duo fratres, & præſertim Aret.
col. fin. & Ripa num. 88. Vbi dicunt quod re-
14 nunciatio † cenſetur facta tantum in fauorem
illorum, qui sũt expreſſi, & quorũ intuitu fuit
facta renunciatio, Et hanc partem quod fæu-
15 dũ aperiatur ſolum ad fauorẽ eius qui † illud
refutauit in ſecũda diuiſione, & illo prædefun-
cto ad fauorem eius deſcendentium excluſis
alijs fratribus in ſpecie defendit Ruin, cõſ. 11.
n. 4. in fine cum ſequen. & nu. 7. & 8. lib. 1.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium
eſt reſoluendum. Quandoquidem nulla ex iſtis
diuiſionibus fuit abſoluta, & totalis, vt dicunt
fæudiſtæ, ſed quodãmodo perſonalis, quæ non
16 excludit † ſucceſſionem aliorum in Inueſtitu-
ra comprehenſorum in euentum, quod ille cui
fæudum in diuiſione obtigit moriatur ſine fi-
lijs iuxta terminos d. c. 1. de eo, qui fin. fec. Vn
de infertur quod Gaius frater alteri fratri, qui
ſine filijs cum fæudo deceſſit æqualiter cum
filio Meuij ſuccedat, quia cõmunicatio bonorũ
facta inter ipſum Meuiũ, & Sempronium non
poteſt tollere hoc ius ſuccedendi, quod eſt apud
omnes, & illud coarctare, vt remaneat penes
duos tãtum: Alioquin ſi per talem cõmunica-
tionem vno ex fratribus decedente ſine filijs
alius, vel eius filius cæteris excluſis vellet ſuc
cedere fraudarẽtur alij fratres, quod eſt abſur
dum. Igitur ſi nullum ius in ſucceſſione quæ-
ritur de nouo ex cõmunicatione, nullum quoq;
nouum ius quæritur ex noua diuiſione: Nam
iſta eſt quædam partium cõmutatio, quæ ſub-
iacet incerto euentui, veluti in fideicommiſſo
17 ſi diuiſis † inter fratres bonis aliqua ſubiecta
fideicommiſſo eſſent aſsignata vni, qui poſtea
partem ſuã permutaret cum alia alterius fra-
tris ex pluribus, & ille alter obiret ſine filijs,
hoc enim caſu purificaretur fideicõmiſſum ad
fauorem omnium, non autẽ illius tantum, qui
permutauit; Et ratio huius rei eſt eadẽ de qua
ſupra, quia ſi per hãc permutationem ſiue di-
uiſionem quæreretur maius ius in iſto fæudo
facile fieret fraus in damnum cæterorum fra-
trum, quia fæudũ, quod ex ſui natura deuolue
retur ad omnes, reſtringeretur ad duos tãtũ.

Præterea accedit, quia ſi hoc caſu fæudum
penderet à duratione lineæ Meuij ſequeretur,
quod dicta linea extincta Gaius frater, aut e-
ius filij poſſent ſuccedere durante etiam linea
Sempronij, quod tamen non eſt verum; Nã di-
ctum fæudum fuit tranſlatum in Sempronium
cum eadem conditione, & natura, quæ erant
penes Meuium, Videlicet quod eſſet permãſu-
rum in eius linea etiam extincta linea ipſius
Meuij. Quod potuit fieri etiã ſine conſenſu al-
terius fratris, quia ipſius non intererat fæudũ
eſſe magis penes Meuium, quam penes Sem-
pronium, quãdoquidem ſpes deuolutionis ad
ipſum, & eius deſcendentes pẽdebat à futuro
euentu, in quo nulla ſubeſt ratio, quæ ſuadeat
prius lineã Meuij deficere debuiſſe quã lineã
Sempronij; Præſertim cum tẽpore dictæ trãſla
tionis nullus ex dictis fratribus haberet filios.
Hoc. n. caſu quẽadmodũ alienatio fæudi facta
18 p † primogenitũ in ſecũdo genitũ, qui nõ habet
filios ſuſtinetur ſine conſenſu Domini, quia nõ

poteſt videri facta in fraudem, vt poſt Andr. defendit Afflict. in tit. de prohib. alien. feud. p Feder. verſ. Tertio not. n. 12. Ita quoq; valere debet hæc refutatio facta Sempronio de fæudo duraturo in eius linea etiam extincta linea Meuij, cum militet eadem ratio l. illud ff. ad leg. Aquil. Et quia ſpes redeundi ad dictum fæudum remanet eiuſdem qualitatis, & ſubijcitur eidem fortunæ in qua fuiſſet, ſi fæudum penes Meuium remanſiſſet, propterea conſenſus alterius fratris in dicta tranſlatione non erat neceſſarius, quia de iure agnatorum con-
19 ſenſus † requiritur tantum, quando alienatio fit in remotiorem, non autem ſi fiat in æque proximum, vt hic, nam iſta non dicitur proprie alienatio, ſed refutatio, vt eſt tex. in cap. 1. de alien. fæud. patern. vbi Afflict. num. 33. Alex. conſ. 30. nu. 2. lib. 6. Clar. in §. fæudum. q. 42. verſ. hoc præmiſſo.

Non obſtat illa prima concluſio in contrariũ deducta, quod durante linea illius, cui fæudum obtigit in diuiſione non fiat tranſitus ad alias lineas, Quia hæc concluſio non applicatur huic caſui, in quo fæudum non remanſit penes Meuium, ſed fuit tranſlatum in Sempronium duraturum in eius linea etiam extincta linea Meuij, quo caſu ſibi imputari debet Meuius, quod maluit aliam portionẽ quam eam, quæ ſibi in priori diuiſione obuenerat, Nec enim hoc in caſu præiudicium filiorum eſt conſiderabile, quia euentuale, & incertum, nam erat incertũ, an Meuius cum filijs, & Sempronius ſine filijs eſſet deceſſurus; Et cum hæreditatis paternę ſuam integram portionem habeat Meuius, & eius hæredes, non eſt æquitati conſonum, vt portio alterius fratris tota ad eũ, aut eius filios deuoluatur excluſo alio fratre in eodem gradu exiſtente.

Non etiam obſtat ſecunda concluſio deſumpta ex tex. in d. cap. 1. de eo, qui fin. fec. &c. quia ibi non cadit inæqualitas, de qua in caſu iſto, immo potius æqualitas, nam diuiditur æquis portionibus inter eum, qui refutauit, & eum qui non refutauit, nec reuertitur ad Dominum, vt ibi in gloſ.

Nec facit Ruin in allegato conſ. 11. lib. 1. quia ſe fundat in communicatione bonorum facta inter aliquos fratres poſt primam diui-
20 ſionem, quod fundamentũ † non ſubſiſtit, nam ex eo reſultat, quod per conuentionem, & communicationẽ potuerint præiudicare iuri aliorum fratrũ bona ſua non cõmunicantiũ, quod eſſe abſurdũ ſupra demonſtrauimus: Ideo totum conſilium Ruini, circa hanc concluſionẽ nõ videtur verum, neque aliquid allegat quod probet ſuam ſententiam, niſi in diuerſo caſu.

Concludo igitur communicationem, & nouam diuiſionem factam inter Meuium, & Sempronium non immutaſſe ordinem ſuccedendi, neque ſucceſsionem coarctaſſe, vt remaneret penes dictos duos fratres, & eorum liberos altero ſine filijs decedente, & in præiudiciũ alterius fratris qui in prima diuiſione interuenit.

Emens rem fæudalem ſine Domini conſenſu, quando prætium poſſit repetere. Cap. LX.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem feudalem ſine Domini conſenſu ſi fuit in bona fide pratiũ ſolutum poteſt repetere, vel agere ad intereſſe actione ex empto quãuis contractus ſit nullus. & n. 2.*

3 *Emẽs ſcienter feudũ ſine Domini conſenſu prætium ſolutum non poteſt repetere, ſed illud perdit quamuis ſibi expreſſe de euictione proſpexerit, & n. 5.*

4 *Alienans feudum ſine conſenſu Domini, licet ex iure ſpeciali Regni Neapolis illud non perdat, ſed iure proprio reuocet tamen amittit pretiũ.*

6 *Scriba ſeu Notarius conſcribens cõtractum alienationis feudi ſine conſenſu Domini amiſſione manus punitur.*

ALiquoties accidit, vt aliquis emat rẽ feudalem ſine Domini conſenſu, & ſic nulliter. Vnde quæritur an prætium à vẽditore poſſit repetere? Et pro reſolutione ſic eſt diſtinguẽdum, Aut emptor fuit in bona fide, & poteſt
1 prætium † repetere quamuis fæudũ ſit ad Dominũ reuerſum l. Imperialẽ in princip. de prohib. alien. per Feder. Et quãuis etiam conuenerit, quod non ageretur de euictione gloſ. in loco præcitato per l. ex empto in fin. ff. de act. empt. ſequitur Aluar. ibidem col. 3. verſ. quæro ſubſequẽter, Vel poteſt agere ad intereſſe actione ex empto l. empti actio C. de euict. l. ex empto §. is, qui ff. de act. empt. l. ſed celſus §. 1. ff. de
2 cõtrahen. empt. tametſi contractus ſit † nullus, quia ſufficit, quod teneat in præiudicium alienantis, vt probatur in dictis iuribus, & tradit Aluar. vbi ſupra verſ. quæro Curt. de fæud. 4. par. verſ. vigeſimonono Alex. conſ. 109 col. 2.
3 lib. 4. Aut vero ſcienter emit fæudũ † ſine conſenſu Domini, & hoc caſu non poteſt prætium repetere, ſed illud perdit per tex. in d. l. Imperialẽ in princ. & ibi Aluar. poſt gloſ. in vlt. not. Andr. in c. 1. §. itẽ ſi fratrẽ verſ. poſtquã quib. mod. fæud. amittat. Et iſtud obtinet etiã in Regno Neapolitano, nõ obſtante iure ſpeciali il-
4 lius Regni, quod † alienans fæudũ ſine conſenſu Domini illud non perdat, ſed iure proprio reuocet iuxta conſtit. Diuæ memoriæ: Quia licet ius commune loquens de amiſſione fæudi in hoc ſit correctũ, non tamen immutatur quo ad ammiſsionẽ prætij Andr. in d. conſtit. col. 3. & in d. l. Imperialem in princ. alias in §. inſuper, & in c. 1. §. ſed res col. 1. per quos fiat inueſtit. & in c. 1. §. ſi vero de prohib. alien. per
5 Lothar. Idem eſt quamuis emptor † malæ fidei expreſſe ſibi de euictione proſpexerit, quia adhuc prætium non repetit ad hoc, vt aliquã pœnã patiatur ex ſuo delicto gloſ. in d. l. Imperialẽ in princ. in gloſ. fin. Nec obſtat l. ſi fundũ C. de euict. quoniã loquitur de re aliena in qua

non

Digitized by Google

nõ adeſt prohibitio alienationis, ſed eſt de ſui
natura alienabilis l.rem.ff.de cõtrahen.empt.
Hic vero loquimur de re expreſſe prohibita
alienari, in qua emptor malæ fidei plus pecca-
6 nit, quia etiam ſcribentes † talem contractum
puniuntur amiſſione manus, vt in d.l.Imperia-
lem.§.ſcriba, & ibi gloſ.cum qua pertranſeunt
Doct. & Aluar.ibi in verſ.28. Et emptor malæ
fidei nulla cautela poteſt iuuari, vt habeat vẽ-
ditorem obligatum Andr.in c.1.§.ſi quis verò
de prohib.alien.per Lothar.in d.l.Imperialem
in princ.alias in §.Imperator, & eſt tex.de quo
per Aluar.in c.1.in princip. ſecundæ oppoſ. de
inueſt.de re alien.fact.

Impoſitio cenſus ſuper re ſubiecta fidei-commiſſo, & expreſſe alienari prohibita, an ſit ipſo iure nulla, & nunquid poſt relaxationem mandati pro reſtitutione ſortis principalis, cenſus duret, vel potius ſtatim reſoluatur, itaut fructus amplius non currant. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitio ſuper re expreſſe alienari prohibita ab initio valet.*
2 *Venditor cenſus non tenetur preciſè dominium rei in emptorem transferre, ſed tantum ad intereſſe, & n.6.*
3 *Dominium per venditionem non transfertur ſed traditione.*
4 *Prohibitio alienationis expreſſa actum in contrarium factũ reddit ipſo iure nullum à principio, non autem tacita.*
5 *Cenſus impoſitio valet in præiudicium venditoris ſcientis prædium eſſe ſubiectum fideicommiſſo, & expreſſe alienari prohibitum, non autem in præiudicium emptoris talem notitiam non habentis.*
7 *Fructus cenſus emptori debentur etiam poſt relaxationem mandati pro reſtitutione ſortis principalis, quando talis relaxatio ſit ad effectum deponendi ipſam ſortem, donec venditor doceat bona eſſe libera, vel adimpleat promiſſa in inſtrumento.*
8 *Idem eſt, quamuis mandatum fuerit relaxatum ad effectum conſignandi ſortem ipſi emptori, donec ea in effectu reſtituatur, reiecta deciſione olim facta coram Cardinale Pamphilio.*
9 *Amplia, vt fructus cenſus currant vſque ad reſtitutionem ſortis principalis, etiam quãdo ſors fuit ſequeſtrata in manibus venditoris.*
10 *Cenſus parte inuita, non poteſt extingui pro parte.*

QVidam impoſuit cẽſum ſuper predio, cũ
narratiua, quòd erat ſuum liberum, &
nulli alij ceſſum, pignoratum, ſeu quomodoli-
bet obligatum, & promiſit facere conſentire
omnem perſonam ius habentem, ſeu quomo-
dolibet habere prætendentem: Cum autem
emptor cõperiiſſet huiuſmodi prædiũ eſſe ſu-
biectum fideicommiſſo cum expreſſa prohibi-
tione alienationis, egit ad repetitionem ſortis
principalis, quæ propterea ſibi debebatur loco
damnorum, & intereſſe iuxta deciſ.Rotæ 586.
par.1.diuerſ. Et contra venditorem obtinuit
mãdatum exequutiuum; Igitur de duobus du-
bitari contingit: Et primo an huiuſmodi cen-
ſus potuerit valide conſtitui ſuper dicto præ-
dio ſubiecto fideicommiſſo, vel potius fuerit
ab initio nullus ipſo iure, propter expreſſam
prohibitionem alienationis? Secundo, an poſt
relaxationem dicti mandati, cenſus adhuc du-
ret, vel ſtatim fuerit reſolutus, itaut fructus
amplius non currant?

Quod attinet ad Primum dubium, dicendũ
1 eſt impoſitionem cenſus fuiſſe ab † initio va-
lidam, non obſtante dicto fideicommiſſo, &
prohibitione alienationis; Nam ſi inſpiciamus
naturam huius contractus non tenetur, præci-
sè venditor dominium rei in emptorem tranſ-
2 ferre, ſed tantum ad † intereſſe tenetur, l.con-
tractus.C.de fid.inſtrum. Neque enim per vẽ-
3 ditionem transfertur dominium † ſed tradi-
tione l.qui tibi.C.de his qui à non dom.man.
ſunt. Vnde cum fuerit prohibita alienatio, hæc
prohibitio nõ expreſſe reſiſtit ipſi venditioni,
ſed ſolum alienationi, ideſt, vt inquit Bart. in
l.cum lex n.1.ff.de fideiuſſor. translationi do-
minij, quæ quidem translatio in contractu cẽ-
ſus præcisè non interuenit. Et licet in quam-
dam conſequentiam cenſeatur prohibita ven-
ditio, quia per eã deueniri poteſt ad id quod
prohibitum eſt; tamẽ ea prohibitio eſt tacita.
vt inquit idẽ Bart.vbi ſupra ſub n. 10. Et pro-
4 hibitio expreſſa eſt illa † quæ reddit actum
ipſo iure nullum à principio non autem taci-
ta l.fin §.fin.C.commun.de leg. Et ideo Doct.
in l.filius familias §.Diui de leg.2.agentes de
hac prohibitione caute loquuti ſunt dicentes
alienationem nullam non autem venditionem
Bart.ibidem n.6.Caſtren.n.7.Ripa n.48.& ce-
teri. Cum igitur prohibitio reſpiciat effectum
alienationis ex contractu reſultãtem, ſequitur
quod in cæteris ſubſtineatur contractus ex ſui
propria natura, quæ, vt dictum eſt non obligat
præciſe venditorem ad translationem domi-
nij. Idque præſertim ſi conſtet venditorem
5 tempore impoſitionis cenſus habuiſſe notitiã
quod prędium erat ſubiectum fideicommiſſo,
& expreſſe alienari prohibitum, quo caſu con-
tractus valet in eius præiudicium Tiraquel.
de leg.conub. gloſ.5.n.135. cum ſeq. & tenuit
Rota in vna Romana de Alexijs, 29. Maij
1586. coram Cantuccio: Maxime concurrente
veriſimili ignorantia emptoris, cuius reſpectu
cenſus non redditur inualidus, ſed ipſi compe-
tit actio contra venditorem, vt vel impleatur
6 contractus, vel præſtetur † intereſſe l. ex his
prędijs.C.de euict.Dec.cõſ.485.n.18. Oſaſch.
deciſ.24. n.4.& ſeq. & fuit tentum in vna Ro-
mana cenſus 26.Iunij 1596.coram Penia.

Stante igitur validitate cenſus ab initio, vt
dictum

Digitized by Google

dictum eſt pro reſolutione alterius difficulta-
tis duo caſus ſunt diſtinguēdi. Primus eſt quan
do mādatum executiuum fuit relaxatum pro
ſorte principali ad effectum illam deponendi
donec venditor cenſus doceat bona eſſe libe-
ra, vel adimpleat promiſſa in inſtrumento, Et
7 hoc caſu † eſt clara, quod cenſus non dicitur
extinctus, ſed adhuc fructus debentur ita te-
nuit Rota in vna Bononien. cenſus . . . . . .
coram Horatio Cardinale Lancelotto.

Secundus caſus eſt, quando mandatum fuit
relaxatum ad effectum conſignandi ſortem
principalem emptori cenſus, & in hoc caſu
Rota in vna Romana cenſus 29. Nouembris
1593. coram Cardinale Pamphilio tenuit fru
ctus non deberi ea ratione, quia à die, quo ob
non impletas cōditiones emptor ſuſcepit man
datū ipſa ſors ceſsit in debitum pro damnis,
& intereſſe, vt dictum eſt; Vnde cenſus videtur
reſolutus: Neque enim ad inuicem ſe compa-
tiuntur, quod cēſus duret, & ſit in arbitrio em
ptoris repetere ſortem principelem quādo ve-
lit, Quia licet venditori cenſus ſit promiſſa il-
lius redēptio iuxta cōſtitutiones Martini, Ca-
liſti, & Pij, emptori tamen eſt omnino prohi-
bita, cum alias eſſet certus de lucro Sot. de iu
ſtit. & iur. lib. 6. quæſt. 5. art. 3. in 1. concluſ.
late Corrad. de contract. quæſt. 84. in 5. con-
cluſ. Couar. lib. 3. var. ſolut. cap. . . . n. 4. Cum
itaque cenſus hoc caſu dicatur extinctus per
relaxationem mandati, ſequitur, quod nō poſ
ſint peti aliqui fructus citra vitium vſuræ
cap. plerique cum ſeq. 14. quæſt. 3. Laurent.
Roduif. in tract de vſur. quæſt. 1. nu. 1. Co-
uar. lib. 9. var. reſol. cap. 1. n. 3.

Sed eſt aduertendum quod contra hanc de-
8 ciſionē † faciunt verba expreſſa Bullæ Pij Quin
ti ſuper cēſibus ibi, Cum vero traditione prę-
tij redditus extinguendus erit, &c. quibus ap-
paret non ſufficere ad hoc, vt fructus non cur-
rant, quod fuerit relaxatum mandatū pro re-
ſtitutione ſortis principalis, ſed requiri actua-
lem prætij traditionem, & ſic actum retroſi-
milem iuxta l. 1. C. quando lic. ab empt. di-
ſced. Nam ſicut pro perfectione conſtitutio-
nis cenſus vltra conſenſum partium debet in-
teruenire prætij traditio ad tex. in §. prætium
Inſtit. de empt. & vend. & in l. 2. §. 1. & in l. pa
cta conuenta ff. eod. & expreſſe cauetur in d.
Bulla; Ita etiam reſtitutio illius eſt neceſſaria
pro integra diſſolutione dicti cenſus Capnt-
aquen. deciſ. 103. par. 1. in impreſſis, vbi quod
9 fructus currunt † vſque ad reſtitutionem ſor-
tis principalis etiā quod ſors fuerit ſequeſtra-
ta in manibus vēditoris. Et in indiuiduo, quod
poſt relaxationem mandati etiam pro reſtitu
tione ſortis principalis cenſus non dicatur
extinctus, ſed fructus adhuc debeantur tenuit
Rota in vna Romana Saluiani interdicti 23.
Iunij 1600. coram Litta, in qua fuit per Do-
minos receſſum à dicta deciſione facta coram
Cardinale Pamphilio; Quæ ſolum ex eo ſuſti-
neri poſſe videtur, quia eo in caſu nō tantum
fuerat relaxatum mandatum pro reſtitutione
ſortis principalis, ſed vlterius fuerat deuentū
ad actualem reſtitutionem prætij, ex quo Mag
dalena acceperat pecunias ad computum ſor
tis, quod oſtendebat ipſam voluiſſe extingue-
re cenſum non ſolum pro rata pecuniarum
habitarum, ſed etiam pro tota ſumma, cum
10 alias parte inuita non potuiſſet † cenſus extin
gui pro parte ad l. tutor §. Lucius ff. de vſur.
Iaſ. poſt alios in l. quidam ſub nu. 4. ff. ſi cert.
pet. Ideo nil mirum ſi in illo caſu fuit pro-
nunciatū pro extinctione cēſus, quia hoc ſua-
debat ratio indiuiduitatis, præſertim concur-
rente relaxatione mandati pro tota ſumma;
quæ faciebat, vt ex veriſimili mente Iudicis,
& Magdalenæ contractus haberetur pro indi-
uiduo, & in totum reſolutus eſſet contractus
ad l. pedius ff. de arbitr. Bart. in l. egregie §. il
lud ſub nu. 4. ff. de fideiuſſor. Pariſ. con. 12.
n. 74. lib. 2. Quæ ratio ceſſat vbi nulla ſit præ-
tij reſtitutio, quæ eſt neceſſaria pro diſſolutio-
ne cenſus, vt dictum eſt.

Mandatum procuratoris an per obitum conſtituentis extinguatur. Item quæ ſit poteſtas procuratoris Domini litis effecti paucis explicatum. Cap. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratoris Domini litis effecti non expirat quando principalis deceſſit cum hærede ſecus ſi deceſſit ſine hærede, quia tunc mandatum extinguitur, quamuis, viuo principali lis fuerit conteſtata, & n. 2.*

3 *Procurator Dominus litis effectus poteſt litē proſequi donec appareat quis velit eſſe hæres.*

4 *Mādatum procuratoris extinguitur nedum morte naturali conſtituentis, ſed etiam ciuili.*

5 *Procurator Dominus litis effectus cuius mandatum durat poteſt alium ſubſtituere.*

6 *Sententia poſt mortē conſtituentis quomodo pronuncietur contra eius procuratorem Dominum litis effectum.*

7 *Procurator Dominus litis effectus non poteſt litem proſequi poſt obitum conſtituentis in ſecunda, vel vlteriori inſtantia, niſi mandatum illam explicite comprehendat, vel habeat clauſulam releuans.*

8 *Clauſula releuans, &c. in mandato procuratoris appoſita quid operetur.*

IN illo articulo, An per obitum conſtituen-
tis mandatum procuratoris expiret Rota
ſic ſolet diſtinguere, Aut principalis deceſſit
cum hærede, & tūc mandatū procuratoris Do
2 mini litis effecti per litis cōteſtationē † non ex-
pirat, quia adeſt, qui perſonā defuncti repræ-
ſentat ita Bald. in l. 1. n. 6. C. de act. & obligat.
& in l. nulla C. de procurat. qui dicit, quod poſt
litis conteſtationem poteſtas procuratoris ex
mera Domini voluntate nō pendet, & ideo li-
cet

cet Domini voluntas per eius mortem finiatur
non tamen procuratoris poteſtas finitur idem
tenet Marant.de ordin.Iud.parte vlt.7.part.n.
2 180. Aut principalis deceſsit † ſine hæredi-
bus,& tunc mandatum procuratoris extingui-
tur,quamuis litem fuerit conteſtatus viuo ip-
ſo principali per tex in d.l.1.C.de act. & obli-
gat.vbi Bald.eod.n.6. rationem aſsignat,quia
mortuo principali ſine hærede nulla remanet
Imago defuncti.Idem tenet Iaſ.conſ.138.col.2.
verſ. ſed præmiſsis non obſtantibus lib. 4. vbi
hunc articulum examinat,& hanc eſſe opinio-
nem probabiliorem, & de iure veriorem teſta-
tur. Aut ſumus in dubio,an deceſſerit cum hę-
rede vel ne,& nulla eſt facta diligentia,an ali-
quis velit eſſe hæres , ſed hæreditas iacet , &
tunc procurator Dominus litis effectus poteſt
3 litem † proſequi,donec appareat nullum velle
eſſe hæredem,& defunctum ſine hærede deceſ-
ſiſſe Dec.in c.relatum à princ. vſque ad n. 15.
de offic.deleg.Angel.& Imol.in l.non ſolum §.
morte in princip.ff.de nou.oper.nuntiat. Hanc
diſtinctionem approbauit Rota in pluribus
cauſis,& præſertim in vna Salamntina penſio-
nis 29. Nouembris 1591. coram Penia,& in
vna Toletana profeſsionis 27. Octobris 1595.
& 27.Maij 1596.coram Cardinale Seraphino,
& in eadem coram Orano 22.Iunij 1598.

Illud porrò eſt notandum, quòd in caſibus,
in quibus mandatum expirat morte naturali
4 conſtituentis , eodem modo expirat † morte
ciuili, Clement. fin.de procurat.cum alijs per
Guidobon.deciſ 164.qui loquitur de mandato
Epiſcopi,qui poſtea ad alium Epiſcopatũ trã-
slatus fuerat,& ita ciuiliter erat mortuus,Sed
ibi ſuſtinebatur mandatum alia ratione, nem-
pe,quia procurator non fuerat conſtitutus ab
Epiſcopo Seguntino tanquam Epiſcopo Eccle-
ſiæ tantũ,ſed ſub nomine proprio, cùm expreſ-
ſione dignitatis : Vnde cùm ſe non reſtringe-
ret ad ſolam dignitatem , cuius reſpectu facta
translatione erat mortuus, mandatum tanquã
factum ſub nomine proprio ſuſtinebatur.

Secundo eſt notandum,quòd quando man-
5 datum procuratoris non expirat , † poteſt is
alium procuratorem ſubſtituere , d.l.nulla vbi
Bart. & alij. C.de procurat. Et ſententia poſt
mortem Domini ferenda eſt contra ipſum hoc
6 modo vide licet, Condemno † Seium procura-
torem quondam Titij defuncti procuratorio
nomine hæredum , vel eorum ad quos , ea res
pertinet. Alex.in d.l.nulla,& Maranta in loco
ſupra citato.

Tertio eſt notandum, quòd talis procurator
Dominus litis effectus non poteſt litem proſe-
7 qui poſt obitum † conſtituentis in ſecunda, vel
vlteriori inſtantia, niſi mandatum illam expli-
cité compræhendat, vel habeat clauſulam Re-
leuans,&c. Quia licet Dominus litis in prima
inſtantia dicatur potius Dominus inſtantiæ,
quàm cauſæ, & ideo non poſsit proſequi cau-
ſam appellationis, vt per Achil.deciſ.13. de
procurat.hoc tamen non procedit,vbi in man-
dato adeſt clauſula Releuans,&c.quia cum hęc
8 clauſula operetur † ſatiſdationem iudicio Si-
ſti,& Iudicatum ſolui,facit,vt cenſeatur factus
Dominus totius litis,& non ſolius inſtantiæ,cũ
teneatur ad ſoluendum iudicatum ex deductis
in cauſa Reatina Caſtri Poſtæ coram Orano,&
ita tenuit Rota in allegata Toletana profeſ-
ſionis 27. Martij 1596. coram Cardinale Se-
raphino.

Minor, qui contraxit ſine ſolemnitatibus, & iurauit ſe maiorem, an poſsit dare de nullitate contractus, paucis declaratum. Cap. LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Minor, qui iurauit ſe maiorem, licet excludatur*
à beneficio reſtitutionis in integrum, ratione
minoris ætatis, tamen non impeditur, quin poſ-
ſit dare de nullitate contractus, ob non ſerua-
tas ſolemnitates in contractibus minorum re-
quiſitas.
2 *Item poteſt dicere contractum nullum, quamuis*
ſub pœna nullitatis ſit prohibitus contrahere ſi-
ne certa ſolemnitate, & quamuis contractus ce-
dat in illius vtilitatem.
3 *Contractus minoris ſine ſolemnitate factus, quã-*
do cedit in eius vtilitatem ſuſtinetur ipſo mino-
re volente, & non alias.
4 *Item ſuſtinetur, quando adeſt iuramentum pro-*
miſſorium.
5 *Declarã, niſi iuramentum tanquam dolo extor-*
tum à ſtatuto annulletur.

MVltoties accidit,vt minor contrahat non
adhibitis ſolemnitatibus à Statuto re-
quiſitis,& iuret ſe maiorem. Quocirca quæri-
tur,an poſſit dicere contractum nullum ? Et eſt
1 reſpondendum,quòd licet minor, † qui iurauit
ſe maiorem excludatur à beneficio reſtitutio-
nis in integrum ratione minoris ętatis,iuxta l.
ſi alterius cum ibi notatis. C.ſi min. ſe maiorẽ
dixer. Nihilominus non impeditur , quin da-
re poſſit de nullitate contractus ob non ſerua-
tas ſolemnitates in contractibus minorum re-
quiſitas ex Statuto,vt per Io.Andr.in addit.ad
Speculat.in tit.de ſent.§.vt autem in Additio-
ne,quæ incipit ad hanc ætatem,Alberic.in d.l.
ſi alterius Caſtren.conſ.53.n.3.lib.2. Roman.
conſ.12.n.5.vbi addit Curt.Iun.conſ.118.n.9.
& conſ.119.ſub n.1.& nu.6.& ſequen.cum alijs
per Odd.de reſtit.in integr.qui de * communi
teſtatur,quæſt.24.art.4.n.26.verſ.in contrariũ.
2 Quod procedit,licet minor,† ſit prohibitus cõ-
trahere ſine certa ſolemnitate ſub pæna nulli-
tatis,nam adhuc poterit dicere contractum
nullum, tametſi cõtractus cedat in illius vtili-
tatem,vt tenuit Rota in Camerinen.prædij 10.
Nouembris 1597.coram Cardinale Seraphino.
Vbi concluſio illa,quòd contractus minoris ſi-
ne ſolemnitate factus ſuſtineatur, quando ce-
dit in

Digitized by Google

dit in eius vtilitatem, de qua per Ripam in l.
furioſo n. 1. ff. de re iudic. in l. in conditioni-
bus in princ. ff. de cond. & demonſtr. Iaſ. in l.
more nu. 6. ff. de acquir. hæred. Roman. conſ.
453. circa princ. Rum. conſ. 161. n. 3. lib. 3. cum
alijs per Tiraquel. de leg. conub. gloſ. 8. n. 76.
3 fuit intellecta, vt procedat ipſo minore † vo-
lente, & non alias. Sed hoc locum ſibi vendi-
cat ſolum, quando in cõtractu adeſt iuramen-
4 tum aſſertorium, ſecus ſi † iuramẽtum ſit pro-
miſſorium, quia tunc per illud tollitur defe-
ctus nullitatis, & cõfirmatur cõtractus ex tra-
ditis per Pariſ. cõſ. 97. n. 60. lib. 1. Bero. q. 43. n.
3. Vnde minori excluſo à remedio nullitatis,
opus eſt beneficio reſtitutionis in integrum, à
quo cecidit, ex eo ꝙ iurauit ſe maiorem, dum-
5 modo tamen † iuramentũ tanquã dolo extortũ
ex Statuto non annulletur, quia ſi annullatur
contractus remanet nullus, & minor non im-
peditur, quin poſſit dare de nullitatẽ, nõ ob-
ſtante iuramẽto aſſertorio ex ſupra allegatis;
maxime quia Statutum hoc caſu videtur an-
nullare vtrunque iuramẽtum, cum minor eo-
dem dolo, & fraude inducatur ad præſtandum
vnum iuramentum, ſicut aliud, alias de facili
fieret fraus Statuto, Curt. Iun. d. conſ. 118. ſub
nu. 9. verſ. ſed quid fortius, & conſ. 119. n. 6. &
ſeq. Et ita in terminis Statuti Vrbis lib. 1. cap.
6 151. tenuit Rota in vna Romana donationis
ſub die 5. Iunij 1602. coram Cardinale Pam-
philio.

Manutentio datur ſolum poſſidenti, & non illi, qui habuit ſe pro ſpoliato, vel cuius poſſeſſio eſt attentata, & ibidem deciſio Rotæ declaratur. Cap. LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio illi eſt concedenda, de cuius poſſeſſione conſtat tam tempore mota litis, quàm tempore turbationis.*

2 *Poſſeſſio capta vigore prouiſionis Apoſtolica non poteſt dici clandeſtina, & inſtrumentalis. & releuat etiam ſi alius deinde poſſeſſionem fuerit adeptus.*

3 *Remedium ſpolij item manutẽtionis datur contra illum, qui alienam poſſeſſionem inuadit.*

4 *Manutentio antiquo poſſeſſori quando detur non obſtante, quòd coram Iudice petierit ſe reſtitui, & num. 5.*

6 *Poſſeſſio ciuilis ſolo animo retinetur, & eius vigore manutentio conceditur contra detinentem naturalem pro illius recuperatione.*

7 *Habens ſe pro ſpoliato abſolute, & petens coram Iudice ſe reſtitui, vtramq; poſſeſſionem tam ciuilem, quàm naturalem amiſiſſe dicitur, nec manuteneri poteſt.*

8 *Poſſeſſio ſolo animo amittitur, & ſine ea manutentio non datur.*

9 *Manutentio eſt concedenda exiſtenti in poſſeſſione exigendi, quamuis reprobatus ſit contractus, cuius vigore exigit per duas ſententias, à quibus fuerit appellatum.*

10 *Amplia etiam ſtante re iudicata, donec diſcutiatur negocium reſtitutionis in integrum.*

11 *Item amplia, licet non probetur poſſeſſio de tempore mota litis.*

12 *Poſſeſſio, ſeu quaſi exigendi per vnicam ſolutionem acquiritur, licet de illa non conſtet, niſi per atteſtationem* Notarij, *qui iſtud aſſerat in Inſtrumento, & n. 13.*

14 *Numeratio pecuniæ probatur per atteſtationem Notarij, licet non adſit verbum numerauit, ſed dicatur recepit in contanti.*

15 *Manutentio non datur ei, qui appellatione pendente poſſeſſionem ingreſſus fuit, etiam auctoritate Iudicis, niſi probetur conſuetudo in contrarium exequendi ſententias etiam appellatione pendente, & n. 16.*

17 *Poſſeſſio præſentati capta etiam auctoritate Ordinarij inſtituentis, lite, ſeu appellatione pendente, dicitur attentata, licet Ordinarius nõ ſit in lite, ſed tantum ea controuertatur inter præſentatos à diuerſis patronis.*

18 *Amplia, quamuis poſſeſſio ſit vacans.*

19 *Item amplia, quamuis appellatum eſſet ab inualiditate præſentationis ob defectum præſentationis vnius ex præſentantibus.*

20 *Appellatio iudicialis tantum, non autem extraiudicialis ſuſpendit proceſſum.*

21 *Poſſeſſio dicitur attentata, etiam ſi capiatur infra terminum datum ad appellandum, quamuis nulla adhuc appellatio ſit interpoſita.*

22 *Amplia, vt talis poſſeſſio veniat ſequeſtranda, donec ſuper bono iure cognoſcatur.*

TRita eſt iuris concluſio, quòd manuten-
tio eſt concedenda illi, de cuius poſſeſ-
ſione conſtat, tam tempore motæ litis, quàm
1 tempore † turbationis ad tradita per Afflict.
deciſ. 394. Couarr. pract. quæſt. cap. 17. Præ-
ſertim ſi poſſeſſio fuit capta vigore prouiſio-
2 nis Apoſtolicæ, quæ † non poteſt dici clan-
deſtina, & inſtrumentalis, Socin. conſ. 15. n. 6.
lib. 4. Mohed. deciſ. 88. circa medium, Afflict.
deciſ. 302. nu. 1. Immo releuat, etiam ſi alius
deinde poſſeſſionem fuerit adeptus; nam con-
tra illum poteſt duplici remedio experiri, reſti-
3 tutionis ſcilicet in ſpolio †, & manutentionis,
vt dicit Put. deciſ. 419. lib. 2. & fuit tentum in
vna Regien. reſeruationis fructuum 6. Maij
1586. coram Gypſio, & in vna Mediolanen. Pa-
rochialis 22. Iunij 1587. coram Cardinale
Plato, In qua fuit dictum dandum eſſe man-
4 datum de manutendo antiquo † poſſeſſori, nõ
obſtante quòd idem antiquus poſſeſſor petijſ-
ſet coram Iudice ſe reſtitui, & ideo videretur
habuiſſe ſe pro ſpoliato, quia nihilominus vo-
luit Rota illum propterea ciuilem poſſeſſionẽ
nõ amiſiſſe, ſed illam retinuiſſe ſaltem animo,
allegataque fuit ad hoc deciſio alias facta co-
ram Vicecomite in vna Toletana 16. Nouem-
bris 1580.

Sed

Sed animaduertẽdum eſt, quòd hæc deciſio
in vltima eius parte, ita ſimpliciter intellecta,
non ſubſiſtit; Ideo Rota in Vlixbonen. præ-
heminentiarum 18. Aprilis 1603. coram Iu-
ſto, & in vna Hiſpalen. 16. Iunii 1606. coram
5 Pamphilio, declarauit illam procedere, † vbi
petitio reintegrationis eſt turbida; Nam in il-
lo caſo ex circumſtãtijs facti apparebat eum,
qui dicebat ſe ſpoliatum intellexiſſe de mole-
ſtia de facto, nõ autem quòd voluerit amitte-
6 re poſſeſsionem ſaltem ciuilem, quæ † ſolo ani
mo retinetur, & cuius vigore manutentio da-
tur contra retinẽtem naturalem pro illius re-
cuperatione, ſecundum Bart. in l. 1. §. interdi-
ctum autem n. 2. & in l. ſi duo n. 2. ff. vti poſsi-
detis & tradit Caſtren. conſ. 234. col. 2. verſ.
ſed ſubſtinendo, lib. 2. Secus igitur ſi petitio
7 reintegrationis ſit clara, veluti ſi quis † ab-
ſolute fateatur ſe ſpoliatum fuiſſe, & petat re-
ſtitui ad antiquam ſuam poſſeſsionem, quia
tunc vtramque poſſeſsionẽ amiſiſſe dicitur, &
propterea manuteneri non poteſt, cũ ſolo ani-
8 mo amittatur poſſeſsio, l. 3. §. in amittenda l.
ſi quis vi §. differentiæ ff. de acquir. poſſeſ. ſi-
ne qua non datur manutentio l. 1. §. huius au-
tem interdicti ff. vt poſsid. l. 1. & ibi Bart. n. 3.
C. eod. §. retinendæ vbi Fabr. n. 16. Inſtit. de
interdict. Et in terminis illius, qui habuit ſe
pro ſpoliato Couar. pract. quæſt. d. c. 17. nu. 3.
Caputaquen. deciſ. 43. lib. 2. in manuſcriptis,
& fuit tentum in Senogalien. beneficij 5. Apri
lis 1593. coram Cardinale Arigonio.

Præterea in tantum verum eſt, quòd poſsi-
denti manutẽtio ſit concedenda, vt etiam de-
9 beat dari, ſi reprobatus ſit † contractus, cuius
vigore exigit, per duas ſentẽtias, à quibus fue
rit appellatum, quia illarum effectus ſuſpen-
ditur per appellationem l. 1. §. reus vbi Doct.
ad Turpilian. cum ſimilib, & non impediunt
quominus interim lite pendente, donec cauſa
per tres conformes terminetur, poſſeſſor non
manuteneatur, §. retinendæ Inſtit. de interdi-
ct. vbi Bart. & in l. ſi duo ff. vti poſsidet. Quod
10 ſæpius fuit in Rota deciſum, etiam † ſtante
re iudicata, donec diſcutiatur negocium reſti-
tutionis in integrum, Cæſar. de Graſ. deciſ. 4.
de cauſ. poſſeſ. & propriet. Et fuit tentum in
Vicentina cenſus 22. Martij 1596. coram
Cardinale Arigonio, & in vna Mediolanen.
penſionis 11. Decembris 1600. coram Cardi-
nale Seraphino.

11 Et iſtud procedit, licet non probetur † poſſeſ
ſio de tempore mortis, quia præſumitur cõ-
tinuata, cum animo retineatur vt dixi, l. licet
C. de acquir. poſſeſ. Abb. in c. cum ad ſedem
n. 15. de reſtit. ſpoliat. Put. deciſ. 17. lib. 2. Et
12 ſufficit vnica ſolutio † ad acquirendam hanc
poſſeſsionẽ ſecundum gloſ. in c. cum Eccleſia
Sutrina, in verbo, Epiſcoporum, & Abb. ibi-
dem n. 22. & ſeq. de cauſ. poſſeſ. & propriet.
13 etiam ſi de illa non † conſtet niſi per atteſta-
tionem Notarij, qui in inſtrumento iſtud aſſe-
rat, quia talis atteſtatio probat numerationẽ,
Bart. in l. ſi ex cautione n. 1. C. de non numer.
pecun. & in l. ſingularia nu. 22. ff. ſi cert. pet.
Vbi licet n. 23. videatur requirere, quòd in at-
teſtatione adſit verbum Numerauit, tamen ſi
14 in † inſtrumento adſint verba (Recepit in con-
tanti in pecunia numerata) ſufficiunt cum de-
notent actualem numerationem, & veram tra-
ditionem, Bald. in d. l. ſi ex cautione n. 14. C. de
non numer. pecun. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus §.
Griſogonus n. 3. ff. de verb. oblig. & fuit ten-
tum per Rotam in Romana Domus 28. Apri-
lis 1609. coram Coccino.

15 Non datur tamen manutentio † ei, qui ap-
pellatione pendẽte poſſeſsionem eſt ingreſſus,
c. non ſolum de appellat. lib. 6. cum ibi notat.
Quod procedit in præſentato etiam ſi poſſeſ-
ſionem acceperit auctoritate Ordinarij inſti-
tuentis, ad late tradita per Lancelott. de at-
tent. par. 2. cap. 4. n. 627. Dũmodo tamen non
16 conſtet in contrarium de conſuetudine † exe-
quendi ſententias etiam appellatione penden
te, vt erat in caſu Ant. Auguſt. deciſ. 9. lib. 1.
Nam ea ceſſante, licet Ordinarius procedat
iudicialiter, pendẽte tamen appellatione abſ-
17 que vitio attentatorum † non poteſt capi poſ-
ſeſsio; Idque locum ſibi vendicat, licet Ordi-
narius non eſſet in lite, ſed tantum ea contro-
uerteretur inter præſentatos à diuerſis patro-
nis, vt per eundem Lancelot. de attent. par. 2.
18 cap. 4. non 618. & ſeq. Et quamuis † etiam poſ
ſeſsio eſſet vacans Put. deciſ. 35. incip. proceſ-
19 ſus tit. de Iudic. Item quamuis † appellatum
eſſet ab inualiditate præſentationis ob defe-
ctum præſentationis vnius ex præſentantibus;
Quia licet hoc caſu appellatio non videatur
poſſe ſuſpendere, nec retardare poſſeſsionem
Dec. in c. conſtitutus il 2. n. 12. appellat. Lam-
bert. de iurepatron. lib. 1. par. 2. art. 5. quæſt.
11. Nihilominus intelligitur quando appella-
20 tio † eſt extraiudicialis, non autem iudicialis,
vt tenuit Rota die 10. Iunij 1575. in vna Za-
moren. beneficij coram Cotta, Vbi fuit facta
diſtinctio inter appellationem extraiudicialẽ,
quæ non operatur ſuſpenſionem, in quibus ter
minis procedunt ſupradictæ doctrinæ, & appel
lationem iudicialem, quæ ſuſpẽdit proceſſum,
ita vt poſſeſsio dicatur attentata Guidobon.
deciſ. 104. etiam ſi capiatur infra terminum
21 datum † ad appellandum, quia ad cauſandum
attentata ſufficit quod ſit capta poſſeſsio in-
tra dictum terminum, licet nulla adhuc ap-
pellatio ſit interpoſita, vt fuit tentum in Ca-
lagurritana beneficij 7. Maij 1594. coram
22 Cardinale Blanchetto, vbi quod talis † poſſeſ-
ſio non eſt manutenibilis, ſed venit ſequeſtran
da, donec de bono iure videatur.

Quando fideiuſſor cõtractu principali exi-
ſtẽte nullo obligatus remaneat. Et item
quando poſſit petere exemptionem ab
obligatione, Et ibidem Statutum Vrbis
declaratum. Cap. LXV.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſoris obligatio regulariter nõ valet quan do contractus eſt nullus.*
2 *Fallit, quando contractus ab initio eſt validus, licet ex poſt facto annulletur.*
3 *Doctrina Bart. in l. cũ lex de fideiuſ. quod annullato contractu principali, annulletur etiam obligatio fideiuſſ. ex ſentẽtia Rotæ declaratur.*
4 *Probibitio alienationis non reſiſtit venditioni, ſed tranſlationi dominij.*
Grat. in conſ. 91. lib. 2. à Rota *reprobatur.*
6 *Venditor cenſus præciſe non tenetur dominium rei in emptorẽ transferre, ſed tãtũ ad intereſſe.*
7 *Fideiuſſor, qui aliquid promiſit tanquam principalis, & in ſolidum, remanet obligatus, etiam nullo exiſtente contractu principali.*
8 *Idem eſt ſi ſe obligauit cum clauſula* Omni *meliori modo, & cum iuramento.*
9 *Idem quãdo minor ratio viget in obligatione acceſſoria quàm in principali.*
10 *Fideiuſſor tenetur de euictione, licet alienatio facta per minorem non valeat.*
11 *Poteſt cogere debitorem, vt eum eximat ab obligatione in qua diu permanſit.*
12 *Quando dicatur diu ſtetiſſe in obligatione arbitrio Iudicis relinquitur.*
13 *Poteſt ſecundum* Statutum *Vrbis petere exemptionem ab obligatione, etiam ſi diu in ea non permanſerit, & etiam nõ expectatis moleſtijs.*
14 *Statutum Vrbis præſtans fideiuſſoribus facultatem petendi exemptionem ob obligatione comprehendit omnes in Vrbe contrahentes.*
15 *Item procedit in quocunque fideiuſſore.*
16 *Operatur, vt fideiuſſor poſſit petere releuatorem etiã in caſu, in quo eius liberatio eſt impoſſibil.*
17 *Debitor principalis, an & quando tenetur præſtare fideiuſſionẽ a lege requiſitam, quando per ſe eſt idoneus, & quæ ſint ad hoc neceſſaria.*

QVæſtio iuris eſt frequens, & vtilis nun-
quid contractu exiſtente nullo fideiuſſor
remaneat obligatus; Et dicendum eſt quod re-
gulariter obligatus non remaneat, quia quan
1 do contractus eſt nullus † nulla etiam eſt obli
gatio fideiuſſionis illi acceſſoria ex traditis
per Bart. in l. cum lex. n. 4. 5. & 10. de fideiuſ-
ſor. Gabr. de clauſul. concluſ. 10. n. 4. & notant
Doct. in l. non dubium C. de legib.
Sed iſta concluſio Primo fallit, quando con-
2 tractus à principio † non eſt omnino nullus,
ſed validus, quia tunc obligatio fideiuſſoris
remanet, licet contractus ex poſt facto annul-
letur, Tiraquel. de conſtit. limit. 7. nu. 41. cum
ſequen. & fuit reſolutum in vna Romana de
Alexijs 1. Iunij 1587. coram Cardinale Sera-
phino: Vbi doctrina † Bart. in d. l. cum lex. quod
annullato cõtractu principali annulletur obli-
gatio fideiuſſoris, fuit intellecta, quando con-
tractus annullatur propter defectum formæ,
quæ facit contractũ ab initio non valere, quia
tunc non habet vbi conſiſtat obligat acceſſo-
ria, ſecus ſi contractus annulletur propter de-
fectum materiæ, veluti quia res ſuper quã cen
ſus fuit impoſitus ſit prohibita alienari: Nam
4 hæc prohibitio expreſſe quidem † reſiſtit alie-
nationi, ideſt, vt inquit Bart. in d. l. cum lex,
tranſlationi dominij, ſed non venditioni cen-
ſus, per quam dominium non trãsfertur, Vn-
de fuit dictũ, quod fideiuſſor remanebat obli-
gatus, & fuit reprobatũ † cõſiliũ Grat. 91. n. 20.
& 21. lib. 1. Hoc etiam Rota tenuit in pluribus
alijs cauſis, & præſertim coram eodem Car-
dinale Seraphino in Romana euictionis Do-
mus 5. Iunij 1599. vbi agebatur de contractu
venditionis rei alienæ, quæ ab initio non erat
6 omnino nulla, quia venditor † præcisè non te-
nebatur dominium rei in emptorem transfer-
re, ſed tantum ad intereſſe l. contractus C. de
fide inſtrument. Ideo fuit tentum, quod dictæ
obligationi perſonali valide accedere poterat
fideiuſſor.
Secundo d. concluſio fallit quando obliga-
7 tio fuit facta † à fideiuſſore tanquam princi-
pali, ita vt ſtet de per ſe ſeparata ab obliga-
tione contractus, pro quo fideiuſſio fuit inter-
poſita, quia cum nõ conſideretur vti acceſſo-
ria, ſuſtinetur etiam nullo exiſtente contractu
principali, vt per Rotam in eadem Romana
euictionis. Et fuit late deductum coram Orã-
no in Romana cenſus de Prouanis 8. Aprilis
1593. & in alia Romana fideiuſſionis coram
eodem 7. Iunij 1599. & iterum in Tuderti-
na cenſus 26. Maij 1600 coram Iuſto, vbi fuit
allegatus Mohed. deciſ. 2. de fideiuſſor.
Tertio fallit, quando fideiuſſor ſe obliga-
8 uit † cum clauſula Omni meliori modo. & cum
iuramẽto, quia talis obligatio æquipollet obli
gationi illi vti principalis Natta conſ. 262. n.
19. Gabr. concluſ. 3. de minor. n. 2. & de fide-
iuſſor. concluſ. 1. n. 44. Seraphin. de priuileg.
iuramen. priuileg. 88. n. 5. Lambert. de cõtract.
gloſ. 16. n. 18. Mohed. d. deciſ. 2. de fideiuſſor.
9 Quarto fallit † quando non militat tanta
ratio in acceſſoria obligatione quanta in prin
cipali, tunc enim ſublato contractu principa-
li clauſulæ acceſſoriæ non tolluntur, vt multis
auctoritatibus probat Gabr. d. concluſ. 10.
nu. 9. & ſequen. vtputa ſi fauore minoris an-
nulletur obligatio principalis ex priuilegio ei
conceſſo ratione minoritatis, hoc enim caſu
non corruit obligatio acceſſoria, quæ non eſt
æquè fauorabilis, vt poſt Alex. & Felin. tradit
Pariſ. conſ. 16. n. 111. & ſeq. lib. 2. Et ratio eſt
quia prohibitio contractus concernit ſolum
commodum minoris, & non alterius perſonæ:
10 Ideo licet alienatio † facta per minorem non
valeat, nihilominus fideiuſſor de euictione te-
netur, vt per Bart. in d. l. non dubium n. 28. C.
* de legib. Salicet. ibidem n. 11. de *communi
Alex. conſ. 66. num. 7. lib. 4. & fuit tentum in
Romana Saluiani interdicti 1. Iunij 1587. co-
ram eodem Cardinale Seraphino.
Sed aduertendum eſt, quòd quamuis fide-
iuſſor in caſibus prædictis obligatus remaneat
11 nihilominus ſi diu ſtetit † in obligatione poteſt
cogere debitorẽ, vt eũ eximat a fideiuſſione,
l. lucius,

l.Lucius,ff.mand. c.vlt. de fideiuſſor. Et licet ſit controuerſia,quando fideiuſſor dicatur diu
* ſteriſſe in obligatione, tamen * frequentiori
12 calculo receptum eſt, id arbitrio Iudicis relinquendum eſſe,vt per Gloſ. in dict.l.Lucius, & in.d. cap. vlt. de fideiuſſ. vbi Abb. num. 5. Afflict. deciſ. 241. num. 3. & poſt Menoch. & Ant. Gomez tradit Valaſ. conſultat. 36. nu. 2.qui hoc extẽdit ad plures reos debendi obligatos in ſolidum.

Et iſtud quidem de iure commi verum eſt: Secundum vero Statutum Vrbis lib. 1. cap.
13 94.& 157. fideiuſſori †, datur facultas petendi eſemptionem ab obligatione, etiam ſi diu in ea non permanſerit, & etiam non expectatis moleſtijs, quod Statutum fuit declaratum per Rotam in vna Bononien. cenſus 16. Decembris 1602. coram Ortembergo,vt com
14 prehendat † omnes in Vrbe contrahentes, quamuis in pluribus locis declaret,quod procedit inter ciues, & incolas, quia cum non loquatur taxatiue, habet locum etiam in alijs caſibus à iure permiſſis Veral. deciſ. 195. par. 3.Gozzad. conſ.409. num. 13. & ſequen. Achil. deciſ. 2. nu. 4. de Conſtit. Item fuit de
15 claratum† procedere in quocunque fideiuſſore,& ſic etiam in eo, qui acceſſit obligationi cenſus, qui licet non videatur poſſe agere, vt à fideiuſsione liberetur, ad tradita per Bald. in conſ.425.lib.4. in princip. vbi concludit,fideiuſsorem non eximi à Statuto, quãdo liberatio eſt impoſsibilis, vt in fideiuſſore tutoris durante tutela, & in fideiuſſore reſtitutionis dotis; Nihilominus in terminis Statuti Vrbis
16 etiam † in caſu impoſsibili poteſt fideiuſſor petere releuatorem,†ſi nullum habeat: Quod verum eſt, etiam ſi principalis debitor ſit diues, & idoneus facultatibus: Nam dato,
17 quòd ſit vera opinio illa, Quod † principalis non teneatur ad præſtandum fideiuſsionem à legere quiſitam, quando per ſe eſt idoneus, quæ tamen maximam habet controuerſiam, vt patet ex traditis per Alexand. in l. diuortio. §. interdum ſub numer. 2. verſic. vltimo circa præfatum ff. ſolut. matrimon. Attamen
* ea procedit in terminis iuris * communis in caſu in quo fideiuſſor diu ſteterit in obligatione, ad quem etiam effectum requiritur, quod principalis ceſſauerit in ſolutione, ac neceſſaria eſt obligatio efficax fideiuſſoris poſt moram principalis: Sed in terminis dicti Statuti intentio Statuentium fuit inducere remedium vniuerſale pro omnibus fideiuſſoribus, qui ſe obligarunt pro aliquo, ſine diſtinctione perſonarum, & ibi conſideratur ſimplex tantum obligatio,& nudum pactum,dando fideiuſſoribus facultatem petendi exemptionem ab obligatione etiam ſi diu in ea non ſteterint, vt ſupra diximus.

An fideicommiſſum reſtringatur ad caſum mortis ab inteſtato ex facti contingentia explicatum. Cap. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntas, & intentio ex verbis colligitur.*
2 *Copula (&) auget diſpoſitionem.*
3 *Teſtator non præſumit dare viam eludendi, & euertendi fideicõmiſſum,& voluntatem ſuam.*
4 *Eius diſpoſitio expreſſa derogat tacitæ.*
5 *Clauſula (decedentibus ab inteſtato in teſtamento adiecta quomodo intelligatur.*
6 *Scripta in augmentum non poſſunt importare diminutionem.*
7 *Ablatiuum abſolutum importat conditionem, ſecus ſi verba ſint poſita in datiuo caſu.*
8 *Verba ſemper interpretari debent ne ſint ſuperflua.*
9 *Non ſunt ſuperflua quando proferuntur ad declarationem, vel exprimunt ea, quæ tacite inſunt.*
10 *Venientes ab inteſtato facilius ad fideicommiſſum admittuntur quando alienatio prohibetur.*
11 *Verba ſuperflua potius ſunt toleranda, quam vt cenſeantur adiecta ad effectum,cõtrarium menti teſtatoris.*
12 *Item cenſentur potius propter imperitiam poſita ad declarationem, licet non neceſſariam, quàm vt teſtatoris mentem euertant.*
13 *Fideicommiſſi reſtrictio contra claram mentem teſtatoris fieri non debet.*
14 *Fideicommiſſa regulariter fiunt ad impediendas teſtamentarias diſpoſitiones.*

DVbium naſcitur circa teſtamentum N. An clauſula Ab inteſtato,quæ in eo cõtinetur ſit poſita ad ampliationem, & ad augendum ius fideicommiſſariorum, vel potius per eam fideicommiſſum reſtringatur ad caſum mortis ab inteſtato? Et reſoluẽdum videtur dictam clauſulam ampliare ius fidei-
1 cõmiſſariorum; Siquidem ad †cognoſcendum mentem, & intentionem teſtatoris ſpectantur verba,ex quibus mẽs colligitur l. labeo de ſup
3 pel.legat.l. non aliter de leg. 3. Sed copula†Et proprie auget diſpoſitionẽ l.ea tamẽ adiectio ff. de leg. 3. et dictio, Etiam, eamdem vim habet l.etiã ff. ſolut.matrim. Alex.conſ. 116.n.14. lib. 2. Ergo dici nequit teſtatorem fideicõmiſſum voluiſſe reſtringere ad caſũ mortis ab inteſtato,quia ſi hoc voluiſſet,nõ fuiſſet vſus verbis ex ſui natura augmentum, & ampliationem importantibus: Maxime quia ex cæteris partibus teſtamenti liquido percipitur teſtatoris intentionem, & ſtudium in eo principaliter fuiſſe, vt eius agnatio conſeruaretur, & bona ſemper remanerent inter deſcendentes maſculos de linea ſua, & Ioannis, & dicta linea penitus extincta in Ciriaco, & eius deſcendentibus in infinitum. Vnde per neceſſarium antecedens colligitur noluiſſe eum qui decederet ſine deſcendentibus maſculis teſtari iuxta l. nec is §. primo,vbi Bald. & Alexan. in l. illud ff. de acquir. hæred.cum igitur hęc eſſet intentio teſtatoris abſurdum

in eſt

eſt dicere. vt voluerit reſtringere fideicommiſ
ſum ad caſum mortis ab inteſtato, & concede-
3 re licentiam teſtandi, & ſic dare † viam elu-
dendi, & euertendi fideicommiſſum, & volun-
tatem ſuam ad l. 4. ff. de teſt. milit. c. ſancta Ci-
uitas, de ſent. excommun. lib. 6.

Idque ex eo etiam clarè percipitur, quia
omnes alias ſubſtitutiones præcedẽtes, quibus
etiam deſcendentes morientes ſine filijs inui-
cem ſubſtituit, & aliàs quaſcunque etiam vlti-
mam per quam extincta linea Ioannes, & ſua
ſubſtituit Cyriacum, & eius filios, & de-
ſcendentes ſimpliciter, fecit ſine aliqua reſtri-
ctione, tam in caſum mortis ab inteſtato, quã
cum teſtamento, & prohibuit alienationem bo
norum verbis tam amplis, & geminatis, vt cõ-
prehenderet ſine dubio etiam illam, quæ fieret
per viam vltimæ voluntatis. Hæc enim omnia
oſtendunt intentionem teſtatoris non fuiſſe
fideicommiſſum reſtringere ad caſum mortis
ab inteſtato, & conſequenter voluiſſe augere,
ius fideicommiſſariorum, non diminuere.

Non obſtat quod in legato pro dote facto
filiæ eius naturali iam deſponſatæ per verba
de futuro ei ſubſtituerit ſolum ſi decederet ab
inteſtato, & ſine liberis; nam id fecit propter
Statutum diſponens, quod dotans non poſsit
prohibere ne dotata de dote teſtetur; Igitur
hoc caſu diſpoſitionem ſuam reſtrinxit ad ca-
ſum mortis ab inteſtato, quia non potuit ei
ſubſtituere in caſum, quando teſtamentum
conderetur: & propterea hoc tantum diſpo-
ſuit, vt ſi moreretur ab inteſtato dos reuerte-
retur ad fratrem dictæ filiæ naturalis, & ſic
ſubſtituit ſolum in caſum mortis ab inteſtato,
quia in caſum mortis cum teſtamento ſubſti-
tuere non potuit, ſed in omnibus alijs caſibus
in quibus ſubſtituere potuit etiam in caſum
mortis cum teſtamento ſimpliciter ſubſtituit,
& ſic in vtrumque caſum.

Non etiam obſtat, quod vltima pars; in qua
continetur prohibitio alienationis ſe compa-
tiatur cum ea de qua agitur, quia non intel-
ligitur ſimpliciter facultas teſtandi permiſſa,
ſed ſolum inter perſonas de familia; Nam licet
ſit verum, ſi præſupponeremus ſubſtitutionem
fuiſſe reſtrictam ad caſum mortis ab inteſtato
quod ita intelligi deberet, ne extra familiam
teſtaretur ex ratione qua teſtator motus eſt:
Nihilominus eſt etiam verum teſtatorem vo-
luiſſe quod bona non peruenirent ad quemli-
bet de familia, ſed ad proximiorem tantum,
ſalua ſcilicet gradus prærogatiua; Et genera-
liter in illa parte prohibitionis clariſsime ꝓ-
hibere voluiſſe, ne aliquo modo bona per viã
vltimæ voluntatis alienarentur, & ſic partes
ſunt incompatibiles, & per conſequens ex po-
ſteriori expreſſa, quæ prohibet quamcunque
4 alienationem intelligitur derogatum † per-
miſsioni tacitè, iuxta notata per Doct. in
l. fin. ff. de leg. 2. in princip. Dec. in l. 1. ff. de of-
fic. eius, nu. 55.

Nec facit, quod illa verba Decedentibus ab
5 inteſtato videantur † importare conditionẽ l.
generaliter in principio. C. de inſtit. & ſub-
ſtit. Socin. conſ. 150. ſub num. 24. verſ. Nono
confirmatur; lib. 1. Paris. conſ. 72. num. 60.
cum ſequen. lib. 3. Quia hoc eſſet conſidera-
bile, ſi verba illa fuiſſent prolata ad reſtri-
ctionem, & reſtrictioni conuenirent, ſed cum
ſint enũciata ad ampliationem, ita ut fideicõ-
miſſo locus ſit etiam ſi grauatus ab inteſtato
decedat, debet admitti fideicommiſſarius ſi
decebat ad inteſtato propter exiſtentiam cõ-
ditionis expreſſæ, ſed ſi decedat cum teſtamẽ-
to non poteſt dici facta conditio, quia inten-
tio teſtatoris fuit etiam in hunc caſum vocare
ſubſtitutos, & etiam hic caſus implicatur ſub
dictione Etiam ſecundum mentem teſtatoris
perſpicuam in alijs partibus teſtamenti, &
6 ſcripta † in augumentum non poſſunt impor-
tare reſtrictionem, & diminutionem. l. nulla
iuris, C. de legib. Dec. conſ. 597. num. 8. Et
multæ etiam limitationes quæ traduntur in
materia augumenti à contrario ſenſu ne ſumi
poſsit huic caſui applicantur. Et eo magis,
quia illa verba Decedentibus ab inteſtato non
7 ſunt participia † abſoluta, ſed ſunt poſita in
datiuo caſu, & reguntur à verbo, Et propte-
rea, conditionem importare non poſſunt cum
de mente non conſtet, Bartol. in l. 1. colum.
fin. num. 25. de conditione, & demonſtra-
tione.

Similiter non obſtat, quod niſi operentur
reſtrictionem, videantur omnia illa verba ſu-
perflua, eo quod ex alijs partibus apparebat
teſtatorem ſubſtituere velle etiam decedenti-
8 bus ab inteſtato, Et verba † ſemper interpre-
tari debent, ne ſint ſuperflua. l. ſi quando, de
leg. 2. cum vulgar. Nam reſpondetur, quod
verba nunquam dicuntur ſuperflua, quando
9 proferuntur ad declarationem, † vel expri-
munt ea quæ tacitè inſunt, Aret. in l. liber
homo, §. decem, de verbor. obligat. Ruin.
conſ. 169, col. fin. lib. 1. & 136. num. 11. lib. 3. In
ſequentibus autem partibus, ita facta fuerat
ſubſtitutio, vt ei etiam caſus mortis ab inte-
ſtato ineſſet, & propterea is caſus, qui tacitè
inerat expreſſus videtur.

Nec refert quod expreſsio, & declaratio
iſta videatur inanis: Quoniam cum facilius
10 contra fideicommiſſum admittãtur † venien-
tes ab inteſtato, quando alienatio prohibe-
tur, l. cum pater, §. cum inter, ff. de leg. 2.
teſtator exiſtimauit expedire, vt declararet
ſe velle omnino fideicommiſſo locum eſſe etiã
ſi grauatus ab inteſtato decederet; Et facit,
11 quia potius tollerandum † eſt, vt verba ſint
ſuperflua, quam vt cenſeantur adiecta ad ef-
fectum contrarium menti teſtatoris, Socin.
conſ. 21. num. 55. lib. 3. Et cenſeantur potius
12 propter imperitiam † poſita ad declarationẽ
licet non neceſſariam, idem Socin. conſ. 63.
col, 3. lib. 3.

Quod vero hæc pars, & quos etiam, &c. nõ
poſsit ſtare reſtriſtiue, vel ab effectũ aliquẽ di-
ſpoſi-

Digitized by Google

ſpoſitiuum, ſed ſolum ad declarationẽ, & expreſſionem eius, quod tacite inerat; patet euidenter, quia ſtatim repetendo, & declarando ea verba, Et quos etiam, &c. ſubiecit, Et ſic vltimo ex deſcendentibus maſculis dicti Ioannis decedẽtibus ſine deſcendentibus maſculis. Etenim teſtator ſolitus eſt in dicto teſtamento poſt ſubſtitutionem factam in aliquem caſum, eumdem caſum ſemper repetere per huiuſmodi verba, Et ſic, quæ inferunt, & declarant præcedentia Ruin. conſ. 103. numer. 21. lib. 2. Cum igitur in hac parte illatiua declaratiua præcedentis non repetierit teſtator dictionem illam Ab inteſtato, ſed ſimpliciter expoſuerit, & declarauerit ſubſtitutionem factam eſſe vltimo ex deſcendentibus maſculis Ioannis morientibus ſine deſcendentibus maſculis, ſequitur, vt in præcedenti parte intelligi debeat facta ſubſtitutio deſcendentibus Ioannis, etiam ſi decederent cum teſtamento, & quod non repetierit dictionem illam Ab inteſtato, quia non fuerat per eum prolata ad reſtrictionem, vel diſpoſitionem aliquam, ſed ſolum ad declarationem, & dubitationem tollendam ſine alteratione præcedentis fideicommiſſi. Longiſſime enim abeſt à veriſimili fuiſſe eum omiſſurum repetitionem dictionis Ab inteſtato, quę in hac parte erat de ſubſtantia, ſi fuiſſet poſita ad reſtrictionem. Cum igitur teſtator ipſis verbis, Et ſic, &c. declarauerit ſe in præcedenti parte includiſſe caſum mortis cum teſtamento, videntur reijciendæ ſubtilitates, & concludendum teſtatorem non requiſiuiſſe ad effectum vt Ciriacus, & eius deſcendentes admitterentur vltimum Io. mori ab inteſtato, ſed ſolum decedere ſine deſcendentibus maſculis, & hanc ob cauſam dictionem Ab inteſtato in ea parte, & ſic vti poſitæ in præcedenti parte ſolum ad declarationem, & dubitationem licet friuolam tollendam.

Confirmantur prædicta, quia ſtatim poſt illam partem declaratiuam, Et ſic, &c. ſubijcit hæc verba, Et hoc pro conſeruatione familiæ, & agnationis ipſius teſtatoris, quæ ratio nullo modo conuenit reſtrictioni fideicommiſſi, nec eſt veriſimile ſi in præcedenti parte, Et quos, &c. mens teſtatoris fuiſſet reſtringere fideicommiſſum ad caſum mortis ab inteſtato, fuiſſe incontinenti ſubiecturum hanc rationem, quæ repugnare videtur.

Præterea illud etiam eſt aduertendum, quod ſicut teſtator omnia legata, & fideicommiſſa particularia quæ reliquit extincta linea maſculina Ioannis reliquit ſiue decederet vltimus ab inteſtato ſiuè cum teſtamento, Ità conſequens eſt eum ſubſtituiſſe in reliquis bonis Ciriacum, & deſcendentes ipſius maſculos, quod ſub eadem conditione, & eodem orationis contextu ſubſtituit, vt bene per Gabr. conſil. 24. numero nono lib. 2.

Concludo igitur illam partem, Et quos etiã &c. & dictionem (ab inteſtato) non fuiſſe adiectam ad reſtrictionem, ſed ad declarationem, & expreſſionem eius quod tacite inerat, & ad augmentum, & fauorem fideicommiſſariorum, & agnationis conſeruandæ, nec debere verba eius partis ita interpretari, vt cauſa ſuperfluitatis euitandæ importent reſtrictionem in damnum fideicommiſſariorum Dec. conſ. 232. in fine.
13 Maxime † quia contra veriſimilem mentem, quæ hoc caſu clara eſt in teſtatore ſtudioſiſſimo conſeruandæ agnationis reſtrictio fieri non debet, nec præſumi Bald. conſ. 40. in fin. lib. 3. Et cum fideicommiſſa
14 † regulariter fiant ad impediendas teſtamentarias diſpoſitiones Doct. in l. 2. de hæred. inſtit. Æquitas non patitur, vt his verbis dubijs, & quæ de ſui natura ampliationem important quiſquam aſſerat fideicommiſſa in alijs partibus clariſſima eſſe reſtricta ad caſum mortis ab inteſtato, vt ex præmiſsis patet.

Statutum Vrbis de non petendo debitum, ſi fuerint lapſi ſexdecim anni à die moræ, ex ſententia Rotæ declaratur, Cap. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio lata proueniens ex proprietate verborum vniuerſalium, non excluditur, quamuis materia ſit odioſa.*

2 *Statutum Vrbis de non petendo debitum poſt lapſum decennium à die moræ. habet locum etiam in actione tutelari, quamuis proueniat ex quaſi contractu, & n. 3.*

4 *Item tollit officium Iudicis nedum mercenarium, ſed etiam nobile, & n. 5*

6 *Officium Iudicis nobile ex ſola æquitate conceditur.*

7 *Præſcribitur ſpacio 30. annorum.*

8 *Statutum Vrbis de non petendo debitum, ſi fuerint lapſi ſexdecim anni, an intelligatur de prima tantum negligentia, vel etiam de ſecunda, aut vlteriori.*

9 *Præſcriptio Statutaria inducta per Statutum Vrbis, ſi per litis conteſtationem interrumpatur, non incipit de nouo, ſecus ſi fuit interrupta abſque litis conteſtatione, quia tunc incipit currere alia noua præſcriptio eiuſdẽ temporis, quanti erat prima, & n. 11.*

10 *Actio perpetuatur vſque ad triginta annos.*

12 *Statutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, etiam ſi ſit odioſum, & materiam correctoriam contineat.*

13 *Argumentum ab æquiparatis, ſeu ſubrogatis valet, ita vt diſpoſitum in vno locum habeat in alio.*

14 *Præſcriptio Statutaria ſubrogatur in locum*

præſcriptionis 30. annorum, & n. 26.

15 *Conditio, quæ de iure ineſt, expreſſa nihil operatur.*

16 *Angel. in l. 2. §. ſi rem, prope finem, de vſucapion. quod ſemel interrupta præſcriptione ſtatutaria excluſa vlteriori, ſtandum ſit diſpoſitioni iuris communis, reprobatur.*

17 *Præſcriptio Statuti Vrbis currit etiam contra filium, qui intra tempus ſexdecim annorum nō petyt ſupplementum legitimæ.*

18 *Iuri petendi ſupplementum legitimæ præſcribitur ſpacio 30. annorum.*

19 *Præſcriptio Statuti Vrbis locum habet etiam cōtra hæreditatem iacentem, dummodo fuerit inchoata contra defunctum.*

20 *Item locum habet contra Clericos.*

21 *Statuta Vrbis ſunt Papalia, & comprehendunt etiam perſonas Eccleſiaſticas, necnon cauſas ſpirituales, & n. 22. & 24.*

23 *Statutum Laicorum, licet ſit confirmatum à Papa, non tamen cauſas ſpirituales comprehendit.*

25 *Præſcriptio ſtatutaria contra Pupillum non currit, etiam ſi inceperit in vita illius, qui contraxit.*

27 *Statutum Vrbis de non petendo debitum poſt ſexdecim annos à die moræ, actionem realem non comprehendit.*

28 *Non habet locum in contractu cenſus.*

29 *Diſpoſitio l. Procula ff. de probat. in contractu cenſus locum non habet.*

30 *Præſcriptio Statuti Vrbis locum non habet, quando is, cui aliquid debetur ex vna cauſa, ex alia habet de bonis debitoris tātundem in manibus, vel plus, quam ſibi debeatur.*

31 *Item non procedit in debito iurato, licet Statutum ſit confirmatum à Papa, & n. 35.*

32 *Iuramentum non venit in generali diſpoſitione, niſi de illo fiat mentio.*

33 *Habet vim cōteſtationis litis, et perpetuat actionem vſque ad 40. annos.*

34 *Confirmatio reddit tantum robur actui confirmato, non autem extendit illum ad id quod in eo non continetur.*

36 *Negligentia, ſeu tarditas creditoris in non petendo, quod ſibi debetur, non ſufficit ad præſumendam ſolutionem.*

37 *Præſcriptio inducta per Statutum Vrbis locum habet etiam in debito iurato, quotieſcumque Statutum tollit fidem inſtrumento.*

38 *Item locum habet contra debitorem ignorātem.*

39 *Reſtitutio in integrum datur etiam aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. annorum ex capite ignorantiæ, dummodo ignorantia ſit probabibilis, & n. 40*

41 *Debitū quod ſoluitur occaſione tributi in ſignū ſuperioritatis de iure præſcribi non poteſt.*

42 *Statutum Vrbis inducens præſcriptionem non habet locum contra eum, qui petit debitum per viam exceptionis.*

43 *Item non procedit in rebus dotalibus, nec comprehendit mulieres pro dictis rebus etiam viuente marito.*

44 *Item non comprehendit augmentum ipſarum dotium,*

45 *Limita in fructibus dotis nondum datæ marito dummodo obligatio non ſit conditionalis ſi debitor fuerit in mora, & n. 47.*

46 *Fructus dotis non veniūt dotis appellatione, nec habent eius priuilegia.*

48 *Mora in fructibus dotis perſoluendis non committatur niſi de anno in annum.*

49 *Statututum Vrbis de non petendo debitum poſt ſexdecim annos, an locum habeat contra eum qui petit, quod ſuum eſt, vel ſibi debitū ex cauſa ſpolij.*

50 *Remedium canonis reintegrāda, 3. quæſt. 1. præſcriptione tollitur, quemadmodū cætera actiones priuilegiatæ, ſecundum magis communem, & veriorem opinionem.*

51 *Actiones omnes tam de iure ciuili, quàm Canonico præſcriptione quadragennaria tolluntur.*

52 *Dominium præſcriptione tollitur.*

53 *Tex. in c. reintegranda 3. q. 1. declaratur.*

54 *Gloſ. in cap. ſolicitè de reſtit. ſpoliat. declaratur.*

55 *Actiones perpetuæ dicuntur illæ, contra quas ſola præſcriptio 30. vel 40. annorum opponi poteſt.*

56 *Pactum de retrouendendo quandocumque, & perpetuo, ſpacio 30. annorum extinguitur.*

57 *Remedio Canonis reintegranda ſpacio triginta, vel 40. annorum præſcribitur tantum, quando ſpolium eſt ſimplex proueniens ex probatione duorum extremorum, ſecus quando ſpoliator à principio fuit doloſus, vel violentus, & num. 58.*

NEmo ignorat quem ſit frequens in Vrbe cōtrouerſia ſuper hoc Statuto. Ideo pro illius declaratione in primis eſt aduertendum, quòd cum eius verba ſint vni-
1 uerſalia non excluditur lata † interpretatio,
quæ prouenit ex proprietate verborum, licet
materia ſit odioſa, Aret. in l. cum lege, poſt
princip. de teſtam. Calder. conſ. 1. in princip.
de conſanguin. & affinit. Goazad. in l. 2. n. 165.
C. de pact. inter empt. & vendit. Vnde Rota
in vna Romana tutelæ 17. Martij 1586. corā
Cardinale Seraphino tenuit, quòd huiuſmodi
2 Statutum † habeat locum etiam in actione tu-
telari, ſupradicta ſcilicet ratione, quia verba
ſunt adeo vniuerſalia, vt comprehendāt etiam
creditores ex quaſi contractu, quia illi etiam
dicuntur creditores, & quādo obligatio pro-
3 uenit ex facto debitoris, tunc dicitur † quis
creditor, licet ſit ex quaſi contractu, vt in tu-
tore eſt tex. in §. tutores, Inſtit. de obligat.
quæ ex quaſi contract. l. 1. §. officio de tut.
& ration. diſtr. Rebuff. in l. creditores col.
fin. cart. 102. de verb. ſignif.
Secundo eſt aduertendū, quòd ſicut Statutū
4 tollit actionē, ita etiam tollit officiū † Iudicis
mercenarium, quod actioni deſeruit, nec ſine
actione poteſt conſiſtere, Bart. in l. iubere nu.
3. de iuriſdict. omn. Iudic. Felin. in cap. 2. n. 8.
5 de offic. iudic. Quinimmo Iudicis officiū † nobile

bile ex hoc Statuto ſublatum cenſetur: Primo,
quia vbi datur actio, vel obligatio, ceſſat
iſtud Iudicis officium, l. qui per collationem
§. fin. de act. empt. Iaſ. in l. 1. poſt n. 8. ff. de iu
riſd. omn. iud. bene Corn. conſ. 18. nu. 11. lib. 3.
Secundò, quia Statutum nedum tollit actionē,
verum etiam inducit præſumptionem ſolutio-
nis. Vnde hic non poteſt cadere iudicis offi-
6 cium nobile, quod ex ſola † æquitate concedi-
tur, vt habetur in dicta Romana tutelæ, & tra-
dunt Doct. Inſtit. de act. in princi. & Guid. Pap.
deciſ. 361. n. 2. Tertio, quia Statutum ſuccedit
loco præſcriptionis 30. annorū, ideo tollit etiā
officium Iudicis nobile, quia ſpacio 30. anno-
7 rum iſtud Iudicis officium † præſcribitur gloſ.
in l. ſicut, in verbo perſecutione, & ibi Doct. C.
de præſcript. 30. vel 40. ann. Bald. in rubr. ex-
tra de præſcript. n. 22. cum alijs per Tiraquel.
de retract. lign. §. 35. gloſ. 4. n. 41.

Sed quæritur hic opportune, An hoc Statu-
8 tum intelligi debeat de prima tantum † ne-
gligentia, vel etiam de ſecunda, aut vlteriori?
Finge enim, quòd præſcriptio fuerit interru-
pta per petitionem, non tamen debitum ſit ſo
lutum, dubium eſt, an locus ſit nouæ præſcri-
ptioni ſtatutariæ, itavt alia tanti temporis
præſcriptio incipiat, quanti erat prima, vel po
tius præſcriptio iuris communis ſit attenden
da? Et pro reſolutione, ita eſt diſtinguendum:
9 Aut præſcriptio † inducta à Statuto interru-
pta fuit per litis conteſtationem, & non eſt lo-
cus nouæ præſcriptioni ſtatutariæ, quia actio
10 perpetuatur † vſque ad 30. annos, l. nam & ſi
poſtea §. is qui, & ibi Bart. & alij ff. de iure
iuran. Aut præſcriptio fuit interrupta abſque
litis conteſtatione, & tunc nulla conſiderari
poteſt inducta perpetuatio actionis, ad tradi-
ta per Bart. in l. ex hoc ædicto num. 5. vbi Ca-
ſtren. num. 4. Alexan. num. 11. Iaſ. num. 3. So-
cin. num. 21. ff. de eo per quem fact. erit, Sa-
licet. in l. fin. poſt med. verſ. quæro C. de
præſcript. 30. vel 40. ann. Angel. in l. ſunt n.
13. verſ. nota hanc diſtinctionem C. eod. tit.
Imol. in l. 2. §. ſi rem n. 12. ff. de vſucapion. Ideo
11 quandocumque occurrat hęc † interruptio ſi-
ue ſit prima, ſiue ſecunda, ſiue etiam vlterior
ſemper durat ratio finalis Statuti, quod ſem-
per loquitur, vulg. l. Ariani C. de hæret. Ita
quod eius diſpoſitio, quæ ſemper viget nō poſ
ſit in primo actu cōſumi, Tiraquel. in l. Boues
§. hoc ſermone limit. 9. de verb. ſignif. Præſer-
12 tim cum † Statutum recipiat paſsiuam inter-
pretationem à iure cōmuni, l. 1. §. lex Falcidia
ff. ad leg. Falcid. Etiam ſi ſit odioſum, & ma-
teriam correctoriam contineat, Dec. conſ. 16.
nu. 3. Quo fit, vt Statutum huiuſmodi debeat
recipere iſtam interpretationē, vt quando ſci-
licet agitur de ſola interruptione pręſcriptio
nis, incipiat currere alia noua pręſcriptio eiuſ
dem temporis, quanti erat prima, ad Bart.
Alex. & Iaſ. in l. 2. ff. de eo per quem factū erit,
13 ſiquidem valet † argumentum ab æquipa-
ratis, ſeu ſubrogatis, vt diſpoſitum in vno ha-
beat locum in alio, l. ſi eum §. iniuriarum ff.
ſi quis caut. l. hæc adiectio, vbi Bart. ff. ſi quis
teſt. Aret. conſ. 161. num. 9. Vnde cum præ-
14 ſcriptio ſtatutaria † ſubrogetur in locum
præſcriptionis 30. annorum, Quemadmodum
illa interrupta abſque litis conteſtatione in-
cipit de nouo ad tantum tempus, quantum
erat prima; Ita etiam præſcriptio ſtatutaria
interrupta incipere debet iuxta tempus pri-
mæ. Nam licet Statutum dicat, quod niſi fa-
cta fuerit interruptio præſcribatur, tamen
15 conditio hæc de iure ineſt, ideo expreſſa † ni-
hil debet operari, l. 3. ff. de leg. 1. quidquid
dicat Cuman. in dict. l. 2. §. ſi rem n. 4. ff. de
vſucapion. cuius doctrina eſt communiter re-
probata.

Non obſtat, quòd ſemel interrupta pręſcri-
ptione, ceſſare debeat Statutum, & recurren-
dum ſit ad diſpoſitionem iuris communis,
Bald. in l. ſunt nu. 5. & 13. & ibi Angel. C. de
præſcript. 30. vel 40. ann. Alex. in l. fin. n. 11.
ff. de eo per quem factum erit Iaſ. in §. pęnales
n. 115. Inſtit. de action. Quia Doctores allega-
ti loquuntur ſolum eo caſu, quo interrupta
præſcriptione ſtatutaria per litis conteſtatio-
nem, actio perpetuatur: At ſecus vbi non adeſt
litis conteſtatio, quia tunc actio non perpe-
16 tuatur, & ſic non bene loquitur Angel. † in
dict. l. 2. §. ſi rem prope fin. dum vult ſemel
interrupta præſcriptione ſtatutaria excluſa
vlteriori ſtandum eſſe diſpoſitioni iuris com-
munis; Nam aut intelligendus eſt quādo Sta-
tutum nedum interrumpit, ſed etiam perpe-
tuat actionem, cum dicat, & Statutum non di-
cit in quātum tempus perpetuetur; Aut ſane
eius doctrina eſt ſingularis, nec admittenda
* cum contraria ſit * communis, vt ex Bart. &
alijs ſupra allegatis apparet, & ipſemet An-
gel. contrarium ſentit in d. l. ſunt num. 13. C.
de præſcript. 30. vel 40. ann. vt per Imol. in d.
l. 2. §. ſi rem, & in l. ſi ſeruum §. ſequitur
n. 7. de verb. obligat.

Præterea hæc Statuti præſcriptio currit
17 etiam contra filium, † qui intra tempus ſexde-
cim annorum non petijt ſupplemētum legiti-
mæ, Angel. in l. Papinianus. §. ſi conſtitutioni
ff. de inoffic. teſtam. Bald. de præſcript. in 4. par
te 4. par. princip. q. 23. Boer. deciſ. 250. Mohed.
deciſ. 151. qui volunt iuri petendi dictum ſup-
18 plementum † præſcribi ſpacio 30. annorum
In cuius quidem locū Statuti præſcriptio ſuc-
cedit, Socin. Iun. conſ. 86. num. 5. lib. 3. Patiſ.
conſ. 32. n. 16. & conſ. 93. n. 20. lib. 3. Gozzad.
conſ. 64. n. 13. & conſ. 80. n. 5.
19 Item procedit cōtra hæreditatem † iacentē,
quatenus inchoata ſit contra defunctū, vt no-
tant Cin. & Bald. in l. licet C. de iur. delib. So
cin. conſ. 61. n. 19. lib. 1. Bald. conſ. 48. incip. in-
ter cætera lib. 1. & licet idem Bald. contrariū
teneat in conſ. 150. lib. 2. nihilominus hæc opi-
nio eſt verior iuxta diſtinctionem eiuſdem
Bald. in d. cōſ. 48. & late tradit Caſtren. in l. ea
quæ §. ſi quando n. 5. C. de temp. integr. reſtit.

Duran. de teſtam.caut. 6. ſub tit. de acquir.
vel omit. hæredit.

Simili quoque modo hæc Statuti diſpoſitio
20 locum habet etiã contra † Clericos quidquid
dicat Bou. de Statut.Vrb. præſcript. gloſ. 19.
21 105. Ratio eſt, quia Statuta Vrbis ſunt † Pa-
palia, & comprehendunt etiam perſonas Ec-
cleſiaſticas, vt ſæpius Rota tenuit, & ſignan-
ter in vna Romana hæreditatis de Comitibus
21. Iulij 1577. coram fel. record. Clemente
Papa Octauo tunc Auditore, vbi fuerunt alle-
gatæ aliæ deciſiones. Quinimmo ego arbitror
hanc præſcriptionem procedere etiam in cau-
22 ſis ſpiritualibus, in quibus Statuta Vrbis † lo-
cum quoque ſibi vendicant, vt fuit tentum in
vna Romana ſeparationis Thori 2. Decembris
1605. coram Marquemontio, quæ deciſio fuit
confirmata ſub die 16. Ianuarij 1606. coram
eodem; Neque enim diuerſitatis ratio aliqua
dari poteſt inter cauſas ſpirituales, & perſo-
nas Clericorum, quæ ſunt quid ſpirituale c. ſi
Iudex de ſent. excommun. in 6. Et licet verum
ſit cauſas ſpirituales comprehendi non poſſe
23 ſub † Statuto Laicorum c. Eccleſia Sanctæ Ma
riæ de conſtit. etiam ſi Statutum ſit confirma-
tum à Papa, cum talis confirmatio addat tan-
tum robur Statuto quo ad cauſas in illo com-
prehenſas, non autem illud extẽdat ad cauſas
ſpirituales Iaſ. in l. more n. 41. & Dec. n. 31.
de iuriſdict. omn. iudic. Alex. conſ. 59. lib. 1.
& conſ. 39. lib. 4. Ruin. conſ. 9. n. 2. lib. 3. Tamen
hoc non procedit in terminis Statutorum Vr-
24 bis, quæ non ſunt Statuta Laicorum, ſed † Pa-
palia, cum fuerint de mandato Papæ correcta,
& emendata à perſonis ab eo deputatis, & di-
ctis Statutis eo modo correctis, & emendatis
idem Papa ſpecificam cõfirmationem imper-
tiuerit, quo fit, vt dicantur Statuta ipſius Pa-
pæ, & conſequenter cenſeantur facta à depu-
tatis, ſicut ſi fuiſſent deputati ad condendum,
vt fuit dictum in dicta cauſa Romana de Co-
mitibus, & bene facit c. ſi Apoſtolicæ de præ-
ben. in 6. & l. 1. C. de vet. iur. enucleand. Bald.
in l. ex placito C. de rerum permutat. Rebuff.
ſuper concord. tit. de form. mandat. Apoſtol.
in gloſ. in verbo confirmationem in princip.

Sed quamuis creditor negligens in petẽdo
per ſexdecim annos ab hoc Statuto excluda-
tur, vt non poſſit amplius petere quid ſibi de-
betur. Attamen hoc limitatur primo, vt non
procedat aduerſus pupillũ etiam ſi præſcriptio
inceperit in vita illius, qui cõtraxit, quia non
ob id completur poſt illius mortem contra pu
pillum hæredem durante eius pupillari ætate
l. ſicut, C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Nam
quidquid ſit in alijs præſcriptionibus hæc cõ-
tra pupillum non currit, ſed dormit, vt de cõ-
muni teſtatur Balb. de præſcript. par. 6. prin-
cip. in 23. caſu nu. 34. ante fin. Et voluerunt
Domini in vna Romana de Magdalenis 9. Iu-
nij 1587. coram Cardinale Blanchetto, & in
vna Romana Cenſus de Caſtarellis 9. Decem-
bris de eodem anno coram Gyplio.

25 Nec ad rẽ pertinet, quod Statuti † præſcri-
ptio tanquam inducta poſt l. fin. C. quib. cau.
reſt. in integr. non eſt neceſ. currere, & impleri
contra pupillũ valeat per ea, quæ tradit idem
Balb. loco ſupra citato n. 43. verſ. nec obſtat;
Quoniam ipſe paulo poſt ſe declarans ſubdit
non habere locum in pupillo per tex. in d. l.
ſicut, & ſi aliter ſentiret eius opinio tenenda
26 non eſſet, quia præſcriptio Statutaria † loco
præſcriptionis 30. annorum ſubintrat, vt dixi,
& tradit Paul de Caſtr. conſ. 439. n. 3. circa
med. lib. 2. Balb. vbi ſupra n. 43. verſus finem.

Secundo limitatur, vt nõ procedat in actio-
27 ne reali, quia hoc Statutum † actionem rea-
lem nõ comprehendit Roman. conſ. 201. n. 2.
Iaſ. poſt alios Inſtit. de action. in princip. nu.
99. & ſequen. Felin. in c. fin. col. 3. nu. 6. verſ.
limita tamen tribus modis de præſcript. Balb.
eod. tit. in 2. par. 3. par. princip. quæſt. 14 nu.
* 10. Grat. qui teſtatur de * communi conſ. 41.
n. 7. Rimin. Iun. conſ. 37. n. 67. Couar. lib. 2.
var. reſolut. c. 14. n. 1. Gabr. de præſcript. con-
cluſ. 4. nu. 7. & in terminis tenuit Rota in vna
Romana extinctionis cenſus 21. Octob. 1582.
coram Epiſcopo Lauretano; Et coram Gypſio
in alia Romana cenſus de Caſtarellis 9. De-
cembris 1587. in qua fuit dictum præfatum
28 Statutum non habere locum in † contractu
cenſus, quia ex eo oritur obligatio, quæ actio-
nem realem parit Aym. conſ. 117. nu. 4. Tira-
quel. de retract. lign. §. 1. gloſ. 6. nu. 4. & licet
quando annua præſtatio tanquam res ſibi de-
bita petitur perſonalis actio competat non
propterea excluditur quin etiam realis actio
debeatur ad Statuti excluſionem: Hinc eſt,
29 quòd neque † diſpoſitio l. Procula ff. de pro-
bat. in contractu cenſuali locum ſibi vendicet,
quoniã omnia illius requiſita nõ poſſunt con-
currere; Nam vltra conſanguinitatem, & ra-
tiones ſæpius calculatas, neceſſe eſt etiam
probare diuturnitatẽ temporis, vt tradit Iaſ.
in l quæ dotis n. 12. ſolut. matrim. Dec. conſ.
296. col. 2. prope fin. cum alijs congeſtis per
Menoch. de arbitr. caſu 88. n. 16. & ſequen.
Quæ temporis diuturnitas in cõtractu cenſus
conſiderari non poteſt, cum ſit ex ſui natura
perpetuus, & non redimibilis, niſi venditore
volente, quo fit, vt remiſſio crediti nunquam
iuxta terminos d. l. Procula cenſeatur facta, vt
bene per Socin. Iun cõſ. 128. n. 14. & 126. lib. 1.

Tertio limitatur, vt non procedat, quando
30 is, cui aliquid debetur ex vna cauſa, ex † alia
habet de bonis debitoris tantundem in mani-
bus, vel plus, quàm ſibi debeatur, vt bene per
Anchar. conſ. 5. n 5. verſ. illud eſt pulchrum
dubiũ, quem ſequitur Mohed. deciſ. 3. de præ-
ſcription. Et facit, quia præſcriptio fundatur
præcipue in negligentia creditoris, quę, vt om
nibus notum eſt conſiderari non poteſt in eo,
qui tantũdem, vel plus in manibus habet quã
ipſe prætendere de iure poteſt. Vnde Rota in
vna Ariminen. legati 7. Februarij 1600. corã
Litta cenſuit illi, cui legitima debebatur non
obſtare

obſtare ſimilem præſcriptionem, quæ induce-
bat præſumptionem ſolutionis ex negligentia
in petendo, ex quo creditor legitimæ habebat
penes ſe maiorem ſummã ex bonis illius, qui
legitimam præſtare debebat; Vnde fuit dictũ
quod reſpectu quantitatis ipſius legitimæ cen
ſebatur facta compenſatio.
31 Quarto limitatur, vt non procedat † in de-
bito iurato. Primo, quia iuramentum non ve-
32 nit in † generali diſpoſitione niſi de illo fiat
mentio gloſ. in c. cum non deceat in verbo ef
fectus de elect. in 6. per rex. in c. conſtitutus de
reſcript. vbi Felin. n. 5. Io. Andr. in reg. quod
ſemel in fine de regul. iur. in mercurial. Alex.
conſ. 37. n. 24. lib. 2. Corn. conſ. 328. col. 4. lib.
1. & conſ. 180. col. 1. in fin. lib. 3. Grat. qui de
* communi* teſtatur reſponſ. 41. n. 14. lib. 1. Lau-
rent. de Pin. conſ. 90. n. 3. cum alijs per Gabr.
de Statut. concluſ. 11. in princ. & de iure iur.
concluſ. 5. in princ. & n. 12. & per Seraphin. de
priuileg. iuram. priuil. 22. n. 52. & priuileg. 5 2.
33 num. 2. Secundo quia iuramentum † habet
vim cõteſtationis litis, & ideo perpetuat actio
nem vſque ad 40. annos l. nam & ſi poſtea §.
ſi is qui, & ibi Bart. n. 3. Rom. n. 4. Iaſ. n. 5. ff.
de iureiuran. Felin. in cap. fin. in 4. declarat.
verſ. limita ſecundò n. 7. de præſcript. Marſil.
ſingul. 141. Grat. d. conſ. 41. n. 5. verſ. ſecun-
do conſidera lib. 2. Crauet. conſ. 71. num. 2.
late Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.
51. nu. 1. & 8.
Nec facit quod Statutum ſit confirmatum
à Papa ex certa ſcientia, & propterea videa-
tur comprehendere etiam obligationem iura-
tam per ea, quæ tradit Gabr. de Statut. con-
cluſ. 11. n. 8. & in fine, Quia confirmatio intel-
ligitur in terminis, in quibus ſtatutum loqui-
34 tur, cũ eius ſit naturæ, vt reddat robur † actui
confirmato, non autem quod extendat illum
ad id, quod in eo non continetur l. Aurelius
§. teſtamento ff. de lib. leg. Bald. in l. nomi-
nationes in fine C. de appellat. Corn. conſ. 224.
n. 1. lib. 3. Alex. conſ. 122. lib. 4. Ruin. conſ. 158.
n. 16. lib. 1. & conſ. 111. n. 18. lib. 3. Dec. in ru-
br. de confirm. vtil. vel. inutil. n. 2. & 3. Bero.
quæſt. 50. n. 2. Et ita in terminis huius Statu-
ti, quod non habeat locum in debito iurato li-
35 cet ſit confirmatum † à Papa tenuit Rota in
vna Romana penſionis Domus 16. Ianuarij
1598. coram Horatio Cardinale Lancelotto,
& in terminis Statuti Bononien. ſub rubr. de
præſcript. confirmati à Iulio II. idem fuit de-
ciſum in vna Bononien. de Calderinis 4. No-
uembris de eodem anno coram Penia. In qua
ad illam coniecturam, quæ primum locum
obtinere videbatur de taciturnitate Calderi-
norũ, qui nec viuente Cornelio, vel alijs duo-
bus Dominis debitum petierant quaſi expe-
ctauerint tempus in quo nemo eſſet de nego-
cio informatus, qui reſpondere poſſet; fuit re-
36 ſponſum tarditatem † creditoris in petendo
quod ſibi debetur non ſufficere ad præſumen-
dam ſolutionẽ, cum alias fruſtratoria eſſet præ-
ſcriptio, vt tenuit Rota in cauſa Romana ex-
tinctionis cenſus die 3. Maij 1584. coram Car
dinale Seraphino, & in vna Burgen. fructuum
5. Iulij 1593. coram Litta.
Declara hanc quartam limitationem, vt
procedat quotieſcunque Statutum non tollit
fidem inſtrumento, ſecus quãdo illi fidem adi-
mit, quod bene poteſt fieri per ſtatuentes Ale-
xan. conſ. 120. lib. 7. in princ. cũ alijs per Put.
deciſ. 316. lib. 1. Nam ſublata fide inſtrumen-
to, non probatur iuramentum, & conſequenter
37 locus † eſt Statuto etiam quando contractus
eſt iuratus, ita declarauit Rota in dicta Ro-
mana penſionis Domus coram Horatio Car-
dinale Lancelotto, & in terminis Statuti Vrbis
antiqui lib. 4. cap. 18. de præſcript. penſ. idem
fuit reſolutum in vna Romana dotis coram
Marſicano die 27. Aprilis 1540. vt teſtatur
Mohed. deciſ. 5. de præſcript. Fab. deciſ. 9. lib.
2. Put. d. deciſ. 116. lib. 1. & deciſ. 16. de con-
ſtit. Caputaquen. deciſ. 413. lib. 1. in manu-
ſcript.
Quinto hoc Statutũ limitatur, vt non pro-
cedat contra creditorem ignorantem gloſ. in
cap. quam ſit §. electus de elect. in 6. & ibi
Io. Andr. qui dicunt quod ignoranti non cur-
rit præſcriptio niſi à die ſcientiæ, & ita volunt
etiam Gemin. Archid. & Franc. ibid. Immo
Compoſtel. in cap. cum te de reſcript. tenet
quod Statuto, aut conſuetudine induci non
poteſt, vt ignoranti tempus currat, ſequitur Io.
de Monte Sperell. in l. Genero ff. de his qui
not. infam.
Sed contra hanc limitationem eſt commu-
38 nis † opinio, de qua late poſt alios per Tira-
quel. de retract. tit. 1. in verbo Ignorans §. 35.
gloſ. 4. per tot. Alex. conſ. 71. & 178. lib. 1.
Socin. Iun. conſ. 70. n. 21. & conſ. 76. n. 141.
& conſ. 128. n. 135. & 141. lib. 1. Vnde caute-
la eſt quod petatur reſtitutio in integrũ prout
de iure. Nam quamuis cõtrouerſa ſit quæſtio
an aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. anno-
rum in cuius locum ſuccedit hæc ſtatutaria
præſcriptio detur reſtitutio in integrum ex ca
pite ignorantiæ, de qua per Aym. conſ. 201.
39 n. 34. Nihilominus receptior eſt † affirmatiua
ſententia quam tenuit gloſ. in l. qui filium §.
Sabinus ad Trebellian. Bart. in l. Æmilius n. 5.
ff. de minor. in l. cum filius §. in hanc de verb.
obligat. in l. 2. C. ſi aduerſ. vend. pignor. Curt.
Sen. conſ. 48. n. 1. Gozzad. conſ. 56. n. 10. So-
cin. Iun. conſ. 70. n. 18. & ſeq. lib. 1. & de com
muni Mandel. conſ. 634. n. 2. & eam vti verio
rem amplexa fuit Rota, & videre eſt apud Pe-
regr. deciſ. 43. in vna Bononien. hæreditatis
lib. 2. Chiſſan. deciſ. 153. Caputaq. deciſ. 207.
par. 3. & in terminis præſcriptionis Statutariæ
Vrbis fuit tentum in vna Romana Domus de
Morombus 13. Nouembris 1579. coram Ioan
ne Baptiſta de Rubeis, & in alia Romana red-
ditionis rationis 10. Martij 1599. coram Ho-
ratio Cardinale Lancelotto, in qua fuit dictũ
illud procedere, dummodo tamen ignorantia
fuerit

Digitized by Google

40 fuerit † probabilis, vt voluit Bald. in c. licet
col. 1. de ſupplen. negl. prælat. Roman. conſ. 117.
col. fin. & 341. in fine Aret. conſ. 15. in fin. Alex.
cõſ. 71. lib. 1. Felin. in c. vigilãti 3. limit. de præ-
ſcript. Dec. conſ. 262. in fin. & conſ. 266. circa
fin. cum relatis per Tiraquel. de retract. lign.
§. 35. gloſ. 4. n. 33.

Sexto limitatur, vt non procedat in debitis
tributorum quæ ſoluuntur in ſignum ſuperio-
41 ritatis, nam hæc de iure † præſcribi non poſ-
ſunt l. cum perit. C. de prǽſcript. trig. ann. vbi
Bart. & Salicet.

42 Septimo limitatur, vt locum nõ habeat † cõ-
tra eum, qui petit debitum per viam exceptio-
nis, quia Statutum prohibet ſolum agentem nõ
autem filium incipientem Put. deciſ. 5. cum
tribus ſequen. de conſtit. vbi inquit, quod qui
excipiendo petit non compræhenditur ſub Sta-
tuto niſi replicando exciperet, quia tunc bene
compræhenditur quod & tradidit Caſtren. in
l. 1. n. 5. ff. de except.

Octauo Statutum hoc limitatur, vt non pro-
43 cedat † in rebus dotalibus, ibi, exceptis doti-
bus. Ideo non compræhendit mulieres pro re
dotali viuente marito Bald. nouel in tract. de
dot. 7. par. princ. Socin. Iun. conſ. 144. nu. 56. &
63. lib. 1. Guid. Pap. in c. illud n. 3. de præſcript.
late Siluan. conſ. 1. n. 130. Afflict. deciſ. 254. n. 3.
Et ſicut Statutum non compræhẽdit dotes, ita
44 etiam † non compræhendit augumenta ipſarũ
dotium, vt per Abb. conſ. 46. par. 1. Campeg. in
tract. de dot. par. 5. q. 9. Pariſ. conſ. 119. lib. 1. &
conſ. 61. lib. 4.

Declaratur tamen hæc limitatio, vt non ha-
45 beat locum † in fructibus dotis nondum datæ
marito, vt fuit deciſum per Rotam corã Mar-
ſicano 6. Februarij 1542. prout refert Mohed.
deciſ. 226. de præſcript. Ratio eſt quia fructus
46 dotis non veniunt † eius appellatione, nec ha-
bent eius priuilegia, vt per Bald. nouel. in trac.
de dot. par. 2. priuileg. 6. Quod tam Rota in-
47 tellexit dummodo obligatio non ſit † condi-
tionalis ſi debitor fuerit in mora, quia tunc vo
luit quod ſit locus præſcriptioni Statutariæ, &
quod plures prǽſcriptiones requirantur, vt per
Doct. in l. vbi autem §. ſi forte de verb. obligat.
48 quia in huiuſmodi fructibus perſoluendis † nõ
committitur mora niſi de anno in annum
quemadmodum in legatis annuis præſcriben-
dis, & in contractu præſtationis annuæ, & fun-
damentum Rotæ in eo conſiſtit, quia in huiuſ-
modi obligationibus ſub conditione adeſt ver-
bum diſtributiuum, vt tantum quolibet anno
ſoluatur, idcirco dicuntur eſſe plures ſtipula-
tiones, & conſequenter requirũtur plures prǽ-
ſcriptiones, vt per Angel. in l. ſtichum §. ſtipu-
latio ff. de verb. oblig. & per Alex. & alios in l.
de pupillo. ff. de nou. oper. nunciat.

Vltimo tractandum eſt, An hoc Statutũ pro-
49 cedat cõtra eum † qui petit quod ſuum eſt, vel
ſibi debitum ex cauſa ſpolij, vel cui alias com-
petit remedium reintegrãdæ? Hic articulus eſt
difficilis, & pẽdet ab illa quæſtione adeo inter
iuris interpretes controuerſa, An remedium
canonis reintegranda 3. q. 1. ſit impræſcri-
ptibile, vel potius tollatur præſcriptione ſaltẽ
longiſsimi temporis 30. vel 40. annorum, in cu-
ius locum Statutaria præſcriptio ſuccedit. Et
50 reſoluendum eſt hoc remedium † præſcriptio-
ne tolli, quemadmodum & cæteræ actiones
quamtumuis priuilegiatæ: quæ opinio non ſo-
* lum eſt magis communis * prout teſtantur
Gabr. concluſ. 5. nu. 64. de reſtit. ſpoliat. Con-
tard. de momentan. poſſeſſ. §. 4. limit. 2. n. 26. vſ-
que ad n. 29. Pontan. de ſpol. lib. 3. cap. 2. n. 91.
Decian. conſ. 63. n. 2. lib. 5. Crot. conſ. 47. nu. 29.
lib. 1. Nicol. Grauat. ad Veſlicum lib. 7. cap. 3.
ſub nu. 41. Sed etiam videtur æquior, & verior
tum de iure tam ciuili quàm Canonico omnes
51 actiones † tollantur præſcriptione quadrage-
naria, vt probatur in l. ſicut, & l. omnes C. de
præſcript. 30. vel 40. annorum, auth. quas actio-
nes. C. de Sacroſ. Eccleſ. c. ad aures, & c. illud,
& c. quia iudicante de præſcript. c. placuit 31
q. 1. & c. poſt quigentos 16. q. 3. in quibus iuribus
ponderantur dictiones vniuerſales qualemcũ-
que actionem tollentes, & maxime in c. ad au-
res ibi, omnis prorſus excluditur actio, quæ
verba ponderat Ruin. conſ. 103. n. 7 lib. 5. & fa-
cit Iaſ. conſ. 115. nu. 27. lib. 4. Aym. conſ. 293.
Rolan. conſ. 72. n. 20. lib. 2.

Et quamuis in Rota alias fuerit decitum
dictum remedium eſſe impreſcriptibile, & per-
petuum, ita ut nulla longiſsimi temporis præ-
ſcriptione etiam mille annorum tolli poſsit, vt
per Caſſad. deciſ. 6. de reſtit. ſpoliat. Mohed. de-
ciſ. 18. eod. tit. Put. deciſ. 115. in fine lib. 1. Si-
mon. deciſ. 60. Veral. deciſ. 296. lib. 1. Tamen ſi
bene conſiderentur dictæ deciſiones apparebit
hanc ſententiam obtinuiſſe cum magna cõtro-
uerſia, & difficultate, & earum compilatores
pro maiori parte contrarium ſenſiſſe. Ideo in
vna Mediolanen. corã Cardinale Serafino ſub
die 17. Maij 1600. cum hæc quæſtio propone-
retur de ordine fel. record. Clementis Papæ
Octaui re diligentiſsime examinata fuit per
Dominos receſſum à dictis deciſionibus, & tẽ-
52 tum præfatum remediũ † præſcriptione tolli.
Quia ſi eſt verum, prout eſt veriſsimum, quod
temporis præſcriptio tollit dominium quod eſt
maximi præiudicij, vt per Bart. in l. rem alienã
de pignorat. act. multo magis debet tollere
hanc actionem poſſeſſoriam leuioris præiudi-
cij, vt arguit Caſtren. conſ. 205. n. 3. lib. 1. So-
cin. in l. rem quæ nobis n. 18. de acquir. poſſeſ.
Pariſ. conſ. 1. nu. 155. lib. 1. Balb. de præſcript. 4.
par princ. q. 20. n. 8. Rolan. conſ. 72. n. 19. lib. 2.
& conſ. 6. n. 8. lib. 3. Alioquin inanes redderen-
tur regulæ iuris, quibus perpetuo traditum eſt
petitorium abſorbere poſſeſſorium.

Non obſtat d. c. reintegranda in illis verbis
Quacũque temporis cõditione, &c. ex quibus
videtur colligi nullo tempore hoc remedium
53 præſcribi, Quia reſpõdetur quod dicta † verba
reguntur ab illis verbis in fine poſitis (perdi-
diſſe noſcantur) & ſic neceſſario non importãt

qu an-

Digitized by Google

quantitatem temporis, ſed potius qualitatem & dum ibi dicitur Epiſcopos ſpoliatos eſſe reſtituendos quacumque conditione temporis aut captiuitate, vel dolo res ſuas perdidiſſe noſcantur intelligatur Epiſcopos reſtituendos ſiue dolo ſiue captiuitate aliauè temporum conditione ſpoliati reperiantur, vt ea temporis conditio vniuerſaliter contineat cæteros omnes caſus mali euentus ex quibus Epiſcopi ſpoliari conſueuerint ac ſi diceretur quacumque mala temporum qualitate id ſucceſſerit Et in terminis quod hęc verba importent qualitatem temporis, & non præſcriptionem de qua in eo tex. non agebatur tradit Contard. de moment.poſſeſ.§.4.limit.2.n.28.poſt Bellamer.& Caſtren.conſ.105.nu.3. par.1.& bene Galleſ. de exercit.Iuriſconſ.lib.3.n.56.Pont.de ſpol.lib.3. cap.2.nu.91.Menoch.in remed.15. recuperan.nu.422. quod etiam ſenſiſſe videtur Archid. in d. c. reintegranda dum dicit fortè ibi erat guerra vel metu latronū nemo audebat ibi morari. Et hunc verum, & germanum ſenſum appellat Nicol.Granat. ad Veſtrium lib.7.c.3.n.41. quem etiam Rota fuit amplexa in dicta cauſa Mediolanen. coram Cardinale Seraphino. Mota principaliter quia non eſt veriſimile Pontificem vno verbo, & illo quidē ambiguo voluiſſe ſubuertere omnium præſcriptionum materiam prout in ſimili tradit gloſ. in c.1. §. præterea in verbo præſcriptione de Capitul.Corrad. Vbi verba illa nulla obſtante præſcriptione interpretantur de decennali, vel vicennali non autem de 30. vel 40. annorum præſcriptione, ne ſcilicet totam materiam præſcriptionum multis vigilijs excogitatam ſubuertere, & radicitus euellere videatur quā gloſ. communiter eſſe approbatam conſtat ex traditis per Tiraquel.de retract. conuent.§.1. gloſ.2.n.12.

Non obſtat auctoritas gloſ. fin. & ſequaciū in c.ſolicite de reſtit.ſpoliat quę vult perpetuo agi poſſe hoc remedio: Nam ſublato fundamēto, quod ſit in d. c.reintegranda tollitur etiam opinio gloſ.quæ illi innititur.Præterea cum vtatur † verbo perpetuo ea eſt intelligenda, vt
54 tatur † verbo perpetuo ea eſt intelligenda, vt
non excludat prę̨ſcriptionem trigennariam, vel quadrigennariam,ſed ſolum præſcriptionē longi temporis quemadmodum, & actiones
55 perpetuæ dicuntur illæ contra† quas ſola præſcriptio 30. vel 40. annorum opponi poteſt Inſtit. de perpet.& tempor.act.& concordantes tex. allegat Briſſon. de verb.ſignific. in verbo,perpetuæ actiones, ſicuti etiam pactum de retro-
56 uendendo † quandocumque, & perpetuo cenſuit Rota ſpacio 30. annorum excludi ex cōſ. Bald. 303. lib.1. in cauſa Reatina tenutæ 13. Aprilis 1579.coram Cardinale Lancellotto; & 12.Decembris 1588. coram Card. Pamphilio.

Illud tamen admonēdi ſumus,quòd aduertit Rota in dicta cauſa Mediolanen. quod remedio canonis reintegranda ſpacio 30.vel 40.
57 annorum ita demum præſcribi poteſt † quotieſcumque verſamur in ſpolio ſimplici proueniente ex probatione duorum extremorum, tunc enim præſcriptio bene procedit, cum etiā ſufficiat ad tollendam malam fidem præſumptam, vt cenſuit Bart.in l.vlt. n.17.C.vnde vi
cuius doctrinam * communiter eſſe receptam teſtatur Balb.in l. Celſus n.106. & 107.ff de vſucap.& poſt eum Menoch. qui multos cōgerit in remed. 13. recuperan.n 10. & d.remed. 15.num.424. Secus autem quando ſpoliator à
58 principio fuit † doloſus,vel violentus quia tūc hæc opinio locum non habet,cum nulla præſcriptio aduerſus dolum, & malam fidem opponi poſsit etiam poſt decurſum tempus mille annorum c.fin.de præſcrip. & ita intelligit Bero.in c.ſolicite n.39.de reſt.ſpoliat.Caſſad.eod. tit.deciſ. 5.n.1.& 2.

In protocollo quæ ſint neceſſaria, vt ex eo deſumi poſsit publicum inſtrumentum: Item quando ſcriptura Notarij carens ſigno,& ſubſcriptione fidem faciat,& de clauſula actum quid operetur. Cap. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Protocollum non valet nec ex eo poteſt deſumi publicum Inſtrumentum niſi ſit ſcriptum & ſubſcriptum manu notarij, qui atteſtetur de eo fuiſſe rogatum.*

2 *In eius recognitione non requiritur quod manus notarij recognoſcatur per teſtes, qui viderint ſcribere.*

3 *In ſcriptura antiqua Rota contentatur de recognitione facta etiam inter alias perſonas.*

4 *Scriptura notarij præſertim antiqua carens ſubſcriptione,& ſigno probat,& poteſt releuari, vt authentica, quando cuſtoditur in loco, vbi ſolum reperiantur ſcriptura authentica eiuſdem notarij.*

5 *Non ſumit robur ex filcia in qua adſint aliqua ſcripturæ non authentica niſi concurrant adminicula.*

6 *Clauſula actum poſita in ſcriptura notarij denotat perfectionem.*

7 *Item operatur, vt ſcriptura illam continens poſſit redigi in publicam formam.*

8 *Declara dummodo clauſula actum,&c. ſit poſita in fine inſtrumenti ſecus ſi in principio, vel medio quia tunc non denotat actus perfectionē.*

9 *Licet denotet actus perfectionem non tamen importat ſtipulationem.*

10 *Poſita in teſtamento cæci facto ſine ſolemnitatibus non operatur, vt ſuſtineatur in vim donationis cauſa mortis non data præſentia donatarij.*

PRotocollum non valet, nec ex eo deſumi
1 poteſt publicum Inſtrumentum niſi † duo concurrant; Primum quod nota ſeu inſtrumentum ſit ſcriptum, & ſubſcriptum manu ipſiuſmet notarij Caſtren.conſ.125.n.6. lib.2. Curt.

Iun.

Iun.conſ.162.n.1.& poſt alios Afflict.lib.1.cō-
ſtit. Regni tit.de fer.& ſcol.rubr.33.n.66.Me-
noch.de arbitr. ind.lib.2.caſu 187.n.4.& 5.Se-
cundum quod ipſe notarius manu propria at-
teſtetur ſe fuiſſe de eo rogatum authen. ad
trebellian.§. nos autem & authen.de inſtrum.
caut. §. ſed ſi inſtrumenta, & ſic non ſufficit
ſimplex ſubſcriptio Specul. de teſtam.§.1.col.
fin.verſ.alij verò in fine, & ibi Io.Andr.in Ad-
dit. ſuper verbo in fine, & de inſtrum. ædit.§.
breuiter col.6.verſ.& nota quod Tabellio, &
Io.Andr.ibidem in verbo neque Alex. cōſ.153.
n.9.lib.2.Dec.conſ.447.n.8.& 9. Non tamen
eſt neceſſarium quod manus notarij recogno-
ſcatur per teſtes † qui viderint ſcribere, quia
in recognitione protocolli; & ſic integri libri
non requiritur tanta recognitio, Put.de fid.in-
ſtrum. deciſ.1.præſertim in ſcriptura antiqua
3 in qua Rota ſolet contentari † de recognitio-
ne facta etiam inter alias perſonas, vt per Mo-
hed.deciſ.178. Put. deciſ.108.& 151.lib.1.Af-
flict.deciſ.245.n.3.

4 Præterea eſt aduertendum quod † ſcri-
ptura notarij licet careat ſubſcriptione, & ſi-
gno tamen probat, & poteſt releuari vti au-
thentica, dūmodo reperiatur cuſtodita in loco
vbi ſolum reperiuntur ſcripturæ authenticæ
eiuſdem notarij, quia ex illo loco ſumit robur
iuxta tradita per Pariſ. conſ. 27. ſub. nu.16. &
ſeq.lib.2.Secus ſi in dicto loco aliquæ ſint ſcri-
pturæ non authenticæ, quia tunc talis locus
nō poteſt tribuere robur ſcripturæ defectuoſæ
Felin.in c. ad audientiā ſub n.10.de præſcript.
Et conſequenter ſcriptura carens ſigno, & ſub
5 ſcriptione non poteſt † ſumere robur ex ſil-
za, in qua adſunt aliquæ ſcripturæ nō authen
ticæ, niſi concurrant adminicula, nam illis
concurrentibus talis ſcriptura bene fidem fa-
cit, Ita fuit reſolutum per Rotam in Par-
men.Status de anno 1588. coram Cardinale
Seraphino.

Sed neque eſt omittendum, quod ſi clauſula
6 Actum † &c. ſit appoſita in ſcriptura notarij,
tunc denotat perfectionem Bald. in authen.
quod ſine ſub. n. 1. verſ.Et ideo tabelliones C.
de teſtam. Caſtren. in l. is qui n. 4. ff. eod. l.
hac conſultiſſima in fin. C. eod. Cagnol. in l.
ſi librarius, num.71.ff.de reg.iur.Alex.conſ.14.
nu.19.lib.6.Socin.conſ.142. col. 2. verſ.& pa-
tet etiam lib.1. Ruin. conſ.159. num.13. lib.4.
Curt.Iun.conſ.162. colu. 2. verſ.confirmantur
præmiſſa Pariſ. conſ.27, nu. 15. lib.2. Rim.Iun.
conſ.84.nu.26.lib.1.

7 Et talis ſcriptura habens † hanc clauſulam
poteſt redigi in publicam formam, Caſtren.in
d.l.is qui nu.4.Alex.dicto conſ.14. nu.19.Pariſ.
d.conſ.27.nu.15.Curt. Iun.dicto conſ.162. n.1.
cum alijs ſupra allegatis, & fuit reſolutum
in dicta cauſa Parmen. ſtatus coram eodem
Cardinale Seraphino 15. Decembris 1589. &
7.Februarij 1590.

Quod tamen intelligere debes, quando hæc
8 clauſula eſt † poſita in fine inſtrumenti, vt ex-
preſſe loquitur Alex. ſecus ſi in principio, vel
medio, quia tunc potuit apponi à notario co-
gitante ſe publicaturum, & ideò non denotat
actus perfectionem Pariſ.conſ.27.nu.17. lib.2.
Natta.in addit.ad Alex.conſ.14. num.19. verſ.
dictæ in breuiaturæ, lib.6.

Præterea hæc clauſula licet denotet actus
9 perfectionem, non tamen importat † ſtipula-
tionem. Et ideo poſita in teſtamento cæci fa-
cto ſine ſolemnitatibus l.hac conſultiſſima. C.
10 de teſtam. non operatur, vt ſuſtineatur † in
vim donationis cauſa mortis non data præſen
tia donatarij, vt fuit reſolutum in Medio-
lanen. bonorum prima Iulij 1592. coram eodē
Cardinale Seraphino, vbi fuit reprobatus Ri-
min. Iun. in conſ.84. n.26. lib. 1. qui contra-
rium tenet.

Bona fideicommiſſo ſubiecta quando ex cauſa dotis alienari poſſint, & quæ dicatur dos congrua. Cap. LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa dotis alienari poſſunt.*

2 *Aſſignata mulieri pro dote efficiuntur proprium patrimonium ipſius ſicut ſi aliunde dotaretur.*

3 *Statutum quod maritus lucretur certam dotis portionem habet etiam locum in dote ex bonis fideicommiſſo ſubiectis conſtituta.*

4 *Bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt alienari nedum pro conſtituenda dote, ſed etiam pro eius reſtitutione, quamuis fideicommiſſum præcedat receptionem ipſius dotis.*

5 *Item poſſunt alienari quamuis mulier pro dote fideiuſſorem acceperit.*

6 *Item quamuis bona fideicommiſſo grauata fuerint diuiſa inter fratres.*

7 *Item quamuis bona expreſſe ſint probibita alienari ſecundum opinionem Rota, & n 8.*

9 *Item alienari poſſunt pro conſtituenda dote ſpirituali quæ religionem intrantibus dari conſueuit.*

10 *Item quamuis reſtitutio fideicommiſſi ſit facienda Eccleſiæ vel piæ cauſæ.*

11 *Item alienari poſſunt etiam pro dotanda muliere natura ſterili contra Bart. cuius opinio reprobatur, & n.13.*

12 *Priuilegia ex cauſa dotis mulieribus conceſſa competunt etiam ſterilibus.*

14 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt etiam pro apparatibus qui ſolent dari mulieribus nubentibus & ſunt de appendicijs dotis, maxime vbi adeſt conſuetudo illos præſtandi, & num.15.*

16 *Non poſſunt alienari pro dote quando expreſſim alienatio fuit probibita etiam ex cauſa dotis, ſecundum vnam opinionem, ſed contrarium Rota tenuit, & n.17.*

17 *Item non poſſunt alienari pro dote confeſſata niſi*

in

in caſibus in quibus confeſsio dotis recepta creditoribus præiudicat, & n. 19.

20 *Item non poſſunt alienari niſi duo copulatiue concurrant, videlicet obligatio dotandi & defectus aliorum bonorum.*

21 *Filia hæres inſtituta à Patre cum onere reſtituendi poteſt vti retentione donec congrue dotetur.*

22 *Debet habere dotem in bonis fideicommiſſo ſubiectis, licet pater conſumpſerit bona libera, & propriam legitimam.*

23 *Item quamuis ſit nata poſt obitum teſtatoris fideicommittentis reiecta opinione Alciati.*

24 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*

25 *Bona fideicommiſſi recte alienantur pro dote quando legitima, & trebellianica ad illam conſtituendam nõ poſſunt ſufficere, ſecus ſi poſſint.*

26 *Alienari poſſunt ſolum pro dote congrua iuxta arbitrium boni viri, & non vltra.*

27 *Dos congrua dicitur, quæ non eſt minor legitima.*

28 *Item dos congrua intelligitur ſecundum conſuetudinem regionis.*

29 *Item dos congrua dicitur, quam pater ipſe conſtituit.*

30 *Intellige, quoad præiudicium filiæ agentis ad ſupplementum dotis, ſecus in præiudicium creditorum, & fideicommiſſariorum & n. 31. & 32.*

31 *Bona ſubiecta fideicommiſſo in dubio intelliguntur alienata cauſa euertendi fideicommiſſum, etiam ſi hæres rogatus ſit, quod reliquum eſt ex hæreditate tempore mortis reſtituere.*

34 *Alienata ex cauſa dotis ſi ſoluto matrimonio ad patrem reuertantur in priſtinam cauſam redeunt, & eidem fideicommiſſo ſubiacent.*

35 *Declara, dummodo filia non viuat, vel filij ex ea non exiſtant.*

36 *Filijs extantibus ex filia mortua, pater tenetur eis reſeruare bona materna.*

APud omnes communi calculo eſt receptũ,
quòd bona ſubiecta fideicõmiſſo ex cau-
1 ſa † dotis alienari poſſunt, per tex. in authen.
res quæ, C. commun. de legat. & in l. mulier, §.
cum proponeretur, ff. ad trebellian. & efficitur
2 quidem talis dos proprium mulieris † patri-
monium, ſicut ſi aliunde dotaretur, Paul. de
Caſtr. in d. auth. res quæ n. 5. Iaſ. n. 32. Vnde
3 Statutum quod maritus lucretur† certam do-
tis portionem habet etiam locum in hac dote.
vt per Bald. in d. auth. res quæ n. 14. Curt. num.
46. cum alijs allegatis per Phanuc. de lucro
dotis gloſ. 10. n. 60.

Amplia Primo concluſionem iſtam, vt pro-
cedat nedum pro conſtituenda dote, ſed etiam
4 pro † eius reſtitutione, vt per Bart. in d. auth.
res quæ nu. 2. & Imol. in l. cum Auus in fine. ff.
de condit. & demonſtrat. cum alijs, quos refert
Simon de Pretis de interpret. vlt. volunt. fol.
mihi 77. n. 16. Etiam ſi grauamẽ ſeu fideicom-
miſſum præceſſerit dotis receptionem. Curt. vbi
* ſupra n. 11. quam opinionem * teſtatur eſſe cõ-
munem Dec. conſ. 376. n. 1. idem Curt. conſ. 59.
n. 2. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 6. num. 10. verſ.
Quarto non tantum.

5 Secundo amplia etiam ſi mulier † pro dote
accepiſſet fideiuſſorem, nam adhuc, vt dos illi
reſtituatur, poſſunt bona fideicommiſſo ſubie-
cta alienari, Paul. de Caſtr. conſ. 15. n. 2. verſ. ſe-
cundo præſentialiter dubitatur, lib. 1. Iaſ. in d.
auth. res quæ n. 32. Curt. Iun. n. 39.

Tertio amplia, vt habeat locum, nedum in
portione patris, ſed etiam aliorum, vt quia bo-
6 na fideicommiſſo † grauata fuerint diuiſa in-
ter Fratres, quia cum hoc onus ſit reale, Dec.
d. conſ. 376. diuiſio non præiudicat filiabus fæ-
minis, vt fuit reſolutum per Rotam in An-
conitana fideicommiſſi 5. Decembris 1584. co-
ram Cardinale Blanchetto.

Quarto amplia, etiam ſi bona expreſſe ſint
7 prohibita† alienari; Nam ex tunc ex cauſa do-
tis ac donationis propter nuptias alienatio fie-
ri poteſt, Bart. in l. filius familias §. diui q. 2. n.
10. ff. de legat. 1. quam ſententiam approbat
* Alex. ibid. n. 10. & * communẽ eſſe dicunt, Iaſ.
n. 96. Ripa n. 70. Crot. n. 43. Dec. conſ. 519. col.
2. Curt. Sen. conſ. 27. n. 18. Boer. deciſ. 110. n. 5.
ad fin. Couar. vbi ſupra nu. 10. verſ. ſecundo
hoc in tractatu Rolan. qui alios allegat conſ.
85. num. 7.

Contrarium in expreſſa prohibitione alie-
nationis tenet Bald. in c. 1. §. donare n. 2. qui
feud. dar. poſſ. quem ſequitur Iaſ. in l. 3. nu. 5. ff.
ſi cert. pet. Ant. Gomeſ. in l. 40. Tauri n. 87. Et
in rebus ex cauſa maioratus alienari prohibi-
tis tenet hanc opinionem Pincl. in l. 1. C. de
bon. matern. 3. par. n. 102. Ego à prima opinio-
8 ne non diſcedo quam tenuit † Rota deciſ. 37.
n. 2. par 2. diuerſ.

Quinto amplia, nam bona fideicommiſſo ſu-
9 biecta alienari poſſunt etiam pro † conſtituen-
da dote ſpirituali, quæ religionem intrantibus
dari conſueuit, Bart. in d. auth. res quæ num. 7.
Bald. n. 13. Angel. n. 4. in fin. Salicet. n. 10. & cõ-
* munem* dicunt Iaſ. ibidem n. 18. & n. 32. Curt.
n. 26. Gomeſ. in loco ſupra allegato n. 87. verſ.
ſeptimo intellige.

10 Sexto amplia, etiam ſi reſtitutio † fideicom-
miſſi ſit facienda Eccleſię, vel piæ cauſæ, Bald.
in d. authen. res quæ n. 5. Iaſ. n. 32. Curt n. 37.

Septimo amplia, nam fideicommiſſum alie-
11 ri poteſt etiam pro dotanda † muliere ſterili,
Bald. vbi ſupra n. 15. & Iaſ. n. 32. pro quo facit,
quia priuilegia ex cauſa dotis mulieribus cõ-
12 ceſſa † competunt etiam ſterilibus, l. aſſiduis,
verſ. & ideo quod antiquitas, C. qui potior. in
pignor. habean. Bart. in l. 1. n. 29. ff. ſol. matrim.
* vbi dicit ita omnes tenere, & eſſe *communem
opinionem teſtantur ibid. Socin. n. 18. Alex. nu.
5. Iaſ. n. 42. Ripa n. 124.

Quod videtur procedere in ea muliere, quæ
ex accidenti aliquo morbo affecta non poteſt
concipere, ſecus ſi naturali impedimento ob-
ſtringatur, quia bona fideicommiſſi pro illa
alienari minime poſſunt, cum hoc caſu ceſſent
priuilegia dotis, vt Bart. adnotauit in l. ſi quis

poſthu-

poſthumos in princ.n.2.ff.de lib.& poſthum.
Sed ego indiſtincte ſuperiorem ſententiam
13 ſequor; Quoniam † & ſi ratio ſobolis in mu-
liere natura ſterili deficiat, attamen adſunt
aliæ multæ, propter quas leges in hoc mulieri-
bus conſultum eſſe voluerunt, & præſertim fa-
uor contractus matrimonij, cuius ſubſtantia
non pendet ex liberorum procreatione; hoc
enim, cum accidens ſit, regulas naturales non
imnutat, vt inquit Bald. in loco præallegato
num.15.
Octauo amplia, vt bona ſubiecta fideicom-
miſſum alienari poſſint nedum pro dote, vt di-
14 ctum eſt, ſed etiam pro apparatibus, † qui ſo-
lent dari mulieribus nubentibus; Salicet. in d.
* authen.res quæ n.5.cuius opinionem * veram
eſſe, & ab ea non recedendum dicit Bero. cõſ.
116.n.23. & 134.n.10.lib.2.& hanc amplexa
fuit Rota in vna Bononien. fideicommiſsi de
Formagliarijs de anno 1577.coram fel.record.
Clemente Papa Octauo tunc Auditore. Ratio
15 eſt, Quia huiuſmodi apparatus † ſunt de appẽ-
dicitijs dotis, Alex.cõſ.27.col.pen.lib.5. Anan.
conſ.36.circa princ. Curt.Iun. conſ.129.in fine
Pariſ. conſ.25. nu.12.lib.2.late Rolan.de lucr.
dot.q.50. Et hoc præſertim obtinet, vbi adeſt
conſuetudo dandi illos apparatus, vt eſt in
Ciuitate Bononiæ iuxta conſ.Lauren.de Pinco
109.n.2.& atteſtantur Bero. & Salicet. vbi ſu-
pra; hoc enim caſu abſque dubio veniunt etiã
apparatus, quia ſi iſti non darentur, daretur
tanto maior dos, Paul.de Caſtr.in l. cum pater
filiæ.ff.de legat.2.
Limita Primo ſupradictam concluſionem
16 vt non † procedat, ſi alienatio ſit expreſsim
prohibita etiam ex cauſa dotis, tunc enim di-
ſpoſitio d. authen. res quæ minime locum ha-
bet, vt voluit glo.in l.nulla.C.de iur.dot.quam
ibi ſequuntur Cyn.Bart.& Bald.Alex.in d.l.fi-
lius familias.§.Diui vbi Iaſ. n.105.& Ripa nu.
* 70.dicunt hanc opinionem eſſe communem *.
Idem tradit Iaſ.in d. authen.res quæ nu.25. &
n.32.Socin.in regul.12.limit.2. Roderic. Xua-
rez in l.quoniam in prioribus in 2.limit. n.11.
C.de inoffic. teſt. Cagnol.in l.id quod noſtrum
col.2.ff.de regul.iur.Socin.Iun.conſ.119. nu.8.
lib.2.Boer.deciſ.129. Tiraquel.de iure primo-
gen.q.61.n.9.Ioſ.in l.3.n.5.ff.ſi cert.pet.& hãc
opinionem veriorem eſſe affirmat Couar.lib.1.
var.reſol.c.6. n.10. verſ.cæterum Paulus Ca-
ſtrenſis & pro hac opinione reſpondit etiam
Alex.conſ.56.n.3.lib.1.
Contrarium quod immo non obſtante ex-
preſſa prohibitione alienationis etiam ex cau-
ſa dotis bona fideicommiſsi alienari poſsint
tenent Caſtren.cõſ.80.in 1.dubio lib.1.& alios
plures maxime auctoritatis refert, & ſequitur.
* Burſat.conſ.179.n.8.lib.2.qui hãc magis * cõ-
munem dicit, & eſt deciſ.Surd.62. n.11.vbi pro
17 hac parte multi allegantur, & hanc † quoque
amplexa fuit Rota deciſ.449.n.5.par.1.diuerſ.
18 Secundo limita, vt nõ procedat in dote † cõ-
feſſata Angel. in d. authen. res quæ n.3. & Iaſ.
col.penult.Aret.in l.1.n.7.verſ.circa iſtud pri-
uilegium. ff.ſolut.matr. Pariſ.conſ.52. col.fin.
lib.2.Rolan.conſ.85.nu.26. Et ratio eſt quia
quæ pro dote contra iuris rationes introducta
ſunt in vera dote locum habent, non in ea quã
ipſe maritus confeſſus eſt recepiſſe, gloſ.com-
muniter recepta in l.aſsiduis in verbo pro do-
te, & ibi Bald.n.9.C.qui potior. in pign.habea.
Idem Bald. in l.cum aliquis n.5. C.de iure de-
* lib. Socin.in d.l.1. n.87.vbi teſtatur * de com-
muni ff.ſolut.matrim.Iaſ.in §. fuerat num. 91.
Inſtit.de action.Tiraq.in l.ſi vnquam in verbo
donatione largitus n.88.C.de reuoc.donat.la-
te Couar.lib.1.var.reſolut.cap.7.nu.4. Bellon.
* qui de communi * teſtatur conſ.86.nu.13. Sed
ipſe hoc verum exiſtimo, quotieſcumque cõfeſ-
ſio dotis receptæ creditoribus non præiudicat,
19 ſecus in caſibus † in quibus infert præiudiciũ,
quos recenſet Socin.in d.l.1.n.69. tunc enim
verius eſt, fideicommiſſum alienari poſſe in
præiudicium ſubſtituti etiam ex cauſa dotis
cõfeſſatæ, vt per Iaſ. & Curt.in d.auth.res quæ.
Tertio limita ſeu potius declara eamdem
concluſionem, vt procedat ita demum, ſi copu-
20 latiue concurrant † obligatio dotandi, & defe-
ctus aliorum bonorum, alioquin diſpoſitioni
d.auth. res quæ non eſt locus, vt ibi per Bart.
numer.3.
Hinc eſt, quod mater, quæ non tenetur fi-
liam dotare, non poteſt ipſa alienare bona ſu-
biecta reſtitutioni: Auus autem, & pater poſ-
ſunt, quia ad ipſos ſpectat onus dotandi. Qua
21 ratione filia † hæres inſtituta à Patre poteſt
vti retentione, donec congrue dotetur, quia
hæc bona tranſeũt cum ſuo onere ex præſum-
pta voluntate diſponentis, ſuper qua eſt fun-
data diſpoſitio d. Authen. res quæ vt ibi per
Paul.de Caſtr.n.10.Fulgoſ.n.2.& Iaſ. num. 25.
Dec.conſ.519.n.53.
22 Quod procedit quamuis † pater conſumpſe-
rit bona libera, & ſuam legitimam, quia dato
quod filio non ſit præſtanda alia legitima poſt
ipſius conſumptionem, hoc tamẽ caſu debetur
dos, cum culpa filij ſibi nocere debeat, non al-
teri, Paul. de Caſtr. conſ.15.col. 2.verſ.his non
obſtantibus, & conſ.80.nu.1. & ſequen.& conſ.
219.n.2.lib.1. & idem in d.authen. res quæ n.
11.vbi refert ſic fuiſſe iudicatũ: Cuius opinio-
nem ſequitur Iaſ. ibidem col. vlt.limit.14. &
conſ.157.in 3.dub.lib.2. Natta conſ.61. nu.4.
Ruin. in l. Marcellus §. res quæ n.3. in fin. ad
trebellian.Dec.conſ.376.in fin.& conſ.ſeq.n.6.
Gozzad.conſ.97.n.10.Rolan.conſ.85. n.4.lib.
1.& conſ.27.n.3.lib.4. Decian.conſ.18.nu.27.
lib.2.Menoch conſ.33.n. 31.Becc.conſ.54. per
* tot.& communẽ * dixit Curt.Iun.conſ.59.n.7.
Nec obſtat cõſ.Alciati 96.& 164.lib.9.Quia
quatenus ipſe in altero ex eis reſpondet, auth.
res quæ procedere in filijs, & deſcendentibus
23 natis viuente teſtatore, eius opinio † fuit reie-
cta per Rotam in Romana dotis de Buc-
capadulis coram Cardinale Seraphino, & in
dicta Anconitana fideicommiſsi 5.Nouembris
1584.

1584. corā Cardinale Blanchetto, Et in omni-
bus bene reſpondet Curt. Iun. d. conſ. 59. Prępo
nēda enim ſunt, quę cōmuniter † omnibus pro-
ſunt his, quę aliquibus particularibus sūt vti-
lia, vt inquit Imperat. in d. authen. res quæ.
Quarto limita, ſeu potius declara, vt dicta
25 concluſio procedat ſolum, quando † legitima,
& trebellianica ad conſtituendam dotem non
poſſunt ſufficere, ſecus ſi poſsint, quia tunc
alienatio non eſt permiſſa, vt colligitur ex §.
quamborē in authen. de reſtit. & ea quæ parit
in vndec. menſe, ex quo ſumitur dicta Authen.
res quæ, quod de legitima etiam tantum ſcri-
bit Roman. conſ. 151. n. 1. vt loquitur d. Au-
then. res quæ. Sed de legitima, & trebellia-
nica intelligit eam Fabian. in Authen. nouiſ-
ſima n. 197. verſ. ad quartam C. de inoffic. te-
ſtam. Corn. conſ. 3. ſub n. 3. lib. Pariſ. conſ. 63.
num. 49. & 53. cum ſequen. lib. 2. & in conſ.
81. nu. 49. & ſequen. eod. lib. Rolan. conſ. 85.
n. 19. & ſeq. lib. 1.
Quinto limita, vel declata, vt alienatio fi-
26 deicommiſsi ſit ſolum permiſſa † pro dote con-
grua iuxta arbitrium boni viri, qui inſpectis
facultatibus, & natalibus mariti, & vxoris, &
numero liberorum illam conſtituere debet l.
cum poſt §. gener, & l. quæro ff. de iur. dot, &
l. ſi filiæ ff. de legat. 3. Bald. conſ. 323. num. 5.
lib. 3. Aret. conſ. 17. nu. 20. Et licet magna
inter Doctores ſit controuerſia, an debeat eſſe
maior, vel minor legitima Socin. Sen. conſ. 88.
num. 15. cum ſeq. lib. 2. Ruin. conſ. 46. nu. 9.
* lib. 5. Tamen. magis * communiter receptum
eſt, vt vir bonus dotem congruam debeat ar-
27 bitrari eam quæ non ſit † minor legitima Au-
then. ſi qua muliet C. de Sacroſ. Eccleſ. & ita
cenſuit Bald. conſ. 67. n. 3. lib. 1. & d. conſ. 323.
n. 3. lib. 3. Paul. de Caſtren. conſ. 362. num. 1.
lib. 1. Salicet. in d. Authen. res quæ num. 1. C.
cōm. de legat. Alex. conſ. 69. num. 2. lib. 1. &
conſ. 7. nu. 5. & ſequen. lib. 2. & conſ. 83. n. 1.
& 2. lib. 4. Corn. conſ. 46. nu. 23. cum ſeq. &
conſ. 262. nn. 14. lib. 2. & conſ. 290. n. 14. lib. 3.
Et communem profitetur Dec. conſ. 276. n. 2.
Debet etiam bonus vir conſiderare conſuetu-
dinem regionis, & in quantum teſtator con-
28 ſueuerit dotare alias filias; Nam dos † con-
grua intelligitur etiam ſecundum conſuetu-
dinem regionis, vt ſcribit Bald. conſil. 386.
lib. 4. Et in terminis quando agitur de con-
ſtituenda dote ex bonis ſubiectis fideicommiſ
ſo conſuluit Corn. conſ. 3. lib. 3. Pariſ. conſ. 16.
n. 77. & 82. & conſ. 63. n. 52. lib. 2. Præterea,
29 & illa debet dici dos congrua † quā pater ipſe
conſtituit Paul. de Caſtr. conſ. 404. nu. 1. verſ. &
ſic nō haberet locū lib. 2. Dec. conſ. 26. & conſ.
35. in fin. Alciat. de præſumpt. 1. reg. præ-
ſumpt. 2. n. 8. & conſ. 18. n. 13. lib. 9. Quod ta-
men ſane eſt intelligendum quo ad præiudi-
cium filiæ, quæ agit ad ſupplementū congruæ
30 dotis, vt debeat † eſſe contenta dote ſibi à pa-
tre conſtituta, quia pater præſumitur optimū
conſilium capere pro filia: Quamuis eo etiam
caſu Paul. & alij ſupra citati dicant quod poſ-
ſint interdum recedi ab arbitrio patris, vt la-
tè conſuluit Dec. conſ. 186. Sed hoc locum
31 non habet in † præiudicium creditorum qui-
bus pater etiam conſtituendo dotes pro filia-
bus non poteſt præiudicare l. ait §. ſi cum
mulier, & l. vltima §. 1. ff. qui in fraud. tra-
dit. l. 2. & ibi not. Bald. in princip. C. de re-
uocant. his quæ in fraud. credit. Quod etiam
32 dicendum eſt reſpectu † fideicommiſſariorum,
quia pater non poteſt in fraudem eorum ſu-
pra moderatam quantitatem dotem filiabus
conſtituere de bonis ſubiectis fideicōmiſſo ne
ſit in eius poteſtate euertere totum fideicom-
miſſum l. Titius rogatus ibi ſi non interuerten
di fideicommiſſi gratia tale aliquid factum
probetur ff. ad Trebell, Nam verbis fideicom
miſsi bonam fidem ineſſe conſtat, vt ille text.
33 ſubiungit, & ideo in dubio bona ſubiecta † fi-
deicommiſſo intelliguntur alienata cauſa in-
teruertendi fideicommiſſum etiam ſi hæres ro
gatus eſſet quod reliquum eſſet ex hæreditate
tempore mortis reſtituere, & ſic ex volunta-
te teſtatoris haberet facultatem alienandi,
quia hæc facultas arbitrio boni viri intelligi-
tur ne profundendi fideicōmiſsi occaſio quæ-
ratur, vt notat Paul. de Caſt. in d. l. Titius n.
21. in fine verſ. in tex. ibi probetur, Et ſignan
ter Natta conſ. 115. n. 8.
Præterea non eſt omittendum quod quam-
uis bona fideicommiſsi ex cauſa dotis aliena-
ri poſsint, vt dictum eſt tamen ſi bona aliena-
34 ta ſoluto † matrimonio ad patrem reuertan-
tur in priſtinam cauſam reſtituuntur, & eidem
fideicommiſſo ſubiacent, vt per Bart. in d. Au-
35 then. res quæ nu. 8. dummodo filia † non vi-
uat, vel filij ex ea non exiſtant, nam illis extan
36 tibus tenetur pater † eis reſeruare dicta bona
Authen. ſed quamuis C. de rei vxor act. l. poſt
dotem ff. ſolut. matrim. & Bart. opinio eſt com
* munis * & eam ſequuntur Curt. Iun. in d. Au-
then. res quæ n. 27. Menoch. conſ. 33. n. 9. &
alij relati à Peregr. de fideicom. art. 42. n. 20.

Declaratio pretij alteri commiſſa nunquid abſque partis citatione fieri poſſit, & quid agendum, ſi arbitrator modum exceſſerit, aut facta declaratione Venditor renuat pretium recipere. Cap. LXX.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei in eius venditione poteſt in arbitrium alterius conferri.*
2 *Declaratio illius per Arbitratorem fieri poteſt abſque partis citatione, licet in diſcußione negocij citatio ſit neceſſaria, & n. 3.*
4 *Relatio facienda per Peritos non requirit partis citationem.*
5 *Poteſt fieri etiam die feriata.*
6 *Reducitur ad arbitrium boni viri, ſi is, cuius ar*

bitrium fuit electum in declaratione modum exceſſerit.
7 *Amplia etiam ſi declaratio fuerit commiſſa ad eius arbitrium, & beneplacitum.*
8 Dictio (*placuit*) *& dictio (beneplacitum) denotant arbitrium boni viri.*
9 *Depoſitum habet vim ſolutionis.*
10 *Contractu venditionis adimpleto ex parte emptoris, ſi venditor recuſat conficere inſtrumentum, poteſt Iudex competens ex officio mandare tale inſtrumentum confici.*
11 *Item venditor poteſt compelli ad rem venditam tradendam emptori, ſeu poſſeſſionē illius, etiam manu militari.*

IVre communi eſt abſolutum, quòd in contractu venditionis prætium in alterius ar
1 bitrium † auferri poteſt, vt eſt tex. in l. fin.
C. de cōtrahen. empt. & in l. ſi merces in princ.
ff. locati, Sed quæſtio eſt inter Doctores multum controuerſa. Vtrū Arbitrator, cui hæc declaratio fuit commiſſa poſſit ad illam deuenire abſque partis citatione, Et verior, & cōmu-
2 nior eſt † affirmatiua ſentētia quidquid videatur tenere Bald. in c. 1. n. 10. de inueſtit. marit. fact. Et quāuis idem Bald. in l. fin. n. 19. verſ. ſecūdo caſu C. de cōtrahen. empt. & cōſ. 64. lib. 3. ſic diſtinguat, quod, Aut eſt cōpromiſsū de re nō litigioſa & nō exigitur requiſitio alterius ea ratione, qa tūc arbitrator fungitur officio negociorū geſtoris, ſeu procuratoris, & Nūcij qui in explicādis negocijs ſibi liberè cōmiſſis non eget præſentia conſtituētium. Aut eſt cōpromiſſum, de re litigioſa, & controuerſa, quæ alias inter partes fuiſſet examināda, & trutinanda, Et hoc caſu ſaltem in diſcuſſione negocij requiritur partium auditio, & ſic citatio; Attamen Doctores in hoc cōueniunt, quod ſuf
3 ficiat † citatio in diſcuſsione negocij, non autē ſit neceſſaria in actu declarationis, ita poſt Silueſtr. Aldobr. conſ. 59. n. 6. & Creſcent. deciſ. 2. de arbitr. dum ſequitur Socini ſententiā
* quam magis * communem appellat in d. l. ſi quis arbitratu n. 19. verſ. quarta & vltima opinio fuit, &c. ff. de verb. oblig. tenuit Rota in vna Romana Domus 24. Maij 1602. coram Litta; Pro qua opinione benefacit, quia etiam in
4 relatione † facienda per peritos non eſt neceſſaria partis citatio, quidquid ſit in electione ipſorum, vt tradit Bart. in l. Teopompus n. 11. & ibi Addit. in verbo reſpondeo ff. de dot. prælega. Alex. in l. 1. §. vlt. n. 7. ff. de ferijs, qui pro-
5 pterea dicit, quod etiam die † feriata poteſt fieri talis relatio, quia non fit in forma iudicij; Ad idem Gabr. de citat. concluſ. 1. n. 404. & 318. Bero. conſ. 89. n. 30. & 31. lib. 1. Felin. in c. veniens el 1. nu. 20. de teſtib. & in c. quia iudicante ſub n. 1. verſ. & nō eſt neceſſaria de præſcript. Socin. de citat. art. 7. n. 42. Menoch. de adipiſcenda poſſeſ. remed. 5. n. 165.

Eſt tamen aduertēdum, quod ſi is, cuius arbitrium eſt electum in declaratione modū ex-
6 ceſſerit, declaratio † reducitur ad arbitriū boni viri arg. tex. in l. ſi libertus, ita iurauerit ff. de oper. libert. & benè facit gloſ. in l. pen. in verbo imperarem in fin. ff. de arbitr. dicēs, quod ſi ego compromiſero in aliquem, quem offenderim, vt æſtimationē arbitretur iniuriæ, ſi nimiū fuerit arbitratus, potero reducere eius æſtimationem ad arbitrium boni viri, & ita per illam gloſ. tenet Bart. in l. fin. n. 3. ff de præt. ſti-
* pulat. cuius opinionem teſtatur eſſe * communem Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 13. col. 2.
7 Quod intellige, verum etiam ſi † fuerit dictum ad eius arbitrium, & beneplacitum, quia verbū (beneplacitum) importat arbitriū boni viri per tex. in l. Thais. §. ſorori ff. de fideicom.
8 libert. vbi dictio † (placuit) denotat arbitrium boni viri: Multo igitur magis, dictio (beneplatum) hoc denotabit, & ita illum interpretatur Abb. in c. verum in vlt, not. de foro compet. Capic. deciſ. 116. n. 4. Iaſ. in l. ſi ſic in princ. nu. 6. ff. de leg. 1. & ante iſtos Bald. in l. fin, §. ſed, & ſi quis n. 3. C. com. de legat.

Sed quæritur hic opportune quid ſit agēdū quando vēditor recuſat recipere prætium rei vēditæ ab arbitratore, vt ſupra dictum eſt, declaratū? Et dicas quod poteſt de iure emptor implendo è latere ſuo contractū facere de illo depoſitū parte citata, & Iudice authore, quod
9 quidem depoſitum vim † veræ ſolutionis habet Bart. in l. ſi ſoluturus nu. 5. ff. de ſolut. Paul. in l. acceptam n. 12. C. de vſur. & fuit ſæpe reſoluū per Rotam, vt in Romana Vineæ 5. Ianuarij 1579. coram Robuſterio, & in alia Romana pecuniaria 24. Nouembris 1595. corā Cardinale
10 Millino. Et hoc modo adimpleto contractu † ex parte emptoris, ſi vēditor recuſet conficere inſtrumentum de dicta venditione, poteſt Iudex competens ex officio mandare tale inſtrumentū confici ex latè deductis per Galeſ. de form. obligat. Camer. pat. 2. tit. de præamb. ipſius proceſſ. verſ. poteſt hic nō inepte quæri, &c. Et
11 poteſt compelli † venditor ad rem venditā tradendam emptori, ſeu poſſeſsionē illius, ad idq; præcisè cogi poteſt etiā manu militari, vt tenuit Rota in ſupra allegata cauſa Romana Domus coram Litta ſecundum diſtinctionem gloſ. in §. prætium in verbo traditur Inſtit. de empt. & vendit. quam teſte Ang. Aret. ibid. ſub n. 8. ſequitur Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, verſ. ad tertium venio ff. de verb. obligat. & in l. 1. in verſ. item quæro d. ff. de act. empt. & alij relati per Plot. in repet. l. ſi quādo
* n. 171. C. vnde vi qui de * communi teſtatur.

Inter acceſſum, & regreſſum, quid interſit, Et ibidē quæſtio facti deciſa. Ca. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſus, qui ad beneficium datur in totum pendet à futuro euentu, nec habet aliquod ius de præterito.*
2 *Regreſſus ad beneficium habet cauſam de præterito,*

Digitized by Google

terito, & datur ſecundum Rotam etiam litteris non expeditis, & n. 15.
3 *Non eſt acquiſitio noui tituli, ſed antiqui continuatio.*
4 *Non comprehēditur ſub concordatis Germaniæ, nec ſub indultis Cardinalium.*
5 *Cancellaria vbi reſeruatur regreſſus alicui cedenti etiam litteris non expeditis, nec capta poſſeßione, ſolet appellare ingreſſum & acceſſum, ſed Rota tenet, quod quando quis habet titulum præcedentem cum ſola ſupplicatione dicatur regreſſus.*
6 *Acceſſus (vbi prior titulus non poteſt iuſtificari) datur vigore præſentium etiam non iuſtificato priori titulo.*
7 *Regreſſus dicitur vbicumque gratia habet cauſam de præterito, licet in litteris dicatur tantum acceſſus.*
8 *Subſtantia rei potius debet attendi quam verba.*
9 *Supplicationi tanquam matrici, & originali potius ſtandum eſt, quam litteris.*
10 *Cācellaria quomodo intelligatur eſſe organum Papæ, & n. 12.*
11 *Non habet plenitudinem poteſtatis ſicut Papa.*
13 *Ius, ſecundum Cancellariam non dicitur plenè radicatum in prouiſo ante expeditionem litterarum, ſed ſecundum Rotam plenum ius acquiritur per ſolam ſupplicationem.*
14 *Litterarum expeditio in beneficialibus ſecūdum opinionem Rotæ requiritur ad effectum probationis non ſubſtantia ipſius gratiæ.*
16 *Ius conſiderabile non acquiritur ex acceptatione reſignationis momētanea ad effectū retrocedēdi.*
17 *Conſenſus in reſignat. retrotrahitur ad diē datæ.*
18 *Tempus datæ attenditur, item præſentatio ſupplicationis ſub parua data, & paruo conſenſu ſi poſtea à reſignante conſenſus fuit extenſus.*

IN cauſis Beneficialibns aliquādo diſputari
ſolet, An gratia contineat acceſſum, vel potius regreſſum: Ideo videndū quomodo hęc
differāt. Et dicas, ꝙ regreſſus differt ab acceſſu
1 quia † acceſſus totaliter pēdet à futuro euētu,
nec aliquod ius de pręterito habet, vt declarat
Caſſad. deciſ. vnica n. 1. & 9. de pact. & poſt eū
Fab. deciſ. 33. & Rebuf. in ſua praxi benefic.
2 par. 3. tit. de regreſ. Regreſſus † vero proprie dicitur, qui habet cauſam de præterito Oldrad.
conſ. 274. ſub n. 3. verſ. ad iſtud, & ſub n. 6. verſ.
3 ad hoc reſpondetur, vbi dicit, quod † regreſſus
non eſt acquiſitio noui tituli, ſed antiqui continuatio, quod etiam ſētit Caſſad. deciſ. 4. ſub
n. 2. de priuileg. dum dicit quod regreſſus habet cauſā, & pendet à iure de pręterito in quo
fundatur, & Achil. deciſ. 3. de regreſſ. dixit
quod eſt reliquia iuris ceſsi. Put. deciſ. 1. eod.
tit. Fab. deciſ. 51. Hinc eſt quod regreſſus non
4 comprehenditur † ſub concordatis Germanię,
nec ſub indultis Cardinaliū, quia non dicitur
gratia merè præuētiua, ſed habet ius de pręterito Caſſad. d. deciſ. 4. de priuileg. Ferret. conſ.
6. num. 3.

Ex hac igitur diſtinctione ego alias inferebam in quodam caſu occurrenti, Quòd retroceſſio facta ad fauorem Octauij continebat gratiam regreſſus, & iudicandus erat regreſſus,
non autem acceſſus, quia ſtante ceſſione facta
ad fauorē dicti Octauij, cum ipſe haberet ius
de præterito, dicebatur potius regreſſus, quàm
acceſſus Achil. d. deciſ. 3. de regreſ. Peregr. d.
deciſ. 33. cum alijs ſupra allegatis.

Monebar etiā, quia in ſupplicatione retroceſſionis expreſsè dicebatur, ꝙ dictus Octauius
haberet acceſſum. & ingreſsū quo ad ſuccētoriū, tàm vigore ſui prioris tituli, quàm vigore
præſentiū; Vnde licet in ſupplicatione non diceretur regreſſus, tamen ſatis apparebat, quod
Papa nolebat cōcedere regreſſum, poſtquā dederat facultatem capiendi poſſeſsionē vigore
prioris tituli, & ſic ex cauſa præambula: Can-
5 cellaria autem, quamuis †, quando reſeruatur
regreſſus alicui cedenti litteris non expeditis,
nō capta poſſeſſione, ſoleat appellare ingreſsū
& acceſsū, vt per Rebuf. in prax. tit. de regreſ:
Nihilominus Rota sēper tenuit, ꝙ quādo quis
habet titulum præcedētem cum ſola ſupplicatione, ſemper dicitur regreſſus; Benè verū eſt,
6 quod datur etiam acceſſus, quia † ſi non poteſt
iuſtificari prior titulus, intrat clauſula acceſſus, vt quis accedat ad beneficium vigore pręſentium, etiam non iuſtificato priori titulo, vt
per Put. deciſ. 297. in vna Hiſpalen. lib. 1.

Vnde licet in litteris dicatur tantum acceſ-
7 ſus †, nihilominus ſi gratia habeat cauſam de
præterito, iudicandus eſt regreſſus, non acceſſus, cum in hoc ſit tantum attendenda ſubſtan-
8 tia † rei, non autem verba, vt per Fab. d. deciſ.
33. ex regula de qua per Bart. in l. cotem §.
qui maximos de pub. & in l. ſi vno ff. locat.
Præſertim ſi ſupplicatio dicat regreſſum, quia
9 in his ſtandum eſt ſupplicationi † tanquam
matrici, & originali, & non litteris, Bald. &
alij per Pariſ. conſ. 51. nu. 17. lib. 4. Nam id
quod dici ſolet Cancellariam eſſe Organum
10 Papæ †, intelligitur circa ea quæ concernunt
expeditionem litterarum, non autem quo ad
ea, quæ concernunt ſubſtantiam gratiæ. Quia
hæc ſunt de his, quæ concernūt plenitudinem
11 poteſtatis, quam † tamen non habet Cancellaria, vt per Ægyd. deciſ. 46. in fine Felin. in
rubr. de reſcript. n. 9. & in cap. ſuper litteris
ſub n. 17. verſ. amplia tertio eod. tit. Rebuf. in
praxi in 2. par. ſignat. n. 19. Præterea Cancella-
12 ria eſt † organum Papæ in faciendo, & ſic in
addendo, & in augendo gratiam cum clauſulis, & alijs, quę de ſtylo ſolent concedi, ſed non
in faciendo, vel minuendo, & detrahendo ea,
quæ in ſupplicatione cōceduntur, & quæ Cancellaria non expedit, vt quotidie videmus, &
teſtatur Gloſ. Hiſpan. in Regul. Cancellar. 66.
& Simonet. de reſeruat. q. 55.

Quapropter licet Cancellaria teneat, ꝙ ius
13 non ſit plene radicatum in prouiſo † ante expeditionem litterarū, & quod propterea litteris
non expeditis non detur regreſſus quod fundatur in iure de præterito. Nihilominus hæc

opinio non ſernatur per Rotam, quæ tenet
quod immo in beneficialibus plenum ius ac-
quiratur per ſolam ſupplicationem abſque
litterarum expeditione, quæ tantum requiri-
14 tur ad effectum probationis, non † ſubſtantiæ
ipſius gratiæ Archid. in prohæm. 6. in c. Sacro-
ſanctæ col. pen. Io. Andr. ibidem numero 5.
cum ſeq. Caſſad. deciſ. 4. n. 7. de cauſ. poſſeſ. &
propriet. & deciſ. 8. num. 3. de reſtit. ſpoliat.
Samen. in regul. de non iudican. iuxta formã
ſupplicat. q. 1. verſ. tamen conſiderandum
eſt. Et ita contra opinionem Cancellariæ
15 quod detur regreſſus etiam litteris † non ex-
peditis expreſſe determinauit Rota in vna
Compoſtellana Canonicatus de anno 1574.
coram Decano de Rubeis. Et ego obtinui in
caſu ſuperius relato. Vbi in ſupplicatione, &
in litteris nulla fiebat mentio expreſſa de re-
greſſu, ſed dicebam quod ſatis hoc exprime-
batur in ſupplicatione dum dicebatur vigore
prioris tituli, &c. cum potius eſſet attendenda
ſubſtantia rei quam verba.

Nec erat facienda ius, quod ex reſignatione
nullum eſſet quæſitum ius Octauio cum acce-
16 ptatio † fuiſſet momentanea ad effectum re-
trocedendi ipſumque reſignantem in ſua poſ-
ſeſſione pacificum, & quietum dimittendi quo
caſu non cenſetur quæſitum ius conſiderabile
ſuper quo regreſſus fundetur, vt per Peregr.
deciſ. 30. in vna Bononien. lib. 2. Put. deciſ. 519.
num. 3. lib. 2. Quia dicebam quod quamuis
mandatum factum ab Octauio continet vtrã-
que acceptationem, & retroceſſionem tamen
iſti actus fuerant geſti à procuratore ſepara-
tim prius enim fuerat expedita ſupplicatio
reſignationis, & acceptata per Procurato-
rem Octauij poſtea procurator conſenſerat
retroceſsioni quo caſu, Peregrin. in d. deciſ.
30. in fine dicit quod cenſetur quæſitum ius
conſiderabile, quando prius fuit facta acce-
ptatio, & deinde ceſsio, & allegat Gozaad.
conſ. 16. n. 3.

Non etiam obſtat quod retroceſsio eſſet fa-
cta ante expeditionem ſupplicationis, reſi-
gnationis, & conſequenter non poſſet dici ex
reſignatione non fuiſſe quæſitum ius Octauio.
17 Quia reſpondebam quod conſenſus † retro-
trahebatur ad diem datæ.

Nec dici poterat quod extrema non eſſent
habilia ex quo retroceſsio præſupponit reſi-
gnationem iam perfectam quia attenditur tẽ-
18 pus datæ † & attenditur præſentatio ſuppli-
cationis ſub parua data, & paruo conſenſu,
quando poſtea conſenſus fuit extenſus, vt fuit
dictum in vna Bracharen. Canonicatus coram
Cardinale Seraphino 3. Iulij 1589.

Hæres grauati, qui non confecit inuentarium, an Trebellianicam poſſit detrahere, Et nunquid aduerſus Piam cauſam talis detractio fieri poſſit, paucis explicatum. Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauati poteſt detrahere Trebellianicam defuncto competentem.*
2 *Amplia etiam ſi inuentarium non confecerit.*
3 *Deſcriptio bonorum de qua poſſint fideicommiſſario ius reddi, qualiſcunque ſufficit, ad effectum detractionis terminis, licet alijs inuentarium ſolemne eſſet neceſſarium.*
4 *Trebellianica detrahi poteſt non confecto inuentario, non ſolum à filijs primi gradus ſed etiam ab extraneis, reprobata diſtinctione deciſ. Pedemont. 147.*
5 *Hæres Falcidius propter omiſſionem inuentarij nedum Falcidiam amittit, ſed etiam tenetur legatarijs ſupra uires bonorum.*
6 *Priuationis pœna locum non habet, vbi lex non diſponit.*
7 *Pœna amiſsionis Falcidiæ ob non confectionem inuentarij eſt inducta propter præſumptionem ſubtractionis.*
8 *Lex procedens per præſumptiones non ampliatur etiam ad caſus, ad quos alias extenderetur.*
9 *Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt compellere hæredem ad faciendum inuentarium.*
10 *Culpa vnius compenſatur cum culpa alterius, ita tamen quod culpa illius maior cenſeatur, qui obtinet inſtar teſtatoris.*
11 *Falcidia nõ detrahitur aduerſus piam cauſam.*
12 *Item nec Trebellianica.*
13 *Amplia etiam quando alijs debet reſtitui ante Piam cauſam.*
14 *Limita fideicõmiſſarius ſit pure, vel in diem certam grauatus reſtituere Piæ cauſæ, ſecus ſi ſub conditione.*
15 *Sublimita, niſi Pia cauſa ſit ſubſtituta ſub conditione, quæ verificari veriſimiliter nequeat, ita vt certum ſit illam fore omnino ſucceſſorẽ.*
16 *Trebellianicæ donatio cenſetur prohibita, quando teſtator poſt legata, mandat reſiduum omnium eius bonorum reſtitui.*
17 *Dictio (reſiduum) in eo toto quod remanet propriè verificatur.*
18 *Verba omnium bonorum totalitate bonorum ſui natura denotant nulla eorum excluſa parte.*
19 *Trebellianica contra Societates, ſeu Confraternitates Laicorum non detrahitur quando ſunt ſolitæ conuentione relata in opera Pia.*
20 *Confraternitas Laicorum non eſt locus pius.*
21 *Priuilegium quod Trebellianica detrahi non poſſit, nõ datur loco, ſed cauſæ piæ, cui relinquitur.*

EXplorati quidem iuris eſt, quod hæres
grauati habet intẽtionem fundatam de
1 iure communi, vt in eum † transferatur
ius deducendi Trebellianicam defuncto competentem, l. quanquam C. ad leg. Falcid. & ibi Bart. Bald. Salicet. & alij Dec. conſ. 81. in princip. Pariſ. conſ. 25. n. 29. lib. 2. & conſ. 1. n. 8. lib. 3. difficultas tamen eſt, quando hæres grauati non confecit inuentarium: Quo caſu Doctores variè loquuntur, vt cedere eſt apud Gabr. concluſ. 10. ad Trebel. Michael. Craſ. in tract.

tract. de ſucceſ. ex teſtam. §. Trebellianica,
quæſt.7. Phanuc. de inuentar. par.3.n 31.Ro-
land.de confect. inuentar. in 5.par.§. quia in
præcedenti quæſtione, Peregr. de fideicómiſ.
art.3.n.73. cum ſequen. Attamen magis có-
* munis *& vſu recepta eſt eorum ſententia,qui
2 tenuerũt † eſſe locum detractioni Trebellia-
nicæ, quamuis non ſit confectum inuẽtarium,
quam etiã Rota vti æquiorem amplexa fuit,
vt per Caſſad. deciſ. 3. de teſtam. Ant. Aug.
in ſuo Repertorio,de teſtamen.§.31. & ſequi-
tur Camera Imperialis,vt teſtatur Andr.Gail.
lib.2. obſeruat. cap. 138. n. 13. in fine,ratio-
nibus latè per eam adductis, & hanc quoque
vti in foro iudiciario receptam ſequuti ſunt
Socin. Iun. conſ.137. col. penult.lib.1.Rolan.
conſ.26. nu.26. lib.3. Simon de Præt.de inter-
pretat. vltim. volunt. lib.3. dub. 5. ſolut. 6.
n.9.Decian. conſ.vlt. lib. 2. Thob. Non.conſ.
39. col. vlt. Rimin. Iun. conſ.187. Vincent.de
Fran. deciſ. 11.nu.22. & 23. qui dicit ita iu-
dicatum fuiſſe in ſacro Conſilio.

Et multo magis hæc opinio eſt recipienda,
quando deſcriptio bonorum ab hærede facta
eſt; Nam ſuſtinendo etiam ſententiam cõtra-
dicentium,ad effectum, vt ſit locus detractio-
ni Trebellianicæ, non eſt neceſſaria confectio
3 inuentarij ſolemnis, ſed ſufficit † qualiſcun-
que bonorum adnotatio, per quam ſuſpicio
fraudis euitetur, & ex qua poſsit fideicommiſ
ſario ratio reddi, vt per Caſtren. in l cum ta-
le,§. Titius, ſub n.2. in fine, & n.3. ff. de con-
dit. & demonſtrat. Alexand. in l. in ratione,
§. quod vulgo, n.14.ff. ad l.Falcid.Corn.conſ.
103. n.21. in fine, lib.1. Ruin. conſ.169. nu.5.
lib.3. Socin. Iun. conſ.132. nu.5. lib.1. Pariſ.
conſ.25. n.52. lib. 2.

Nec facit diſtinctio, de qua poſt alios per
Cacheran. deciſ. Pedemont. 147.n.27. exiſti-
mantis, quando omiſſa fuit inuentarij confe-
ctio tantummodo detrahi Trebellianicam à fi
lijs primi gradus, non autem ab extraneis,
4 quia † illam damnat Michael Craſ.in d.§.Tre-
bellianica, quæſt.7. in fine, cum fundetur in
gloſ. in §. hinc nobis, in authen. de hæred. &
Falcid. quæ loquitur de hærede Falcidio, qui
5 propter cõmiſsionem inuentarij,nedum † Fal-
cidiam amittit, ſed etiam tenetur legatarijs
ſupra vires bonorũ,quod non applicatur huic
caſui,cum nullibi cautum ſit,quod ob ommiſ-
ſionem inuentarij amittatur Trebellianica;
Ideo cum verſemur in pœnalibus, & priuato-
rijs iuris, non debet fieri extenſio de caſu ad
6 caſum, nec priuatio,vel pœna † locum habet,
vbi lex non diſponit, l.at ſi quis.§.cuius, ff.de
religioſ.& ſumpt.fun.§.cum igitur in authen.
7 de non eligen.Et maxime cum pœna † ammiſ-
ſionis Falcidiæ ſit inducta propter præſum-
ptionem ſubtractionis. §. ſi vero non fecerit,
in authen. de hæred.& Falcid. talis enim præ-
ſumptio inducta vno caſu, non debet extendi
ad alium caſum, quando agitur de detractio-
8 ne Trebellianicæ, quia † lex procedens per
præſumptiones nõ ampliatur etiam ad caſus,
ad quos alias extenderetur, Abb. in cap. fin.
de ſponſal. Et tanto minus,quoniam,vt Bald.
not. conſ. 405. in fine, lib. 2. Fideicommiſſa-
9 rius † vniuerſalis poteſt compellere hæredem
ad faciendũ inuentarium cum ſpecificatione
rerum l.cum Archimedorum C. vt in poſſeſ.
legat. quod ſi non fecerit ſibi imputandum
eſt; Culpa enim hæredis hoc caſu cum culpa
Fideicommiſſarij vniuerſalis compenſatur,ita
10 tamen, quod † culpa Fideicommiſſarij cenſen
da eſt maior, quia obtinet inſtar petitoris,
Natta.conſ.220. Cephal. conſ.392. cum ſimi-
libus.

Sed quamuis hæres grauati etiam nõ conſe
cto inuentario Trebellianicam detrahere poſ-
ſit, vt dictum eſt: Attamen hoc communiter
limitatur, vt locum non habeat, quando Pia
11 cauſa eſt ſubſtituta; Nam cum † in relictis ad
Piam cauſam Falcidia ceſſet,authen.ſi mulier.
12 ad leg.Falcid.pari ratione † ceſſat etiam Tre-
bellianica,vt ſcribit Bart. ibid. n.3. Bald.n.6.
& patet ex late congeſtis à Gabr. ad Trebell.
concluſ.11.num.2.& à Tiraquel. de Pia cauſa
* priuileg. 26. quam opinionem * communem
dicunt Abb.in cap.Raynaldus n.18.de teſtam.
& conſ.59. nu.2.lib.1. & conſ.32. nu.4. lib.2.
Et hæc ſentẽtia, vt contra piam cauſam Tre-
bellianica detrahi non poſsit, quidquid alij
* contradixerint eſt * magis communis, & in
praxi recipiẽda,quemadmodum ſcribit Corn.
13 conſ.259. lib.4. Et procedit non ſolum † quan
do fit reſtitutio Piæ cauſæ, ſed etiam quando
alijs debet reſtitui ante Piam cauſam,Paul.de
Caſtr. in l. cum dotem marito per illum tex.
ad leg. Falcid. Roman. conſ.206. Corn. conſ.
330. lib.1. Aret. conſ.67. col. fin.Aym. conſ.
137. num.13. quos refert, & ſequitur Tyber.
Decian. conſ.4.n.9. lib.3.

14 Quod tamen ita accipiendum eſt, vbi † Fi-
deicommiſſarius ſit purè, vel in diem certam
grauatus reſtituere Piæ cauſæ, ſecus autem
ſi ſub conditione, veluti ſi filij decederent ſi-
ne filijs,quia tunc Trebellianica bene detrahi-
tur, vt per Iaſ. in l.Marcellus n.34.ff. ad Tre-
bell. Socin.& alij,quos refert Rimin.Iun. cõſ.
567.num.40. Roman.d. conſ. 206. n.7. Corn.
conſ. 17. num.16. & ſequen. lib. 2. Craſ. qui
alios refert in §. Trebellianica,quæſt.6. nu.3.
Et ratio differentiæ eſt,quia in primo caſu cer
tum eſt ab initio fideicommiſſum ipſum per-
uenire debere omnino ad Piam cauſam: In ſe-
cundo vero caſu ſubſtitutus primo hæredi nõ
poteſt impedire detractionem, quia non eſt
priuilegiatus,& minus eſt Pia cauſa,quia cum
conditio ſe habeat ad eſſe,& nõ eſſe,eſt incer-
tum an ſit ſucceſſura, quam rationem in ſpe-
cie ponderat Roman. d. conſ.206.n.7.Emma-
nuel Coſta in cap. ſi pater, in ver. Trebellia-
nicæ n.27.de teſtam.in 6. Peregr. de fideicom
miſſ. art.3. n. 65.

15 Bene verum eſt, quod ſi Pia † cauſa eſſet
ſubſtituta ſub conditione, ſi ſine filijs decede-

ret.alicui perſonæ,quæ veriſimiliter filios ha-
bere non poſſet, & nunquam habuiſſet, ita
quod certum eſſet Piam cauſam ſucceſſuram
eſſe, non eſſet locus detractioni; Quia cum ra
tio Doctorum ſupra allegata ſit generalis, &
huic caſui adaptetur, illum bene determinat,
ſic fuit reſolutum per Rotam in vna Eſina fi-
deicommiſſi 3. Decembris 1604. coram Coc-
cino per Gloſ. in l. militis agrum, de re milit.
l. his ſolis, de reuocan. donat. Iaſ. in d. l. Mar
cellus n. 46 ff. ad Trebellian. & in authen. non
licet, C. de lib. præterit. Rimin. Iun. conſ. 4.
nu. 8. cum ſequen. lib. 1.

Sed dubium eſt, ſi aliqua Societas, ſeu Con-
fraternitas Laicorum ſit ſubſtituta, an aduer
ſus eam Trebellianica detrahi poſſit? Iſta quę-
ſtio fuit in vna Fauētina fideicommiſſi 3. No
uembris 1595. coram Litta, ſed quia valde
dubium eſt apud Doct. an iſtæ Confraternita-
tes ſint loca Pia, ad not. per Gabr. concluſ. 1.
de Pia cauſa, Ideo Rota ex iſto capite noluit
quidquam decidere, ſed amplexa fuit aliud ca
put magis clarum, quod ſcilicet intelligeretur
prohibita detractio Trebellianicæ, eo quia te-
16 ſtator † poſt nonnulla legata mandauerat re-
ſiduum omnium eius bonorum reſtitui, quæ
verba importabant prohibitionem Trebellia-
17 nicæ, cum† dictio (Reſiduum) in eo toto, quod
remanet propriè verificari ſoleat l. 2. C. de hæ-
red. inſtit. l. qui nō militabat, §. vlt. & ibi Bald.
ff. eod. tit. maxime iunctis verbis vniuerſali-
18 bus (omnium bonorum) quæ † totalitatem bo
norum ſui natura dēnotant, nulla eorum ex-
cluſa parte, ad tex. in l. Iulianus, ff. de leg. &
in l. cum virum ff. de fideicom. in cap. ſolis, de
maior. & obed. & in cap. ſi Romanorum, 19.
diſtinct. cum alijs per Corn. conſ. 49. num. 2.
& ſequen. lib. 3. Poſtmodum vero cum in alle-
gata cauſa Eſina fideicommiſſi ſimile dubiū
occurriſſet, cum præſuppoſito, quod Confra-
19 ternitas † ſubſtituta filiæ teſtatoris eſſet ſoli-
ta conuertere relicta in opera Pia, Rota cen-
ſuit non eſſe locum detractioni Trebellianicæ:
20 Nam licet Confraternitas non † ſit locus pius,
Bald. in l. ſi quis ad declinandum §. in omni-
bus, n. 19. C. de Epiſcop. & Cleric Abb. conſ.
31. n. 2. lib. 1. Imol. in cap. officij n. 20. & ſe-
quen. de teſtam. Abu. in rubr. de noui Sper.
nunciat. nu. 25. Ant. Gabr. qui atteſtatur de
* magis * communi, dicta concluſ. 1. de Pia cau
ſa. Hieron. Gabr. conſ. 162. lib. 1. Tamen ad
effectum quod cenſeatur prohibita Trebellia-
nicæ detractio, non eſt neceſſe, quod locus ſit
Pius, ſed ſufficit, quod opera pietatis exerceat,
21 quia † priuilegium non datur loco, ſed cauſæ
cui relinquitur, Caſtren. conſ. 167. n. 2. lib. 2.
Card. Mantica qui alios refert de coniect. vlt.
volunt. lib. 4. tit. 5. art. 6. n. 5. Gabr. de Pia
cauſa, concluſ 2. nu. 5. Peregr. de fideicom. d.
art. 3. n. 63. verſ. & nota.

Hæredi ne, an fideicommiſſario incumbat onus probandi tot fructus fuiſſe perceptos ex tribus partibus hæreditatis, vt abſorbeant quartam, vel rem alienatam exceſſiſſe quartam. Cap. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 Hæres grauatus fideicommiſſo debet habere non ſolum quartam, ſed etiam fructus quartæ à die mortis teſtatoris.

2 Res per ipſum alienata imputatur ei in quartā etiam inuito fideicommiſſario.

3 Fideicommiſſario vniuerſali incumbit onus probandi hæredem grauatum tot fructus percepiſſe ex bonis hæreditarijs, vt abſorbeant quartā, vel rem alienatam ab eo exceſſiſſe quartam.

4 Fallit ſi vltrà fideicommiſſum vniuerſale adſit etiam prohibitio expreſſa de nō alienando quædam bona particularia, quia tunc onus probandi valorem bonorum alienatorum non excedere quartam portionem incumbit hæredi, non autem fideicommiſſario exceſſum valoris, & nu. 7.

5 Legitima detrahi non poteſt ex bonis expreſſè alienari prohibitis niſi in ſubſidium quatenus alia bona non extent.

6 Habens regulam pro ſe cum qualitate, debet qualitatem illius probare.

8 Regula prohibitiua potius attenditur quam permiſsiua.

9 Fideicommiſſarius agens contrà poſſeſſorem bonorum alienatorum ex cauſa dotis tenetur probare illorum exceſſum.

Illud apud omnes eſt abſolutum, quod hæ-
1 res grauatus debet habere non † ſolum
quartam, ſed etiam fructus quartæ à die mor-
tis teſtatoris l. Mulier §. hæres verſ. alia cauta
ff. ad trebellian. l. quod de bonis §. fructus,
& ibi Paul. de Caſtr. nu. 3. ff. ad leg. falcid.
Ripa in l. in fideicommiſſariam nu. 24. & ibi
Hieron. Lauren. nu. 46. ff. ad trebellian. Pic.
in l. in quartam nu. 109. verſ. caue tamen
ff. ad leg. falcid. Item quod res alienata per
2 ipſum †. imputatur ei in quartam * etiam in- [* l. Marcellus. §. res quæ, & ibi Bar. & alij ff. ad trebel. Doct. communiter in dicta l. in quartam.]
uito fideicōmiſſario Part. in d. §. res quæ nu. 2.
verſ. ſed fideicommiſſario inuito & ibi Paul. de
Caſtr. ſub n. 3. Imol. nu. 10. verſ. & adde Iaſ.
nu. 12. Ripa in d. l. in quartā ſub nu. 96. So-
cin. Iun. nu. 89. in fin. inquiens hanc conclu-
ſionem de plano procedere Bologn. c. n. 235.
cum ſequen.

Sed difficultas in eo verſatur, nūquid fidei-
commiſſario incumbat onus probandi hæredē
tot fructus percepiſſe ex tribus partibus hæ-
reditatis, vt abſorbeant quartam, vel rē alie-
natam ab eo exceſſiſſe quartam? In qua quæ-
ſtione eſt diſtinguendum. Aut enim fideicom-
3 miſſum † eſt vniuerſale, ita quod licita eſt alie-
natio in omnibus bonis pro rata legitimæ; Et
tunc cum hæres habeat intentionem fundatā
quod ei debeatur quarta, & quod res per eum
alienata regulariter imputetur ſibi in quartā,
vt dictum eſt, ſequitur, quod fideicommiſſa-

rius

rius qui vult dicere contrarium, debeat ipſe
probare: ſic tenuit Rota deciſ. vo. part. 2. di-
uerſ. & in vna Forolinien. Prædij 4. Maij 1583.
coram Cantuocio. Aut fideicõmiſſum eſt vni-
4 uerſale, ſed vlterius adeſt prohibitio † ex preſ-
ſa de non alienando quædam bona particula-
ria, & tunc onus probandi valorem bonorum
alienatorum non excedere quartam portionẽ
incumbit ipſi heredi, non autem fideicommiſ-
ſario exceſſum valoris, vt Rota tenuit in vna
Anconitana fideicomiſſi 20. Februarij 1584.
coram Cardinale Blanchetto. Ratio eſt, quia
5 legitima † detrahi non poteſt ex bonis ex
preſsè alienari prohibitis niſi in ſubſidiũ, qua-
tenus alia bona non extent, Paul. de Caſtr.
coſ. 247. & 297. nu. 4. lib. 1. Doct. omnes in
l. filius familias §. diui de leg. 1. vbi Iaſ. in
2. lect. nn. 3. Crot. n. 13. & Ferdinand. Sua-
rez n. 21. Vnde filius, vel hæres qui habet re-
6 gulam † pro ſe cum qualitate, debet qualitatẽ
illius probare Ceſal. conſ. 327. nu. 6. cum ſe
quen. lib 3. Nequè enim filius, vel hæres po-
teſt excuſari à contrauentione, niſi qualitates
omnes ex quibus alienatio ſuſtineatur dedu-
cat. Eſt namquè hoc caſu aliqoida exceptio
quartæ ſeu legitimæ non probatis circumſtan
tijs, videlicet valore hæreditatis, & quod nõ
extarent alia bona, ex quibus potuiſſet de-
trahi. Vndè cum fideicommiſſarius habeat re
gulam in ſui fauorem, quod ex bonis prohi-
bitis alienari non poteſt detrahi quarta niſi in
ſubſidiũ ex ſupra allegatis, Vtiquè onus pro-
bandi qualitates ſuæ exceptionis incumbit
7 hæredi per prædicta. Et hæc opinio † nedum
✱ videtur verior, ſed etiam magis * communis
quam tenuerunt Gabr. conſ. 118. ſub nu. 8. &
ſeq. lib. 2. Pertran. conſ. 161. n. 25. & 26. par.
2. vol. 3. quem refert. & ſequitur Bellon. conſ.
83. nu. 7. Natta conſ. 199. ſub n. 8. verſ. &
ſi forſan lib. 1. & conſ. 238. ſub nu. 6. lib. 2.
Curt. Iuni. conſ. 192. ſub n. 9. verſ. ſed quod
fortius lib. 3. Aym. conſ. 77. num. 4. Maſcar.
de fideicom. par. 2. q. 48. verſ. ſed quod modo,
qui licet prius aliquot retulerit contrarium
tenentes ipſe tamen aliam ſequutus fuit opi-
nionem, ex quo pro ſe regulam prohibitiuam
habet, altera verò regulam permiſsiuam, &
8 attenditur † potius regula prohibitiua, vt di-
xit Bart. in l. 3. in princ. ff. de ſuſpect. tutor.

Limitarem tamen prædicta quando fidei-
9 commiſſarius † ageret contra poſſeſſorem bo
norum alienatorum ex cauſa dotis, tunc enim
verius videtur, quod hæc probatio incumbat
ipſi fideicommiſſario non autem poſſeſſori, vt
in terminis declarat Molin. de primogen.
Hiſpan. lib. 4. cap. 7. nu. 36.

Appellatio quando dicatur deſerta, & nun quid Iudex ſuper illius deſertione pronunciare teneatur? Cap. LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio dicitur deſerta, quando rediens pro Apoſtolis habuit Reuerentiales nec infra decem dies fecit committere cauſam, vel ſaltem non adhibuit diligentiam pro dicta commiſsione.*

2 *Item dicitur deſerta, vbi appellans non inſtiterit pro Signatura commiſsionis obtinenda, & ad Curſores perferenda infra viginti dies poſt appellationem.*

3 *Item quando appellans infra annum (ſi habuit Refutatorios) non obtinuit committi cauſam appellationis, & citari ad dicendum contra.*

4 *Item quoties appellans, cui eſt datus terminus iuris hoc eſt triginta dierum infra dictum terminum non redijt pro Apoſtolis, vel cauſam nõ commiſit, licet infra dictum terminum obtinuerit præſentatã à Regente Cancellariæ, et quamuis adſit exceſſus modici temporis, videlicet vnius diei tantum, & n. 6.*

5 *Inſtãtia currit etiam impedito facto Iudicis, vbi quis poteſt ſibi conſulere per recurſum ad Superiorem.*

7 *Infirmitas non eſt legitimum impedimentum, nec excuſat appellantem.*

8 *Iudex nõ poteſt pronunciare ſuper negocio principali, ſed tenetur pronunciare ſuper deſertione appellationis parte opponente, niſi appellatio ſit deſerta ab vna parte tantum, & n. 9.*

APpellatio multis modis deſerta dicitur;
Et primo quotieſcumq; rediens pro Apo
ſtolis habuit Reuerentiales, & infra decem
1 dies † non fecit committere cauſam prout te-
netur, vel ſaltem non adhibuit diligẽtiam pro
dicta commiſsione, Rota deciſ. fin. de appel-
lat. in nouis Caſſad. deciſ. 4. de appellat. Cre-
ſcen. deciſ. 25. eod. tit. Secundo vbi appellans
2 penès † Regentem loco Vicecancellarij non
inſteterit pro Signatura cõmiſsionis obtinen-
da, & ad Curſores perferẽda infra viginti dies
poſt appellationem Put. deciſ. 389. n. 3. lib. 2.
Guidobon. deciſ. 39. & tenuit Rota in vna Tar
racinen. Molendini 13. Nouembris 1592. co-
ram Cardinale Seraphino. Tertio appellatio
3 dicitur deſerta quando appellans † infra an-
num ſi habuit Refutatorios non obtinuit com
mitti cauſam appellationis, & citari ad dicen
dum contra, &c. Achill. deciſ. 11. de appel
lat. Addit. ad Rot. deciſ. 7. eod. tit. in nouis, &
fuit deciſum in vna Placentina de Portillo 17.
Aprilis 1564. coram fel. record. Clemente Pa
pa Octauo tunc Auditore, & in vna Romana
pecuniaria 17. Maij 1595. coram Litta. Quar
4 to deſeritur appellatio quoties appellans † cui
eſt datus terminus iuris, qui eſt 30. dierũ l. Iu-
dicibus, & l. eos. §. apoſtolos C. de appellat. in-
fra dictum terminum nõ redijt pro Apoſtolis,
vel cauſam non commiſit cap. quamuis de ap-
pellat. Rota deciſ. 54. eod. tit. in antiquis Cre-
ſcen. deciſ. 65. lib. 1. Quod procedit etiam ſi in-
fra dictum terminum obtinuerit præſentatam
à Reuerẽdiſsimo Regente; quia illa attenditur
quando

quando ſunt dati reuerentiales, quo caſu cum nullum aliud adſit remedium, quo appellans ſibi conſulere poſsit ſufficit oſtendere diligentiam, vel obtinẽdo præſentatam Caſſad. d. deciſ. 4. de appellat. vel dando commiſsionem in manibus ſignatoris iuxta deciſ. Put. 128. lib. 1. Secus tamẽ quãdo datur terminus iuris, quia tunc ſi appellans non redijt pro apoſtolis, vel infra terminum non commiſit cauſam appellatio dicitur deſerta d. clem. 1. cum alijs ſupra allegatis. Neque enim hoc caſu ſuffragantur diligentię, quia appellans poteſt ſibi conſulere redeundo ad Iudicem, cum non dicatur impeditus qui de facili poteſt impedimentũ remouere l. qui poteſt cum ibi not. ff. de reg. iur. Et
5 facit quod dicitur inſtantiam † currere etiam impedito facto Iudicis, vbi quis poteſt ſibi cõſulere per recurſum ad Superiorem Ant. de Butr. in cap. ex ratione 5. quæſt. de appellat. quem ſequitur Alex. conſ. 72. n. 11. lib. 3. Dec. conſ. 677. n. 3. Pedemont. deciſ. 12. n. 9. Præterea hæc concluſio locum habet etiam ſi adeſ-
6 ſet exceſſus † modici temporis, videlicet vnius diei tantum, quia talis exceſſus non ſolet haberi in conſideratione datis Reuerentialibus, at ſecus in termino iuris, vbi adeſt nimia negligẽtia non redeundo pro apoſtolis, vel non committendo cauſam in ſpacio triginta dierum, vt tenuit Rota in vna Forolinien. fideicommiſsi 21. Aprilis 1581. coram Epiſcopo Lauretano, Vbi appellatio fuerat interpoſita 9. Iulij, & appellanti fuerat datus terminus iuris, ipſe autem redijt pro apoſtolis 10. Auguſti, & ſic die immediata, poſt terminum triginta dierum, cum menſis Iulij habeat dies 31. Et nihilominus fuit reſolutum ſententiam tranſijſſe in iudicatum ob non redditum pro apoſtolis in tempore, quamuis eo caſu allegaretur impedimentum infirmitatis ſuperuenientis in termino, quia fuit dictum, quod tale impedimen-
7 tum † non excuſabat appellantem, quia poterat mittere procuratorem, vt per Bald. in d. l. eos §. apoſtolos in princ. C. de appellat. Bero. conſ. 45. n. 9. & facit deciſ. Molied. 79. incipiens Nicolaus de Toledo.

Illud præterea eſt notandum, quod deſertio
8 appellationis attendi debet, & ſuper ea † eſt pronunciandum, & non ſuper negocio principali, etiam ſi pars de ea non opponat, alioquin ſententia eſt nulla. ex defectu iuriſdictionis Clem. ſi appellationem vbi gloſ. & communiter.* Doct. de appellat. Miſinger. qui allegat concordantes ſingul. obſeruat. cent. 2. obſeruat. 59. ſubdens, quod partes hoc caſu non poſſunt iuriſdictionẽ prorogare, quod etiam probat. deciſ. Toloſ. 244. Sed iſtud declaratur procedere quando appellatio eſt deſerta ab
9 vtraque parte, ſecus ſi ab vna † tantum, quia tunc poterit Index appellationis pronunciare etiam ſuper negocio principali, vt per adden. ad dictam deciſ. Toloſ. Et idem eſt, quando Iudex pronunciauit ſe competentem, vel cauſam legitimè deuolutam eſſe, vel non eſſe deſertam appellationem, & ab hac pronunciatione non fuerit appellatum, nam adhuc proceſſus valet in negocio principali, & ſententia ſuper eo lata ſuſtinetur, Imol. Io. Andr. & Gemin. in cap. 1. §. poſt hoc de appellat. lib. 6. Miſinger. d. cent. 2. obſeruat. 60. & Additio ad dictam deciſionem Toloſ. 244.

Conſtitutioni Aegydianæ quando ſit locus ex ſententia Rotæ dilucide explicatum. Cap. LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Aegydiana locum habet etiam ſi in actis non producatur.*
2 *Item locum habet in quocumque mero poſſeſſorio.*
3 *Tollit obſtaculum iuris Canonici, et reddit nos ad ius ciuile.*
4 *Item habet locũ in qualibet interdicto etiam plenario adipiſcendæ, & ſic in Saluiano interdicto.*
5 *Item procedit quamuis ſententia ſit lata vigore l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*
6 *Petitorij ſuſpenſio habet vim proteſtationis, quod quidquid ſit in cauſa ſit ſolum ad effectum poſſeſſorij.*
7 *In ſententia valet argumentum quod qui vult conſequens vult etiam neceſſarium antecedens.*
8 *Aegydiana conſtitutio locum habet quotieſcumque verba ſentẽtiæ ſunt reſtricta ad merum poſſeſſorium, neque aliquam nullitatis complicationem habent, licet petitorium non fuerit ſuſpenſum, & de nullitate fuerit cognitum incidenter ad effectum poſſeſſorij, & n. 18.*
9 *Non habet locum quando in ſententia exprimitur cauſa, quæ habeat complicationem cum petitorio.*
10 *Deciſio bo. me. de Rubeis declaratur.*
11 *Aegydiana non intrat quotieſcumque ſententia mandat reſtitui bona, non autem poſſeſſionem bonorum.*
12 *Petitio facta in libello, vt bona reſtituantur poteſt applicari etiam ad poſſeſſionem dictorum bonorum.*
13 *Sententia mandans reſtitui bona ſi petitorium non fuit ſuſpenſum, non applicatur ad poſſeſſorium, Secus ſi petitorium ſit ſuſpenſum, quia tunc intelligitur ſolum lata in poſſeſſorio, nec ab ea datur appellatio, quamuis mandet reſtitui talia, & talia bona nominatim.*
14 *Ægydiana Conſtitutio durat etiã in ſecunda inſtantia, etiam ſi à prima ſententia abſolutoria lata pro reo fuerit appellatum.*
15 *A ſententia reſtitutoria, vel de immittendo in poſſeſſionem appellatio non datur, licet detur ab illa, quod quis non ſit reſtituendus, vel immittendus.*
16 *Appellatio à ſenatoria ſuper obſeruatione iudicij conceditur, Secus ſi ſententia ſit lata ſuper reſtitutione, vel immiſsione ſimpliciter.*
17 *Sententia ſecunda expreſſe reuocans primam*

propter

propter mixturam efficitur appellabilis, licet ſit lata in poſſeſſorio.

19 *Aegydiana locum habet, licet actor, ad cuius fauorem fuit lata ſententia, prius appellauerit, quatenus contra.*

20 *Clauſula quatenus contra in appellatione poſita, non facit cauſam appellabilem, vbi ſententia ſit lata in poſſeſſorio, neque parti aduerſæ in aliquo ſuffragatur, & n. 21.*

22 *Appellatio à momentanea poſſeßione de iure ciuili non datur.*

23 *Iudex dando* Reuerentiales *videtur appellationi deferre.*

24 *Aegydiana locum habet, vbi ſententia fuit lata in poſſeſſorio, licet reo appellanti Iudex dederit* Reuerentiales.

25 *Delatio appellationi facta per conceßionem reuerentialium, non operatur effectum ſuſpẽſiuum, ſed ſolutiuum.*

26 *Reuerentiales dati in forma ſub conditione conceßi intelliguntur, quatenus ſententia appellationem admittat, & quo ad illam tantum partem quæ admittitur.*

27 *Aegydiana non habet locum, quando conſtat de notoria iniuſtitia, vel nullitate ſententiæ.*

28 *Iniuſtitia, ſeu nullitas notoria dicitur, quæ reſultat ex eiſdem actis, vel aduerſatur communi opinioni, qua ratione contraria non conuincatur.*

29 *Saluianum interdictum exerceri non poteſt ſuper re non hypothecata.*

30 *Item nec poteſt exerceri ſuper melioramẽtis, quorum hypotheca expreſſe fuit prohibita in cõtractu emphytheotico, niſi hypotheca fuerit conſtituta ex cauſa ædificandi, & n. 31.*

32 *Opinio Beroi in conſ. 124. lib. 1. num. 16. in fine, declaratur.*

33 *Emphyteuta de iure communi poteſt etiam ſine conſenſu Domini rem emphytheoticam hypothecare.*

34 *Pactum prohibitorium hypotheca ſine conſenſu Domini in contractu emphyteotico, intelligitur de re emphyteotica, in qua locator poteſt ſi vult præferri, non autem de ea, quæ fit ad effectum ædificandi.*

35 *Aegydiana conſtitutio habet locum tantum in ſtatu Eccleſiaſtico, & in locis Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectis, non autem mediate, vt eſt* Parma, *&* Placentia.

36 *Limita, niſi vtraque pars legitimantium eſſet ſubiecta immediate Romano Pontifice, & litigaret in Curia ſuper poſſeßione rei, ſeu Caſtri mediate ſubiecti.*

37 *Aegydiana in cauſis Spiritualibus, & fori Eccleſiaſtici locum non habet, quamuis ſit confirmata à Summis Pontificibus.*

38 *Extenſio cenſetur facta cum omnibus qualitatibus, & eadem remanente natura.*

39 *Aegydiana non procedit in bonis Eccleſiæ, neque inter perſonas Eccleſiaſticas, quamuis Eccleſia ſit Actrix, & in mero poſſeſſorio obtineat.*

40 *Ius ex perſona actoris metiri debet.*

41 *Ægydiana non habet locum, vbi adeſt Statutum particulare permittens ſemel poſſe appellari à ſententia lata ſuper poſſeſſorio.*

42 *Appellatio eſt de dependentijs illius inſtantia, cuius eſt ſententia, à qua interponitur & ſubiacet* Statutis *loci, in quo lata eſt ipſa ſententia.*

43 Conſtitutio *Aegydiana non procedit in iudicijs poſſeſſorijs ſui natura mixtis, in quibus datur appellatio.*

44 *Item locum non habet in iudicio mere poſſeſſorio, quando ſententia continet complicationem, & mixturam in verbis diſpoſitiuis, ſecus ſi in narratiuis, & enunciatiuis, & n. 45.*

46 *Libelli qualitas ex illius narratiua non iudicatur, ſed ex ſola concluſione.*

47 *Appellatio à ſententia mandante exequi teſtamentum, lata vigore l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. conceditur.*

48 *Item datur à ſententia quæ condemnat ad reſtituendam poſſeßionem retinendam in cauſam pignoris, & hypotheca, donec integraliter quis fuerit ſatisfactus, ſecus ſi ſententia manuteneat ſimpliciter, donec ſatisfiat, & n. 49.*

IN cauſis appellationum, quæ à ſententijs in poſſeſſorio latis in Rota committuntur, plerumque euenit, vt diſputetur, an ſit locus Ægydianæ conſtitutioni. Idcirco pro eius declaratione nonnulla ſcitu digna, & neceſſaria in vnum colligere placuit.

1 Et in primis amonẽdi ſumus quod hæc † cõ-
ſtitutio habet locum etiam ſi in actis nõ pro-
ducatur, quia tanquam valde nota perinde ha
betur, ac ſi eſſet producta Contard. de momẽt.
poſſeſ. in ver. Ægydiana quæſt. 1. Caſſad. de-
ciſ. 2. nu. 7. de penſ. Caputaquen. deciſ. 422.
lib. 1. in manuſcript. & fuit reſolutum in vna
Romana Domus die 8. Iunij 1563. coram fel.
recor. Clemente Papa Octauo tunc Auditore.
2 Similiter locũ habet in quocumque † mero
poſſeſſorio Grat. conſ. vlt. in princ. lib. 2. Socin.
Iun. conſ. 182. num. 15. lib. 2. Pariſ. conſ. 108.
n. 13. lib. 1. Benintend. deciſ. 17. in fin. Rota
deciſ. 112. n. 4. par. 3. lib. 1. diuerſ. Caputaq.
deciſ. 227. lib. 1. in manuſcriptis, & 141. par.
3. in impreſſis, Mohen. deciſ. 6. de conſtit. &
fuit tentum in vna Romana Saluiani interdi
cti 29. Aprilis 1591. coram Cardinale Sera-
phino; Nam vt ibi dicitur Ægydiana ſolum
3 tollit obſtaculum † iuris Canonici, & reddit
nos ad ius ciuile, ſecundum terminos l. vnica
C. ſi de momen. poſſeſ. quæ iuxta cõmunem
* opinionem * Doctorum prohibet appellari in
quolibet mero poſſeſſorio Pariſ. d. conſ. 108.
n. 8. Cagnol. in l. in pari cauſa n. 7. de reg. iur.
Ioſeph. Ludou. deciſ. 20. n. 9. & 17. Vnde in-
fertur, quod Ægydiana ad inſtar dict. l. vnicæ
4 etiam intrat in quolibet interdicto † plenario
adipiſcendæ ad not. per Bart. in l. 2. n. 3. & 4.
ff. de appellat. recipien. Et conſequẽter habet
locum in Saluiano interdicto quod eſt merum
poſſeſſorium adipiſcendæ, vt per Bart. in l. 1. n.
4. ff. de Saluiano interdicto Pariſ. d. conſ. 108.
nu. 15. Neguſ. de pignor. in 1. membr. par. 8.
nu. 3.

nu. 3. Caputaquen. d. deciſ. 141. par. 3. &
fuit tentum in vna Romana Saluiani interdi-
cti die 26.Nouembris 1605.corã Mãzanedo.

Similiter infertur, vt dicta conſtitutio lo-
5 cum habeat, quamuis ſententia ſit lata † vigo-
re l. fin. C. de ædict. Diu. Adr. tollen. nam
dicitur lata in mero poſſeſſorio, & ideo exe-
quenda eſt iuxta terminos dictæ conſtitutio-
nis, dummodò ſit iuſta, vt fuit reſolutũ in vna
Firmana executionis die 7. Februarij 1583.
coram Cardinale Seraphino.

Sed non modica eſt controuerſia, an hæc cõ
ſtitutio vendicet ſibi locum in ſpolio proueni-
ente à nullitate ſententiæ, ſeu ſubhaſtationis
de qua fuit cognitum: Nam licet clarum ſit
locum eſſe Ægidianæ, ſi ſuſpenſum fuit petito-
rium, quia tunc tota cognitio quę fuit facta
in petitorio intelligitur facta ad effectum poſ-
ſeſſorij, & ad ipſum colorandum ſolum, vt fuit
tentum in vna Tiburtina Caſtri Sambuci die
15. Maij. 1577. coram Clemente Papa Octa-
6 uo, in qua fuit dictum talem † ſuſpenſionem
habere vim proteſtationis, quod quid ſit in
cauſa, ſit ſolum ad effectum poſſeſſorij: Nihilo-
minus difficultas eſt, quando petitorium non
fuit ſuſpenſum, quia tunc cognitio videtur fa-
cta plenè de nullitate ſentẽtiæ, ſeu ſubhaſtatio
nis, vnde cauſatur ſpolium; Et quamuis ſuper
ea non pronuncietur, nihilominis ſentẽtia vir-
tualiter habet implicitam cauſam nullitatis
proceſſus, ita quod videntur intrare conſilia
7 Bald. 141. & 330. lib. 1. Et in ſententijs † etiã
procedit argumentum, qui vult conſequens,
vult etiam neceſſarium antecedens. Vndè ſi nõ
adſit ſuſpenſio ſatis dicitur expreſsè pronun-
ciare ad iſtum effectũ ſuper nullitate Tiraquel.
de reb. connub. gloſ. 7. n. 107. & benè facit Put.
deciſ. 108. lib. 3. & deciſio facta in cauſa
Hiſpalen. fructuum coram Quiroga, & alia de
ciſio corã Io. Baptiſta de Rubeis in cauſa Ro-
mana ſpolij de anno 1561. quã refert Cõtard.
in d. l. vnica limit. 24. C. ſi de moment. poſſeſ.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium
eſt reſoluendum, quia, vt ſit locus Ægidianæ
8 ſatis eſt, quod ſuper nullitate † non fuerit
pronunciatum, quod præſertim pendet ex ver-
bis ſententiæ, cuius tenor ad hunc effectum
attendi debet iuxta conſ. Corn. 10. n. 3. lib. 4.
ſæpius in Rota approbatum. Nã ſi verba ſint
reſtricta ad merũ poſſeſſorium, neque aliquã
nullitatis complicationem habeant, tunc illa
cognitio nullitatis ſententiæ, ſeu ſubhaſtatio-
nis, quæ erat neceſſaria pro iuſtificatione poſ-
ſeſſorij, non dicitur principaliter facta ad effe-
ctum præiudicij in petitorio, ſed tantum inci-
denter ad effectum ſolius poſſeſſorij, & ad il-
lud colorandum, vt euentus docet, quotieſcũ-
que Iudex ad illud ſe reſtringit. Et ideo non
impedit effectum Ægidianæ, nec mixturam in-
ducit, vt in ſimili de dominio deducto ad ef-
fectum ſpolij tradit Dec. conſ. 28. Et de nulli-
tate, ex qua deducitur ſpolium ſæpiſſime te-
nuit Rota in quampluribus cauſis, & præci-
pue in d. Tiburtina Caſtri in 2. poſitione ſub
die 1. Iulij 1577. & in Romana Domus
11. Maij 1601. coram Cardinale Pamphilio,
vbi ad conſilia Bald. in contrarium allegata
reſpondetur, quod procedunt quando in ſen-
9 tentia † exprimitur cauſa, quæ habeat cõpli-
cationem cum petitorio, vt ipſe Bald. ſe decla-
rat in d. conſ. 330. lib. 1. ibi, quod ſi declara-
tur hæres in poſſeſſorio poteſt appellari: Et
ita etiam loquitur Put. d. deciſ. 108. lib. 3. &
alia deciſio in cauſa Hiſpalen. fructuum corã
Quiroga, quæ expreſſe loquitur in caſu, in
quo ſententia reſtitutoria fuit lata ex capite
nullitatis, quæ erat complicata cum reſtitu-
tione de qua fuerat facta mentio in ſententia,
vt ex lectura deciſionis apparet: Secus vero
quando ſententia eſt reſtricta ad merum poſ-
ſeſſorium, nec habet expreſſam nullitatis cõ-
plicationem, quia tunc nõ appellatur, vt ha-
betur in præfata deciſione Tiburtina, & in d.
Romana Domus, & fuit reſolutũ in pluribus
alijs cauſis.

10 Neque obſtat deciſio † bo. me. de Rubeis
in cauſa Romana Spolij allegata per Contar-
dum, quia eſt intelligenda in caſu, vbi plene
fuit cognitũ de nullitate, & ad effectum præ-
iudicij in petitorio, vt innuit ipſe Contard. n.
41. & alias ſubſtineri non poteſt, cum poſtea
per plures deciſiones in cauſis maturè diſcuſ-
ſis contrarium fuerit reſolutum.

Eſt tamen aduertendum, quod ſi ſententia
11 mandet † reſtitui bona, non autem poſſeſſio-
nẽ bonorum, tunc videtur ſonare in petitoriũ,
nec eſt locus Egidianæ, nam licet in libello
12 toleretur iſta concluſio, vt poſſit † dici inten-
tatum poſſeſſorium, vt per Socin. in l. rem quę
nobis n. 14. de acquir. poſſeſ. & conſ. 262. lib. 2.
n. 7. qui alios allegat, Tamen in ſententia vi-
detur aliter dicendum, cũ ea ſit ſtricte inter-
pretanda iuxta deciſionẽ factam in cauſa Fa-
uentina Spolij 25. Aprilis 1580. corã Cardi-
nale Seraphino. Quo tamẽ loci hoc declaratur
13 procedere, quando petitorium † non fuit ſu-
ſpenſum, ſecus ſi adſit illius ſuſpenſio, quia
tunc illa verba omninò ſunt intelligenda in
poſſeſſorio. Et iſtud obtinet, quamuis ſenten-
tia mãdet reſtitui alia, & talia bona nomina-
tim, quia non propterea ab ea datur appella-
tio tanquam à liquidatoria, etiam ſi facta pro
batione in actis appareret, quæ bona reſtitu-
tioni eſſent ſubiecta, quia talis liquidatio ad
effectum ſolius poſſeſſorij facta intelligitur, vt
de dominio deducto ad effectum poſſeſſorij ſu
pra diximus ex conſ. Dec. 28. quod ſæpius fu-
it à Rota approbatum, quid quid in contrariũ
dixerit in eod. caſu Iaſ. conſ. 187. lib. 2.

Sed hoc in loco ſubſequitur alia quæſtio
non contemnenda: Finge, quod in poſſeſſorio
prima ſententia abſolutoria ſit lata pro reo,
& ſecũda pro actore: Dubium eſt, An Ægidia-
na duret in ſecũda inſtãtia, vel potius propter
primam appellationem cauſa ſit facta appel-
labilis?

Hic articulus fuit diſputatus in vna Rauen
naten. Saluiani interdicti coram Iuſto ſub die
11.Februarij.1604. Et aliqui ex Dominis dixe
runt per appellationem interpoſitam à prima
ſententia abſolutoria, cauſam fuiſſe factam ap
pellabilem per tex. in c.nō licet actori de reg.
iur. in 6. & in l. non debet ff.eod tit.

Contrarium tamen tenet Put. in tit. de
Ægydiana deciſ. 4. 5. & vlt. & deciſ. 480. lib.
2. Chiſennen. deciſ. 51. alias 49. Caputaq.
14 deciſ. 227. lib 1. in manuſcript. Et hanc †
opinionem amplecti debemus, ſiquidem talis
abſolutoria non diffinit negocium nec impe-
dit actorem rurſus agere Iaſ. in l. properandū
§. & ſi quidem n. 16. & ſequen. C. de iudic.
Præterea ſicut à Sententia reſtitutoria, vel de
15 immitendo in poſſeſſionem non datur † appel
latio, licet detur ab illa, quod quis non ſit re-
ſtituendus, vel immitendus Ang. quem ſequi-
tur Iacob. de San. Georg. in l.quiſquis in fine
C. quor. appell. non recip. & tenet Menoch.
reprobata opinione Bart. in 4. remed. adipi-
ſcen. n.876.: Ita & fortius, licet detur appel-
16 latio a Sanatoria † ſuper obſeruatione iudicij
non tamen dabitur a ſententia ſuper reſtitu-
tione, vel immiſſione cuius executio petitur,
vt per Caputaquen. d. deciſ. 227. in fin.

Sed hoc debet intelligi, dummodo non de-
tur complicatio, & ſic quando ſentētia ſecun-
da fuit ſimpliciter lata non renocando primā
tamquam nullam, ſed ſimpliciter pronuncian-
do aliquem eſſe reſtitnendum, vel immitten-
17 dum in poſſeſſionem, ſecus autem quando ſe-
cunda † ſententia expreſſe reuocat primam,
quia tunc propter mixturam cauſa efficitur
appellabilis, vt per Socin. Iun. conſ. 18. lib 1.
& in his terminis Caputaquen. deciſ.422. lib.
1. in mannſcript. & ita deciſum fuit in dicta
Romana Domus die 8. Iunij 1563.coram Cle-
mente Papa Octauo, & coram Io: de Rubeis
in vna Viterbien. Spolij bonorum 23. Maij.
1561. in qua hoc pacto declaratur procedere
allegata deciſ. Put. 4. in tit. de Ægydian. Sic
etiam fuit tentum in d. Rauennaten. coram
Iuſto, & coram Cardinale Panphilio in alia Ra
uennaten. bonorum 26.Iunij. 1587. Vbi dici-
18 tur Ægydianam procedere † dummodo in ſen
tentia non ſit facta explicita mentio nullitatis
Quia ſimplicita reuocatio etiam quod fue-
rit cognitum de iuribus ſententiæ non facit
cauſam appellabilem: Et idcirco fuit dictū in
ſupra allegata Tiburtina Caſtri de anno 1577.
die 1. Iulij, quod conſilium Bald. 141. lib 1.
procedit quando in ſententia exprimitur cau-
ſa quę habebat complicationem, & mixturam

Præterea ſciēdum eſt, quod ſicut Ægydiana
locum habet, vbi ſententia ſuper poſſeſſorio
fuit lata per Iudicem appellationis a ſenten-
tia abſolutoria ab obſeruatione iudicij: Ita,
19 & multo fortins ſibi vendicat locum † licet
actor ad cuis fauorem fuit lata ſententia pri-
us appellauerit, quatenus contra &c. quia cū
talis appellatio poſſit verificari quoad expen-
20 ſas, non facit † cauſam appellabilem iuxta de-
ciſ. Achil. 234. alias 8.de appellat. Et cum ſit
conditionalis euaneſcit non verificata condi-
tione, l. item quia ff. de pact. late Dec. conſ.
526. n.3.cum ibi allegat. neque parti aduer-
21 ſæ † in aliquo ſufragatur, iuxta not. per Fran.
in c. ſi duobus col. 3. verſ. ſed queritur pri-
mum de appellat. in 6. & per Put. deciſ. 112.
per totam lib. 3,

Rurſus in hac materia dubitari contingit,
nnnquid ſit locus Ægidianæ, quando ſententia
fuit lata in poſſeſſorio, & reo ab ea appellāti,
Iudex dedit Reuerentiales? Enim vero dubiū
22 facit, quia licet de iure ciuili † a momenta-
nea poſſeſſione non appelletur dicta l. vnica,
* vbi Cyn. Bart. & * communiter Doct. C. ſi
de moment. poſſeſ. tamen ex quo iudex de-
23 dit Reuerentiales †, videtur appellationi de-
tuliſſe, Rota deciſ. 5.de appell. in nouiſ. Gabr.
conſ. 35. nu. 10. lib. 1. & cauſam factam fuiſſe
appellabilem, ita quod non ſit procedendum
ad eius executionem, ſed cognoſcendum in
cauſa appellationis ad Bald. in l.poſt ſententiā
nu. 7. C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic.
Alex.conſ. 2.nu. 15. lib. 2.

Verum hoc non obſtante locum eſſe Ægy-
24 dianæ † tennit Rota in vna Romana damnorū
& intereſſe die 10. Iunij. 1591. coram Penia,
in qua fuit dictum, qnod delatio appellationi
facta per conceſſionem Reuerentialium non
25 operatur † effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolum de
uolutiuum per deciſ. Benintend. 17. Et licet
Iudex à quo per admiſsionem appellationem
ei factam à ſe abdicauerit iuriſdictionem, non
tamen effecit, qno minus Iudex ad quē ad exe
cutionem ſententiæ procedere poſsit. Præſer-
tim cum Reuerentiales dati in forma, ſub con
26 ditione † conceſsi intellegantur, videlicet qua
tenus ſententia appellationē admittat, & quo
ad illam tantum partem quæ admittitur, So-
cin. Iun. d. conſ. 18. lib. 1. vt in hoc caſu quā
tum ad lites, & ex penſas, vt per Achil. d. de-
ciſ. 8. de appellat.

Sed quamuis Ægydiana in omnibus prædi-
ctis caſibus locum habeat, vt probatum fuit,
nihilominus huic conſtitutioni dātur nonnul-
læ limitationes, vt videre eſt apud Contard.
in d. l. vnica, qui plenè illas examinat: Ego
autem aliquas magis frequentes ex ſententia
Rotæ in medium deducam.

Prima igitur limitatio eſt, vt hæc cōſtitutio
non procedat, qnando conſtat de notoria iniu-
27 ſtitia, vel nullitate ſententiarum, † quia tunc
Ægidiana appellationem admittit, & ad exe-
cutionem procedi non poteſt, Put. d. deciſ. 4. in
tit. de Ægidiana Ant. Auguſt. de prohibit. ap-
pellat. n. 6. Menoch. in 4. remed. adipiſcen. num.
850. late Contard. in d. l. vnica. C. ſi de momēt.
poſſeſ. in ver. Ægidiana quæſt. 4. n. 6. Senat. Pe-
dem. deciſ. 25. n. 13. Rota diuerſ. deciſ. 19. n. 20.
par. 3. lib. 2. & fuit tētum coram Bubalo in vna
Ariminen. bonorum 27. Octobris 1586. & in
Romana Saluiani interdicti 14. Decembris
1598.

1598. coram Horatio Cardinale Lancellotto,
& alias ſæpius.
Iniuſtitia vero ſeu nullitas notoria ſenten-
28 tiæ illa dicitur, quæ ex eiſdem † actis reſultat
& eſt contra ius clarum, Corn. qui loquitur in
terminis Ægidianæ d.conſ.10. col.2. verſ.& ſi
forte lib.4. Vel aduerſatur communi opinio-
ni, quæ ratione contraria non conuincitur
Curt.Iun.conſ.63.n.3.& conſ.160.nu.12.Gabr.
de ſent.concluſ.7.n.27.& ſequen.cum alijs per
Contard.de moment.poſſeſ.limit.9.nu.56. qui
refert Rotam ita iudicaſſe.
Ex hac itaque limitatione infertur, quod ſi
ſuper re emphiteotica, & expreſſe prohibita
alienari,& hypothecari intentatum fuerit Sal-
uianum interdictum poterit appellari, nec erit
locus Ægidianæ,cũ clariſſimi iuris ſit Saluia-
29 num † exerceri non poſſe ſuper re non hypo-
thecata Bart.in l.1.n.2.ff.de Saluian. interdict.
& in l. 1. in princ.C. de precar. cum alijs per
Neguſ.de pignor.in 3.membro 9.parte nu. 19.
verſ. ſecunda concluſio, & ita fuit deciſum per
Rotam in Romana Saluiani interdicti 17.Maij
1602.coram Litta. Quod procedit etiã reſpe-
ctu melioramentorum, quorum hypotheca
30 fuit expreſſe prohibita † in contractu emphi-
teotico, dummodo ipſa hypotheca non fuerit
conſtituta ex cauſa ædificandi: Nam hoc in
caſu potius dicendum eſt eam permiſſam eſſe,
cum ſit vtilis Domino, & cenſeatur facta ad
finem,& effectum ſatisfaciẽdi voluntati, & in-
tentioni ipſius,cuius intereſt,vt in ſolo per eũ
ad meliorandum locato ædificetur: Præſertim
ſi ſciret emphiteutam eſſe pauperem, & ſic nõ
poſſe mediante pecunia propria, ſed opporte-
re eum mediante pecunia aliena ædificare;
Tunc enim locando ad effectum meliorandi
videtur ex neceſſario quodam antecedenti
etiam voluiſſe,vt emphiteuta poſſet dicta me-
lioramenta obligare cum ſine huiuſmodi obli-
gatione melioramenta nullo modo fieri poſ-
ſint:Qui enim vult vnum,cenſetur velle omne
id,per quod peruenitur ad illud, l.ad rem mo-
bilem.ff. de procurat.c.quoniã de ſent.excom.
31 lib.6. cum vulgar. Idcirco in hoc caſu † bene
poteſt exerceri Saluianum interdictum ſuper
melioramentis, & conſequenter intrat Ægi-
diana; Quia dictum Beroi in conſ.124.n.16.in
fin.lib.1.quod emphiteota non poſſit rem em-
phiteoticam alienare etiam in euidentem vti-
litatem Domini directi eo irrequiſito, habet
32 tantum † locum in alienatione non autem in
hypotheca veriſimiliter ſecundum voluntatẽ
Domini facta, vt ſupra probatum fuit, Et eo
magis hæc interpretatio ſumenda eſt, cum ſit
33 conformis iuri communi,ſecundũ quod † em-
phiteuta poteſt etiam ſine conſenſu Domini
rem emphiteoticam hypothecare gloſ.in l.fin.
in verbo vendere,quam ibi Doct.ſequuntur,vt
per Iaſ.ibi n. 28.C.de iur.emphit.Grat.cõſ.54.
* n.5.lib.1.dicens gloſam prædictam * commu-
niter approbatã eſſe,idẽ tenet Rip. qui de cõ-
muni atteſtatur in l. filiusfamilias §. Diui nu.
90.in fin.ff.de legat.1.Et ratio eſt,quia Domi-
nus directus per hypothecam rei emphiteoti-
cæ non deſinit eumdem emphiteutam habere
obligatum, & eamdem actionem perſonalem
34 contra ipſum; Vnde pactum † prohibitorium
hypotecæ ſine conſenſu Domini intelligitur de
re emphyteotica, in qua locator poteſt ſi vult
præferri iuxta l.fin.C.de iur. emphit.non autẽ
de ea quæ fit ad effectum ædificandi; Et ita
fuit deciſum in Romana deuolutionis Domo-
rum 21.Februarij 1575.coram Cantuccio.
Secunda limitatio eſt, vt Ægidiana ſolum
35 ſibi vendicet locum in ſtatu Eccleſiaſtico †, &
in locis Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectis
iuxta Bullũ confirmationis Pauli Papæ tertij:
Ideo nõ ſe extendit ad loca mediate ſubiecta,
vt eſt Parma,& Placentia,Pontan.de ſpol par.
3. cap. 3. ſub n. 42. in fin. Mohed. deciſ. 47.
alias 5. de conſtit.Rota diuerſ. deciſ. 112. in
princ. & in fin. par. 3. lib. 1. & deciſ. 181. n.
4. & 5. & deciſ. 185. n. 2. ead. part. lib. 2.
26 Niſi vtraque pars † litigantium eſſet ſubiecta
immediate Romano Pontifici, & litigaret in
Curia ſuper poſſeſſione rei ſeu Caſtri mediate
ſubiecti, quia tunc materia diceretur verſa in
loco immediate ſubiecto, & conſequẽter eſſet
locus Ægidianæ, etiam ſi verba cõfirmationis
dirigantur in rem, quia ſatis eſt quod effectus
concernat perſonas, vt tenuit Rota corã Ora-
dino in Romana de Comitibus 15.Maij 1573.
& tradit Contard. in loco ſupra citato in ver-
bo Aegidiana quæſt.6.in princ. Et bene facit
illud quod dici ſolet,paria ſunt ſortiri forum,
& ſtatutis ligari.
Tertia affertur limitatio, quia cũ Aegidius
iuriſdictionem in temporalibus tantum habe-
ret eius conſtitutio quãuis confirmata à Sum-
mis Pontificibus in cauſis tamẽ ſpiritualibus,
37 & fori Eccleſiaſtici locũ non habet,vt eſt no-
tiſſimum: Nam,vt dixit Rota in cauſa Roma-
na ſeparationis Thori 2.Decembris 1605. co-
ram Marcomontio,confirmationes illæ fuerũt
ſolum pro ſimplici extenſione dictæ conſtitu-
tionis ad totum ſtatum Eccleſiaſticum: Extẽ-
38 ſio autem cenſetur facta † cũ omnibus quali-
tatibus,& eadem remanente natura,l.ſed & ſi
manente. ff. de prec. l.labeo.§.hæc autem.ff.
39 de arbitr. Vnde nec in bonis † Eccleſię,nec in-
ter perſonas Eccleſiaſticas hæc conſtitutio lo-
cũ habet vt fuit reſolutũ coram Rubeo in vna
Hortana Sanctiſs.Trinitatis 7.Iunij 1573.& in
Auximana bonorum 20.Nouembris 1579.co-
ram Cardinale Seraphino,& alias ſæpe. Quin-
imò etiã ſi Eccleſia ageret cõtra laicum in me-
ro poſſeſſorio, & obtineret adhuc Aegidianæ
nõ eſſet locus, quia ex pſona actoris † metiri
ius debet argum.l.1.in princ.ff.ſi pars hæred.
pet.& eſt deciſio Aegidij ſæpius canonizata
616.incip.Si agit,& ſecundũ veterẽ impreſſio
nẽ eſt n.617.Ideo in hoc caſu daretur appella-
tio de iure canonico etiam quo ad effectum ſu
ſpenſiuũ Couar.pract.q.c.23.n.3.cum alijs per
Contard. in d.l. vnica in 3. limit.C.ſi de mo-

ment.

fuit tentum coram Brauo in vna Peruſina hæ-
reditatis 27. Iunij 1687. & corā Bubalo in vna
Romana Salniani Interdicti 13. Iunij 1589.
Quarta limitatio eſt, vt hæc conſtitutio, non
41 procedat, vbi adeſt Statutū † particulare per-
mittēs ſemel poſſe appellari à ſentētia lata ſu
per poſſeſſorio, quia intelligitur tā deuolutiuè,
quàm ſuſpēſiuè, vt per Corn. conſ. 151. n. 6. lib.
3. Grat. conſ. 163. n. 8. lib. 2. Ioſeph. Ludo. deciſ.
20. n. 22. Rota diuerſ. deciſ. 330. n. 2. & 3. par.
2. Et in terminis Statuti Bononien. fuit reſolu
tum corā Robuſterio in vna Bononien. bono-
rum Emphyteoticorum 25. Maij 1581. nō ob-
ſtante, quod Ægydiana dicatur reſpicere ordi-
natoria, & ſit attendenda in loco iudicij: Nam
cum in Ciuitate Bononię adſit particulare Sta
tutū, illud derogat generali, & eſt attendendū,
42 & non Ægydiana: Maximè cum † appellatio ſit
de apēdicijs illius inſtantiæ, cuius eſt ſentētia,
à qua interponitur l. initijs, vbi notatur C. de
procurat. Ideo ſubiacere debet Statutis illius
loci in quo lata eſt ſententia Alex. conſ. 167.
ante fin. lib. 3. Abb. Felin. & alij in c. Eccleſia
Sanctæ Mariæ n. 19. de conſtitut.
43 Quinta limitatio eſt, vt non † procedat in
iudicijs poſſeſſorijs mixtis ex ſui natura in
quibus appellatio admittitur; cum in eis de
titulo plenè cognoſcatur ad præiudicium pe-
titorij, vt ſunt interdicta de itinere actuque
priuato, de mortuo inferendo, Sepulchro ædi-
ficando, & ſimilia Aegyd. in cap. paſtoralis q.
5. princ. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Abb. poſt
ſua conſilia quæſt. 4. n, 8. Rub. Alexand. conſ.
167. n. 2. Contard. in d. l. vnica limit. 2. §. 8.
nu. 9. Menoch. in 5. remed. retinendæ n. 115.
& 125. Idem eſt quando iudicium eſt mere
44 poſſeſſorium, ſed ſententia continet † compli-
cationem, & mixturam Bald. conſ. 141. lib. 1.
Put. deciſ. 108. lib. 3.
Quod intellige verum dummodo complica
tio, & mixtura contineatur in verbis diſpoſiti-
uis ſententiæ, quæ ſolum dicuntur verba Iu-
dicis, Corn. in l. ex ſtipulatione n. 5. C. d. ſenten.
45 non autem in narratiuis † & enunciatis, vt tra-
dit Contard. in d. l. vnica limit. 2. §. quinto
num. 19. & de Ægydiana quæſt. 7. Et fuit di-
ctum in cauſa Amerina Domus 8. Iunij 1576.
coram Lauretano, & in d. Rauennaten. bono-
rum 26. Iunij 1587. coram Cardinale Pamphi-
lio; Sicut in ſimili dicimus, quod ad iudican-
46 dum † qualitatem libelli non inſpicitur narra-
tio, ſed ſola cōcluſio ad not. in c. ex parte vbi
Butr. & Abb. de for. compet. Dec. d. conſ. 28.
n, 3. Vnde ſi in ſentētia lata ſuper ſpolio, quod
dependet à notoria iniuſtitia, ſeu nullitate fue
rit facta mētio iniuſtitiæ, ſeu nullitatis per ver
ba diſpoſitiua poterit appellari, ſecus ſi per ver
ba narratiua, quia cum nō inducatur mixtum
appellatio non eſt permiſſa etiam quod de in-
iuſtitia, ſeu nullitate fuerit incidenter cogni-
tum, quia non attenditur id, ſuper quo Iudex
cognouit, ſed ſuper quo pronunciauit, vt per
Dec. d. conſ. 28.

47 Hinc etiam eſt, quòd à ſententia † lata vigo-
re l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. quæ man
dat exequi teſtamētum datur appellatio, quia
cōtinet mixturā, ex quo virtualiter canonizat
ipſum teſtamentum, vt fuit reſolutum in vna
Spoletana hæreditatis die 7. Iunij 1585. co-
ram Cardinale Blanchetto.
Sic etiam ſententia condemnas ad reſtituen
48 dam poſſeſſionem † retinenendam in cauſam
pignoris, & hypothecæ, donec integraliter
fuerit ſatisfactus, dicitur lata ſuper hypotheca
ria, & conſequenter eſt locus appellationi,
Corn. conſ. 190. num. 2. lib. 1. Contard. in d. l.
vnica limit. 14. nu. 17. Neguſan. de pignor. in
3. membr. 8. part. n. 24. Secus autem ſi ſenten
tia † manuteneat ſimpliciter, donec ſatisfiat,
quia hæc verba non inducunt mixturam, ſed
important merum poſſeſſorium, & Aegydiana
locum habet, vt per Cæſar. de Graſſ. in cauſa
Peruſina Cenſuum 17. Maij 1577. vbi etiam di
cit ita alias fuiſſe firmatum coram Gropperio,
& tradit Dec. conſ. 28. n. 1. verſ. ſed tamen
his, & Corn. d. conſ. 10. n. 2. lib. 4.

Contractus locationis perpetuę quomodo ab emphyteuſi diſtinguatur, & ibidem opinio Rotæ declarata. Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis, et locatio perpetua quomodo ſecundum Rotam inuicem diſtinguantur.*

2 *In emphyteuſi quid minimum ſoluitur in recognitionem directi domnij.*

3 *Canon magnus, et correſpondēs fructibus arguit contractū eſſe locationis, licet pacta magis pertineant ad naturam emphyteuſis, quod declara, vt infra num. 15.*

4 *Voluntas contrahentiū à verbis aliena non præſumitur.*

5 *Contractus talis præſumitur in ſui eſſētia, qualis apparet in ſui figura.*

6 *Verba non attenduntur, vbi denominatio partiū immutat naturam contractus, declara, vt infra num. 16. & 17.*

7 *Item verba magis deſeruiunt natura cōtractus, quā natura verbis, declara, vt infra. n. 16. et 17.*

8 *Deuolutio mere conuentionalis non poteſt peti, niſi quatenus interſit.*

9 *Eccleſia æquitatē ſeruare tenetur, nec cum aliena iactura locupletari debet.*

10 *Emphyteuſis non habet naturam propriam, ſed quamlibet ſuſcipit conuentionē, & omnia pacta appoſita in ea, de illius natura eſſe intelliguntur.*

11 *Item emphyteuſius propriè dicitur, quāuis penſio magna, et correſpondens fructibus ſoluatur, dūmodo ſolutio fiat in recognitionē directi dominij, & conſtet de emphyteuſi actum fuiſſe, & num. 13. 14. 16. & 27.*

12 *Locatio propriè vocatur quādo penſio, non ſolum æquat fructus, ſed etiam quando ſoluitur pro vſu rei, & in recompenſationē ipſorū fructuū.*

18 *Denominatio contrahentium in contractu in de ponendo, quando ſit attendenda.*

19 *Contractus duplicem habens figuram intelligitur ſecundum nomen impoſitum in contrahentibus, niſi repugnet ſubſtantia.*

20 *Emphyteuſis, nõ autẽ locatio contracta intelligitur, quotieſcunque cõceßio eſt facta ad liuellũ.*

21 *Liuellus ſecundum communem vſum loquendi accipitur pro emphyteuſi.*

22 *In emphyteuſis contractu intelligitur, quãdo res fuit conceßa ad meliorandum.*

23 *Idem eſt, ſi fuerit conuentum, quod certa annua quantitas pro* Canone *ſoluatur.*

24 *Idem, ſi vtile dominiũ tantum fuerit tranſlatũ.*

25 *In locatione nec vtile, nec directum dominium transfertur.*

26 *Canon exiguus ſoluitur ſolum pro re ſterili, quæ datur ad meliorandum.*

27 *Emphyteuſis proprie dicitur, quando res fertilis, & pretioſa datur pro iuſta penſione.*

28 *Eccleſia non concedit rem fertilem in emphyteuſim, niſi penſio ſit æqualis fructibus.*

29 *Fructus æſtimãtur deductis expenſis quærendorum, & colligendorum eorum gratia fiant.*

30 *Item deductis fructibus qui ex meliorationibus percipiuntur.*

31 *Conductor re abſumpta per incendium, vel aliter, ad ſolutionem penſionis non tenetur.*

32 *Emphyteuta à ſolutione* Canonis *non excuſatur, niſi res in totũ perierit, ẽt ſi* Canon *ſit magnus.*

33 *Emphytheuſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non tranſit, niſi hoc fuerit in conceßione expreſſum, vel tacitè intellectum.*

34 *Locatio Eccleſiæ perpetua de ſui natura tranſit ad hæredes etiam extraneos.*

35 *Declara, niſi verba licentiæ locandi, ſeu alienandi contenta in reſcripto Apoſtolico reſtricta ſint ad filios, & deſcendentes conductoris.*

36 *Hæredũ mẽtio facta in locat. reſtricta ad filios, et deſcẽdẽtes intelligitur, de hæredib. ſanguinis.*

37 *Conceßio bonorum Eccleſiæ in perpetuum facta non valet, niſi concurrente debita ſolemnitate.*

QVamuis inter emphyteuſim, & locationẽ perpetuã multæ ſint differentiç quas recenſet Card. Mãtica lib. 22. de tacit. & ambig. cõuent. tit. 2. per totum: Nihilominus Rota ad
1 diſcernendos† iſtos contractus præcipuè ſolet obſeruare quantitatem penſionis, ſeu canonis: Quia ſi canon ſit magnus, & fructibus reſpondẽs, potius exiſtimat cõtractũ eſſe locationis,
2 quàm emphyteuſis, in qua † ſoluitur quid minimũ pro recognitione directi dominij, vt per Doct. in l. 2. C. de reſcind. vend. Io Andr. in addit. ad Specul. de empt. & vẽd. §. nunc dicendũ, & de locat. §. 6. verſ. 4. Et iſtum eſſe verũ modũ diſcernẽdi locationẽ ab emphyteuſi tradit etiã Bart. in l. 1. n. 4. & ibi Iaſ. n. 35. C. de iure emphyt. Doct. cõmuniter in c. potuit de locat. Aret. conſ. 55. n. 4. verſ. ſecũdo reſpõdemus Alex. conſ. 112. n. 6. lib. 1. Ruin. conſ. 161. n. 21. lib. 1. Bero. cõſ. 84. n. 15. & ſeq. lib. 1. Bellon. conſ. 21.
* n. 18. Natta qui teſtatur de *cõmuni conſ. 49. n. 7. Cagnol. in l. 2. n. 203. C. de reſcind. vendit.
* vbi de *cõmuni, Crauet. cõſ. 663. n. 12. in fin. & n. 13. Iul. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 1. prope fin. Burſat. conſ. 255. nu. 1. Rolan. conſ. 96. n. 25. & ſequen. & nu. 44. lib. 1. Quam opinionem tenuit Rota in pluribus cauſis, & præcipuè in vna Romana de Maximis 19. Nouemb. 1575. & in vna Zamoren. Caſtri 10. Decẽbris 1576. coram Cardinale Seraphino: Et hæc interpretatio locum habet, nedum quando penſio æquat fructus, ſed etiam quando eſt ſolum mediocris, ita vt non poſsit dici minima, vt per Grat. conſ. 128. num. 8. lib. 2. & Neuizan. conſ. 92. n. 45. Theſaur. deciſ. 10. n. 8. Item pro-
3 cedit quamuis pacta† magis pertineant ad naturam emphyteuſis quam emphyteuſis, quia ſi præſtatio penſionis fructibus conueniat adhuc fortior eſt hæc coniectura, quòd intelligatur contractus locationis, vt per Aret. d. conſ. 55. num. 4. verſ. non obſtat præmiſsis, & verſ. ſecundo reſpõdemus. Idcirco quamuis partes expreſsè contractum emphyteuſis appellauerint, & inſuper appoſuerint pacta deuolutiua in caſu inobſeruantiæ, & contrauentionis, Nihilominus contractus erit locationis; Quia
4 licet voluntas † contrahentium non præſumatur à verbis aliena, l. labeo, §. idem, ff. de ſupellect. legat. cap. vlt. de verb. ſignificat. Et
5 talis præſumatur contractus † in ſui eſſentia, qualis apparet in ſui figura Bald. in l. rogaſti, §. ſi tibi ff. ſi cert. petat. & in rubr. C. de iure emphyt. tamen verba non attendũtur, vbi
6 denominatio † partium immutat naturam contractus, Dec. conſ. 164. nu. 3. & conſ. 180. ſub n. 7. Quia, vt inquit, Bald. in l. 2. C. com-
7 mod. verba magis deſeruiunt † naturæ contractus, quàm natura verbis, ſic tenuit Rota coram eodem Cardinale Seraphino in vna Romana Caſalis Marcelliani 19. Iunij 1587. In qua fuit etiam dictum, quòd talis deuolu-
8 tio tamquam merè conuentionalis † non poteſt peti, niſi quatenus interſit per Corn. conſ. 344. num. 3. lib. 1. Hoſtien. in cap. dilectus, §. quia tantum, & ibi Doct. de arbitr. Gramat. conſ. Ciuil. 66. n. 76. Gabr. in tit. de Maleſic. concluſ. 34. num. 4. & 10. Præſertim ab Eccle-
9 ſia, quæ æquitatem † ſeruare tenetur, cum ſit pietatis cultrix, nec cum aliena iactura locupletari debet, quoties conditio eius non fuit effecta deterior, per conſ. Butr. 34. nu. 2. quòd Rota paſsim ſequitur.

Verum in hoc articulo ad vſum eſt aduerten-
10 dum, quod emphyteuſis† non habet propriam naturam, ſed quamlibet ſuſcipit conuentionem quam ei paſciſcentes imponunt, & pacta appoſita in emphyteuſi de eius natura eſſe intelliguntur, l. 1. & 2. C. de iure emphyt. §. adeo Inſtit. de locat. Idcirco ſi partes cõuenerint, vt
11 non modica, ſed magna penſio, quæ †fructibus reſpondeat, pro recognitione directi dominij ſoluatur, nihil prohibet, quãuis ipſe contractus emphyteuſis dici poſsit, vt ſcribit Natta conſ. 214. 2. 6. Neq; enim ſufficit, ad effectum, vt cõtractus dicatur locationis, non emphyteuſis,

quod

quòd canon, qui ſoluitur correſpondeat fru-
ctibus, qui percipiebantur tempore cõtractus,
12 ſed requiritur ꝙ ſoluatur † pro vſu rei, & in
recompenſationẽ fructuum, Bart. in l. 1. n. 4. de
iur. emphyt. Igitur ſi ſoluatur in recognitionẽ
dominij directi, nec verba repugnent, & ex pa-
13 ctis conſtet inter † partes de emphyteuſi actũ
fuiſſe, contractus erit emphyteuſis, non loca-
tionis. Natta d. conſ. 49. n. 14. cum ſeq. & n. 20.
Quoniam quidquid ſit, quando in contractu
emphyteutico ſoluitur à principio aliqua ſum
ma, quo caſu verũ eſt, quòd pẽſio minima quo
libet anno ſoluitur: Nihilominus quando ni-
hil ſoluitur ab initio, tunc non repugnat, ſed
conuenit etiam emphyteuſi, vt ſoluatur canon
æquiualens fructibus eius temporis. Gabr.
conſ. 84. n. 12. lib. 2. & n. 13. vbi inquit hoc præ-
14 ſertim locum habere, quando bona † dan-
tur ad meliorandum, quæ ſecundum regula-
rem curſum diligentia & cura emphyteutæ
fertiliora, & maioris redditus efficiuntur, quo
caſu canon, qui ab initio contractus correſpõ-
debat fructibus procedente tempore fit par-
uus, & fructus plerumque illum exuperant.
15 Igitur præcedens opinio locum habet, † in
dubio, quando ſcilicet ex verbis, & pactis non
conſtat partes egiſſe de emphyteuſi, vt loqui-
tur Bal. in c. litteræ col. 2. n. 5. de dilation. Exẽ-
pli gratia, Si in inſtrumento dictum ſit, quod
quis locat, & concedit in emphyteuſim, vel ad
liuellum, & ad fictum perpetuum, vt per eundẽ
Bald. in rubr. C. de iure emphyt. n. 9. Ruin. cõſ.
161. n. 28. lib. 1. Secus autem eſt, quando verba
ſonant ſolum in emphyteuſim, & alij etiam
effectus conueniunt, nec repugnant, tunc enim
16 verius eſt, & receptius * ſecundũ Gabr. d. conſ.
* 84. n. 11. non eſſe recedendum à verbis: Quia
ad hunc effectum ſatis eſt, pactum non repu-
gnare ſubſtantiæ contractus, vt bene declarat
Dec. conſ. 197. col. pen. in fin. Natta d. conſ. 49.
n. 19. & 34. Idẽ Dec. conſ. 193. col. pen. in fin. &
Card. Mantica d. lib. 22. de tacit. & ambig. con-
uent. tit. 8. n. 19. verſ. ſed tamẽ ex pactis cõuen-
tis. Et argumentum ſumptum ex Baldo, quòd
verba magis debeant deſeruire naturę cõtra-
ctus, quã natura verbis, & quòd denominatiõ
partiũ nõ immutat naturam contractus, vide-
17 tur intelligendũ † quãdo certa eſt natura cõ-
tractus, quẽ cõtrahentes volũt contrahere; ſe-
cus in emphyteuſi, quæ non habet propriam
naturam, ſed eam, quam ipſi contrahentes pa-
ciſcendo ei imponũt, vt ſupra dixi, & ſcribit
Card. Mantica d. lib. 22. tit. 8. n. 2 tunc enim
18 ſi probabiliter poteſt dubitari de mente † cõ-
trahentium, denominatio plurimum valet,
quia nemo præſumitur dixiſſe, quod prius ani-
mo non conceperit d. l. labeo. ff. de ſuppellect.
legat. Et videmus, quod contractus duplicem
19 habens figuram † intelligitur ſecundum no-
men impoſitum à contrahentibus, niſi repu-
gnet ſubſtantia, Bart. in l. cotem, §. qui maxi-
mos num. 21. de publican. Aretin. d. conſil. 55.
in fine.

Porrò illud admonẽdi ſumus, ꝙ emphyteu-
20 ſis † non autem locatio contracta intelligitur
quotieſcumq; conceſſio eſt facta ad liuellum,
quia liuellus ſecundum communẽ vſum loquẽ
21 di accipitur † pro emphyteuſi, Bart. in l. 1. n. 7.
de iur. emphyt. Alex. conſ. 117. nu. 12. lib. 4. So-
cin. Sen. conſ. 167. n. 7. lib. 2. Rolan. conſ. 87. n.
1. lib. 1. Idem eſt ſi fuerit dictum, quod res cõ-
22 ceditur ad meliorandũ: nam iſte effectus † pro
prie congruit emphyteuſi, quæ à meliorando
nomen accepit l. 2. & l. vlt. C. de iure emphyt.
§. adeo Inſtit. de locat. & hoc argumento vti-
tur Alex. d. conſ. 117. n. 12. verſ. hoc etiam: Sic
etiam dicendum eſt, ſi in inſtrumento conuen-
23 tum fuerit, quod certa annua † quantitas pro
canone ſoluatur, cũ canõ ab emphyteuta pię-
ſtari conſueuerit, authen. qui rem, dē Sacroſ.
Eccleſ. & ita ſe habere vulgarẽ loquẽdi vſum
ſcribit Menoch. cõſ. 372. n. 4. Simili quoq; mo-
24 do ex translatione † vtilis dominij & retẽtio-
nẽ directi cõtractus indicatur emphiteuticus,
ſiquidẽ in emphyteuſi vtile dominium trãsfer-
tur, l. 1. de iure emphyt. §. adeo, Inſtit. de locat.
25 ex locatione † autem nec vtile, nec directum
transfertur, l. nõ ſolet. ff. locat. Vnde in his ca-
ſibus, quamuis canon ſit magnus, & correſpõ-
dẽs fructibus, tamẽ cõcurrẽte partiũ denomi-
natione, cõtractus debet indicari emphyteuti-
cus, ex ſupradeductis, & plene ſcribit. Surd. dec.
198. n. 24. Maximẽ qñ res culta, & fertilis cõce-
26 ditur, Quia qd minimũ † ſoluitur tantũ pro re
ſterili, quæ ſui natura datur ad meliorandũ, vt
poſt alios tradit Redoan. de reb. Eccleſ. non
alien. q. 76. c. 12. n. 13. & probat Franch. deciſ.
121. n. 12. Ioſeph. Ludouic. poſt Iaſ. deciſ. Peru-
ſin. 22. nu. 8. Petra de fideicom. q. 10. n. 61. Sed
qñ res eſt fertilis, & culta, tũc nõ cõceditur ꝓ
minimo canone; Nec aliquis inuenitur ita rerũ
ſuarũ prodigus, qui cũ poſſit pro re ſua centum
habere ſingulis annis, illã concedat pro decẽ.
Quapropter ob magnitudinẽ pẽſionis, ſeu ca-
nonis cõtractus hoc in caſu nõ deſinit eſſe em-
phyteuticus, Natt. d. cõſ. 49. ꝑ totũ, vbi inquit,
27 quod emphyteuſis vere, † & proprie fit, quãdo
pro iuſta pẽſione res iã fertilis, & pretioſa cõ
ceditur, Auth. perpetua. C. de Sacroſ. Eccleſ. &
§. quia vero, in auth. de nõ alien. Eamdẽ ſentẽ
tiã probauit Alc. cõſ. 265. per totũ, vbi inquit,
ꝙ etiã ſi pro modica pẽſione, ſeu canone em-
phyteuſis cõſtitui ſoleat, nõ tamen ſubuerti-
tur eius natura, ſi concedatur pro magna, ex
quo recipit oĩa pacta etiã extranea, vt ꝑ Corb.
poſt Nattan. de cauſa priuat. ob nõ ſolut. can.
ampl. 12. vbi ꝑ duodecim fundamẽta ſuſtinet
hãc opinionẽ, & eam quoq; amplexi ſunt Sil-
uan. & Port. quos citat et ſequitur Burſat. cõſ.
11. n. 22. Hãc quoq; dicit ſeruari de cõſuetudi-
ne Ioſeph. Ludouic. concluſ. 12. & Theſaur. d.
deciſ. 20. numero. 9. inquit de rigore iuris
pronunciandum eſſe contra emphyteutam;
Et hæc opinio ſine vlla difficultate procedit
28 in Eccleſia, quæ † nunquam concedit rem
fertilem in emphyteuſim, niſi penſio ſit

Digitized by Google

ęqualis fructibus, quia alias nõ cederet in euidentẽ eius vtilitatẽ Gabr.d.conſ.84.n.12. lib.2. Capie.deciſ.182. in princ. Franc.deciſ.191. n.10.& deciſ.235.n.2. Surd.d.deciſ.198.n.22.

Cæterum ad iudicandum an penſio, ſeu ca-
29 non fructibus reſpondant, vel ne, fructus † ipſi
æſtimandi ſunt deductis impenſis, quæ quærendorum, & colligendum eorum gratia fiunt l.1.C.de fruct.& lit.expenſ.latè Tiraquel.de retract. lign. §.15. gloſ.1.n.1. cum ſequen. & in his terminis Gabr.conſ.80.n.6. & 7.lib.2.Ne-
30 que etiam † habenda eſt ratio eorum fructuũ qui ex meliorationibus percipiuntur, vt eſt cõ-
* munis * opinio, quam Rota etiã approbauit, vt idem Gabr.ſubiungit, d.conſ.80,n,8. qui alios allegar, & nos ſcribemus infra in cap.108. & cap. 112. vbi hanc materiam expenſarum, & fructuum plenè tractatam reperies.

Ex hac autem differentia inter emphyteuſim,& locationem perpetuam complures effectus notabiles naſcuntur. Et inter præcipuos ille ſolet recenſeri, quod ſi contractus ſit locationis re abſumpta per incendium, vel aliter,
31 penſio † à conductore non eſt ſoluenda, qui nõ tenetur ad caſus fortuitos; ſecus ſi contractus
32 ſit emphyteoticus, quia tunc Emphyteuta † à ſolutione canonis non excuſatur, niſi res in totũ perierit, ex late deductis à Surd.in dict.deciſ.198.p totã,& præſertim n.8. & 9.qui benè loqtur,& hoc firmat procedere, quãuis pro re in emphyteuſim cõceſſa magna pẽſio ſoluatur.

Alius etiã principalis effectus ex hac differẽtia colligitur, quia ſi cõtractus factus ab Ec-
33 cleſia ſit emphyteoticus, cõceſsio † ad hæredes extraneos non tranſit, niſi hoc fuerit in conceſſione expreſſum, vel tacitè intellectũ, & hoc ex verbis, vel aliquibus argumẽtis conijci poſsit, Raphael Cum.conſ.57. n.4. Alex. conſ.83.n.1. verſ.& licet nonnulli, lib.7. Anchar.cõſ.38.n.1. verſ.licet,& conſ.134.n.1.Dec.cõſ.171.n.1.qui
* teſtatur de magis * cõmuni prout etiam facit Cephal.conſ.400.n.5.ſecus autem ſi contractus propriè non ſit emphyteuſis, ſed ſimplex loca-
34 tio, quia tunc † ſui natura tranſit ad hæredes etiã extraneos, Aret.d.conſ.55.n.3.Alex.conſ.112.n.2.lib.1.Ruin.conſ.161.n.21.cũ ſeq.lib.1. n.23.vbi putat hoc eſſe veriſsimũ,& ſubdit neminẽ inuenier cũ cõtradicẽtẽ, ſequitur Alciat. cõſ.93.n.2.lib.1.Rub.Alex.in l.Gallus, §. quidã rectè nu.205.de lib.& poſthum.Grat. conſ.128.n.7.&8.lib.2.Rolan.d.cõſ 96.n.23.cũ ſeq. lib.1.Neuiz.con,92.n.45.Cephal conſ.9.n.10. Rimin.Iun.conſ.44.n.38. & conſ.160.n.9.in fi.& ſeqn.& conſ.461.n.21. Theſaur. d.deciſ.20. n.8.Surd.d. deciſ.198. ſub nu.3.

35 Sed hoc vltimũ dictũ intelligi debet, niſi † verba licẽtiæ contẽta in reſcripto Apoſtolico, quę attendenda ſunt, ad filios, & deſcendẽtes conductoris reſtringatur, quia tunc locatio etiam perpetua ad extraneos hęredes nõ porrigitur, vt fuit deciſũ in ſacro Auditorio in vna Senen. Prædij die 28.April.1589.corã Card.Seraphino, per Bart.in l.etiã n.1.ff.ſolut.matr.& Clar. in §.emphyteuſis. q.28. verſ. primus caſus. Et ad verba inſtrumẽti locationis, quæ in cõtrariũ põderabantur, fuit reſponſum, ꝙ in quantũ
36 in eis fiebat mentio hæredum, erãt † intelligenda de hæredibus ſanguinis, per Caſtren.in d.l. etiã, n.4. Corn.conſ.76.n.9.& cõſ.165.n.9.lib.2.Socin.conſ.121.n.28.lib.4.Socin.Iun.cõſ.71. n.3.lib.1.Alex.conſ.83.n.1.lib.7Dec.conſ.170. n.1.Ruin.conſ.23.n.34.lib.5.Guidob. deciſ.5. Caputaq. deciſ.304. lib.1.in manuſcriptis. In quantũ autem verba videbãtur porrigi etiam ad extraneos fuit dictũ, quod non erant attendenda, quia erant contra formã licẽtiæ contentæ in litteris pænitentiariæ; Et ideo non intrabant limitationes ex aduerſo deductæ; Nã prima, quod conceſsio eſſet facta in perpetuũ, & ideo trãſiret ad extraneos ex Salicet. in l.2.q.9.C.de iurę emphyt.tollebatur, quia non pro-
37 cedit niſi † concurrente debita ſolẽnitate conceſsionis, quæ in eo caſu nõ aderat, quia licentia erat reſtricta ad filios, & deſcendẽtes; Similiter alia limitatio, quod canon correſpõderet fructibus eodẽ pacto tollebatur, nam fuit dictum, quod procedebat, vbi non repugnarent verba licentiæ, quæ in dicto caſu tollebant omnem difficultatem.

Sequeſtrum an & quando in cauſis beneficialibus ſit decernendum, & ibidem nonnullæ Conſtitutiones Summorum Pontificum Pij IV. & Pij V. declaratæ. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtratio regulariter eſt prohibita.*
2 *Poſſeſsio beneficy ſequeſtrari debet, quãdo in Curia Romana contra poſſeſſorẽ ſentẽtia fuit lata.*
3 *Cauſa in Curia Romana cum multa deliberatione, & maturitate terminantur.*
4 *Sequeſtrum nõ impeditur in beneficialibus prætextu nullitatis ſententia in Curia Rom. lata.*
5 *Non debet violari propria auctoritate etiam ſententia exiſtente nulla.*
6 *Violans ſequeſtrũ prætextu ſententiæ nulla non excuſatur à pœna Clemen. vnica, de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. ſi prudens, & ſciens eſſe ſequeſtrum appoſitum fructus perceperit.*
7 *Amplia quamuis ſequeſtrator deputatus ad colligendos fructus ſequeſtrum non acceptauerit.*
8 *Sequeſtrũ ligat ẽt ante acceptationẽ ſequeſtrarij.*
9 *Non retardatu per appellationem.*
10 *Quãdo decernitur ex diſpoſitione legis ab eo non appellatur.*
11 *Appellatio ab executore legis non datur.*
12 *Item nec datur à decreto interloquutorio.*
13 *Sequeſtrũ in terminis Clement. vnica, de ſequeſtrat. poſſeſ & fruct poteſt apponi in ſecũda inſtantia, quãuis in prima non fuerit decretum.*
14 *Non impeditur, quamuis pro ſuo intereſſe tertius ſe opponat.*
15 *Item poſtquã eſt appoſitũ nõ poteſt etiã de conſenſu partiũ remoueri in præiudiciũ tertij, qui ad cauſã fuerit admiſſus pro ſuo iure, et intereſſe.*

16 *Eius-*

16 *Euitatur per cautionẽ, quæ loco ſequeſtri ſubrogatur, præterquam in terminis dicta Clement. vnica, & n. 17.*

18 *Apponitur etiã ab Ordinario loci, quãuis corã illo cauſa nõ pẽdeat, vbi tamen prius ſentẽtia cõtra poſſeſſorẽ beneficij. in Cur. Rom. prolata fuerit.*

19 *Declara dũmodo Ordinarius mandatũ de ſequeſtrãdo a Iudice, qui tulit ſenten. prius receperit.*

20 *Sequeſtrũ vigore Clem. vnica, de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. apponi poteſt ſuper quocũq; beneficio, etiam ſi dignitas, vel perſonatus exiſtat, item quamuis eccleſia ſit parochialis.*

21 *Conſtitutio Pij V ſuper collatione parochialium, licet à mala electione appellare permittat, tamẽ prouiſum ipſa appell. pendẽte ab eccleſia amoueri prohibet, quod declara, vt n. 24. & ſeq.*

22 *Sequeſtro non eſt locus quãdo poſſidens præſumptionem boni iuris pro ſe habet, & n. 38.*

23 *Apponitur ſuper parochiali ſi appellans à mala electione Epiſcopi in Curia ſentẽtiã fauorabilẽ obtinuerit, etiã ſi à dicta ſent. fuerit appellatũ.*

24 *Conſtitutio Pij V. ſuper collatione parochialiũ, quæ pendẽte appellatione à mala electione prouiſum ab Eccleſia amoueri prohibet loquitur ſolum de prima ſententia ab Ordinario lata, non de illa quæ in Curia Romana fuit prolata.*

25 *Pronomen (hoc) ad proxima refertur.*

26 *Verba in dubio ad actum proximũ ſunt reſtringẽda.*

27 *Verbum (huiuſmodi) præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus repetit.*

28 *Sequentia declarant præcedentia.*

29 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

30 *Cauſa principalis, differt à cauſa appellationis.*

31 *Poſſidẽtis conditio in pari præſumpt. melior eſt.*

32 *Parochialis Eccleſia effecta litigioſa non poteſt prælecto conferri.*

33 *Epiſcopus quando in Eccleſia parochiali poſſit conſtituere Vicarium, qui onera Eccleſiæ ſuſtinere debeat.*

34 *Sequeſtrum comprehendit ſolum fructus extantes, & in futurum naſcituros.*

35 *Non datur contra triennalem pacificum poſſeſſorem, quamuis poſſeſſio triennalis immediata non ſit, & nu. 36.*

37 *Regula triennalis diſpoſitio, quæ ſit.*

38 *Sequeſtrum non conceditur contra poſſeſſorem beneficij, qui habuit primam ſententiam in petitorio, licet contra illum in poſſeſſorio ſententia, & res iudicata latæ fuerint.*

39 *Sequeſtrum vigore Clem. vnica, de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. non datur pro penſione, niſi eſſet conſtituta perpetuo ſuper fructibus alicuius Eccleſiæ, vt deinceps eſſet beneficiũ Eccleſiaſticũ.*

40 *Item regulariter non datur ante ſententiam latam in Curia.*

41 *Fallit quando poſſeſſor in prima inſtantia remiſſoriam obtinuit.*

42 *Itẽ qñ agitur de attẽtatis, ſeu manutẽtione, cuius deciſ. pẽdet à negotio principali nõ bene clarus.*

43 *Item fallit quando Clericus habuit recurſum ad Iudices ſeculares pro manutẽtione ſuæ poſſeſſionis, quã Iudex Eccleſiaſticus iniuſtè ei abſtulit, et de mãdato eorundẽ Iudicũ fuit reintegratus.*

44 *Item fallit, quando inter prouiſum Apoſtolicum, & prouiſum ab Ordinario, litigatur ſuper beneficio reſeruato, ſeu affecto ratione menſis, vel aliter, iuxta Conſtitutionem Pij IV.*

45 *Conſtitutio Pij IV. edita ſub die 21. Octobris 1560. loquens de ſequeſtratione, qualiter differat Clement. vnica, de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct.*

46 *Sequeſtratio limitata limitatum habet effectum.*

47 *Inducta ex forma dicta Conſtitutionis Pij IV. nõ excluditur per exceptionem nullitatis, aut ſubreptionis prouiſionis Apoſtolicæ.*

48 *Fructus, nec non diſtributiones, cæteraq; emolumenta beneficij penes idoneam perſonam deponi debent iuxtà Cõſtit. Pij V. quãdo lite pendẽte ſuper beneficio in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata exiſtẽte, inter prouiſum à Papa, vel ab Ordinario ex vna parte, & ex alia Capitulum, & Canonicos eiuſdem Eccleſiæ, ad quos admiſſio, ſeu receptio ad dictũ beneficiũ ſpectat, et quibus interim dicti fructus, et diſtributiones accreſcũt.*

49 *Declara, dummodo Capitulum fuerit in aliqua culpa non tradendi poſſeſſionem, vel aliquod impedimentum præſtiterit.*

50 *Item declara, vt Conſtitutio Pij V. comprehendat ſolum diſtributiones, quæ ex Statuto, vel cõſuetudine percipiuntur, non autem illas diſtributiones quotidianas, quæ debeatur intereſſentibus diuinis officijs, & n. 53. & 57.*

51 *Proœmiũ mentẽ diſponentis, et rationẽ finalẽ inducit.*

52 *Dictio (quæ) ſine copula generalib. verbis anteceдẽtib. adiecta præcedentẽ diſpoſitionẽ reſtringit.*

54 *Diſtributiones quotidianæ nõ ſimpliciter, ſed ſecũdũ quid diſtributiones appellantur, & ab alijs diſtributionibus naturam ſeparatam habent.*

55 *Non continentur appellatione emolumentorum.*

56 *Dictio (cætera) regulatur ſecundum naturam rei, cui adiungitur.*

58 *Sequeſtrum officio Iudicis generaliter apponi poteſt ex cauſa ſibi benè viſa in omnibus caſibus, in quibus ſequeſtratio ad inſtantiam partis fieri non poteſt.*

59 *Rota ex cauſa ſibi bene viſa ſolet apponere ſequeſtrum præſertim quando conſtat de attentatis.*

1 QVamuis regulariter ſequeſtratio † ſit prohibita, vt toto tit. C. de prohibit. ſequeſtr. pec. n. c. 1. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. c. 1. vt lit. pend. Nihilominus in materia beneficiali illud
2 eſt cõſtitutũ, vt poſſeſſio beneficij † ſequeſtrari debeat, quando in Curia Rom. cõtra poſſeſſorẽ ſententia fuit lata, vt in Clement. vnica, de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. Et ratio eſt, quia vt in-
3 quit Card. ibid. q. 9. In Curia Romana † cũ multa deliberatione, & maturitate cauſę terminãtur, alias abſurdũ eſſet per ſingulas ſententias de partib. Clericos poſſeſſione beneficiorũ priuari, vt ibi dicit Vitalin. n. 31. & cęteri omnes.
Extenditur primum cõcluſio iſta, vt neque
4 prætextu nullitatis ſentẽtię † ſequeſtrũ euitari poſſit, vt in eadẽ Clemen. ſancitũ eſt, & tradit Card. ibi n. 1. & 2. Vitalin. n. 1. cum ſeq. Imol. n. 41. & 42. Caputaq. deciſ. 156. n. 2. par. 3. Quo fit vt etiã ſententia exiſtẽte nulla, permiſſum non

 ſit pro-

5 ſit propria auctorit.†ſequeſtrũ violare,ſed debeat haberi recurſus ad Iudicẽ,Biſignet.deciſ.
2.de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. Rota in antiquis
eod.tit.deciſ.1.Caſſad. deciſ.9.nu.2. in fine,&
ſub nu.5.verſ.cæterũ eod.tit.Io Paul.deciſ.63.
6 circa mediũ;Nec†violator prætextu nullitatis
ſententię excuſatur à pœna dict.Clem.vnicę,ſi
prudẽs & ſciẽs poſt ſequeſtrũ appoſitũ fructus
7 pceperit.Quòd habet locũ quãuis†ſeqſtrator
deputatus ad eos colligẽdos ſequeſtr.nõ acceptauerit,qa ſeqſtr.ẽt ante acceptationẽ ligat:
8 Et licet Creſcẽ. deciſ.127.videatur reqrere acceptationẽ ſeqſtratarij,tamẽ id †neceſſariũ nõ
eſt, vt Rota tenuit ĩ cauſa Aſtoricen. Archidiacõ.21.Iunij 1535.corã Io.Baptiſta de Rubeis.
Rurſus eadẽ concl. extenditur,vt procedat,
9 quãuis à decreto ſequeſtri appellatio interpoſita fuerit,vt latè probat Caſſad. deciſ.5. n.1.
& p totã, de ſequeſtr. poſſeſs. & fruct. Veſtr.in
praxi lib.7.c.2. n.5. Lancelot. de attent.par.2.
c.12.limit.12.n.2.cũ ſeq. Ratio eſt,quia in caſu dictæ Clementinę ſequeſtratio fit à lege,Vn
10 de ab ea † non poteſt appellari, l. fin. §. fin.ff.
11 quib. appel.non lic.Quemadmodũ,neq;† à legis executore appellare permiſſũ eſt,l ab executore ff.de appellat.l.ab executore.C.quãdo
appel.non recipian. Et cum præfatum decretũ
12 ſit interloquutoriũ ab eo† non datur appellatio,vt inquit Caſſad.d.deciſ.5.n. 1.2.& 4.
Tertio extẽdi debet,Nam in terminis dictæ
13 Clement. ſequeſtrũ poteſt appoui †in ſecunda
inſtantia, quãuis in prima non fuerit decretũ,
vt ſcribit Veſtr.d.lib.7. c.2.n.1.verſ.quod ſi is,
qui ſententiam obtinet,Lancelot. de attent.d.
c.12.limit.12.n.6.Duen.regul.42.limitat.15.
14 Quarto extendi etiã debet,vt ſequeſtr.†non
impediatur quamuis pro ſuo intereſſe tertius
ſe opponat,vt tenuit Rota deciſ. 4. n. 1.& per
totam,de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. in nouis,&
deciſ.11.n.1.de ſentẽ.& re iudic. in antiquis,
15 ſicut è cõtra ſequeſtrũ iam appoſitũ† non poteſt etiã de conſenſu partiũ remoueri in præiuditiũ ipſius tertij, qui ad cauſam fuerit admiſſus ꝓ ſuo iure,& intereſſe,iuxta deciſ.Guidob.121.& Caputaq.101.p totã.& 160.par.3.
Quinto extenditur; Nã licet regulariter da
16 ta†cautione ſequeſtratio euitari ſoleat l.Senatus in fine,ff.de off. Pręſid. l.ſi fideiuſſor,§.fin.
ff.qui ſatiſd.cogan. Quia cautio ſubrogatur loco ſequeſtri Cęſar de Graſ.deciſ.3.n.5.de fideiuſ. Attamen in caſu dictæ Clem. ſequeſtratio
17 per†cautionis oblationem non retardatur, vt
per Io.Andr.in Addit.ad Specul.in rubr.de ſequeſtr. poſſeſ.& fruct. verſ.& nota, quod licet
regulariter, Mil.in repert. in verbo, ſequeſtrũ,
Card. in d.Clemen.vnica nu.29.Put.deciſ.311.
n.1.lib.1.Veſtr.in praxi.d.lib.7.cap.2.nu.9.
18 Sexto debet extendi,vt etiam loci†Ordinarius ſequeſtrũ apponere poſſit, quamuis corã
illo cauſa non pendeat,vbicumq;tamen prima
ſenten.cõtra poſſeſſorẽin Curia prolata fuerit,
vt in eadẽ Clem. diſponitur,in illis verbis (per
loci ordinariũ) & tradit gloſ.ibi, & Card.n.8.
& 20.Anchar.n.7.verſ.in caſu ergo,Imol.n.15.
Quod intelligẽdũ eſt,ſecũdũ Vitalin. ibi n.48.
19 49.& 51.dũmodo†Epiſc.mãdatũ deſequeſtrando prius recepit cuius opinionẽ ſeruat ſtylus,
& praxis Curię,Nã Iudex,poſt primã sẽten.cõtra poſſeſſorẽ latã ſolet cõmittere Ordinario
loci,vt debeat beneficiũ ſeqſtrare:Et ſtãte huiuſmodi ſtylo Oedinarius nõ poteſt ſe ĩtromittere, niſi accedẽte d. mãdato,vt ibi p Vitalin.
Septimo,d.Clemen. extenditur,vt procedat
20 in †quocumq; beneficio,etiam ſi dignitas, vel
perſonatus exiſtat,itẽ quamuis Eccleſia ſit parochialis, vt legitur in ea,& tradit Imol.ibi n.
16.Dubiũ tamen eſt,ſi in collatione parochialis à mala electione Epiſcopi appelletur,& appellans obtineat in Curia ſentẽt. fauorabilẽ,à
qua ſimiliter fuerit appellatũ,An iuxta diſpoſitionẽ dictę Clemẽtinę ſequeſtrũ ſuper iſta parochiali ſit apponẽdũ,donec cauſa terminetur?
Pro negatiua adducitur Cõſtitu. fel. rec.Pij
Papæ.V.ſuꝑ Collatio.parochialiũ edita,quę licet à mala electione appellationẽ ꝑmittat,ta
21 men prouiſũ appell.pẽdẽte ab eadem Eccleſia
amoueri prohibet,&cõſequẽter ſequeſtrũ prohibere cenſetur. Cõprobatur hæc opinio,quia
decretũ ad fauorẽ ꝓuiſi in prima inſtãtia,debet cẽſeri firmatũ in alijs inſtantijs; Pręſertim,
cũ cauſa ſemper ſit eadẽ,vnde diſpoſitũ in vna
pro diſpoſito in cęteris inſtantijs habendũ eſt.
Tertio facit,quia prouiſus ex electione prę
22 ſumptionẽ boni iuris pro ſe habet,quo fit †,vt
ſequeſtro locus non ſit,Card.conſ. 145. col.1.
Put. deciſ.77.lib.1.
Quanto etiã facit , quia ſi aliud diceremus
Bulla Pij V.eſſet fruſtatoria, cum etiã de iure
cõi poſt ſent.de partib.nõ poſſit dari ſequeſtrũ.
Quinto in hoc caſu ſequeſtratio videtur deneganda, ne Eccleſia debito ſeruitio priuetur.
Sed prędictis nõ obſtãtib. affirmatiua ſent.
23 omnino†amplectẽda eſt, quam tenuit Rota in
vna Deturſen.parochialis 30.Martij 1582.corã
Gypſio,Vbi ad dictã Conſtit. fuit reſponsũ,vt
24 loquatur de prima†ſent.ab Ordinario lata,vt
manifeſte dignoſcitur ex illis verbis eiuſdẽ Cõſtitutionis ibi,hæc tamen appellatio interpoſita,&c.& paulo poſt,cauſa appellat.huiuſmodi
pendẽte,&c.quæ verba minimè verificari poſſũt niſi in prima appellat.de qua in d.verſ.hęc
tamẽ appellatio,dictũ fuerat: Pronomen enim
25 (hæc)†ad proxima refertur,Aret.in l.qui iuraſſe.§.Idẽ Pomponius,in 2.not.ff. de iure iuran.
Pariſ.conſ.19.nu.7.& conſ.35.n.20.lib.2.Et in
26 dubio† verba ad actum proximũ reſtringenda
ſunt,l.cum qui Calendis de verb.obligat.l. Boues,§.hoc ſermone,cum ibi per Tiraquel.congeſtis,de verb.ſignific.Et illud †adiectiuũ(huiuſmodi) præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus repetit.gloſ. in c. ſi Abbatẽ,de elect.
in 6.Corn.cõſ.97.n.8.lib.4.Pariſ.conſ.52.n.3.
28 lib.3.Et ſequentia†declarant præcedentia,l.ſi
ſeruus plurium,§. fin.deleg.1. cum vulgar.
Præterea fuit conſideratum,dictã Conſtitutionẽ Pij,in verſ. Et ſi quis,loquentẽ de appel

lation e

latione interponenda à ſentẽtia Iudicis appel-
lationis, nihil circa dicti prouiſi non amotio-
nem diſponere, Idcirco dictũ fuit caſum hunc
29 vti † omiſſum in iuris communis diſpoſitione
remanere ad l. commodiſſime, de lib.& poſt-
hum.l.ſi cum dotem,ſolut. matrim.

Et ex his tollitur obiectũ, quod decreta ad
fauorẽ prouiſi in 1.inſtãtia debeant cenſeri fir
mata in cæteris inſtantijs; Nam vt dictum eſt,
Summus Pontifex in prędictis verbis,cauſa ap
pellationis huiuſmodi pendẽte,& c.non indefi
nitè,ſed reſtrictè de prima ſententia loquitur.

Nec tenet illa argumentatio cauſa dicitur
pendere in 1. ſiue in vlteriori inſtãtia,ergo eſt
eadẽ,ita vt diſpoſita in vna ꝓ diſpoſitis in cę-
teris inſtãtijs habeãtur; Siquidẽ cũ numero,&
in multis alijs differãt,propriè illęmet dici nõ
poſſunt,alias ſequeretur,ꝙ etiã cauſa principa
lis, & cauſa appell. eſſet vna,& eadẽ,ꝙ tamen
30 ad propoſitũ noſtrũ † negãt* cõmuniter ſcriben
tes,Salic.& Cyn.in l.inuitus,nn.13.in l.ita de-
mũ,vbi Alex, & Iaſ.de procur.gloſ.& Salic. in
rubr.C.ne liceat in vna & eadẽ cau.3.prouoc.

Nõ obſtat ꝙ ex electione oriatur pręſũptio
boni iuris,qa in hoc caſu electio nõ eſt curãda
quæ nõ quo ad omnes effectus ſent.dici poteſt,
Bald.in l.1.n.5.C.ne lic.3.prouoc.maxime con
tra ſenten.in Curia latã,gloſ.in d.Clem.vnica,
in verbo,promulgata, Alias in materia electio
nis ſequeretur,ꝙ nunquã eſſet locus ſequeſtro,
etiã ſi Epiſc. minus idoneũ malitioſe eligeret:
Et ꝓpterea de facili aperiretur via fraudib.cõ-
tra mentẽ dictæ Cõſtit. quæ cũ ad cõpeſcẽdas
litigãtiũ malitias fuerit inducta tãquã fauora
bilis,hunc caſũ cõprehendere poteſt,& debet.

Non etiã obſtant Card.& Put.ex aduerſo al
gati; Nã in caſu,in quo Card.conſuluit,ille ad
ſui fauorẽ reportauerat ſentẽtiã in Curia pro-
ducentẽ non improbatã à iure præſumptionẽ,
31 Ideo mirandũ non eſt,ſi in † pari pręſumptione
melior ſit conditio poſſidentis, regul. in pari,
lib.6.vt bene declarat ibid.Cardin.& in d.Cle
ment.vnica, in 4.q.de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct.

Eodem modo euitatur Putei deciſio, quia
is,contra quem petebatur ſequeſtrum, primo
tres ſententias obtinuerat.

Nec obſtat ꝙ Bulla ſic intellecta in hoc dici
poſſit fruſtatoria, Quia ſatis poteſt operari tol
lendo attẽtata,quæ inducerẽtur,ſi ea circum-
ſcripta prouiſus appellatione pendente poſſeſ-
ſionẽ beneficij ingrederetur toto tit.ff.& C.ni
32 hil nouari.appellat. pend. Et parochialis † effe-
cta litigioſa aliter non poſſet pręelecto confer-
ri,ad not. in l.2. C. de litigioſ.

Minus obſtat, ꝙ Eccleſia hoc pacto debito
33 ſeruitio priuetur, Quia Epiſc.poterit † Vicariũ
idoneum in ea conſtituere,qui onera dictæ Ec-
cleſię ſuſtinere valeat,iuxta determinationem
Concilij Trid. ſeſſ.24. cap.18. de reformat.

Sed licet verũ ſit,ꝙ vbicunq; cõtra reũ alias
poſſeſſorẽ in Curia ſentẽ.lata fuerit,ſeqſtratio
ſuper beneficio,iuxta formã dictę Clem.vnicę,
de ſequeſtr.poſſeſ.& fruct.regular.ſit decernen
da, vt ſupr.dictũ fuit Nihilominus hoc limita-
tur quibuſdã modis. Et prima quidẽ limitatio
eſt,vt nõ ꝓcedat quo ad fructus iã perceptos,
34 quia ſequeſtrum † non trahitur retro,ſed com-
prehendit ſolũ fructus extãtes, & in futurũ na
ſcituros,vt per.Vitalin.in d.Clem.1.n.77.& 78.

Altera limitatio eſt,vt dicta Clemen.locum
35 nõ habeat † contra triennalẽ pacificũ poſſeſſo-
rẽ,vt expreſſe in ea legitur, ibi,dũmodo trien-
nio pacificè antea ab eo poſſeſſũ non fuerit, &
tradit Caſſad. deciſ.4.n.1. & per totam,de ſe-
queſtr.poſſeſ.& fruct. Put.deciſ.347.lib.3. Ca-
putaq.deciſ.354.n.1.& 2.par.2. vbi dicit idem
36 eſſe,quãuis † poſſeſſio triennalis immediata nõ
ſit,& Put.deciſ.347.n.2.lib.3.Obſtat.n.huic ſe
queſtrationi reg. Cãcell.de triẽnali,diſponẽs,
37 ꝙ nullus † poſſeſſor triẽnalis,abſq; ſimoniaco in
greſſu,cuiuſcũq; beneficij quantũuis reſeruati,
ſup eodẽ benefic.moleſtari poſſit,dũmodo ha-
beat aliquẽ titulũ coloratũ,& reſeru. non ſit ra
tione vacationis ĩ Cur.de qua in c.2.de ꝓb.ĩ 6.

Tertia affertur limitatio, qñ pro poſſeſſore
adeſt pręſumptio boni iuris, puta ſi pro eo in
Curia prius lata fuerit vna ſentẽ.in petitorio,
38 tunc.n.ſequeſtrũ † non decernitur,etiã ſi bene-
ficiatus contra ſe ſentẽtias,& rẽ iudicatã obti
nuiſſet in poſſeſſorio, Card. d.conſ.145. col.1.
Put.deciſ.77.lib.1.Caſſad.deciſ.2.de ſequeſtr.
poſſeſ.& fruct. & fuit dictũ in allegata Detur-
ſen. Et in his terminis ꝙ non cõcedatur ſeque
ſtrũ vigore d.Clem.vnicę,cõtra eũ,qui habuit
primã ſenten. in petitorio fuit tentũ in vna Pe
ruſina de confinio 26.Iunij 1556. coram Chiſ-
ſanen. quæ eſt diuerſorũ in manuſcriptis 155.

Quarta limitatio eſt,vt d. Clem. nõ habeat
39 locũ † in pẽſione,quia nõ eſt Eccleſiaſticũ bene
fic.Gig.de pẽſion.q.46.per totã.Quod intelli-
ge,niſi pẽſio eſſet cõſtituta ꝑpetuo ſuper fructi
bus alicuius Eccleſiæ,vt deinceps eſſet benefi-
ciũ Eccleſiaſt.iuxta notata per Abb.c.cõque-
rente,ſub n.1. in 1.not.de Cleric.non reſiden-
tib.vbi notat ex illo tex. quod ſuper redditib.
vnius Eccleſię poteſt cõſtitui beneficiũ aſſignã
do ex dictis redditibus certã penſionẽ pro tẽ-
poralitate beneficij nouiter creati,talis.n. pen
ſio eſſet beneficiũ Eccleſiaſt. idem Gig.de pẽſ.
q.20.verſ.quarto limita,& q.67.n.1.& q.99.n.
22.in fi.& n.23.Rota deciſ.39.verſ.alias ſi eſſet
perpetua pẽſio,de reſcrip.ĩ antiq.ac ꝓinde diſ
poſitio d.Clem. vnicæ ĩ ea locũ ſibi vẽdicaret.

Quinta limitatio eſt,vt vigore d.Clem. vni-
40 cæ ſequeſtrũ decernatur ſolũ poſt † ſententiam
latam in Curia non ante, gloſ. ibid. in verbo,
promulgata, & Card. nu.17.

Sed aduertendum eſt, quod nõ obſtante di-
cta Clemen.in aliquibus caſibus ſequeſtr.con-
ceditur, etiã ante ſententiã. Primus caſus eſt,
41 quotieſcunq; poſſeſſor † in prima inſtãtia remiſ
ſoriã obtinuerit,vt ꝑ Caputaq.deciſ.152.pa.3.

Secundus caſus eſt quãdo agitur † de atten
tatis,ſeu manutentione,cuius deciſio pendet à
negotio principali non bene claro, tunc enim
etiã ante ſentẽtiã poſſeſſio beneficij ſequeſtra-
tur,

tur,vt plene docet Lancelot.de attent.part: 3.
cap.24.quæſt.19.n.5.& 6.& parte 3. cap.29.
Tertius eſt caſus,quando clericus habuit re-
43 curſus ad Iudices ſeculares† pro manutentione
ſuæ poſſeſsiunis,quā iudex Eccleſiaſticus iniuſtè
ei abſtulit, & de mādato eorūdē Iudicū fuit re-
integratus, hoc.n.caſu poſſeſsio beneficij ſeque
ſtratur etiā antè ſententiā,vt fuit reſolutū per
Rotā in plurib.cauſis,& ſignanter in vna Cala-
guritana beneficij 10.Decembris 1601.corā Coc
cino, & in alia Calaguritana beneficij Sancto-
rū Andreæ,& Iacobi,17.Iunij 1602.corā Litta.
44 Quartus caſus,eſt quando inter† prouiſū Apo
ſtolicū,& prouiſū ab Ordinario litigatur ſuper
beneficio reſeruato , ſeu effecto ratione menſis
vel alias,quia tunc Iudex ſtatim,quod parte le-
gitimè citata,& citatione reproducta,cognoue
rit etiā ſumariè,& extraiudicialiter,quātū ſibi
pro rei qualitate ſufficere videbitur,beneficium
ipſū eſſe reſeruatū,ſeu affectum,& nihilominus
ab ordinario, ſeu alio nulliter collatū fuiſſe, &
indebitè detineri,poterit ſuper fructib.& prouē
tib. d.beneficij ſequeſtrū apponere iuxta cōſti-
tutionē fel.recor.Pij Papæ IIII.ſub die 26.Octo
bris 1560. quæ habetur in Bullario inter cete-
ras eius conſtitutiones ſub num.142.
45 Et ſcias, quod vigore huius conſtitutionis †
ſequeſtrātur ſolū fructus beneficij,qua in re dif
fert à d.Clementina vnica, per quā ſequeſtrari
poſsūt nedū fructus,ſed ēt poſſeſsio,& ipſū be
neficiū.Vnde ſecūdū terminos huius cōſtitutio
nis intruſus in beneficio poteſt cōtinuare alios
actus poſſeſſorios,deſēpta fructuū perceptione.
46 Nā ſequeſtratio limitata† limitatum habet effe
ctū l.in agris ff.de acquir.rer.domi.Et itaquādo
poſſeſſio nō fuit ſequeſtrata ſentit Vitalin.in d.
Clemen.vnica,n.67.& n.fin.Veſtr.in praxi lib.7.
cap.2.num.1.in fine, & num.2.
47 Nō poteſt tamen intruſus hoc caſu† ad exclu
dēdā ſequeſtrationē opponere de nullitate, aut
ſubreptione prouiſionis Apoſtolicæ eū talis ex-
ceptio nō admittatur in iudicijs ſummarijs ad
retardādam exequutionē,Rota deciſ.3.de exe-
ption.in nouis, n.1.& per totā, Caputaquē de-
ciſ.317.& 342. n. 1. par.2. Put.deciſ. 245.n.4.
lib. 1. & deciſ. 276.num.2. li.2.Cæſar de Graſ.
deciſ. 20. de probation.
Quintus caſus eſt,quādo ſuper aliquo benefi
48 cio† in Eccl. Cathedrali,vel collegiata exiſtēte
lis eſt inter prouiſum à Papa, vel ab Ordinario
ex vna parte,& ex alia Capitulū,& Canonicos
eiuſdē Eccl.ad quos admiſsio,ſeu receptio ad d.
beneficiū ſpectat,& quib.accreſcunt fructus,&
diſtributiones pro tēpore , quo poſſeſsio capta
fuerit:Nā tali caſu ne Capitulū vtilitatē ſentiēs
ex fructuū , & diſtributionū perceptione litem
doloſè protrahat, & prouiſū nimis fatiget de-
bent interim lite pendēte fructus,nec nō diſtri-
butiones,cęteraq; emolumenta beneficij penes
idoneā perſonā deponi reſtituenda ei,cui de iu
re poſtea reſtituenda fuerint;iuxta Cōſtitutio-
nem Pij Papæ V.quæ habetur in Bullario inter
cæteras eiuſdem Pontificis,ſub num.67.

49 Declara,ve d.Conſtitutio† locum habeat itā
demū, ſi Capitulum fuerit in aliqua culpa non
tradendi poſſeſsionem,vel aliquod impedimen
tū præſtiterit,vt fuit reſolutum in vna Placenti
na Decanatus 5.Iulij 1599. corā Penia ,in qua
fuit iudicatum ſufficiens impedimētū ſi literas
Apoſt.ad Cōciliū Regiū,vel alios iudices ſecu-
lares detulerit, & paulo prius fuerat idem latè
deductum in cauſa Cartaginen. Canonicatus
coram Horatio Cardinale Lancellotto.
Ruſus notabiliter eamdem Conſtitutionem
declara, vt habeat locum tantū in illis fructib.
& diſtributionib.quæ vigore ſtatuti, vel conſue
tudinis lite inter prouiſos pēdente percipiuntur
50 nō† autē cōprehēdat illas diſtributiones quoti
dianas,quæ debentur intereſſentib.diuinis offi-
cijs,ſic tenuit Rota in vna Vrgellen.canonicatus
11 Decēb.1581.corā Gypſio,mota tū ex prohe
mio dictæ Cōſtitutionis,ibi ipſi ſic prouiſi inte-
51 rim,&c. ꝙ prohemiū,vt notū eſt declarat† mētē
diſponentis,Crot.in l.oēs populi,n.237.de iuſt.
& iur.& rationē finalē inducit,Dec.conſ.600.in
princ.Aym. cōſ.291.n. 11.quā ēt ex eiuſdē Cō-
ſtitutionis diſpoſitiua,ibi deſtributiones,cæte-
raq; emolumenta,quę vigore cōſtitutionis,&c.
52 Illud .n.relatiuū † (quæ) ſine copula generalib.
verbis antecedentib.appoſitū præcedentem di-
ſpoſitionē reſtringit,l.ea tamē adiectio,de leg.
3.Bart.& alij in d.l.omnes populi,& in l.cūctos
populos,C.de ſum trin.Alex.cōſ.14.vol.7.Dec.
53 cōſ.261 ; Ideo† ad eas tātū deſtributiones refe-
rēda eſt,quę ex ſtatuto,vel cōſuetudine percipiū
tur.Pręſertim cū Sūmus Pontifex in d.Bulla ſim
pliciter de diſtributionib.aliter nō addito ver-
bo,quotidianis,loquatur;Vnde datur intelligi ,
54 ipſas deſtributiones† quotidianas, quæ nō ſim-
pliciter,ſed ſecundū quid diſtributiones appel-
lari poſſunt,cōprehenſas nō fuiſſe,Bart.& Soci.
in l.Lucius,§.quæſitū,de leg 3. Propterea dixit
Abb.in c.licet nobis,n.3.de præben. iſtā natu-
ram ſeparatā ab alijs diſtributionibus habere .
Et ex his tollitur obiectum,quod fieri poſſet
ex illis verbis Bullæ,cæteraq; emolumēta, &c.
55 quia licet ſint † apta continere omnes fructus,
& diſtributiones cuiuſcumque rei , & laboris ,
Archid.in cap.1.de teſtibus in 6.tamen id pro-
cedit ex quadam lata , & impropria ſignifica-
tione,vt benè demūſtrat Gemin.in d.c.1.Et di-
56 ctio †(cætera) regulatur ſecundū naturam rei,
cui adiungitur,Doct. in Anthen.ex cauſa C.de
lib.præter.& in l Gallus,ff. de lib.& poſthum.
Hoc idem fuit deciſum in vna Cartaginen.
ſequeſtri 20. Decembris 1599. coram Horatio
Cardinale Lancelotto,in qua fuit dictum, præ-
fatam Conſtitſtionem Pij Quinti non habere
57 locum † in fructibus, & diſtributionibus quo-
tidianis , quæ non debētur Capitulo nec vigo-
re ſtatuti , aut conſuetudinis,aut Conſtitutio-
nis, nec occaſione litis, ſed ex iuris communis
diſpoſitione per ius accreſcendi,vel non decre-
ſcendi iuxta cap. primū de cleric.non reſiden.
lib.6.& ad hoc fuit allegata gloſ. in clem. 2. in
verſ. pars dimidia, de ſtat, & qualit.

Poſtremò

Digitized by Google

Poſtremo in hac materia illud velim aduer-
18 tas, quod generaliter Iudex† ex iuſta cauſa ſi-
bi benè viſa poteſt de officio apponere ſeque-
ſtrum in omnibus caſibus, in quibus ſequeſtra-
tio ad inſtantiam partis fieri non poteſt Bart.
in l. Imperatores. §. fin. n. 3. ff. de appellat.
Bero. conſ. 156. n. 6. lib. 3. Lanceloct. de attẽc.
par. 2. cap. 12. limit. 12. num. 26. & par. 3. cap.
19 29. num. 148. & 149. vbi dicit, quod Rota † ge-
neraliter ex cauſa ſibi bene viſa, ſolet deueni-
re ad appoſitionem ſequeſtri præſertim, quan-
do conſtat de attentatis, vt per Caputaquen.
deciſ. 151. & 157. par. 3. Rota deciſ. 10. n. 4. ad
medium, & per totam, vt lite penden. in nouis
Mohed. deciſ. 1. num. 3. de ſequeſtr. poſſeſſ. &
fruct. Caſſad. deciſ. 3. num. 6. de reſtit. ſpoliat.
Cæſar de Graſ. deciſ. 2. de appellattion. & fuit
deciſum in cauſa Vrgelen. Archidiaconatus 24.
Octobris 1582. coram Gypſio, & alias ſæpius.

Mortuo filio hærede inſtituto ſine filijs ante patrem, nunquid ſubſtitutus admittatur ex vulgari contenta in compendioſa, vel potius ex clauſula codicillari, ſi teſtamentum ſit nullum ex cauſa præteritionis alterius filij nati poſt teſtamentum conditum, & poſt obitum filij inſtituti. Cap. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio vulgaris non valet nec ex ea ſubſtitutus admittitur vbi teſtamentum eſt nullum ex cauſa præteritionis filij nati poſt teſtamentum conditum, & poſt obitum alterius filij inſtituti licet non ſuperuixerit.*

2 *Amplia quamuis poſthumus præteritus deceſſerit viuo teſtatore.*

3 *Teſtamentum reconualeſcit de iure prætorio ſi poſthumus præteritus viuo teſtatore moriatur.*

4 *Clauſula Codicillaris operatur fideicommiſſum ad fauorem ſubſtituti quando inſtitutio facta fuit caduca per mortem inſtituti.*

5 *Cõſeruat, et validat omnia contẽta in teſtamẽto.*

6 *Operatur fideicommiſſum quamuis poſthumus fuerit ignoranter præteritus, & pater vixerit tanto tempore poſt mortẽ poſthumi, quod potuerit mutare teſtamentũ, & non mutauit, et n. 7.*

8 *Per illam poſthumus cenſetur ab inteſtato grauatus reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus quamuis extraneus ſit inſtitutus, & teſtatore viuente ipſe poſthumus moriatur.*

9 *Nõ operatur quod vulgaris trahatur ad fideicommiſſum in caſu in quo fideicommiſſaria nõ comprehenditur ſecus vbi facta eſt cõpendioſa quæ cõtinet etiam fideicommiſſariam, & n. 10.*

11 *Concepta per verba futuri temporis an operetur effectum ſuum.*

12 *Verbũ (valere) poſitum in clauſula codicillari eſt aptum importare plura tempora, & comprehendit futuros euentus, ita ut clauſula conſtruet teſtamentum quocumque tempore reperiatur non valere, & n. 13.*

14 *Verbum præſentis temporis quando eſt aptum comprehendere etiam futurum comprehendit vtrumque tempus, & præſens, & futurum.*

15 *Tempus vnum pro alio ſumitur, vt actus valeat Voluntas teſtatoris ad vnguem quantum fieri poteſt eſt obſeruanda.*

INterrogatus aliquãdo ſum, An mortuo fi-
lio hærede inſtituto ſine filijs ante patrẽ
frater teſtatoris ſubſtitutus, admitti de-
beret, cum teſtamentum eſſet nullum ex cau-
ſa præteritionis alterius filij nati poſt teſtamẽ-
tum conditum, & poſt obitum dicti filij inſti-
tuti, licet non ſuperuixerit? Et reſpondi, quòd
non erat admittendus ex vulgari contenta in
1 compendioſa, quia † nec etiam valet ſubſtitu-
tio ipſa vulgaris l. 3. §. fin. ff. de lib. & poſthum.
Idque procedit, quamuis poſthumus præteri-
2 tus † deceſſerit, viuo teſtatore, nam licet hoc
caſu teſtamentum videatur reconualeſcere l.
poſthumus in princ. iuxta communem intelle-
3 ctũ. ff. de iniuſt. teſtam. Nihilominus hoc† pro-
cedit de iure prætorio, vt ibi ſentiunt omnes,
* & tradit Clar. qui de communi * teſtatur in
§. teſtamentum quæſt. 45. n. 2. Quo caſu neceſ-
ſarium eſt ſubſtituto tranſuerſali agnoſcere
bonorum poſſeſſionem coram Iudice, vt in l.
fin. C. qui admit. & intra tempus centum die-
rum l. 2. C. eod. tit. Quod ſi factum non fuerit,
remanet excluſus etiam à bonorum poſſeſſiò-
ne. & conſequenter ex teſtamento virtute vul-
garis nullo modo admitti poteſt, vt in ſpecie
conſuluit Socin. cõſ. 76. n. 5. verſ. ſed tamẽ. lib. 3.

Verum difficultas eſt, an hoc caſu ſubſtitu-
tus admittatur vigore clauſulæ Codicillaris
in hunc modum cõceptæ. videlicet, Et hanc vo-
luit teſtator eſſe ſuam vltimam voluntatem,
quam valere voluit iure teſtamenti, vel iure
codicillorum? Et affirmatiue eſt reſoluendum:
Nam aut volumus inſpicere obitum filij inſti-
tuti, propter quem inſtitutio facta fuit cadu-
4 ca, & tunc clauſula † codicillaris operatur
fideicommiſſum ad fauorem ſubſtituti, cum
huius clauſulæ proprium ſit conſeruare, & va-
5 lidare omnia contenta† in teſtamento, Socin.
Iun. conſ. 180. n. 8. lib. 5. Dec. conſ. 248. nu. 7. &
conſ. 287. n. 4. Hieron. Gabr. conſ. 129. n. 16. lib.
2. Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo donatio-
ne largitus nu. 26. C. de reuocan. donat. Hãc-
que opinionem ſequuta fuit Rota in vna Ro-
mana de Pacentijs prima Aprilis. 1581. coram
Cardinale Seraſino, vbi Bart. Bald. & alij plu-
res allegantur, & fuit canonizata deciſio Vin-
centij de Franchis. 156. lib. 1. quæ loquitur in
terminis quando inſtitutio facta fuit caduca
per mortem inſtituti; Idẽ etiam voluit Frãc.
Becc. conſ. 107. nu. 50. & Fab. Iuret. in tract.
de clauſula codicil. q. 83. nu. 20.

Aut volumus conſiderare præteritionẽ poſt-
humi, ob quam teſtamentum eſt nullum, & ad-
huc vigore dictæ clauſulæ ſubſtitutus admitti-
tur, ea ratione, quia in teſtamẽto alter filius fuit
inſtitutus, & nõ extraneus, quo caſu ſi deficiẽ-

Emptor ante abductam à ſe poſſeſſionem rei non agit de euictione: Et quid in obligatione euictionis cōtineatur paucis declaratum. Cap. 79.

SVMMARIVM.

1 Euictio non debetur niſi amiſſa poſſeſione rei cuius euictio petitur, licet contra emptorē ſit lata
2 Sententia ad rem ipſam reſtituendam.
Eſt empta rei per Iudicis ſententiam abductio.
3 Ruin. conſ. 146. n. 6. lib. 4. reprobatur.
4 Emptor euicto Dominio rei ſibi vendita antequā poſſeſſio ab eo auocetur non poteſt agere contra venditorem niſi ad intereſſe actione ex empto.
5 In actione de euictione, ſeu ad intereſſe ex empto veniunt fructus ammiſſi, & refectio aliorum dānorum qua emptor occaſione euictionis quouis modo paſſus eſt.
6 Item venit augumentum valoris prædij euicti, vbi ille ſit auctus à die venditionis vſque ad tempus euictionis ſequuta.
7 Et ſi occaſione rei euicta emptor coactus fuit pro fructibus perceptis pendente lite euincenti dare in ſolutum proprium fundum. In obligatione de euictione venit nedum pratium fundi, ſed etiam fructus qui ex eo percipi potuiſſent.

Doctores commnniter dicunt, quod licet contra emptorem fuerit lata ſententia ad reſtituendam rē ſibi venditā,
tamen ſi non fuerit exequuta nō competit ei
1 actio de euictione † pro re quam adhuc poſſidet l. 4. in princ. & ibi glnſ. in verbo adeſt. ff.
de act. empt. l. habere licere in fin. vbi Bald.
hoc nnt. circa medium ff. de euict. Azo. in ſumma de euict. n. 11. Alex. conſ. 119. n. 25. lib.
6. Iaſ. in l. quoties n. 48. C. de rei vendicat.
Cepol. caut. 151. Eſt enim neceſſarium, vt poſſit agi de euictinne quando ſententia executioni demandata fuerir, vt tradit idem Alex.
cōſ. 40 in prin. lib. 3. & conſ. 117. n. 3. &
ſeq. lib. 7. Ant. Gomez. de contract. cap. 2.
n. 3. Hinc Azo. in loco præallegato inquir
2 quod euictio † eſt empræ rei per Iudicis ſententiam abductio; Et licet Cabalin. de euict. in
princip. dicat ſe putare non requiri abductionem, tamen male loquitur; nam quamuis proprie res dicatur euicta vbi dominium euincitur l. ratio de act. empt. tamen requiritur vt
dixi quod fuerit poſſeſſio anocata, vt per gloſ.
3 in d. l. 4. & Ruin. cōſ. † 146. male etiā loquitur
qa antequā poſſeſſio auocetur non poteſt agi
de euictione, ſed ſolū ad intereſſe, & ita loquitur l. ſeruus, quē §. ſi ſciens de act. empt. vbi ſe
fundat, vt declarant Paul. de Caſtr. & cæteri
oēs in d. l. 4. in prine. & in d. §. ſi ſciens, Vbi
4 quod tunc ſolum † agitur ad intereſſe actione
ex empt. Et ita contra Ruinum tenuit Rota in
Vulterana bonorum 15. Februarij. 1585.
coram fel. tecord. Clemente Papa octauo tūc
Auditore
Et eſt ſciendū, quod ſiue agatur de euictione
ſiue actione ex empto ſemper venit intereſſe
5 ſub quo compræhenditur fructuum † amiſſio,
& refectio aliorum damnorum, quæ emptor
occaſione euictionis qunuis modo paſſus eſt
l. euicta re ff. de euict. l. 1. vbi Doct. l. empti
actio C. eod. Innocen. in c. ſi quis præſbiterorum de reb. Eccleſ. non alien. in verſ. peto,
vt mihi prætium cum intereſſe reſtituas, & ibi
Hoſtien. ſub n. 8. verſ. ſed non ne is qui emit
cum alijs allegatis in vna Placentina euictionis 5. Aprilis 1589. coram Cardinale Plato.
quæ loquitur in terminis cōtractus emphyteuſis Eccleſiæ, qui fuerat reſciſſus ſeu annullatus
ex eo, quod falſo in precibus pro cōfirmatione
Papæ porrectis fuerat ab alienante narratum
ſe aliter modum non habuiſſe debitis alijſque
ſuæ Eccleſiæ neceſſitatibus ſatiſfaciendi; Et
ibi fuit deciſum, quod nedum ipſe Abbas, qui
alienauerat tenebatur ad prædicta, ſed etiam
eo mortuo illius hæredes, quatenus ex hæreditare illius eſſenr facti locupletiores. Idem
tenuit Rota in vna Senogalien. Prædij 27. Ianuarij 1595. coram Cardinale Seraphino, & in
vna Burgi Sancti Sepulchri bonorum 12. Maij.
1596. coram Cardinale Blanchetto, in qua etiā
6 fuit dictum venire † augmentum valoris prædij euicti vbi ille ſit auctus à die venditionis
vſque ad tempns euictionis ſequutæ, quod tēpus ſpectatur reſpectu dicti valoris vt Rnta
tennir in cadē Placentina euictionis 10. Iunij.
1591. coram eodem Cardinale Blanchetto,
7 Et ſi occaſione rei euictę † emptor coactus fuir
pro fructibus percæptis pendente lite euincenti dare inſolutum propriū fundum in obligatione de euictione venit nedū prætium dicti fundi, ſed etiā fructus, qui ex eo percipi potuiſſent ſi in ſolutum datus non fuiſſet. Ita tentum indicta cauſa Burgi Sancti Sepulchri quæ
fuit confirmata die 9. Iannarij. 1598. cnram
Horatio Cardinale Lancellotto, &c.

Filius quando ingrediatur locum patris ſui. Et ſi ſtatutū vocat fratres ad ſucceſſionem fratris defuncti ſine liberis excluſis ſororibus, An filius fratris præmortui teneat locū patris quoad ſui incluſionem tantum, & ſic, vt concurrat cum Amita, vel potius, vt eam in totū excludat. Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

1 Filius repreſentat perſonam patris mortui, ſeu matris mortua, vbi agitur de ſuccedendo aſcendentibus.
2 Idem quando agitur de ſucceſſione patrui, amita vel matertera.
3 Non intrat in locum patris, vt ſuccedat in fideicommiſſo vna cū patruis, quando fideicommittens tribus vel pluribus inſtitutis vocauit ſuperuiuentes ad portionem morentis ſine filijs.

Decla-

Digitized by Google

diderit iſta, vel ſimilia verba, (ſeu eorum filijs in ſtirpes, & non in capita in locum patris)

5 *Soror defuncti de iure communi ab inteſtato ei ſuccedit ſimul cum filijs alterius fratris prædefuncti.*

6 *Statutum interpretari debet, vt non extendatur, & minus corrigat ius commune, quam ſit poſſibile.*

7 *Filius fratris in ſucceſſione patrui ingreditur locum patris, & perſonam illius repreſentat, tã reſpectu incluſionis ſui ipſius, quã reſpectu excluſionis perſonæ, quam pater ſuus excluderet ſi viueret.*

8 *Item ex perſona patris ſui Amitam excludit in totum, quando Statutum vocat fratres ad ſucceſſionem fratris defuncti ſine liberis excluſis ſororibus.*

9 *Subrogatus naturam illius in cuius locum ſubrogatur omnino aſſumere debet; hoc eſt quo ad omnem iuris effectum.*

10 *Statutum excludens ſororem ab hæreditate fratris eſt fauorabile ratione conſeruandæ agnationis.*

11 *Statutum omne recipit interpretationem paſſiuam à iure communi.*

12 *Interpretatio paſſiua eſt illa, per quã ius commune ſe extendit ad Statutum, non autem per quam Statutum extenditur & n. 14.*

13 *Nunquam excluditur etiam ſi Statutum mandet obſeruari Statuta prout iacent abſque alia interpretatione, & quamuis materia ſit correctoria.*

15 *Filius fratris germani ex perſona patris ſui Amitam excludit in totum, quamuis Statutum vocet fratres germanos ad ſucceſſionem fratris defuncti incluſis ſororibus.*

16 *Qualitas germanitatis, ſicut duplicitatis vinculi, & fraternitatis repreſentationem, & ſubrogationem ineſt in nepote ex fratre ex iuris fictione, & diſpoſitione.*

17 *Caſus fictus in Statuto comprehenditur per interpretationem paſſiuam, vel quando æquiparatur vero, & n. 18.*

19 *Filius fratris excludit amitam ex perſona patris licet Statutũ velit maſculos præferri fœminis, quando ſunt in pari gradu.*

20 *Idem eſt licet Statutũ vocet proximiores, & computet gradus ſecundum ius Canonicũ, & n. 22.*

21 *Proximiores vbi vocantur ſub nomine collectiuo, vel indefinito, tunc cum eo, qui in veritate eſt proximior concurrit etiam ille, qui eſt ſibi coæqualis ſaltem iuris fictione.*

23 *Graduum computatio, quæ fit à iure Canonico attenditur in materia matrimoniali, ſed in materia ſucceſſionis attenditur ea, quæ fit à iure Ciuili.*

GEneraliter concludunt Scribentes, quod
filius repræſentat perſonam patris mor-
1 tui, ſeu matris † mortuæ, vbi agitur de
* ſuccedendo aſcendentibus de* communi Curt.
Iun. conſ. 161. n. 2. plures allegat ad hoc Craſ.
de ſucceſſ. §. fideicommiſſum quæſt. 11. num. 3.
qui loquitur in terminis fideicommiſſi, Idem
2 vbi † agitur de ſucceſsione patrui, amitæ, vel
materteræ Craſ. vbi ſupra n. 4. Si tamen fidei-
committens tribus, vel pluribus inſtitutis vo-
cauit ſuperuiuentes ad portionem morientis
3 ſine filijs, filius non † intrat locum patris, vt
ſuccedat in dicto fideicommiſſo vna cum pa-
truis ſuis Curt. Iun. conſ. 56. nu. 6. & ſequen.
Et tenuit Rota in Romana fideicommiſſi 15.
Maij 1498. coram Cardinale Seraphino, Quod
4 intellige verum †, niſi teſtator vocando ſuper-
uiuentes addiderit iſta, vel ſimilia verba, (ſeu
eorum filijs in ſtirpes, & non capita in locum
patris) Et ratio eſt, quia voluntas teſtatoris eſt
omnino ſeruanda, & hoc caſu clarè conſtat te-
ſtatorem voluiſſe filios repreſentare perſonam
patris, ita tentum in vna Viterbien. fideicom-
miſſi 20. Aprilis 1598. coram Gypſio.
Sed controuerſia nõ modica reperitur, quan
do Statutum vocat fratres ad ſucceſsionem
fratris defuncti ſine liberis excluſis ſororibus,
An filius patris præmortui teneat locũ patris
ſui quo ad ſui incluſionem, & ſic, vt concurrat
ſolum cum ſorore patrui defuncti de cuius ſuc
ceſsione agitur, An vero, vt eam excludat in
totum, Et filium quidem fratris locum patris
ſui ſubintrare, vt concurrat cum amita, ſed
non, vt eam excludat, voluit Capic. decif. 21.
n. 10. cũ alijs per Gabr. de ſucceſſ. ab inteſtat.
concluſ. 1. n. 24. verſ. ſexto limita, Et pro hac
5 opinione facit, quia † ſoror defuncti de iure
communi ab inteſtato ei ſuccedit ſimul cum
filijs alterius fratris prædefuncti Anthen. poſt
fratres C. de leg. hæred. Paul. de Caſtr. conſ.
119. in princ. lib. 1. Corn. conſ. 254. n. 5. lib. 4.
6 Vnde in dubio ea debet fieri † interpretatio
per quam Statutum non extendatur, & minus
corrigatur ius commune, quam ſit poſsibile
l. ſi ſeruum §. non dixit Prætor ff. de acquir hę
redit. authen. quas actiones C. de Sacroſanct.
Eccleſ. & cap. cum dilectus de conſuetud. cum
mille ſimilibus.
7 In contrarium tamen, quod filius fratis † in
ſucceſſione patrui ingrediatur locum patris,
& perſonã illius repreſentet, tam reſpectu in-
cluſionis ſui ipſius, quam reſpectu excluſionis
perſonæ, quam pater ſuus excluderet ſi viue-
ret eſt tex. expreſſus in §. ſi igitur defunctus,
neque deſcendentes vbi Ang. in 1. & 3. not,
n. 4. & 6. in authen. de hæred. quæ ab inteſtat.
deſer. & ita tenent Bart. in l. liberorum n. 12.
ff. de verb. ſigniſ. Socin. conſ. 252. n. 8. cum
ſeq. lib. 2. Ruin. conſ. 12. lib. 1. Alex. conſ. 88.
n. 3. & ſeq. lib. 1. & conſ. 36. n. 14. vbi de cõ-
* muni * atteſtatur lib. 6. latè Gabr. conſ. 1. per
tot. lib. 2. prout etiam in ſpecie, quod filius fra
8 tris † ex perſona patris ſui amitam excludat in
totum reſpondent Ægyd. decif. 723. nu. 18. in
fine Aret. conſ. 162. n. 9. verſ. Nam. in §. reli-
quum bene Decian. conſ. 63. n. 17. & ſeq. lib. 2.
& de receptiori teſtatur Velaſq. in l. 40. gloſ.
* 17. n. 8. hancque opinionem vti magis * com-
munem, & veriorem confutando Capiccium,

& alios

& alios omnes qui illũ ſequuntur amplexa fu-
it. Rota in vna Romana ſucceſſionis de Giro-
na 23.Ianuarij 1574. coram Robuſterio, & in
terminis Statuti. Vrbis veteris in vna Vrbeue-
tana hęreditatis.28.Maij.1599.coram Litta.

9 Et pro hac parte benè facit, quia ſubroga-
tus † naturam illius in cuius locũ ſubrogatur
omnino aſſumere debet, hoc eſt quoad omnem
iuris effectũ l.vnica §.vt plenius C.de rei vxor
act. l.res ex pecunia ff.de iure dot.cũ alijs per
Tiraq.de iure primogen.q.4.n.43.&110.Maxi-
mè quia Statutũ eſt fauorabile, Nã quid quid
ſit in Statuto exludente filiã à ſucceſſione pa-
10 tris tamẽ Statutum huiuſmodi † excludens ſo-
rorem ab hæreditate fratris eſt fauorabile ra-
tione conſeruandæ agnationis, quę licet nõ ſit
expreſſa tamen cum alia reddi non poſſit habe
tur pro expreſſa iuribus vulgaribus.

Non obſtat quod Statutum ita interpretari
debeat, vt minus lædat ius commune, quã ſit
poſſibile, quia cum omne Statutum recipere de
11 beat † interpretationem paſsiuam à iure cõ-
muni l.1.§.lex ſalcidia ff. ad leg. falcid.l. 1.§.
1.ff.de muner.& honor.glos.in l.2.C.de noxal.
c.cum dilectus de teſtam. c. cũ cauſam de re-
ſcript. Et repræſentatio, & ſubrogatio prędicta
etiam quoad effectum excludẽdi aliam perſo-
nam non ſit improbata, ſed approbata per ius
commune d.§.ſi igitur defunctus nequè deſcẽ-
dẽtes in authen.de hæred.quæ ab inteſt. defer.
cum alijs de quibus ſupra. ſequitur quod nul-
la prorſus inducatur iuris cõmunis correctiõ
ſiuè ipſius Statuti extenſio, quandoquidem
12 interpretatio † paſsiua eſt illa, per quam ius
ſe extendit ad ipſum ſtatutum, non autem per
quam ſtatutum extenditur.

Amplia, nam hæc communis opinio proce-
dit etiã ſi Statutum mandet obſeruaris Statu-
ta prout iacent abſquè alia interpretatione,
13 quia nõ cenſetur ſublata bona, & legitima † in-
terpretatio præſertim paſsiua, quæ nunquam
excluditur Bart. in l. omnes Populi q. 6. prin-
cip. nu.65.& ibi Bald. nu.22. ff. de iuſt. & iur
Alex. conſ. 50. num.11. lib. 1. & conſ. 89.
n.11.& 13.lib.6.Aret.conſ. 109. circa medium
Quod etiam obtinet in materia correctoria,
14 quia, vt dictum eſt nõ ſit extenſio † Statuti, ſed
eſt lex ipſa communis, quæ ſe extendit ad Sta-
tutũ Aret.d.cõſ.109.& cõſ.162.n.9. Alex.cõſ.
88.n.4.lib.1.Soc.conſ.153.n.14.lib.2.Ripa, qui
* de cõmuni * atteſtatur in l.2.nu.22.& in l.ne-
mo poteſt nu.48.ff.de leg.1. & communem di-
cit etiam Dec.conſ. 16.nu.3.in fine.

Rurſus amplia, quamuis Statutũ vocet fra-
15 tres † germanos ad ſucceſſionem fratris defun-
cti exclusis ſororibus prout facit StatutũVrbis
in nouis reformation.c. 24.Quia, vt fuit dictũ
in allegata Romana ſucceſsionis qualitas ger
manitatis cenſetur adiecta ad tollendas diffi-
cultates fratrum patruelium, non autem ad
excludendum filios fratris germani ad tradi-
ta per Alex. conſ. 89. num. 17.& 18. libr. 6.
Maximè cum hæc qualitas ex iuris diſpoſitio-
ne, vel fictione non ſit talis, quæ non tranſeat
in ſubrogatum, veluti eſt qualitas maſculini-
tatis, & ſimiles, ſed cohęret fraternitati; Vn-
16 de ſicut † qualitas duplicitatis vinculi, & fra-
ternitatis ineſt ex diſpoſitione, & fictione
iuris in nepote ex fratre per repræſentatio-
nem, & ſubrogationem d.§. ſi igitur defun-
ctus neque deſcendentes verſ. vnde conſequẽs
eſt. &c. eodem modo ineſſe debet qualitatis
illi cohærens; Et licet in Statuto non veniat
caſus fictus, ſed verus arg. tex. in l. 3. §. hæc
verba ff. de negot. geſt. tamen hoc non proce-
17 dit quando hoc fit ex † interpretatione paſsi-
ua Bart. Alex. & alij in d. l. 1. §. lex falcidia
ff. ad leg. falcid. Quia tunc lex communis eſt
illa, quæ ita interpretatur Statuta, & alias di-
ſpoſitiones, vt ſupra dixi. Similiter non pro-
18 cedit quando caſus fictus † eſt æquiparatus
vero, vt in hoc caſu Socin. conſ. 1. num. 12.
lib. 1. Pariſ. conſ. 22. num. 24. lib. 4. Curt.
Iun. conſ. 90. num.25.cum alijs per Tiraquel.
de primogen.q.4.num.133.

19 Tertio amplia quãuis † Statutum velit ma-
ſculos præferri fœminis quando ſunt in pa-
ri gradu, quia cum filius fratris vi repræ-
ſentationis ingrediatur gradum, & locum
patris ſui præmortui, dum agitur de ſucce-
dendo patruo, vtique dicitur eſſe in eodem
gradu, quia non ex perſona propria, ſed ex
perſona patris ſui amitam excludit, ſic fuit re-
ſolutũ in d. Vrbeuetana hæreditatis, & ità in
ſpecie reſpondet Bart. in d.l.liberorum n.12.
verſ.ſicut enim de verb. ſignif. Ægid.deciſ.722.
n.18.in fine Aretin.conſil.162.n.9.verſ.nam In
§.reliquum, bene Decian.in conſ.63.n.17.&
ſeq. lib. 2. & alij allegati in dicta Romana
ſucceſſionis de Girona, quos breuitatis gratia
non refero.

20 Quarto amplia licet Statutum vocet † pro
ximiores, Nam quamuis Pariſ.conſ.90. nu.48
lib.2. hoc caſu neget filium intrare locum pa-
tris, Nihilominus huius ſententiæ repugnat
* communis ipſa opinio, quæ habet, quod vbi
21 ſub † nomine collectiuo, vel indefinito vocan-
tur proximiores, ideſt priores in gradu l. pro-
ximos. ff. de verbor.ſignif. l.2.§. hæreditas ff.
de ſuis, & legit. tunc cum eo, qui in veritate
eſt proximior concurrit etiam ille, qui eſt
ſibi coæqualis ſaltem iuris fictione l.cum il-
la §. in fideicommiſſo iuncta gloſ. in verb.
proximo ff. de legat. 2. cum alijs per Zuc-
* chard. conſ.50.nu.28. qui atteſtatur *de com-
muni.

22 Quinto amplia, tametſi Statutum † compu-
tet gradus ſecundum ius Canonicum, in quo
non eſt locus repræſentationi, quia hoc pro-
23 cedit in materia matrimoniali, ſecus † in ma-
teria ſucceſſionis, in qua attenditur ius ciuile,
cui, ſi non contradicat diſpoſitio iuris canoni-
ci, ſtandum eſt, & ideo admittitur repræſenta-
tio ex late deductis in dicta Romana ſucceſ-
ſionis de Girona, & fuit dictum in eadem Vr-
beuetana hæreditatis coram Litta.

Statutum, quòd fratres ſuccedãt fratribus ab inteſtato excluſis ſororibus dotatis, quomodo intelligatur. Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd fratres ſuccedant fratribus ab inteſtato excluſis ſororibus dotatis, intelligi debet, ſi de tempore delatæ hæredditatis ſoror dotata reperiatur.*

2 *Item intelligi debet, non ſolum de dotatis ab eo, cui eſt ſuccedendum, ſed etiam de dotatis à quouis alio.*

3 *Item locum habet, nedum vbi agitur de ſucceſſione ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento.*

4 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. habet locum etiam in nepote ex filia, & reſpectiue in filio ſororis.*

5 *Quando mater eſt excluſa, cenſetur etiam excluſus filius ex ea natus.*

6 *Statutum quòd fratres ſuccedant fratribus ab inteſtato excluſis ſororibus dotatis, nõ habet locũ in fratre legitimato per Comitẽ Palatinũ.*

7 *Comes Palatinus non habet poteſtatem legitimandi excluſis legitimis, & naturalibus, niſi hoc in ſpecie exprimatur, etiam ſi in priuilegio dicatur, quòd poſſit legitimare ſtantibus legitimis, & n 8.*

9 *Facultas legitimãdi ſtãtibus legitimis non intelligitur conceſſa, niſi in ſpecie hoc ſit dictum.*

10 *Item facultas data reducendi legitimatos in priſtinum ſtatum naturæ, ita vt poſſint ſuccedere, ac ſi de vero, & legitimo matrimonio nati eſſent, etiam cum filijs legitimis, & naturalibus: Intelligitur, vt ſuccedat ſolum cum legitimis, ſed non, vt excludant legitimos.*

11 *Vocatus ad ſucceſſionem cum alio, non cenſetur vocatus ad excluſionem eiuſdem.*

12 *Statutum, quòd fratres ſuccedant fratribus ab inteſtato excluſis ſororibus dotatis, comprehendit etiam fratrem legitimatum, quando extant alij fratres legitimi, & naturales, à quibus ſorores excludantur.*

IN multis Italiæ locis viget Statutum, quod fratres ſuccedãt fratribus ab inteſtato excluſis ſororibus dotatis, Igitur hoc Statutũ
1 intelligi debet, ſi de tempore delatæ hæreditatis, & ſic mortis illius de cuius ſucceſſione agitur ſoror dotata reperiatur, neque enim dotatio ſuperuenieniẽs nocet, quia qualitas adiecta verbo debet regulari ſecundũ tempus verbi ad text. in l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxalib. Ita Bart. in conſ. 31. per totum Natta conſ. 74. n. 1. infiuitos concordantes allegat
* Bec. conſ. 112. n. 20. & de *communi Mandoſ. in addit. ad Roman. conſ. 442. Et tenuit Rota in Romana bonorum de Ceulis 19. Decembris 1597. coram Penia. Item intelligi debet
2 non† ſolum de dotatis ab eo, cui eſt ſuccedendum, ſed etiã de dotatis à quouis alio per doctrinam Bald. in l. 1. C, de legat. hæredit. & in l. matre C. de iur. dot. quam ſequitur Alex. conſ. 29. lib. 1. qui vult, quod vbi Statutũ procedit vlterius vocando fratres, dummodo ſorores ſint congrue dotatæ, vel ſint parati eas dotare ſufficiat eas eſſe dotatas à quocũque,
* & de magis *communi teſtatur Rolandus cõſ. 24. n. 13. lib. 1. vbi allegat Socin. idem tenentem contra Decium conſ. 346. cõtra quem dicit fuiſſe iudicatum, Et hoc idem ſentit Rota referente Puteo deciſ. 284. lib. 1. Et fuit deciſũ in vna Balneoregien. 16. Maij 1594. corã Cardinale Pamphilio, Et bene facit deciſ. Theſauri 62. & Ant. Aug. in Epit. tit. de teſtam. §. 22.

Præterea notandum eſt, quod Statutum hoc excludens ſororem propter exiſtẽtiam fratris, licet loquatur de ſucceſſione ab inteſtato ha-
3 bet tamen† locũ etiam in cauſa teſtati: Ne ſit melioris cõditionis perſona excluſa veniẽs cõtra voluntatem expreſſam teſtatoris, quam veniens præter voluntatem, quod eſſet abſurdum ad late tradita per Tiraquel. de primogen. q. 53. n. 12. & 22. Et hanc opinionem, quidquid nonnulli Doctores in contrarium dixerint in terminis Statuti Vrbis lib. 1. cap. 145. tãquam
* magis *communem, & veriorem amplexa fuit Rota de anno 1593. 8. Februarij in vna Romana ſupplementi legitimæ coram Cardinale Arigonio, In qua fuit dictum Statutum prætatum
4 habere † locum etiam in nepote ex filia, & reſpectiue in filio ſororis, quia ſi mater eſt
5 excluſa † cenſetur etiam excluſus filius ex ea natus, Salicet. in l. maximum vitium C. de lib. præterit. cũ cumulatis per Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis art. 6. n. 89. cum ſequen. & n. 95. & ſub n. 98. verſ. ſed prima opinio eſt verior Rub. Alexan. in conſ. 16. n. 13.

6 Non obtineret tamen Statutũ hoc † in fratre legitimato per Comitem Palatinũ, qui nõ habet poteſtatẽ legitimandi excluſis legitimis
7 & † naturalibus, niſi hoc in ſpecie exprimatur Bald. in l. 2. nu. 39. C. de ſeruit. & aqua Socin. conſ. 246. n. 12, lib. 2. Brun. conſ. 15. n. 6. cũ ſeq. Socin. Iun. conſ. 121. n. 21. lib. 2. Patiſ. conſ. 6. n. 51. lib. 2. Tiber. Decian. conſ. 40. nu. 67. lib. 3. Et
8 quamuis † in priuilegio diceretur, quod poſſit legitimare ſtantibus legitimis, non tamen hæc facultas cenſeretur tributa: Nam ſunt hæc diuerſa, ſuccedere cũ legitimis, & ſuccedere etiã excluſis legitimis, & vtrumq; requirit ſpecialem expreſsionem, quia neque facultas legitimãdi intelligitur data ſtantibus legitimis ni-
9 ſi† in ſpecie hoc ſit dictũ §. ſit ergo licentia in fine verſ. omnino in authen. quib. mod natur. eſſic. legit. & §. fin. eod. tit. l. omnes ff. ſi cõtra ius vel vtilit. public. Alex. cõſ. 188. n. 11. lib. 5. Soci. conſ. 202. col. 2. verſ. Secundo præmitto lib. 1. & poſt Bald. & Caſtren. Dec. cõſ. 288. quæritur in effectu n. 5. & 6. & conſ. 579. n. 6. Ruin. cõſ. 81. in princ. lib. 3. poſt Imol. conſ. 106. n. 100.

10 Et ſi in priuilegio ſit data† facultas reducẽdi legitimatos in priſtinũ ſtatum naturæ, ita vt poſſint ſuccedere, ac ſi de vero, & legitimo matrimonio nati eſſent etiã cũ filijs legitimis, & naturalibus, hæc clauſula operatur quidẽ, vt

ſucce-

ſuccedant ſolũ cum legitimis,ſed non,vt exclu
dãt legitimos,vt per Bald.in c.p tuas ſub n.2.
verſ.ſic enim debet intelligi,de maiorit.& obe
dien.Alex.in l.neceſſarijs n.11.de acquiren.hę
redit.& in l.ſed ſi hac §.patronũ n.9. de in ius
vocan.Iaſ.in l.Gallus §.& quid ſi tantũ n.109.
ad fin.de lib.& poſthum.Dec.cõſ.393.cõſuluis
ſub nn.2.& 9. Curt.Sen.conſ.16.ſub n.4.Crot.
conſ.360.n.41.verſ.prima eſt lib.3.Et bene de-
ducit Silueſter Aldobrand. inter conſ. Rimin.
Sen.conſ.717.n.81.verſ.alia etiam lib.4. & de
priuilegijs Cãpeggiorũ eſt conſ.106.inter cõſ.
Port.Imolen.n.6.verſ.dum autem in d.priuile-
11 gio.Pro quo facit,quia † vocatus ad ſucceſsio-
nem cum alio nõ cẽſetur vocatus ad excluſio-
nẽ eiuſdẽ,vt per Capic.deciſ.21.n.10.Gulielm.
de Benedict.in repet. c. Rainutius in verbo in
eodẽ teſtamẽto relinquẽs ſub n.194.circa prin
cip. verſ.non videtur iuris rigore de teſtamen.
Sed hoc intelligitur,quãdo non extant alij
fratres legitimi,& naturales,ſecus ſi extẽt,qa
cum per illos ſorores excludantur ſecundũ di-
ſpoſitionẽ Statuti nullũ eis infertur prẹiudiciũ
12 ex legitimatione,Ideo hoc caſu † legitimatus
ſuccedit cũ legitimis excluſis ſororib. dotatis
nõ ex perſona ipſius,& vigore legitimationis,
ſed ex perſona, & beneficio legitimorũ tãtum
iuxta tex.in l.ſi poſt mortẽ §.hi qui de bon.poſ
ſeſ.cõtra tabul.& p Doct.in l.poſthum.C.eod.
tit.& per Felin. in c.1. ſub n.6.de præſcript.

Pretium ſolutum ab vxore in emptione bonorum, an ex pecunijs viri ſolutum præſumatur. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

1 Pretium ſolutũ ab vxore in emptione alicuius rei ex pecunijs viri ſolutũ præſumitur, et ſi marito præſẽte vxor emat,et pretiũ ſoluat, et n.2.

3 Limita niſi etiam vltra præſentiam mariti aſſeratur in inſtrumento vxorem ſoluere de proprijs pecunijs,reprobatur Salicet. in l. ſi mater n.1.C.de contrahen. empt. & n.5.

4 Præſumptio generalis quod pecunia ſit numerãtis non tollit præſumptionem ſpecialem l.Quintus de de donat. inter vir.& vxor.

6 Aſſertio facta in inſtrumẽto præſente viro quod pecunia ſolutæ in emptione bonorum ſunt vxoris præiudicat ſolum ipſi marito, & eius hæredibus non autem creditoribus.

7 Præſumptio l.Quintus ſecundum aliquos non habet locũ,quando eſt controuerſia inter vxorem, & extraneum ſiue tertium.

8 Habet locũ etiã in Vidua durante anno luctus.

9 Item in vidua poſt annum luctus ſi remanſit in Domo mariti,& bona filiorum adminiſtrauit, Niſi probetur ipſam aliunde potuiſſe acquirere, veluti ſi habebat alia bona quam dotalia, vel erat negociatrix,& n.10.& 11.

Diſputatio eſt apud noſtros frequens, & vtilis,An pretiũ,quod ſoluitur ab vxore in emptione alicuius rei præſumatur ſolu-
tum ex pecunijs viri,& omnes admittũt ſolu-
1 tionẽ in dubio ex pecunijs mariti† factã vide-
ri ex prẹſumptione,l.Quintus de donat inter
vir. & vxor. & conſequenter hæredes mariti
poſſe agere ad pretium ſolutum per vxorem,
Bal.conſ.67.n.5.lib.5.cũ alijs allegatis per Ga-
br.de præſumpt.concl.15.n.14.Alciat. de præ-
ſumpt.reg.3.præſumpt.26.n. 14. Quod proce-
2 dit etiam ſi † marito præſente vxor emat, &
ſoluat pretium. Quia licet maritus videatur
tacitè fateri vxorem ſoluiſſe de proprijs pecu-
nijs,& per cõſequens videatur tolli præſũptio
d.l. Quintus,ex traditis per Salicet.in l. ſi ma-
ter n.1.C.de contrahen.empt. quem refert, &
ſequitur Natt.conſ.30.n.2. præſertim cum lex
præſumat pecuniam eſſe numerantis l. 2. vbi
Bart.C.pro ſoc. Nihilominus tunc demũ præ-
ſentia mariti vxore emente nomine proprio;
& pecuniam numerante ſufficit ad excluſionẽ
præſumptionis l.Quintus,ſi etiã vltra prẹſẽtiã
3 † aſſeratur in Inſtrumento vxorem ſoluere de
proprijs pecunijs,ſiue hoc aſſeratur à marito,
quo caſu diceret expreſſa cõfeſſio ſiue ab vxo
re marito prẹſẽte,ex quo reſultaret tacita cõ
feſſio mariti,& in his terminis procedit doctri
na Salicet. in l.cũ propria in fin. ſi quis alter.
vel ſibi.Io:de Platea in l.& ſi inſtrumenta C.de
fid.inſtrum.lib.10.Ripa reſponſ.lib.3. c.4.n.5.
Ruin.conſ.44.n.4.lib. 5. Alciat. de præſumpt.
reg.3.prẹſumpt.26.n. 16. in primo caſu Tira-
quel.id l.ſi vnquam in verbo donatione largi-
tus n.96.C.de reuocan.donat.Gabr.d. concluſ.
15 n.16. Nec ſufficit numeratio facta ab vxo-
4 re præſẽte marito, quia illa prẹſumptio† quod
pecunia ſit numerantis eſt generalis, quæ non
tollit præſumptionem ſpecialem l. Quintus.
5 Nec obſtat doctrina† Salicet.in d.l.ſi mater.
Quia loquitur in caſu quando vxor emeret rẽ
mariti;Et in omnẽ euentum verior videtur illa
opinio,quod vltra præſentiã requiratur aſſer-
tio,quod pecuniæ ſint vxoris,vt per DD.ſupra
allegatos, & fuit dictum per Rotam in vna Ro
mana fideicõmiſſi 23.Maij 1583.corã Bubalo.
Sed eſt aduertendum,quod prædicta proce-
dunt in præiudiciũ mariti, & illius hæredum
quibus ſolis dicta aſſertio præiudicat,non au-
6 tem† in præiudicium creditorũ l.qui teſtamen
tũ,ff.de probat.Alciat.de reg.3. præſumpt.26.
n.2.& 5.qui tres caſus facit. Primus eſt quãdo
pecunia numeratur per vxorẽ ementẽ ſuo no-
mine, & maritus fatetur pecuniã eſſe vxoris,
& hoc caſu intrat limitatio, de qua ſupra re-
ſpectu præiudicij ipſius mariti, & hæredum.
Secundus caſus eſt, quando maritus emit no-
mine ſuæ vxoris,& fatetur pecuniam vxoris,
& non ſtatur huic confeſſioni etiam in præiu-
dicium mariti niſi ſit morte viri confirmata.
Et idem procedit vbi emptio fiat ab vxore,
ſed numeratio fiat à marito cum dicta con-
feſſione. Tertius caſus eſt reſpectu tertij, &
tunc ſemper intrat diſpoſitio d. l. Quintus,
non obſtante confeſſione mariti quomodocun
que facta ſecundum Alciat. vbi ſupra, & Me-

noch. de præſumpt.lib.3. præſumpt.51. n.31.
Sed contrarium quod immo præſumptio l.
7 Quintus procedat † dumtaxat,quando cōtro-
uerſia eſt inter vxorem, & virū,vel eius hære-
des,& ſucceſſores,non autē quando inter vxo-
rem,& extraneum,ſiue tertiū tenet Alex.conſ.
101.incip.ſub dubio n.3. lib.7. Neuiz.in ſilua
li.4.n.23.limit.11.Io.Lup.ī repet.rubr.de don.
inter vir.& vxor.in §. operatur aliū,& quartū
effectum limit.3.n.20. in fin.Por.Imol.in lib.1.
concl.14.in 1.limit.Tobias Non. conſ.66.n.4.
hācq; veriſſimā ex pluribus (reprobato expreſ
ſè Dec.in cōſ.237.)oſtēdit Hipolit.Riminal.in
§.1.n.137.Inſtit.p quas pſonas nobis acqratur.
Præterea admonēdi ſumus,quod pręſūptio
8 d.l.Quintus habet locū etiā in † vidua durāte
anno luctus,vt per Menoch.d.præſumpt.51.n.
14.Item in vidua poſt annum luctus ſi reman
9 ſit in Domo†mariti,& bona filiorum admini-
ſtrauit, quia præſumitur ex eorū bonis acqui-
ſiuiſſe Angel conſ.141.col.2.verſ.quod intelli-
go.Boer.deciſ.81.nu.8.verſ.ſed illud limita cū
✻ alijs per Pariſ.conſ.8.n.12. qui de magis *cō-
muni atteſtatur lib. 1. Niſi probetur aliunde
10 ipſam potuiſſe † acquirere gloſ.in c.manifeſta
in verbo probantur 12. q.1.Dec.conſ.237.n.9.
Bellon.conſ.17.n.12.& tennit Rota in vna Ro
mana cenſus 24.Decembris 1597.corā Penia,
& in alia Romana bonorum de Capite Ferreo
19.Nouembris 1601. corā Litta. Pone exēplū
11 ſi habebat alia bona quā dotalia,vel erat†ne-
gociatrix Bald.in l.cū oportet C.de bonis quæ
liber. cum alijs per Alciat. vbi ſupra num. 4.
qui licet aliqua iura referat, ex quibus reddi-
tur dubia hæc limitatio reſpectu eius,quando
mulier eſt negociatrix,ſubdit tamen ſe putare
opinionem Baldi eſſe veriorem.

In materia alimentorum quędam ſcitu digna enarrantur, atque explicantur. Cap. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta duplici iure debentur officio ſcilicet Iudicis, & iure actionis.*
2 *Debita officio Iudicis non ſunt præſtāda pro tempore præterito, ſed ſolum à die mota litis citra.*
3 *Pater tenetur ſoluere debita cōtracta per filium ad effectum ſe alendi ante litem motam ipſi Patris ſuper alimentis.*
4 *Alimentorū cauſa compenſationem nō admittit.*
5 *Pater filio emancipato, cui antea certum quid loco alimentorum aſsignauit, & ille prodigaliter viuendo illud diſſipauit, alimenta iterum præſtare tenetur.*
6 *Alimenta, quando debentur iure actiuis pro tempore etiam præterito præſtari debent.*
7 *Alimenta non ſunt præſtanda ei qui aliūde habet vnde alimenta percipiat, quando officio Iudicis debentur, ſecus ſi debentur ex diſpoſitione Iuris, vel ex teſtamento.*
8 *Alimētorum futurorum cauſa negocium principale ſuſpendit, & ſi alimenta ſint illiquida de eo non cognoſcitur, niſi offeratur cautio, vel depoſitū fiat pro illorum cautione, & n.10. et 11.*
9 *Cauſa priuilegiata reſpectu proceſſus, alterius cauſæ concurſum non admittit.*
12 *Alimentorum æſtimatio ſeu taxatio eſt arbitraria. & quomodo Iudex illam debeat arbitrari, ibidem declaratur.*
13 *Filijs, & nepotibus, vel neptibus agētibus ad ſucceſsionē, vel ad congruam dotem in bonis illius, qui tenetur dotare alimenta, & ſumptus litis debentur, etiam in prima inſtantia, & n.15.*
14 *Item alimenta ſunt illis præſtanda, etiam dum illa petunt, & ſuper hoc litigatur.*
16 *Amplia, vt ad hūc effectū ſufficiat quaſi poſſeſſio filiationis per publicam etiam reputationem.*
17 *Item amplia quamuis filius agat contra extraneum hæredem inſtitutum.*
18 *Idem eſt, quando frater agit contra fratrem petitione hæreditatis.*
19 *Declara, vt filijs, & nepotibus alimēta debeātur ſi aliunde nō habeant vnde alimentari poſſint.*
20 *Filiæ nuptæ agenti ad dotem alimēta debentur, nec maritus tenetur eam alere, ſi indotatam nō accepit.*
21 *Limita, niſi maritus acceperit nomē debitoris in (dotem.*
22 *Maritus, qui accepit nomen debitoris in dotē tenetur vxorem alere, & ſumptibus ſuis nomen debitoris exigere, dūmodo nomen debitoris fuerit datum in dotem nō æſtimatum, & dummodo impenſa ſit modica, ſecus quando ſumptus ſunt magni, & n.23.24. & 25.*
26 *Alimēta, & ſumptus litis decreta filio, vel nepoti litiganti ſuper bonis patris, vel aui nō imputantur in ſortem principalem ei debitam, nec reſpectiue per eum reſtituuntur, quamuis ſuccumbat, ſed ſolum compenſantur cum fructibus rei petitæ quando exiſtit.*
27 *Clauſula (ſubminiſtratis oratori alimētis, et ſūptibus litis) in reſcripto, ſeu cōmiſſione appoſita, ſuffragatur etiā hæredi, quando cū eo continuatur eadē lis, & eadē inſtātia, quæ fuit capta cū defuncto, dummodo in hærede concurrant eædē cauſæ, quæ concurrebant in defuncto, et n.28.*
29 *Promiſſio alimentandi in dubio cenſetur perpetua, hoc eſt, durante vita illius, cui alimenta fuerunt promiſſa.*
30 *Copula (&) poſita inter nomina propria nō requirit concurſum vtriuſque, ſecus ſi inter nomina appellatiua, & n.31.*
32 *Vſusfructus quæſitus Patri per natiuitatē filiorum durat, licet illi poſtea moriantur.*
33 *Alimenta debētur etiam filio ſpurio, non obſtante Conſtitutione Pij Papæ Quinti contra illegitimos edita.*
34 *Dos filiæ ſpuriæ debetur pro modo alimentorum, non autem pro quantitate legitima, reiecta opinione Decij, & n.35.*
36 *Dos data filiæ ſpuriæ ea mortua non tranſit ad illius hæredes, ſed ad hæredes dotantis.*
37 *Auus maternus non tenetur alimenta, nec dotem nepti dare, niſi ex iuſta cauſa, & in ſubſidium, quo caſu tenetur, etiam ſi neptis ſit illegitima, & num. 38. & 39.*

40 Fra-

40 *Fratri pauperi etiã naturali alimẽta ſunt præſtanda per fratrem diuitem, etiam obtinentem maioratum nõ inſtitutum a patre, ſed à tranſuerſali, etiam ſi frater alendus ſit Doctor, vel alias ſit induſtrioſus, & n. 41.*

42 *Viduæ, mortuo marito, in viduitate permanenti debentur ab hæredibus viri alimenta infra annum luctus, eo autem tranſacto non debentur, niſi quando hæredes ſunt in mora reſtituendi ipſam dotem, nec mulier habet alia bona, ex quorum redditibus viuere poſſit, quia tunc, vel alimenta ei ſunt præſtanda, vel fructus dotis loco alimentorum, & n. 43. 46. & 47.*

44 *Maritus tenetur alere uxorem etiam ſi eam indotatam acceperit.*

45 *Poteſt denegare alimenta vxori, ſi dos ei promiſſa non fuerit ſoluta.*

48 *Vidua, quæ tranſacto anno luctus, adhibuit diligentiam pro dote conſequenda, nec illam habere potuit, debet habere eius fructus ab hæredibus viri, quamuis habeat conſanguineos diuites, qui illam alere poſſint, vel habeat bona, quæ poſſit vendere, dummodo non habeat prouentus, ex quibus ali poſſit, & n. 49. & 50.*

51 *Filiæ viduæ fructus dotis debentur ſub nomine intereſſe à die quo ab hæredibus patris fuit illi retardata dotis ſolutio.*

52 *Dos ſuccedit loco legitimæ, vbicumque Statutum excludit filias à ſucceſſione patris, & mandat eas dotari. (tur.*

53 *Fructus dotis p Statutũ Vrbis quomodo taxen-*

54 **Statutum Vrbis taxans fructus dotium generaliter eſt intelligendum etiam de fructibus percipiendis aliter, quam ex re hypothecata.**

55 **Dictio (etiã) de ſui natura eſt implicatiua tacita, diuerſas ſpecies ab expreſſis includens.**

56 **Bona mariti pro alimentis vxori debitis, an tacitè obligata cenſeantur.**

57 **Legatum certæ ſummæ pecuniarum relictum vxori pro alimentis, donec vidualiter vixerit, valet, nec debet iudicari vſurarium, licet teſtator dixerit pro alimentis, & fructibus dotis, & mandauerit dotem ſtatim reſtitui, atque mulier ad ſecunda vota tranſiuerit.**

58 **Patronus Eccleſiæ ab illius Rectore eſt alendus, licet non ſit in ſumma egeſtate ſed ſolũ ad inopiam vergat, niſi aliqua poſſideat, quo mediante ali modeſte poſſit, reiecta opinione gloſ. & num. 59.**

60 **Declara, dũmodo Rector tot fructus percipiat, q. ſuperſint ſuis, nec non Eccleſiæ neceſſitatibus.**

61 **Alimẽta ex debita diſpoſitione legis extra domũ non ſunt præſtãda, niſi is, cui debentur probet iuſtam cauſam non cohabitandi cum eo, qui tenetur alimenta præſtare.**

62 **Filio recedenti à patre ſine cauſa alimenta non debentur extra domum.**

63 **Vidua, quæ ab hæredibus viri eſt alenda intra annum luctus, alimenta extra Domum hæredum petere non poteſt, niſi ſubſit iuſta cauſa, ne cum illis moretur:**

64 **Alimenta in teſtamento relicta, ſi teſtator nõ dixit præſtari debere in Domo grauati, regulariter ſolui poſſunt extrà Domum illius.**

65 **Vxor tenetur præſtare operas ſuas marito, & omne lucrum inde proueniens.**

66 **Vxori ſeorſum habitanti à marito non debentur alimenta à viro, etiã ex fructibus dotis ipſius, quamuis lis pendeat ſuper ſæuitia viri, ſeu ſuper ſeparatione thori, aut diſſolutione matrimonij, dummodo receſſerit propria auctoritate, ſecus ſi Iudice auctore, & n. 67.**

68 **Ei debentur alimenta à viro pro modo dotis, vbi ad eius fauorem lata ſit vna ſententia ſuper iuſta cauſa diſceſſus.**

QVotidiana eſt apud Iudicum ſubſellia diſputatio de alimentis: Ideo non inutile viſum fuit aliqua in hac materia magis neceſſaria, & in praxi frequentiora adnotare.

In primis igitur ſciendũ eſt, quòd duplici iu-
1 re † alimenta debentur, officio ſcilicet Iudicis, vt quando petuntur per filium à patre, & iure actionis, vt quando à lege præſtari iubẽtur, vel ex teſtamento: Primo modo, vbi ſunt præſtan-
2 da, non debentur pro † tempore præterito, ſed ſolũ à die motæ litis citra, vt notatur in l. liberos §. manumiſſis, de alim. & cibar. legat. & in l. ſi quis à liberis, §. de alimentis, ff. de liber. agnoſcen. Decian. cõſ. 9. n. 42. & 48. lib. 1. q. plures ad hoc allegat; Niſi filius ante litem motã patri pro alimentis debita contraxiſſet, vt ſe
3 aleret, nam pater † illa ſoluere teneretur, vt notat Afflict. deciſ. 10. n. 3. & fuit reſolutũ ĩ ſacro Auditorio in cauſa Bononien. Alimentorũ die 12. Martij 1596. coram Penia, in qua cõſtabat filium, qui petebat alimẽta ante litem motam neceſsitate coactum æs alienũ contraxiſſe pro ſe alendo, Vnde fuit dictum talia alimẽta pro illo tempore ad ſimilitudinem futurorũ fuiſſe debita per Paul. de Caſtr. in l. diuortio in princip. ff. reſolut. matrim. Iaſ. & Dec. in l. de alimentis in primo notab. C. de tranſact. Pontan. in tract. de alimen. c. 12. n. 1. Quę deciſio fuit cõfirmata ſub die 10. Iunij ſequentis, in qua Domini etiã tenuerunt, quod reſpectu alimentorum prædicto filio debitorum à die motæ litis citra, quæ propriè dicebantur futura, Ve-
4 ral. deciſ. 24. par. 1. nõ poterat † admitti aliqua compẽſatio cũ periurijs habitis ab eo dũ eius pater viueret, per tex. in l. in ea C. de compenſ. vbi alimentorũ cauſam non recipere compẽſationẽ notauerunt Salicet. n. 1. verſ. nota caſus, & Bald. & cõmuniter * interpretes, & Surd. in tract. de alimen. tit. 7. q. 10. n. 8. & latius tit. 8. priuileg. 52. Gig. de penſion. quæſt. 92. n. 4. Eſt enim alimentorũ cauſa adeo priuilegiata,
5 vt pater † filio emãcipato, cui antea certũ quid loco alimentorum aſsignauit, & ille prodigaliter viuendo illud diſsipauit, alimẽta iterum præſtare teneatur Specul. in tit. qui fil. ſint legit. §. 1. n. 12. Bald. in authen. cõtra rogatus C. ad Trebel. Roman. in authen. quod lucrum, C. de collat. Felin in c. quæ in Eccleſiarũ n. 92. de Conſtit. Bart. in l. 1. §. ius naturale n. 18. ff. de iuſt. & iur. Marſ. Singul. 104.

Secundo autẽ caſu, qoando ſcilicet alimẽta
6 debetur iure actionis, & à lege præſtari iubẽtur, illa ſunt † præſtanda etiam pro tempore præterito, vt notant omnes in l. 1. C. de fideicom. in l non quemadmodum. ff de iudic. & in l. de alimentis. C. de trãſact. late Decian. vbi ſupra num. 48.

Similiter primo caſu, quando ſcilicet alimẽ
7 ta officio Iudicis debentur, nõ ſunt † præſtãda ei, qui aliunde habet vnde alimenta percipiat; Secundo autem caſu ſic, vt tenuit Rota in illa Romana fructuum dotis, 19. Ianuarij 1598. coram Orano, & 14. Maij eiuſdẽ anni corã eodẽ.

Præterea notãdum eſt, quòd negocium ali-
8 mentorum futurorum † eſt ſuſpenſiuũ negocij principalis, cũ cauſa priuilegiata reſpectu pro
9 ceſſus, vt eſt cauſa alimentorũ † alterius cauſæ cõcurſum non admittat, ſecundũ Abb. in c. tuam col. 1. de ordin. cognit. ita Caputaq. deciſ. 22. n. 1. & n. 5. & ſeq. par. 1. Quod procedit etiam ſi opponatur, quod alimẽta ſint illiqui-
10 da † quia tunc debet offerri cautio, vel depoſitum pro illorum cautione, alias de negocio principali cognoſci non poteſt Caputaq. vbi ſupra nu. 7. & in terminis quod vbi alimenta non ſunt taxata, nec à debitore ſoluuntur in-
11 terim in negocio principali † pro vtraque parte ſit ſuperſedendum, vt in iudicis æqualitas ſeruetur tenuit Rota in vna Biſuntina ſeparationis thori 17. Iunij 1596. coram Cardinale Pãphilio. In qua fuit dictum quod renuens ſoluere alimẽta poteſt cogi omni iuris auxilio, cum hoc modo indemnitati partis aduerſæ ſuccuratur.

Similiter eſt aduertendum, quod vbi agitur de taxatione alimentorum ab arbitrio Iudicis
12 pendet ad quam ſummam † ea ſint taxanda l. fin C de ordin. cognit. qui rationem potiſſimũ redditus bonorũ, & perſonæ cui debentur, & à quo & cauſæ propter quã debentur, Itẽ conſuetudinis loci, in quo quis alẽdus eſt habere debet Fabr. in l. ſed & ſi quid §. mancipiorum, de vſufruct. Doct. in l. ſi cum dotem, & in l. ſi autem in nouiſſimo. ff. ſolut. matrim. Aym. conſ. 189. n. 10. Roland. conſ. 22. n. 21. lib. 1. Caputaq. deciſ. 21. n. 5. par. 1. Et licet Boer. deciſ. 324. n. 4. arbitretur de quarta parte eius, quod in iudiciũ venit, Nihilominus loquitur in expẽſis litis, quas ad quartam partẽ, & ſententia Manſuere eius quod in iudicium venit taxari voluit, ſecus autem eſt dicendum de alimentis, quorum æſtimatio eſt arbitraria Menoch. de arb. caſu 169. n. 12. & fuit dictũ in vna Romana bonorum de Cenlis 29. Martij 1586. coram Orano. Si tamẽ ignoraretur redditus bonorum, quorum occaſione alimenta debentur ne alendus detrimentum ſentiat, interim decernerentur ad certam quantitatem Iudici bene viſam cum clauſula ſine præiodicio iurium vtriuſque partis, vt obſeruauit Rota in Romana alimentorum de Cincijs 10. Martij 1599. coram eodem Orano, & alias ſæpe.

Cæterum illud etiam admonendi ſumus,
13 quod filijs, † & nepotibus, vel neptibus agentibus ad ſucceſsionem, vel ad congruam dotẽ in bonis illius, qui de iure teneatur dotare, debentur alimenta etiam in prima inſtantia l. ſi ſi inſtituta, de Inoffic. teſtam. Biſigoet. deciſ. 2. de Iudic. Afflict. deciſ. 11. n. 1. Peregr. deciſ. 1. lib. 1. Couar. pract. quæſt. cap. 6. n. 6. Iſti enim regulariter præſumptionem boni iuris pro ſe habent, vt dicunt ſupradicti Doctores: Quæ præſumptio locum habet etiam quando diſputatur, an alimenta ſint præſtanda, quia cum iſti habeant intentionem fundatam de iure communi ſuper petitione alimentorum, dum
14 petitur † alimenta, & ſuper hoc litigatur, debent præſtari Afflict. d. deciſ. 11. Item procedit etiã quòd ad expenſas litis, quia ex eadẽ ra-
15 tione † illæ ſunt ſubminiſtrandæ Guid. Pap. deciſ. 565. Aym. conſ. 164. Et fuit reſolutum in dicta cauſa bonorum de Ceulis ſub die 3. Decembris 1584. coram felic. record. Clemente Papa Octauo tunc Auditore. Et ad hunc effe-
16 ctũ † ſufficit quaſi poſſeſſio filiationis per publicã etiã reputationem Caput. deciſ. 21. n. 1. & 2. par. 1. & tenuit Rota in illa Vlixbonen. matrimonij 16. Maij 1594. coram Cardinale Seraphino. Et prædicta ꝓcedũt etiã vbi filius
17 agit † contra extraneum hæredẽ inſtitutum, Item ad fauorem fratris agentis contra fratrẽ
18 petitione hæreditatis Biſignet. d. deciſ. 2. de Iudic. Caputaquen. in loco proxime citato.

Declara tamẽ vt filijs, & nepotibus debeã-
19 tur alimenta, & ſumptus litis ſi aliunde † nõ habeant vnde alimentari poſsint, alias ſecus Ripa, qui alios allegat in l. 2. ff. de iudic. n. 4. Felin. in rubr. de appellat. n. 1. Couar. pract. quæſt. cap. 6. n. 6. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 16. n. 30.

20 Idem dicas de filia † nupta agente ad dotẽ, quia & illi alimenta ſunt adminiſtranda, cum maritus non teneatur eam alere ſi indotatam non accepit l. fi. C. ad Velleian. Alex. in l. ſi cũ dotem §. ſecundum autẽ n. 8. ff. ſolut. matrim. Roman. conſ. 417. col. 11. Alex. conſ. 31. n. 10. lib. 1. Boer. deciſ. 22. n. 1. Creſcen. deciſ. 233.

21 Quod intellige, niſi maritus † acceperit nomen debitoris in dotem, quia tunc alimẽta nõ ſunt ſubminiſtrãda filiæ, ex quo maritus tene-
22 tur eam alere, & ſumptibus ſuis † nomen debitoris exigere iuxta opinionem gloſ. in l. 1. in verbo non ſint. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. quam ſequitur Bald. in l. 2. n. 2. C. de action. & obligat. Speculat. in tit. de dot. poſt diuort. reſtit. §. fi. n. 25. Bertran. conſ. 235. lib. 7. dũmodo
23 tamen fuerit datum in dotẽ nomen † debitoris non æſtimatum, alias ſecus, vt tenet Bar in d. l. 1. §. neceſſariæ n. 6. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. cum quo videntur trãſire Salicet. in d. l. 2. C. de act. & obligat. Corn. in l. 1. n. 3. C. de bon. matern. Crot. in l. frater à fratre n. 129. referẽ-
* tes ambo Benedict. de Blumbin. atteſtantẽ *de
24 cõmuni, & dummodo impenſa ſit modica, ſecus quando ſumptus ſunt † magni, quia tunc, quod maritus non teneatur accepto nomine

debito-

debitoris in dotem ſuis ſumptibus agere, &
vxorem alere tradit Bald. in d. l. 1. num. 13. C.
de bon. matern. aſſerens opinionem gloſ.
procedere in modica impenſa, quando ſci-
licet maritus nullos fructus percipit, aut
non tales, qui ſufficiant pro faciendis ſum-
ptibus magnis, vt per eumdem Bald. in l. per
diuerſas num. 10. C. mandat. & in l. 3. num. 2. in
fin. C. de falſ. cau. quem ſequitur Iaſ. in l. diuor-
tio §. impendia num. 4. in fin. ff. ſolut. matrim.
& in l. 3. area ſub num. 3. de cond. indeb. Ale-
xan. in addit. ad Bart. in d. l. 1. §. neceſſariæ
ff. de impenſ. in rebus dot. fact. latè Pinell. in
d. l. 1. in 2. par. ſub num. 70. C. de bon. matern.
quam etiam diſtinctionem vti veram Rota fuit
amplexa in eadẽ Romana bonorum de Ceulis
14. Decembris 1584. coram Orano.

25 Et hęc opinio eo magis procedit, quia † ſe-
cundum opinionem gloſ. ideo tenetur maritus
ſuis ſumptibus exigere nomen debituris in do-
tem datum, quoniam tacitè videtur actum in-
ter partes, vt per Salic. in d. l. 2. propè fin. C. de
act. & obligat. quam rationem etiã refert Cor-
ne. in d. l. 1. ſub num. 3. C. de bon. mater. Quæ
præſumptio ceſſat, vbi impenſa eſt magna, cum
non ſit veriſimile partes cum damno ipſarum
voluiſſe hoc modo releuare debitorem bona
poſſidentem, & cum quo litigare intendunt ab
hoc onere.

Conſulo tamen pro cautela, vt maritus ſibi
præcauẽdo obtineat ſibi cedi ab vxore omnes
actiones, & omnia iura competentia pro
exactione dotis, inter quæ iura eſt ius petendi
alimenta, & ſumptus litis ea pendente, quãuis
officio Iudicis extra ordinario debeantur, nã
& hoc cedi poteſt, Tiraq. de retract. conuent. §.
26. gloſ. 3. num. 14.

Aduertendũ nihilominus eſt pro declaratione
26 prædictorum, quod ſi per modum prouiſionis †
& ſine præiudicio iurium vtriuſque partis ali-
menta, & ſumptus litis filio, ſeu nepoti litigan-
ti ſuper bonis Aui, ſeu patris, fuerint decreta
iuxta diſpoſitionem d. l. ſi inſtituta, ff. de inoff.
teſtam. & deciſ. Biſign. ſecundam, de iudic. Et
per dictum filium, vel nepotem vigore d. decre
ti fuerint per longum tempus alimenta perce-
pta, ille ſiue nepos, vel filius victor exiſtat in d.
lite, ſiue ſuccumbat, non imputantur in ſortem
principalem ei debitam, nec reſpectiuè per eum
reſtituuntur, ſed ſolum compenſantur cum fru-
ctibus rei petitæ per dictum filium, ſeu nepotẽ,
quando victor exiſtit, ſic tradit Surd. de alim.
tit. 1. quæſt. 124. quam opinionem ſequuta fuit
Rota in d. Romana bonorum de Ceulis 14. No
uembris 1603. corã Penia, quæ deciſio fuit con-
firmata 4. Februarij 1604. coram eodem.

Item eſt aduertendum, quod vbicũq; in com
miſſione reſcribitur cum clauſula ſubminiſtra-
tis Oratori alimentis, & ſumptibus litis, talis
27 † clauſula ſuffragatur etiã hæredi, itaut illius
vigore ei debeantur alimenta, & ſumptus litis,
quando cum hærede cõtinuatur eadem lis, quæ
fuit cæpta cum defuncto, & eadem inſtantia, &
ſic competunt eadem priuilegia, l. hæres abſens
ff. de iudic. Et fuit dictũ in cauſa Bononien. de
de Gargantibus 26. Nouembris 1599. coram
Cardinale Millino; Quod tamen puto verum, ſi
28 † concurrant in hærede eędem cauſæ, quæ con-
currebant in defuncto, propter quas obtinuit,
vt ſibi ſubminiſtrarentur alimenta, & ſumptus
litis, ſecus ſi ceſſarent, quia tunc ceſſaret etiam
ipſa diſpoſitio, & priuilegium, cap. cum ceſſan-
te, de reg. iur. lib. 6.

Sed neque in hac materia eſt omittendum,
29 quod promiſsio † alimentandi in dubio cenſe-
tur perpetua, & ſic durante vita illius, cui ali-
menta fuerunt promiſſa l. Caio §. Imperator ff.
de alim. & cib. legat. l. 1. C. de legat. Et ita ex
facto reſpõdi in caſu quodam occurrenti: Fue-
rant enim Tiberio, & Magdalenæ promiſſa ali-
menta ſi matrimonium ſimul contraxiſſent;
Diſſoluto itaque matrimonio per mortem Ti-
berij, dicebam adhuc Magdalenæ alimenta de-
beri, donec viueret, quia ex legis interpretatio-
ne talis promiſsio cẽſebatur perpetua, præſer-
tim, quia erat facta gratia eorum, quibus alimẽ
ta fuerãt promiſſa, vt per gloſ. in d. l. 1. C. de le-
gat. Paul. de Caſtr. in l. illis ff. de cond. & demõ-
ſtr. vbi id firmat etiam quando dubitantur, cu-
ius gratia promiſſio ſit facta. Præterea in ea
ſpecie promiſsio erat facta mediante copula
per nomina propria, & ſic ſeparatim: Mortuo
igitur Tiberio, licet quo ad eũ promiſsio expi-
raſſet, remanebat tamẽ, quoad Magdalen. quo-
30 niam, quando copula ponitur inter † nomina
propria non requirit concurſum vtriuſq; Bart.
in l. ſi his, qui ducẽta, §. vtrum, ſub num. 5. verſ.
3. caſu, ibi primo caſu ff. de reb. dub. Corn. conſ.
281. num. 2. lib. 3. Et ideo quamuis ſtipulatio in
perſona vnius ex copulatis nõ teneat, tenet ta-
men pro alia parte in perſona alterius, l. ſi mi-
hi, & Titio ff. de verb. obligat. Et ſic non appli-
cabatur, quod copulatiua requireret cõcurſum
vtriuſque, quia ibi nõ erat facta ꝓmiſsio duo-
rum copulatiuè, vt in l. ſi hæredi, de condit. In-
ſtit. cum ſimilibus, ſed erat facta pluribus copu-
pulatiuè, quo caſu refert, an per nomina pro-
pria, vel appellatiua, nam primo caſu, vt dixi,
promiſsio cenſetur facta ſeparatim, perinde, ac
31 ſi in vno Inſtrumento fuiſſent promiſſa alimen
ta Tiberio, in alio Magdalenæ: Secundò † ve-
rò caſu coniunctim: ratio eſt, quia copula, quæ
ponitur inter nomina propria tribuit cuilibet
vim verbi, perinde, ac ſi dictum fuiſſet, promit-
to alere Tiberium, & deinde fuiſſet dictum ſe-
paratim, promitto alere Magdalenam: Videan-
tur Cuman. & Iaſ. in l. turpia §. fin. de leg. 1. &
Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 30.
in fin. verſ. & facit etiam hæc ratio.

Nec obſtabat, quod promiſſio eſſet facta cõ-
templatione matrimonij, quia iſtud admittebã
nam ſi matrimonium non fuiſſet ſequutũ, pro-
miſſio ceſſabat, quia ceſſabat cauſa: Sed dice-
bam, quod ſequuto matrimonio, ex quo cauſa
fuerat ſortita effectum, non ceſſabat diſpoſitio,
quia per exiſtentiam cauſæ, fuerat iam acqui-
ſitum

ſitum ius Magdalenæ mediante promiſſione fa-
cta copulatiuè per nomina propria de ipſam
alendo, perinde, ac ſi fuiſſet dictum, promitto
alere Magdalenam ſi matrimonium contra-
xerit cum Tiberio: Sequuto enim matrimonio
ſemper debentur alimenta, videatur tex. in l.
cum vxori. C. quando dies leg. ced. Vbi licet
legatum vſusfructus cenſeatur factum cõtem-
platione filiorum, qui naſcerentur, tamen vſuſ-
32 fructus † quæſitus per natiuitatem filiorum
durat, licet illi poſtea moriantur: Stant enim
iſta ſimul, quòd promiſſio fiat contemplatione
matrimonij, & tamen alimenta debeantur du-
rante vita, non durante matrimonio: Præſertim
quia eo in caſu concurrebat, quòd Magdalena
nupſerat inæquali, quod non feciſſet, niſi fuiſſet
ſecura de alimẽtis etiã ſoluto matrimonio; Po-
terat enim cogitare, q̃ die ſequẽti matrimoniũ
diſſolueretur, itaut cum ſemel nupſiſſet inæqua-
li, vix poſſet ſecundo nubere: Vnde cum fuiſſet
ſtipulata, ſi contraxero matrimonium cum
Tiberio promittis me alere, iſta promiſſio cen-
ſebatur perpetua, nõ antẽ matrimonio durãte.

Subſequitur alia principalis concluſio in
hac materia, quòd ſcilicet filio etiam ſpurio
33 debentur † alimẽta c. cum haberet, de eo, qui
duxit in matrim. quã pol. per adult. cuius cap.
diſpoſitio habet locum etiam de iure ciuili, &
ſic in Terris Imperij, quemadmodum de com-
✱ muni,* & magis communi teſtatur Rolan. cõſ.
74. à n. 39. vſque ad 48. lib. 1. & conſ. 89. n. 2. lib.
3. Item procedit non obſtante conſtitutione Pij
Papæ Quinti de illegitimis, vt fuit reſolutum
per Rotam in allegata cauſa Bononien. alimẽ-
torum 28. Martij 1594. coram Penia.

Ex qua concluſione iure optimo deduci-
34 tur, quòd filiæ ſpuriæ † debetur dos pro modo
alimentorum iuxta d. cap. cum haberet, & te-
net Bart. in Authen. ex complexu n. 4. C. de in-
ceſt. nupt. & in l. fin. §. ſi à ſocero in fine. ff. quæ
in fraud. credit. quem ſequitur Abb. conſ. 115.
n. 2. par. 2. Bertrand. conſ. 210. n. 5. par. 2. primi
vol. Bald. conſ. 267. n. 6. lib. 1. late Gabr. in tit. de
✱ alim. concluſ. 1. n. 13. qui de magis* cõmuni at-
teſtatur Paleot. de not. & ſpur. c. 49. nu. 6. & te-
nuit Rota in vna Romana aſſertæ dotis. 29.
Nouembris 1593. coram Orano. Etenim debet
taxari huiuſmodi dos ad quantitatem alimẽ-
torum filiæ ſpuriæ debitorum, quia in locum
alimentorum ſuccedit, vt ex ſupra citatis Do-
ctoribus apparet, & ex pluribus firmat Gabr.
in loco ſupra allegato n. 14. Paleot. in d. tract.
de not. & ſpur. c. 45. n. 8. quidquid dicat Dec.
conſ. 611. ſub n. 7. dum vult cõmunem opinio-
nem videri, quod dos debeat conſtitui vſque
ad legitimam, quia ſalua pace ſua hæc conclu-
35 ſio debet intelligi † reſpectu filiorum legitimo-
rum, quibus legitima debetur, nõ reſpectu ſpu-
riorum, quibus nulla legitima eſt debita, ſed
ſolum alimenta præſtari debent quadam mi-
ſerationis cauſa, vt in d. cum haberet, legitur:
Et iura & auctoritates, quas allegat Dec. in ter-
minis filiorum legitimorũ loquuntur: Et quòd
debeat taxari dos pro modo alimentorum te-
net etiam Capic. deciſ. 181. Et huiuſmodi dos
36 mortua † filia ſpuria ad hæredes dotantis reuer-
tetur, nõ autem trãſit ad hæredes filiæ ſpuriæ,
ſicuti aduertit Bal. nouel. in tract. de dote par.
7. priuil. 16. quem ſequitur Capic. vbi ſupra n. 3
& Paleot. de not. & ſpur. d. c. 45. n. 8.

Sed illud quoque adnotandũ eſt, quòd Auus
37 maternus † regulariter non tenetur præſtare
alimenta, nec dotem dare nepti, l. neq; mater
C. de iur. dot. niſi adſit iuſta cauſa, quia tunc
tenetur: Vnde inquit Bald. ibi, quòd iuſta cau-
ſa eſt, ſi mater ſit diues, filia vero pauper; Et in
38 ſubſidium Auus maternus † tenetur ſicut ma-
ter, Ripa in l. 1. n. 81. ff. ſolut. matrim. & à pari
procedunt alimenta, & dos, Bald. in loco præ-
allegato Ripa in d. l. 1. n. 79. Et idem dicendũ
eſt de hærede Aui, quod de ipſo Auo, Abb. cõſ.
115. lib. 2. in princ. Item procedit etiam in ne-
39 pte illegitima † quia etiam ſecundum naturã
danda ſunt alimenta filijs ſpurijs, vt ſupra di-
ctum eſt, & tradit Couar. lib. 4. Decret. de ſpõſ.
2. par. cap. 8. §. 6. & ita quoque tenuit Rota in
cauſa Romana de Veroſpis 16. Februarij, & 21.
Iunij 1568. coram Cardinale Seraphino.

Pari ratio, ne aduotare debemus, quòd fra-
40 tri etiam pauperi † ſunt præſtanda alimenta à
fratre diuite etiam obtinente maioratum non
inſtitutum à patre, ſed à tranſuerſali, & etiã ſi
frater alendus ſit Doctor, Silueſt. Aldobr. conſ.
28. n. 16. 21. & 26. Decian. conſ. 30. lib. 2. Roger.
qui loquitur de doctore paupere cõſ. 17. n. 19. &
20. Qui Doctores licet loquãtur in legato ali-
mentorum facto à Patre, tamen fundantur in
illa ratione, quia licet habeat induſtriam, non
per hoc dicitur habere vnde ſe alat, & Molin.
de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 15. n. 59. dicit,
quòd cum frater ad iſta alimẽta teneatur ex
naturali charitate, & ex iure ſanguinis, non eſt
conſiderandum à quo proueniant diuitiæ, quas
poſſidet: Et iſtam doctrinam Molinæ am-
plexa fuit Rota in vna Bononien. de Bouijs 24.
Nouembris 1604. corã Iuſto: Et procedit etiã
41 quoad fratres naturales: † Nam ad præſtanda
illis alimenta frater debet cogi per Iudicem
etiam per pignorum captionem, & diſtractio-
nem, vt per Molin. vbi ſupra, qui aſsignat ibi
remedia ab obuiandum fraudibus fratrum di-
uitum, & dat modum, & tempus præſtandi ali-
menta etiam extra Domum, & idem fuit deci-
ſum in Romana alimentorum 11. Februarij
1605. coram Penia, in qua fuit dictum eſſe locũ
aſſignationi, vel aſſecurationi præſtationis ali-
mentorum iuxta dictam doctrinam Molinæ,
& ibi agebatur de poſſeſſore maioratus, quem
fuerat dictum teneri alere nepotes naturales
ex fratre, à quo in ipsũ maioratus peruenerat.
42 Similiter eſt aduertendũ, quod vxori † mor-
tuo marito perduranti in viduitate debentur
ab hæredibus viri alimenta ſiue nullã dotẽ ha-
beat, ſiue habeat, ſed adeo paruã, quod ex red-
ditibus eius viuere nequeat ad tex. in authen.
præterea. C. vnde vir, & vxor. ita in terminis cõ-

✱ 43 ſuluit Decian. conſ. 70. lib. 2. Quod eſt verum infra † annum dotis reſtituendæ de iure ciuili,
iuxtã tex. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. act. nam poſt dictum tempus non tenetur ad alimenta

menta latè Pont.de alimen. cap. 15. Viuente
44 autem marito† ab eo debentur alimenta vxo-
ri, etiam quod eam duxerit ſine dote ad not.
in l.q̄ ſi nulla ff.de relig.& ſumpr.fun.Innoc.in
c.per veſtras in fin. de donat.int. vir. & vxor.
cũ alijs de quibus p Põtan. vbi ſupr.c.14.n.5.

Contrarium, quod immo maritus teneatur
alere vxorem propter dotem indotatam vero
non, fuit dictum in cauſa Romana prætenſæ
dotis 5.Aprilis 1604. coram Litta.

45 Bene verũ eſt,quod ſi marito†fuit promiſſa
dos,& non ſoluta poteſt ipſe in hoc caſu dene-
gare alimenta vxori eã remittendo ad Domũ
patris,vel fratris, qui dotem promiſerunt, ibi
alendam per eos Bald.in l.ſi donaturus §.1.in
1. not.ff.de cond. ob cau.cum alijs per Pont.
vbi ſupra num.7.

Limita,quod dictum eſt poſt annũ ab hære-
dibus viri non eſſe præſtanda viduæ alimenta,
46 vt non procedat ſi Vidua præter dotẽ†non ha
beat alia bona,ex quorũ redditibus poſſit ali-
menta percipere,nec fuerit in mora repetendi
dotem, quam poſt adhibitã diligẽtiam conſe-
qui non potuit,quia tunc debet ab hæredibus
mariti etiã trãſacto anno alimentari Specul.ĩ
tit.qui fil.ſint legit.§.1.verſ. ſed nũquid petet
vxor.& ibi Adden. ſub littera D.gloſ.& Bart.
in l.vnica §.exactio C.de rei vxor.act.Aret. &
Abb.in c.ſalubriter n.6.de vſur.vel eidẽ viduæ
47 fructus† ipſius dotis loco alimentorũ debẽtur
Anchar.in c.peccati venia q.4.n.9.verſ. & pro
hoc poſſet dici de reg.iur.in 6.Paul. de Caſtr.
conſ.428.n.3.verſ.nã & ſi nulla dos lib.2.An-
gel.in l.diuortio n.4.verſ.ſi autem mulier non
habet,& ibi Imol.n.6. verſ.tu potes dicere, &
Alex.n.24. verſ. aut non habebat, & ibi Aret.
n.4.ff. ſolut.matrim. Afflict.deciſ.284. n.2.Pa-
riſ.conſ.64.in princ. lib.4.vbi hanc concluſio-
* nem*cõmuniter approbari affirmat à Iuriſtis,
Canoniſtis,& Sũmiſtis,Palat.Rub.in c.per ve-
ſtras §.8.n.4.verſ.mihi tamen in fin. & n.5.de
donat. inter vir. & vxor. Vbi dicit,quod licet
ſoluto matrimonio ceſſet nomen dotis, non ta
men ceſſat ſubſtãtia debiti,ex cuius dilata ſo-
lutione vidua patitur intereſſe, propter quod
permiſſum eſt illi,& debet exigere alimenta.
Et quod iſtis duobus concurrentibus copula-
tiuè fructus dotis debeantur pro alimẽtis,Vi-
48 delicet,inopia Viduæ † ita vt aliunde non ha-
beat alimenta, & quod fecerit diligẽtiam pro
dote effectualiter habenda ab hæredibus ma-
riti,tenuit Rota in multis cauſis, & ſignanter
in Romana, ſeu Cæſenaten. fructuum dotis
die Iunij 1603. coram Litta.

Et ſcias,quod ad iſtum effectũ conſideratur
integra dos tanquam patrimonium viduæ ex
cuius prouentibus commodè ſubſtentari poſ-
ſit iuxta ſui ſtatus qualitatem Bald. conſ. 58.
incip.in reſtitutione dotis n.7.lib.2.quẽ refert
& ſequitur Surd.in tract.de alimen tit.4.q.20.
49 n.6. Nec ſufficit † q̄ vidua habeat conſangui-
neos diuites,qui illã alere poſsint,quia de iu-
re non ipſi,ſed hæredes mariti,qui fructus do-
tis percipiunt hoc onere grauãdi ſunt Salicet.
in d.l. vnica §.ſin autem n.33.verſ. tamen ego
teneo C. de rei vxor.act. Aret.in d.l. diuortio
n 4.verſ. debet tamen intelligere.ff.ſolut. ma-
50 trim.Sicut nec ſufficit†q̄ habeat bona quę poſ
ſit vendere,quia ad iſtum effectũ conſideratur
tantum an habeat prouẽtus, ex quibus ali poſ
ſit, cum non teneatur vendere propria bona.
Bald. conſ.311. incip. ſicut dixi ita dico lib. 2.
Capic. deciſ.24.n.2. verſ. nec conſideratur.

Et prædicta ſine dubio locum habẽt in filia
51 vidua,cui †fructus dotis debentur ſub nomine
intereſſe à die,quo ab hæredibus patris fuit il
li retardata dotis ſolutio gloſ. in l. videamus.
la 2. §.ſi actionẽ ff. de vſur. gloſ.fin. in l.filius
familias §.fin.vbi Bart.ff.de verb.oblig. Socin.
in l.pacta quę contra nu.3. C. de pact.late Pe-
trus Barboſa in l.de diuiſione nu.13.ſolut.ma-
trim. Aym. conſ. 189. num.2. Rolan.conſ. 91.
nu.19.lib.1. Præſertim quando Statutum ex-
cludit filias à ſucceſſione patris, & mãdat eas
52 dotari; Quia cum hoc in caſu † dos ſuccedat
loco legitimæ,abſquè dubio filia debet habere
alimenta tanquam fructus legitimę Curt.Sen.
conſ.27. in fin. Abb. conſ. 524. nu.4. Hieron.
Gabr. conſ.139. nu.14.lib. 2. Et in Vrbe ceſ-
ſat difficultas ſtãte Statuto antiquo cap.2. lib.
4. quo dotis fructus ex conſuetudine fori re-
53 dacti ſunt ad computum † ſeptem flotenorum
cum dimidio pro quolibet cẽtenario, & taxa-
ri mandantur, tam pro oneribus matrimonij
poſt moram nõ ſolutæ dotis,quàm pro alimẽ-
tis viduarum etiam habentium pignus dotale
ex quo poſſint recipere fructus loco alimento-
54 rum. Quod Statutum † generaliter eſt intelli-
gendum etiã de fructibus percipiendis aliter
quã ex re hypothecata,vt indicat dictio (etiã)
55 quę de † ſui natura eſt implicatiua tacita di-
uerſas ſpecies ab expreſſis includens c. tanta
de ſimon. c. grauis de ſent. excommun.l.etiã
ff. ſolut. matrim. Et ita fuit deciſum per Ro-
tam in cauſa Romana fructuum dotis 27. Ia-
nuarij 1597. coram Orano.

Dubium tamen eſt in hac materia, An bo-
56 na mariti tacite† obligata cenſeantur pro ali-
mentis vxori debitis? Nam Bart. in l. luctus
ff. de alimen. & cib. legat. verſ. item eſt tex.&
in tract. de alim.in vltima opinione per tum
relata verſ. quæro an vxor, tenet quod non, &
Imol.in l. ſi cum dotem §.item pater verſ. vlt.
ff. ſolut. matrim. idem tenet, & iſtam opinio-
* nem *communẽ dicit Roman.conſ.454. incip.
in re præſenti circa fin. Abb. conſ.53. lib. 2.
Caſtren. conſ.8. lib. 2. Alij verò contrariam
opinionem amplectũtur, inter quos eſt Afflict.
deciſ.10.nu.3. & Bald. in d l.vnica §.& vt ple-
nius in princ. C.de rei vxor. act. Et hanc opi-
nionem tanquam æquiorem, & ſaniorẽ ſequi-
tur Mi̅ſinger.ſingul.obſeruat cent.1.obſer.64.
quam tamen dicit modificandam eſſe duobus
modis, vt ibi per eum.

Sed neque pręterm ittendum eſt, quod lega-
57 tum certæ ſummæ† pecuniarum relictũ vxori

pro

pro alimentis donec vidualiter vixerit ſubſti-
netur, nec debet iudicari vſurarium, quaſi
factum in cauſam retardatæ ſolutionis dotis,
licet teſtator dixerit pro alimentis, & fructi-
bus dotis, & vlterius mandauerit hæredibus
ſuis dotem reſtitui ſtatim atque mulier ipſa
ad ſecunda vota tranſiuerit l.vlt.vbi Bald.n.2.
C.de ind.vid.tollen.idem Bald.conſ.42.in fine
verſ.vnde fateor lib.5. Card.Mantica de con-
iect.vlt.volunt.lib.11.tit.19. n.22.& ita tenuit
Rota in vna Romana Saluiani interdicti 20.
Aprilis 1599. coram Horatio Cardinale Lan-
cellotto, quæ fuit confirmata 2. Iunij eiuſdem
anni coram eodem.

Illud etiam notandum eſt, quod ab Eccleſia
58 patronis alimenta † præſtari debent c. quicũ-
que il 2.16. q.7. & quamuis gloſ. ibi in verbo
ad inopiam hoc intelligit quãdo ſunt in ſum-
ma ęgeſtate conſtituti, tamen tex. in c. nobis
de iure patron.requirit ſolum vergentiam ad
inopiam, vnde ſi patroni aliquid poſſidet, quo
mediante ali modeſte poſſint, alimenta non
debentur, vt Rota tenuit in Regien. Priora-
tus 1. Iulij 1596. coram Penia. Et quod ino-
pia patroni quo ad effectum prædictum conſi-
deretur, quando conſtat quod aliter viuere
nequeat, tenet Lambert.de iurepatron. lib. 3.
art.4.3. quæſt.princip. n.3. verſ.notandum eſt
ſecundo. Et idem Lambertin. vbi ſupra, Art.
tamen 3. late de hoc diſputat, & tandem con-
cludit, quod nõ requiratur in patrono ſumma
egeſtas, ſed ſufficiat ſi conſtet quod aliter ſe
ſubſtẽtare non valeat ſecundum ſuam condi-
tionem, & qualitatem, quod potiſſimum pen-
det ab arbitrio Iudicis, & hanc opinionem ſe-
59 quuta eſt Rota reprobata † opinione gloſ. in
d. c. quicumque in eadem Regien. Prioratus
19. Ianuarij 1598. coram eodem Penia.

60 Declara tamen, nam patronus † Eccleſiæ eſt
alẽdus ab illius Rectore vbi Rector poſſideat,
& habeat tot bona, quæ ſuperſint ſuis, nec non
Eccleſiæ ſuæ neceſſitatibus ita ut ſcribit Cyn.
in l. competens. C.de alen.liber. à paren.

Accedit & alia concluſio in hac materia
61 ſcitu digna videlicet, quod vbi alimenta † ſunt
præſtanda alicui, vt puta filio, nepoti, fratri,
vxori, vel ſimilibus perſonis ex diſpoſitione
legis, tunc ſemper ſunt præſtãda in Domo, niſi
is, cui debẽtur probet iuſtam cauſam non co-
habitandi cum eo qui tenetur alimenta præ-
ſtare, Ita Roman.& Imol.in l.ſi cum dotem §.
tranſgrediamur in fine.ff. ſolut.matrim. Vbi
62 dicunt, quod ſi filius velit † recedere à patre
cum vxore ſine cauſa, nec dotem nurui, nec
alimenta ipſi extra Domum eſſe præſtanda, ſe-
quitur Iaſ.in l.cum hi §.vult igitur n. 10. de
tranſact. Hinc vidua, quę ad hæredibus viri eſt
63 alenda intra annũ luctus alimenta † extra Do-
mum hæredum petere nõ poteſt, niſi iuſta cau-
ſa ſubſit ne cum illis moretur Paris in l.diuor-
tio nu.9. verſ. item ſcias ff. ſolut. matrim. &
in his terminis procedit deciſio facta in illa
Romana alimentorum 13. Nouembris. 1591.
coram Penia, & in alia Romana alimentorum
22. Iunij 1592. corã Cardinale Arigonio: Idẽ
fuit reſolutum in cauſa Spoletana alimentorũ
19. Decembris 1597. coram Gipſio, in qua nõ
fuit habita pro legitima cauſa reſpectu neptis
quæ diſceſſerat ab Auo, quod Auus duxiſſet
vxorem. Vbi autem alicui debita ſunt alimen-
ta ex diſpoſitione teſtatoris, ſi teſtator non di-
xit pręſtari debere in Domo ipſius grauati, re-
64 gulariter ſolui poſſunt † extra Domum illius
vt tenet Pariſ.in d.l. diuortio n.9. verſ.itẽ ſcias
ff. ſolut. matrim. Ita diſtinguendo inter alimẽ-
ta debita ex diſpoſitione legis, & ex diſpoſitio-
ne hominis tenuit Rota in d.Spoletana alimẽ-
torum 24. Maij. 1593. coram Gypſio: quę lo-
quitur in fortiori caſu, nam ibi fuerat legatus
victus, veſtitus, & habitatio in Domo teſtato-
ris, & cõſuetudo patriæ erat, quod victus præ-
ſtaretur in pane, & vino, & tamẽ quia fuit pro-
bata iuſta cauſa non cohabitandi cum obliga-
to, fuit dictum quòd alimenta huiuſmodi præ-
ſtarentur in grano, vino, & oleo, & reſpectu re-
liquorum in pecunia numerata extra Domũ.
Et ita fuit tẽtum in vna Fulginaten. primoge-
nituræ 18. Aprilis. 1597. coram Litta.

Ex prædictis autem infertur, quod in Domo
mariti regulariter vxori alimenta ſunt pręſtã-
65 da ab eius viro, cui vxor † tenetur pręſtare ope-
ras ſuas, & omne lucrũ indè prouenientes gloſ.
in l. ſicut ff. de oper. liber. Bart. in l. ſi Caio
§. 1.ff de aliment. legat. cum alijs per Põtan.
de aliment. c. 14. nu. 8. Et ſeorſum habitan-
66 ti † à marito non Iudice auctore, ſed propria
auctoritate, etiã quod pendeat lis ſuper præ-
tenſa ſæuitia viri ſeù ſuper ſeparatione Thori,
aut diſſolutione matrimonij aliqua de cauſa
non debentur alimenta à viro etiam de fructi-
bus dotis ipſius mulieris Thom.de Tau.deciſ.
11. & fuit tentum per Rotam in vna Papien.
matrimonij 19. Februarij. 1596. coram Car-
dinale Pãphilio, & benè deducitur per Io.Bap-
tiſtam Ferrettum conſ. 97.lib.1. Qui tamen ad
67 mittit ei deberi † alimẽta pro modo dotis, vbi
pro ea lata ſit ſententia vna ſuper iuſta cauſa
68 diſceſſus. At vbi receſſerit à viro † ex cauſa, &
nõ propria auctoritate ei debẽtur alimẽta præ
ſtari à viro pẽdente iudicio ſeparationis tho-
ri, & ſumptus litis Afflict. deciſ. 10. nu. 1. Mar-
ſil. in l. 1. §.cum quis latrones n. 8.ff.de quæ-
ſtion. & tenuit Rota in illa Biſuntina ſepera-
tionis thori 1. Aprilis. 1596. coram eodẽ Car-
din. Pamphilio, in quá ſtante ampla dote mu-
lieris triginta mille ducatorum, & maximis
facultatibus ipſius viri fuerant taxata alimẽ-
ta ad ſcuta centum auri menſtrua, & ad maio-
rem ſummam fuiſſent taxata, vbi interim mu-
lier ipſa non fuiſſet alenda in Monaſterio in
quo longe minores ſumptus fiunt quam extra.
Quam concluſionem ex pluribus comprobat.
Ludouicus à Figuera deciſ. crimin. 20. à nu.
4. vſquè ad finem.

A iura-

A Iuramento præſtito ſuper contractu ad effectum agendi, quando abſolutio ſit petenda, & nunquid citatio partis requiratnr. Cap. LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento in contractu præſtito datur ſolum ad effectum agendi, & ante omnia eſt petenda ab eo qui vult agere ad reſciſſionem.*

2 *Amplia, vt hæc abſolutio ſit petenda etiam ab eo qui vult agere ad reſciſſionem tranſactionis quamuis alleget defectum conſenſus ex capite erroris.*

3 *Error ad effectum reſcindẽdi tranſactionem debet eſſe circa cauſam finalem, & ſine qua alias quis non fuiſſet tranſacturus.*

4 *Abſolutiones tot debent peti ab eo, qui vult agere ad reſciſſionem contractus, quot præcedunt iuramenta.*

5 *Iurans non contrauenire contractui, nec petere abſolutionem à dicto iuramento, ſi vult agere ad illius reſciſſionem, debet in primis petere abſolutionem à iuramento de non petendo abſolutionem, & ea obtenta iterum facere ſe abſoluere à iuramento præſtito de non contraueniendo contractui.*

6 *Declara, vt abſolutio vnica ſufficiat quando ſupplicatio eſt generalis, & omnia iuramenta quæ obſtant agenti complectitur.*

7 *Item declara niſi plura contineantur iuramenta tendentia ab obſeruationem eiuſdem actus quia tunc ſufficit vnicam petere abſolutionem ad effectum agendi contra illum actum.*

8 *Abſolutio à iuramento præſtito in vltima trãſactione ſufficit ad effectum illam impugnandi, licet ſint facta diuerſa tranſactiones iurata, præſertim quando per vltimam à prioribus receditur.*

9 *Iuramentum conſenſu partium remitti poteſt.*

10 *Abſolutio à iuramento in contractu præſtito eſt petenda ab eo qui vult illum impugnare quãuis Statutum annullet ipſum iuramentum niſi nullitas, & iniuſtitia contractus ſit detecta antequam quis agere incipiat, & nu. 11.*

12 *Iurans non petere abſolutionem à iuramento in contractu præſtito poteſt quoque huius iuramenti abſolutionem petere.*

13 *Abſolutio à iuramento præſtito in contractu nõ requiritur ad effectum reconueniendi.*

14 *Item non datur à iuramento præſtito ſub prætextu quod contractus ſit vſurarius, niſi ſaltem ſemiplene hoc probatum fuerit, quo caſu abſolutio peti debet ante terminũ ſolutionis, & n. 15.*

16 *Non eſt neceſſaria quando in contractu adeſt enormiſſima læſio de qua conſtet per ſententias latas ſine oppoſitione partis de periurio.*

17 *Non datur, nec obtenta ſuffragatur, vbi quis ante obtentam ipſam abſolutionem aliquos actus iudiciales peregerit, per quos fuerit factus periurus, ſed eſt neceſſaria abſolutio à periuro iam incurſo, & n. 18.*

19 *Conceditur abſque citatione partis, quando petitur ad habilitandam perſonam, vt poſſit agere, ſecus ſi petatur, vt per eam tollatur obligatio contractus, & n. 20.*

21 *Periurium non incurritur à principali, quando procurator agit aduerſus contractum iuratum abſolutione non obtenta, ſed tantum proceſſus eſt nullus.*

PRo regula ab omnibus traditur, quod volẽs agere ad reſciſſionem alicuius cõtractus puta tranſactionis, in primis, & ante
1 omnia debeat † petere abſolutionem à iuramento per ipſum præſtito in dicto contractu, vel tranſactione, quę ſibi ad effectum agendi tantum ſolet concedi c. 1. de iureiuran. Abb. in c. cum cauſam n. 13. & in c. cum contingat n. 23. eod. tit. Alex. cõſ. 125. lib. 1. & teſtatur eſ-
* ſe communem opinionem Dec. eam ſequutus, conſ. 149. nu. 6. & ita ſemper ſeruauit Rota Caſſad. deciſ. vnica de empt. & vendit. Rota diuerſ. in manuſcript. deciſ. 122. & fuit reſolutum coram Robuſterio in Tiraſonen. decimarum 10. Octobris 1576.

Extenditur Primo hæc concluſio, vt proce-
2 dat, etiam ſi quis alleget defectum † conſenſus ex capite erroris l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. quo caſu iuramentum non obſtat l. fin. C. de nõ numer. pecun. Quia iſtud nõ habet locum niſi errore detecto, non autem quando eſt diſputandum de errore, idque ne quis in proprio iuramento ſibi ius dicere videatur Gramat. conſ. 30. n. 32. lib. 1. Aym. conſ. 7. Afflict. deciſ. 322. & 393. & fuit dictum in ſupra allegatis deciſionibus, & coram Bubalo in Romana legitimæ 20. Maij 1588. & Mediolanen. Affictus, coram Orano de anno 1587. Idq; præſertim obtinet, quando non conſtat; An ſit talis error qui ſufficiat ad effectum reſcindendi tranſactionem, cum ad illius reſciſſionem error in qualibet cauſa non ſufficiat, ſed de-
3 bet † error verſari circa cauſam finalẽ Doct. in l. damus. ff. de cond. indebit. Bart. in l. demõſtratio. §. quod autem n. 6. ff. de condit. & demonſtrat. Et ſine qua alias quis non fuiſſet tranſacturus, Fulgoſ. in l. ſi cum te nu. 4. & ibi Paul. de Caſtr. nu. 3. ff. de pact. Socin. conſ. 159. n. 22. lib. 2.

Secundo extenditur, vt locum habeat quãuis plura adſint iuramenta, quia tunc nõ ſufficit petere abſolutionem quoad vnum iura-
4 mentum tantum, ſed tot † debent peti abſolutiones, quot præcedunt iuramenta Roman. conſ. 326. n. 5. Socin. conſ. 59 n. 7. lib. 3. Gramat. deciſ. 66. nu. 12. & fuit tentum in Romana de Theodolis 28. Februarij 1592. coram Cardinale Blanchetto. Vnde ſi quis iurauerit nõ venire aduerſus contractum, & ſimiliter iurauerit non petere abſolutionem à iuramento, de-
5 bet † in primis abſolutionem petere à iuramẽto præſtito de non petendo abſolutionem, & ea obtenta iterum facere ſe abſoluere à iuramento præſtito de nõ contraueniendo contra-

ctui

ctui ita Bald.in repet.l.2.n.91.ad med.ff.de iu-
reiuran.Gramat.conſ.ciuil.25. n.1. vbi plures
allegat Roman. conſ.326.Grat.conſ.23. n.13.
lib.2.Pariſ.conſ.43.n.18.& conſ.96.n.92. lib.1.
Rolan.conſ.34.nu.5.& ſeq.lib.1.cum alijs per
Seraphin.de priuileg.Iuram.priuileg.83.n.46.

Sed hoc declaratur, vt non procedat,quan-
6 do ſupplicatio pro obtinenda † abſolutione
eſt generalibus verbis cốcepta,& taliter,quòd
omnia iuramenta, quæ obſtãt agenti comple-
ctatur,quia tunc ſi ſupplicatio ipſa ſimpliciter
ſignetur, ſufficit vnica abſolutio,vt per Felin.
in c. conſtitutus nu.14.verſ. amplius dicas de
reſcript.Pariſ.conſ.43.n. 15.lib.3.& ita tenuit
Rota in Mediolanen. bonorum 4. Iunij 1597.
coram Cardinale Pamphilio, quæ fuit confir-
mata 5.Iunij 1598.coram Orano.

Rurſus declaratur, vt habeat locum quan-
do pluralitas iuramentorum tendit ad diuer-
7 ſa,ſecus ſi plura † contineantur iuramenta tẽ-
dẽtia ad obſeruationem illius actus, quia tũc
ſufficit vnicam petere abſolutionem ad effe-
ctum agendi contra illum actum Bald. in l. 2.
ſub n.164.de iureiuran. Grat.conſ.23. nu. 13.
lib.2.& fuit tentũ in vna Romana legatorum
13. Nouembris 1595. coram Orano: Ex quo
8 infertur, quòd ſi diuerſæ ſint factæ † tranſa-
ctiones iuratę, & vltima impugnetur, ſufficit
petere abſolutionem reſpectu vltimæ,Roman.
ſingul.499.& ibi Addit.& tenuit Rota in alle-
gata Mediolanen.bonorum 4.Iunij 1597. corã
Cardinale Pamphilio: idque præſertim quã-
do per vltimã tranſactionẽ receditur à prio-
ribus, quia tunc cenſentur remiſſa iuramenta
9 priora, quæ conſenſu † partium remitti poſ-
ſunt Alex.conſ.59.n.2.lib.1. Et ſic non dicun-
tur plura iuramenta, ſed vnicum tantũ tranſ-
fuſum in vltimum, vt declarat Caputaquen.
deciſ.393.incipien. abſolutio in fin. lib.1. in
manuſcript.

Tertio eadem regula extenditur, vt proce-
dat,quamuis Statutum annullet iuramentum
10 interpoſitum † in aliquo contractu ſine certis
ſolemnitatibus,quia hoc etiam caſu eſt neceſ-
ſaria abſolutio à iuramẽto, vt in terminis cõ-
ſtitutionis Marchiæ tenuit Rota in Firmana
bonorũ, quæ habetur inter manuſcriptas di-
11 uerſorum deciſ. 21. Et hoc,niſi conſtet † eui-
denter,quod ſit locus Statuto, vel nullitas, &
iniuſtitia contractus ſit detecta antequam ali-
quis agere incæperit, ſecus ſi non ſit detecta,
quia tunc is, qui iurauit,non poteſt propria
auctoritate iuramẽtum cõtemnere,ſed debet
obtinere prius abſolutionem, Bald. conſ.155.
lib.3.& fuit tentum in Tiraſonen.Decimarum
8.Octobris 1586.coram Robuſterio.

Quarto extenditur, vt locum babeat etiam
12 ſi quis iuraſſet † ſe abſolutionẽ,aut relaxatio-
nem non petiturum à iuramento, nam huius
quoque iuramenti abſolutionem, & relaxa-
tionem petere debet, vt eleganter adnotauit
Bald.in l.2.col.28.verſ. ex quoad primã quęſt.
ff. de iureiur.Felin. in c. debitores n.9.eod.tit.

Sed quamuis regulariter ad reuiſionem cõ-
tractus ſit neceſſaria abſolutio a iuramento,
vt dictum eſt,tamen hoc non procedit ad effe-
13 ctum reconueniendi: † Immo nec datur, quã-
do agitur ſuper mercede,& ſalario,& Signatu-
ra alias denegauit talem abſolutionem à iura-
mento ei,qui conuentus fuerat pro certa ſum-
ma,ad quã ſe obligauerat in forma Cameræ,
cũ iuramẽto Caſſad.deciſ.vnica de mut.peti.

14 Similiter quotieſcunque à iuramento † præ-
ſtito abſolutio petitur ſub prætextu, quod cõ-
tractus ſit vſurarius, talis abſolutio concedi
non debet,niſi ſemiplenè ſit probatum dictum
contractum eſſe vſurarium,Feder.de Sen.conſ.
300. nu. 2. verſ.Item dico,qui ſubdit,quod ob
tenta d. abſolutione poterit quidem ille veni-
re contra dictum cõtractum,ſed iterato debet
probare plenè, quod contractus ſit vſurarius,
nec probationes factę ad effectũ obtinendi ab-
ſolutionem ei in aliquo deſeruire poſſunt, Et
petenda eſt d. abſolutio re integra, & ſic an-
15 te † terminum abſolutionis Io. Andr. in c.de-
bitores ſuper gloſ. pen. in fine de iure iuran.
quem ſequitur Feder. de Senis vbi ſupra verſ.
Item dico quod abſolutio.

16 Præterea huiuſmodi abſolutio † non requi-
ritur ſtante enormiſsima læſione Butr. in c. cũ
contingat nu. 13. de iure iuran. Angel. in l.
vlt.nu.2. & 3. ff. qui ſatiſ. cog. Dec. conſ.180.
nu.6. & 349. nu.3. Socin.Iun.conſ.48.n.9. lib.
1.Quod intellige quãdo de enormiſſima læſio-
ne conſtat per ſententias latas ſine oppoſitio-
ne partis de periurio,alias ſemper eſt neceſſa-
ria abſolutio, cum non ſit aperienda via, vt
eludatur iuramentum,ità fuit tentum in vna
Romana legitimę de Vrſinis 20.Maij 1588.co-
ram Bubalo, & in vna Nepeſina laudi 10. De-
cembris 1604.coram Cardinale Millino.

Simili quoque modo quoties quis antequã
17 obtinuerit abſolutionem † à iuramento ali-
quos actus iudiciales peregerit,ꝑ quos in per-
iurium inciderit, abſolutio à iuramento præ-
ſtito in contractu peti non poteſt, nec obtenta
ſuffragatur Federic.de Sen. conſ.300. in fin.
verſ. ſi enim eſt lapſus, Anchar. conſ. 198. ſub
n.3.verſ.item aduertendum Alex.conſ.17.n.3.
& 4.lib.3. & conſ.83. n.7.lib.5.& tradunt cõ-
* muniter * canoniſtæ in c.1.vbi Abb.n.10.de iu-
18 reiuran. Sed eſt neceſſaria abſolutio à periu-
rio iam incurſo Afflict.deciſ.220.n.17. quæ nõ
cõceditur niſi adſit iuſta cauſa vt per Adden.
ad dictum conſ.Alex.83.ſub n.7. littera B.

Sed dubium eſt vtrum abſque partis cita-
tione hæc abſolutio à iuramento concedatur?
& eſſe concedendam tradit Oldr.conſ.120. &
136.quem ſequitur Caſſan.conſ.1.n.106.Idem
tenet Affl. deciſ. 220.Verum hoc intelligitur
19 quando abſolutio † petitur ad habilitandam
perſonã,vt nõ obſtante iuramento poſſit age-
re. Nam licet multi velint etiam tunc neceſ-
ſariam eſſe cauſæ cognitionem, & partis præ-
ſentiã,quos recenſet Couar.var.reſol. c.4.n.6.
lib.1.&Andr.Gail.obſeru.22.n.2.& 3.lib.1.ta-
men

men contraria ſententia frequentiori calculo
recepta eſt, & praxi magis conuenit, cum per
abſolutionem huiuſmodi nullum præiudicium
aduerſario inferatur, cui ſaluum manet omne
ius, quod ex iuramento cõtractui accedit Ol-
drad. conſ. 220. Rolan. conſ. 2. nu. 6. lib. 2. Et
hanc ſententiam Rota in pluribus cauſis fuit
amplexa, & præſertim in vna Cæſenaten. bo-
norum 23. Februarij 1573. coram Cardinale
Blanchetto, & in alia Papien. bonorũ 20. Maij
1604. coram Cardinale Millino, ſecus ſi abſo-
20 lutio iuramenti † petatur, vt per eam tollatur
obligatio contractus, quia tunc ſine cauſæ co-
gnitione, & partis citatione non valet. Et ita
paſsim hanc diſtinctionem ſeruat Rota, & fuit
tentum in illa Colimbrien. relaxationis iura-
menti quinta Maij 1606. coram Ortembergo.
Sed animaduertẽdum eſt, quod licet princi-
palis ipſe agens contra contractum iuratum
abſolutione nõ obtenta incidat in periurium,
vt ſupra dictũ fuit, tamen diuerſum eſt ſi pro-
21 curator † agat, quia procurator non cenſetur
habere mandatũ ad ea peragenda, ex quibus
cõſtituens incidere poſsit in pœnã: Igitur pro-
ceſſus à procuratore factus erit tantũ nullus,
& nouo proceſſu conſtituens indigebit pręmiſ-
ſa abſolutione à dicto iuramento, Ita tenuit
Rota in vna Spoletana cenſus, 20. Maij 1598.
coram Horatio Cardinale Lancelotto.

Priuilegium exemptionis quando extendatur ad bona acquirenda poſt conceſſionem, & ſi fuit impetratum lite pendente, an dicatur nullum, & ſubreptitium, vel ſaltem lite finita ſuſtineatur. Cap. LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium exemptionis extenditur etiam ad bona acquirenda poſt conceſſionem, quando eius verba ſunt vniuerſalia, ſecus ſi ſolum indefinita, & num. 3. & 4.*
2 *Interpretatio lata ex proprietate verborum proueniens in materia etiam odioſa, & alteri præiudiciali admittitur.*
3 *Teſtator ex vniuerſalitate, & geminatione verborum cenſetur legare etiam bona futura.*
6 *Verba vniuerſalia, & geminata comprehendunt maiora expreſsis, & digniora.*
7 *Verba futuri temporis, quando ſunt geminata important canonem latæ ſententiæ, ſecus ſi non ſunt geminata.*
8 *Priuilegium pendente lite impetratum non ſuffragatur, nec liti præiudicat, niſi de ea fiat mentio, etiam ſi priuilegium motu proprio fuerit conceſſum.*
9 *Limita, niſi lis eſſet turbida, de qua non eſſet facienda mentio in motu proprio.*
10 *Subreptio inducitur ob non factam mentionem litis, quotieſcumque cauſa fuit commiſſa, et pars fuit citata, vel ſaltem habuit notitiam de lite introducta.*
11 *Priuilegium impetratum lite pendente valet lite finita, quãdo ſententia fuit lata pro impetrãte.*
12 *Declara, quando priuilegium eſt generale, ſecus quando eſt ſpecialiter impetratum in certa lite doloſe non ex ſimplicitate, & ignorantia, quia tunc, licet non præiudicet liti, ea tamen finita ſuſtinetur. & n. 14.*
13 *Subreptio in priuilegijs vitiat ipſo iure.*
15 *Priuilegium impetratum lite pendente non faciens mentionem de iure illius, qui ſententiam obtinuit non valet etiam lite finita.*
16 *Valet quo ad litem nouiter inſtaurandam quando ſententia fuit lata ſuper eo, quod competebat de iure communi.*
17 *Princeps concedens priuilegium contra ius commune cenſetur derogare nedum iure communi, ſed etiam ſententiæ pro eo lata.*
18 *Priuilegium quantumuis generale impetratum lite pendente non trahitur ad lites pendentes, & ſic non comprehendit præterita, vel pendentia. ſed futura.*
19 *Impetratũ in materia. ſuper qua fuit lata ſententia, quæ trãſiuit in rem iudicatã, non valet quo ad ipſam ſententiam ſi nõ fecit de ea mentionẽ.*

DVbitari aliquãdo ſolet, An priuilegium
exemptionis extẽdatur ad bona acqui-
renda poſt conceſsionem? Et eſt reſol-
1 uendum affirmatiuè, dummodo verba † priui-
legijs ſint generalia, veluti ſi eximantur bona
quæcũque, Nam in materia quãtumuis odio-
2 ſa, & alteri præiudiciali non excluditur † lata
interpretatio, & ex proprietate verborũ pro-
ueniens, vt per Aret. in l. cum lege, poſt princ.
per illum tex. ff. de teſtam. Calder. conſ. 1. in
princ. verſ. ſed poſſet reſpõderi, de conſanguin.
& affinit. Aym. in l. 1. n. 69. ff. de leg. 1. Et ſi
verba non ſolum ſint generalia, ſed etiam ge-
minata res caret difficultate; Quia licet ſtan-
3 tibus verbis † indefinitis fortaſſe nõ compre-
hendantur bona futura ex not. in cap. quia cir
ca, de priuileg. Et hoc caſu poſsit reddi dubi-
tabilis opinio, de qua per Natt. conſ. 340. n. 3.
4 lib. 2. tamen ſi adſint † verba vniuerſalia, &
geminata comprehenduntur etiam futura ex
conſ. Dec. 113. & fuit deciſum per Rotam in
vna Cartaginen. Decimarum 10. Decembris
1578. coram Bubalo. Hinc videmus, quod ex
vniuerſalitate, & geminatione verborum col-
5 ligitur coniectura †, quod teſtator voluerit le-
gare bona etiam futura iuxta conſ. Crot. 14.
nu. 39. & fuit dictum in cauſa Spoletina legati
20. Februarij 1585. coram felic. record. Cle-
mente Papa Octauo, tunc Rotæ Auditore. Ver
6 ba enim vniuerſalia † & geminata comprehen
dũt maiora expreſsis, & digniora, vt per Cre-
ſcen. deciſ. 32. Et faciũt multa adducta à Doct.
& præſertim Sayſel. in l. Baliſta ad Trebellian.
7 Hinc etiam eſt, quod † licet verba futuri tem-
poris importent canonem ferendæ ſententiæ
tamen important canonem latæ ſententiæ, ſi
ſint geminata, Bald. de pac. Conſt. §. hoc quod
in verſ. caſſentur, & irritentur nu. 4. Roman.

ſing. 2. cum alijs adductis ab Enerardo in loco à vi geminationis num. 9.

Sed aduertẽdum eſt, quod ſi huiuſmodi pri-
8 nilegium pendente lite fuerit impetratũ † non
ſuffragatur, nec liti præiudicat, niſi de ea fiat
mentio; quæ concluſio procedit non modo in
priuilegio ad ſupplicationem partis, ſed etiam
in priuilegio motu proprio conceſſo, quod li-
cet ſubreptitium dici non poſsit, attamen ni-
hil operatur ex defectu intentionis conceden-
9 tis, niſi lis eſſet turbida, de qua † non eſſet fa-
cienda mentio in motu proprio, ita fuit reſo-
lutũ per Rotam in vna Cæſurauguſtana exem
ptionis 27. Martij 1585. coram Cantuccio,
10 Vbi etiam fuit dictum, quod ad † inducendam
ſubreptionem ob non factam mentionem litis
ſufficiebat, quod cauſa fuiſſet cõmiſſa, & quod
pars fuiſſet citata, vel ſaltem habuiſſet noti-
tiam de lite introducta.

Sed dubitatio eſt non leuis in materia iſta.
An huiuſmodi priuilegium valeat ſaltem lite
finita? In hac quæſtione Innoc. in cap. fin. vt
11 lit. pend. tenet quod † priuilegium valeat ſi
poſtea pereat inſtantia iudicij, quando ſenten-
tia fertur pro impetrante. Verum hæc doctri-
na declaratur ibi per Butr. colum. 2. vt pro-
12 cedat, quando priuilegium † eſt generale, quia
tunc non peccat in ſubreptione, & ab eo cau-
ſæ excluſæ videntur, ſuper quibus pendent li-
tes; Secus quando priuilegium eſt ſpecialiter
impetratum in certa lite, quia tunc peccat in
ſubreptione, & ſi doloſè eſt impetratum non
valet etiam finita lite, per cap. ſuper litteris de
reſcript. Maxime tenendo, quod in priuilegijs
13 ſubreptio vitiet ipſo iure, vt tenet Innocen. in
d. cap. ſuper litteris ad fin. vlt. gloſ. magiſtra-
lis; Si vero priuilegium fuit impetratũ ex ſim-
plicitate, vel ignorantia non valet quidem, vt
procedatur ad præiudicium litis; ſed bene vt
14 lite finita † proſit cauſæ ſuper qua lis pende-
bat, niſi contra priuilegium ſit deciſa.

Quidquid ſit mihi placet diſtinctio Abb. in
d. cap. fin. vt lit. pend. col. 3. vbi inquit, quod
quando priuilegium non facit mentionem de
iure illius, qui ſententiam obtinuit nec ex-
preſſe, nec tacitè, tunc non valet etiam lite fi-
nita, quia non facit mentionem de iure alte-
rius, cui Papa non cenſetur velle præiudicare;
16 valet tamen ſecundum eum quo ad litem † no-
uiter inſtaurandam, quando ſententia fuiſſet
lata ſuper eo quod competebat de iure com-
muni; Nam Princeps faciendo tale priuile-
gium contra id quod iure communi compe-
17 tebat, videtur voluiſſe † derogare nedum iuri
cõmuni, ſed etiam ſententiæ pro eo latæ. Idem
quod Abb. videtur velle Imol. ibidem dum
18 dicit, quod priuilegium impetratum † lite pen
dente, licet ſit generale non trahitur ad lites
pendentes, & ſic non comprehendit præteri-
ta, vel pendentia, ſed futura. Ad idem Felin.
in cap. fin. de reſcript. col. 13. vbi dicit, quod
priuilegium impetratum lite pendente valet,
ſed non quo ad illam litem, & ſubdit allegan-
19 do Cardin. quod non valet priuilegium † in
materia, ſuper qua fuit lata ſentẽtia, quæ tran-
ſiuit in rem iudicatam quo ad ipſam ſenten-
tiam, ſi non fecit de ea mentionem, & ita dicit
ſe conſuluiſſe; ſunt notanda illa verba Felini,
Videlicet quo ad ipſam ſententiam; nam an-
tea dixerat, quod non valet priuilegium quo
ad ipſam litem lite pendente.

Legatum factum creditori, quando cenſeatur factum animo compenſandi, & nunquid vſusfructus omnium bonorum matri relictus in legitimam ei debitam computetur. Cap. LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum creditori cum onere non petendi quod ſibi debetur, cenſetur factum animo compenſandi, & ſi fuerit acceptatum creditori præiudicat, etiam ſi in eius credito plus inſit quàm in legato acceptato.*

2 *Idem eſt ſi legatum ſit factum cum clauſula, quod plus petere, nec prætendere poſsit quauis de cauſa ſuper bonis, et hæreditate ſua, aut cum clauſula pro omni eo, & toto.*

3 *Clauſula (quòd plus petere non poſſit) in legato facto creditori adiecta, non trahitur ad ius de futuro, quod tempore legati ignorabatur, nec ad ius ſuperueniens, quod non habet cauſam de præterito.*

4 *Item non operatur, quando is, cui legatum eſt factum, nullum aliud ius habet, cui dicta prohibitio adaptari poſsit.*

5 *Legatum factum marito non cenſetur factũ animo compenſandi cum lucro dotis quod ei defertur vigore Statuti.*

6 *Factum creditori ſine clauſula, quòd plus petere non poſſit, &c. non compenſatur cum eius credito proueniente ex contractu, vel quaſi, ſed vtrumque debetur legatum, & debitum.*

7 *Factum matri, cui debetur legitima, cenſetur relictum in compenſationem, & in legitimam imputatur.*

8 *Fructus percepti ex hæreditate pleno iure quaſita cum onere reſtitutionis, an computētur in legitimam aſcendentium, remiſſiuè traditur.*

9 *Legitima aſcendentibus non debetur naturali vinculo, ſed iure poſitiuo.*

10 *Legatum vſusfructus omnium bonorum matri factum in legitimam ei debitam computatur.*

11 *Legitima ex ſubſtantia teſtatoris debetur.*

12 *Vſusfructus tanquam pars dominij, ſiue rei, dicitur eſſe de ſubſtantia teſtatoris. & in eius bonis conſiſtit cauſaliter, non reſpectu iuris formalis, & n. 17.*

13 *Poteſt per teſtatorem in alium transferri poſt mortem ſuam.*

14 *Eius valor æſtimatur de tempore obitus teſtatoris, quod tempus attendi debet, non autem futurus euentus durationis, & perceptionis fructuum.*

15 Offi-

15 *Officia ad vitã duratura in legitimã cõputãtur.*
16 *Corn. conſ.265. lib.1. & Socin.Iun. conſ.64.ſub n.2.lib.2. declarantur. & n.18.*
19 *Mater non tenetur legitimam acceptare in fructibus, nec in vſufructu. Item nec in ſola pecunia, & n.20.*
21 *Acceptans diſpoſitionem filÿ tenetur in legitimam imputare vſumfructum ſibi relictum & quidquid ex dicta diſpſitione eſt conſequuta.*

NOn ſemel in Iudicijs Forenſibus dubitari contingit, Vtrum teſtator aliquid legans ſuo creditori cēſeatur relinquere animo compenſandi? Ex pro reſolutione multi caſus enumerari poſſent, quos latè enumerat Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit.2. Sed duos tantum principaliores, & in praxi magis frequentes enarrabo.

Primus caſus eſt, quãdo creditori relinqui-
1 tur cum onere † non petẽdi, quod ſibi debetur,
quod fieri poteſt, & tunc ſi creditor legatum
acceptet ſibi præiudicat, & inducitur compen
ſatio l. ſi ab vno in princ. ff. de leg.2.cap.officij
de teſt. cum alijs per Dec. conſ.425. nu.8.
qui ſubdit id procedere etiam ſi in eius credito
plus inſit quàm in legato acceptato. Et
quòd legatum factũ cum clauſula, quòd plus
2 petere, nec prætendere poſsit † quauis de
cauſa, ſuper bonis, & hæreditate ſua, aut cum
clauſula pro omni eo, & toto, &c. intelligatur
factum animo compenſandi omne id, quod
alias legatario ſuper bonis, & hæreditate legantis
quouis modo deberetur, aut prætendi
poſſet, itaut ſequuta acceptatione legati quidquam
vltra conſequi non valeat, tradit Bald.
in l. liberti libertæque, num. 34. verſ. aut dixit
C. de oper. libert. Capra conſ. 62.num.2.
Ruin.conſ. 79. num. 8. lib.2. late Card. Mantica
d. lib.10. de coniect.tit.2. num.23. & ſequen.
Et tenuit Rota deciſ. 527. num. 2. par.
prima diuerſ. & in vna Romana bonorum de
Ceulis 24. Maij, & 28. Iunij 1596. coram Penia;
In qua fuit dictum, quòd neptis debebat
eſſe contenta legato ſibi facto ab auo cum dicta
clauſula ommiſſa ſucceſsione patris, Vel
eo repudiato petere, quod ſibi de iure debebatur
in bonis patris, vel aui. In hanc ſententiam
inclinauit etiam Rota in vna Cæſenaten.
legati 26. Iunij 1596. coram Gypſio,
quamuis in eo caſu legatum excederet legitimam
Legatario debitam; & ad comprobationem
prædictorum videatur Natta conſ. 136.
num.2. verſ. vbi tamen, Alciat. in l. bonorum
appellatio, num.2. de verb. ſignif. Surd. conſ.
112. num.21. & ſequen. Anchar. famil.quæſt.
lib.1. quæſt.33. n.3.
3 Declara, nam hæc clauſula †, quòd plus petere
non poſsit, &c. in legato adiecta non trahitur
ad ius de futuro, quod tempore legati ignorabatur,
prout neq; extenditur ad ius ſuperueniens,
quod nõ habet cauſam de præterito; Ita
tẽtum in Placentina euictionis 4. April. 1588.
coram Cardinale Blanchetto.
4 Rurſus declara, vt non operetur † quando
is cui legatum factum eſt cum tali prohibitione,
nullum aliud ius habet, cui dicta prohibitio
adaptari poſsit, vt tenuit Rota in cauſa
Camerinen. legati 12. Maij 1589. coram
Cardinale Plato per conſ. Ruini 77. n. 8. verſ.
ſecundo reſpondeo lib.2. licet fuerit dictum
quod hæc limitatio non applicabatur caſui, de
quo in eadem deciſione.

Secundus caſus eſt, quando teſtator legat
ſimpliciter, & ſine prohibione petendi quod ſibi
debetur, & tunc ſubdiſtingue alios caſus. Primus
eſt, quãdo marito relinquitur, & hoc caſu
5 non † cenſetur ei relictum animo compenſandi
cũ lucro dotis, quod ei defertur vigore Statuti
ad tradita per Rolan. de lucro dotis q.86.nu.
11. bene Boer. deciſ.244.n.6. & ita tenuit Rota
in vna Cæſenaten. prætenſa reſtitutionis dotis
6. Martij 1598. coram Cardinale Seraphino.
6 Tertius eſt caſus, vbi debitum reſultat † ex
contractu, vel quaſi, puta ex cauſa mercedis, &
tunc nõ fit cõpẽſatio, ſed vtrumque debetur
legatum, & debitũ per tex. in l. creditorem ff.
de leg.2. & in l. vnica §. ſciendum eſt C. de rei
vxor. act. Bart. in l. ſi cum dotem §. ſi pater n.3.
ff. ſolut. matrim. Iaſ. in authen præterea. nu.18.
& ibi Dec. n.11. verſ. nũc vero prędicta C. vnde
vir. & vxor. Alex. conſ.12.n.5. lib.2. Corn. conſ.
257.n.6. verſ. ſed quando debitor lib.1. & conſ.
115. n.2. lib.4. Paul. de Caſtr. conſ.35.n.2. verſ.
quinto ad idem lib.2. Bertrand. conſ.347. lib.
2. Afflict. deciſ.44. n 9. & ſequen.
7 Quartus caſus eſt, quando legatur † matri
cui debetur legitima, nam legatum cenſetur
relictum in compenſationem, & in legitimam
computatur ex regula l. omnimodo, & l. ſcimus
C. de inoffic. teſtam. Bart. in l. in quartam
n.10. ad leg. falcid. & ibi Ripa. n.140. Bolognet.
295. Picus n.180. Pariſ. conſ.93. n.56.
lib.2. & conſ.1.n.89. lib.3. Capra conſ.32.n.7.
Curt. Iun. conſ.180.n.5. lib.2. Petr. Ant. à Petra
de fideicommiſſ. q.15.n.109. prope finem.

Sed hic exoritur dubitatio non leuis. An ſi
matri relinquatur vſuſfructus omnium bonorum
huiuſmodi legatum cenſeatur factum in
compenſationem, & in legitimam eius impu
8 tetur? Et affirmatiuè † reſoluendum eſt. Quia
quidquid ſit in quæſtione illa, An fructus percepti
ex hæreditate pleno iure quæſita cum
onere reſtitutionis computẽtur in legitimam
aſcendentium, in qua re magna, & difficilis
eſt inter Doctores controuerſia, nonnullis volentibus
non imputari, & in hoc legitimam
aſcendentium à pari procedere cum legitima
deſcẽdentium, quæ opinio humanior videtur:
Alijs vero volẽtibus fructus eſſe computãdos
9 cũ aſcendentibus ipſius † non debeatur legitima
naturali vinculo, ſed iure politiuo, l. nã &
ſi, de inoffic. teſtam. quã ſentẽtiam amplectuntur
magis *cõmuniter Doctores, nempe Bald.
Alex. Ripa. Franc. Fabian. Montepicus, Berẽg.
Roder. Rolã. Cephal. Riminal. Craſſus, & alij relati
p Surd. deciſ.21.n.11. & Peregr. de fideicõ.

* q.49.n.43.& in ſpecie de*magis cõmuni teſtã-
tur Io.de Garon.in 2.par.authen.ex teſtaméto
n.33.C. de ſecund. nupt. & Emanuel Coſta in
repet.c.ſi pater n.37.in fi. de teſtm. licet vter-
que contrariũ ſentiat: Nihilominus certum eſt,
10 relictũ†vſusfructus matri in legitimã eſſe com
putandum, prout reſoluit Rota corã Cardina-
le Seraphino in vna Bononien. fideicõmiſſi die
vltima Maij 1600. Ratio enim propter quam
fructus percepti poſt obitũ non videntur im-
putãdi in legitimam matris, nempe quia nun-
11 quã fuerunt in bonis teſtatoris, ex cuius† ſub-
ſtantia legitima debetur d.l.ſcimus C.de inof-
fic.teſtam. ceſſat in legato vſusfructus, qui di-
12 citur eſſe de ſubſtantia ipſius † teſtatoris, tan-
quam pars dominij, ſiue rei, quæ in bonis eius
exiſtit, l.4. de vſufr. Cuiac. qui optime hãc ma
teriam tractat ad Papiniani quęſtiones lib.17.
leg.33.de vſufruct.§.ſi vſumfructum, & lib.18.
ad leg.25.quãdodies legat.ced.& recipit æſti-
mationé, cum & cõſtitui per venditioné poſſit,
vt eſt de eiſ. Rotę 2.de empt.& vendit.in antiq.
Ideo licet verũ ſit fructus perceptos poſt obi-
tũ nunquã fuiſſe in dominio teſtatoris, Vſusfru
ctus tamen, & ius percipiẽdi fructus in eius bo
13 nis eſt, & cõſequẽter poteſt teſtator hoc ius† in
aliũ trãsferre, ita vt poſt eius morté perpetue-
tur hęc facultas fructuũ percipiẽdorũ ipſius iu
dicio, quo caſu nõ fructus cõputãtur in legiti-
14 mã, ſed valor vſusfructus ęſtimãdus† de tẽpore
obitus teſtatoris, ꝙ tempus debet attendi, non
autẽ futurus euẽtus durationis, & ꝑceptionis
fructuũ, iux.l. hęreditatũ, ad leg. Falcid. & tra-
dit Iaſ.in authẽ. nouiſſima n.45.C.de inoff.te-
ſtam. & Ruin.cõſ.194.n.8.lib.2. Prout in ſimili
15 de officijs ad†vitã duraturis in legitimã impu
tandis tenuit Rota coram eodem Card. Sera-
phino in vna Rom. de Piatetis 17. April. 1570.
16 Ex quo apparet Corneũ †conſ.265.lib.1.dũ
non vult imputare fructus in legitimã, ex eo ꝙ
incertum eſt quantum in fructibus capi poſſit,
quia dependet ex tempore incerto, moueri ra-
tione falſa; nõ enim imputatio fieri debet fru-
ctuũ perceptorũ, aut percipiẽdorũ, ſed valoris
ipſius vſusfructus æſtimãdi habito reſpectu ad
tempus obitus teſtatoris, vt ſupra dictũ eſt, &
ideo nõ attenditur incertitudo fructuũ perci-
piendorũ; Et eadem ratione falſa mouetur So-
cin. Iun. conſ.64. ſub n.20. lib.2. & obiter. Bero.
conſ.41.n.40. lib.1.& quod dicit Bero. ibidem
vſumfructum non eſſe in bonis teſtatoris per l.
17 quod noſtrum, de vſufruct. verum quidem †eſt
reſpectu iuris formalis, cum res noſtra nobis
ſeruire non poſſit; ſed eſt in bonis noſtris cau-
ſaliter tanquam pars ſiue dominij, ſiue rei, ſeu
fundi, vt ſupra ex Cuiacio deductum fuit: Sic
enim is, qui ædes poſſidet non dicitur ſingu-
las partes poſſidere, ſed domũ l.eum, qui ædes
de vſucapion, & tamen non poteſt negari ſin-
gulas Domus partes in eius eſſe dominio.
18 Præterea reſpõderi poteſt, ſupracitatos† Do
ctores loqui in cõſtitutione legitimæ à princi-
pio, vt patet ex traditis per Socin. ſub n.11.&
12.& per Corn. ſub n.3. in fin. verſ. tamen, dum
dicit filias non cogi acceptare illud relictũ, in
quibus terminis procedit etiam conſ. Anchar.
128. vt apparet ſub n.2. verſ. ego vero, dũ vult
inſtitutionem filij intelligendã eſſe in proprie-
tate, & non in ſolo vſufructu, loquitur enim in
caſu aſſignationis ligitimæ, quæ in vſufructu
non poteſt relinqui, Craſ. de ſucceſſion. in §. le-
gitima.q.15. late Suarez in l.quoniã in priori-
bus ampliat.3.n.5.C. de inoffic.teſtam. qui ca-
ſus eſt valde diuerſus ab iſto, vbi agitur de im
putatione vſusfructus, quãdo fit reſtitutio poſt
19 acceptationẽ legati: Nã licet† mater nõ tenea-
tur legitimã acceptare in fructibus, nec in vſu-
fructu, vt not. gloſ. in d.l.ſcimus §. repletionem
C.de in inoff.teſtam.& eſt tex. in §. ꝓhibemus,
20 authẽ. de trien.& ſemiſ. ſicut neq; in ſola† pecu
nia, Bart. ĩ l.ſuus quoq; ff. de hęred.inſtit. Doct.
in d.§.repletionẽ, Tamen vbi agitur de impu-
tatione ſecus eſt, Nã poſtquã in mater accep-
tauit diſpoſitionẽ filij, quãdo vult legitimã de-
21 trahere, tenetur in eã † imputare vſumfructũ,
& quicquid ex bonis filij ex eius diſpoſitione eſt
conſequuta, etiam ſi titulo legati relictũ fuerit
d.l.omnimodo. & l.ſcimus C.de inoff. teſtam.
Doct. in l.in quartam vbi Bologner. n.295. ad
leg. Falcid. Craſ. in d.§.legitima q.20. Vaſqu.
de ſucceſſ.creat.§.30.n.245. Et in ſpecie de im
putatione vſusfructus poſt illius acceptationẽ
tradit Iaſ. in dict. authen. nouiſſima n.45. &
Ruin. in pracitato conſ.194. n.8.lib.2.

In legitimatione Spurij quid ſit exprimendum, & an eius præſentia requiratur. Cap. LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio Spurij non valet, niſi in ea fiat mentio filiorum legitimorum,*
2 *Itẽ nõ valet, niſi qualitas ſpurietatis exprimatur.*
3 *Verba generalia etiam in beneficijs reſtringuntur, vt odioſa non comprehendant, niſi conſtet de mente diſponentis odioſa etiam voluiſſe comprehendere.*
4 *Legitimatio filij Spurij non expreſſa qualitate ſpurietatis non valet, quando filius eſt duplici modo ſpurius, ſecus ſi vna tantum qualitas ſpurietatis in eo concurrat.*
5 *Valet non facta mentione qualitatũ, quando in reſcripto Principis adſunt verba pregnãtia omnis defectus etiã non expreſſos comprehendẽtia.*
6 *Idem eſt, quãdo idẽ effectus reſultat ex qualitate non expreſſa, qui etiam reſultat ab expreſſa.*
7 *In legitimatione Spurij illa tantum qualitas eſt exprimenda, quæ alterat illegitimitatem, non illa, quæ aggrauat tantum vitium parentum.*
8 *Legitimatio filij naturalis valet dicendo ſolum eum eſſe naturalem, etiam quòd nulla qualitas exprimatur.*
9 *Abſens legitimari non poteſt, niſi legitimatio ſit facta ab habente facultatem legitimandi etiam abſentes.*

Infans

Digitized by Google

10 *Infans (niſi in facultate hoc exprimatur) legiti-
mari nequit, & n.11.
12 *Legitimatio facta de abſente à non habente facul
*tatem legitimandi abſentes, valet ſi ab ipſo ab-
*ſente ratificetur, & ſcientia ſola legitimati abſ-
*que contradictione pro ratificatione ſufficit, &
num. 15. & 16.
13 *Infans in maiori ætate poteſt ratificare legiti-
mationem tempore infantiæ factam.
14 *Actus etiam nullus poteſt ratificari, quando nul
litas prouenit ex defectu conſenſus.

RECepta eſt apud omnes concluſio, quod
in legitimatione Spurij eſt faciẽda men
1 tio†filiorum legitimorũ alias legitimatio non
valet Iacob. de Belnis. in §. & quoniã, in auth.
quib. mod. nat. effic. ſui Paul. de Caſtr. in l. Gal
lus §. & quid ſi tantũ in fine de lib. & poſthum.
vbi Iaſ. n. 85. Alex. cõſ. 25. & cõſ. 66. lib. 1. Corn.
conſ. 93. n. 21. lib. 2. Pariſ. conſ. 3. n. 15. lib. 2. Ro
lan. conſ. 89. n. 32. lib. 2. cũ alijs allegatis ſupra
in 1. lib. cap. 35. vbi plene explicaui.

Præterea, vt legitimatio Spurij ſuſtineatur
nõ ſufficit narrare, ꝙ ſit Spurius, hoc eſt, natus
2 ex dãnato coitu, ſed qualitas † Spurietatis eſt
exprimẽda, ita tenet Bald in l. eã quã C. de fi-
deicõ. n. 38. ꝑ tex. in l. Lucius §. Lucius Titius ff.
3 de leg. 2. vbi habetur ꝙ † verba generalia etiã
in beneficijs reſtringũtur, vt odioſa nõ cõpre-
hendant, niſi cõſtet de mẽte diſponentis odio-
ſa etiam voluiſſe comprehendere; Idem tenet
Dec. in conſ. 338. n. 7. & Felin. c. poſtulaſti n. 2.
de reſcript. quo loci plura ad hoc allegantur.

4 Sed hoc videtur limitandum, quando†filius
eſſet duplici modo Spurius, vtputa natus ex
vxorato, & moniali, ſecus ſi vna tantum qua-
litas ſpurietatis in eo concurreret, quia tunc,
vt conceſſio legitimitatis aliquid operetur eã
qualitatem comprehẽderet, pro hac opinione
allego conſ. Iaſ. 21. n. 2. lib. 3. in quo plura pro
hac parte adducuntur.
5 Secundo limita, quando in reſcripto†Principis
adſunt verba prægnãtia omnes defectus etiam
non expreſſos comprehendentia, vtputa qua-
litercunque, & ex quocumque coitu natus ille
ſit, vt per Felin. in loco ſupra citato n. 1. verſ.
declara prædicta.
6 Tertio limita, vbi idem †effectus reſulta ex
qualitate nõ expreſſa, q̃ etiã reſultaret ab ex-
preſſa Fel. ibidẽ verſ. 2. declaratio, allegat An-
gel. cõſ. 201. Quidã Bartholomæus in 1. dubio.
7 Quarto limita, vt illa†qualitas ſit exprimen
da, quæ alterat illegitimitatem, non illa, quæ
aggrauat tantum vitium parentum, Felin. in
loco ſupracitato verſ. Tertia declaratio, per
Rotam de fil. presyt. deciſ. 4. in antiq. & deciſ.
1. qui fil. ſint legit. in antiquior.

In legitimatiue autẽ naturalis ſufficit dice-
8 re eũ eſſe naturalẽ † nullã exprimẽdo qualita-
tẽ, vt per Felin. ibidẽ verſ. quarta declaratio.

Illud pterea admonẽdi ſumus ꝙ vt legitima-
tio Spurij valeat, requiritur illius præſẽtia, cũ
9 abſẽs legitimari†nõ poſſit, niſi legitimatio ſit
facta ab habẽte facultatẽ legitimandi etiã ab-
ſentes Signor. cõſ. 127. n. 3. & in vltimis verbis
Curt. Sen. cõſ. 19. n. 15. Cephal. cõſ. 186. n. 21. ſi-
10 mile videmus† in infante, q̃ ĩ iſta materia æqui-
paratur abſẽti Bald. cõſ. 204. ſub n. 1. lib. 2. Iaſ.
conſ. 125. col. fin. verſ. tertio facit lib. 4. Ad hoc
11 .n. vt infans legitimari †poſſit, debet id in fa-
* cultatib. ſpecialiter exprimi Dec. q. de* cõmuni
cõſ. 367. ſub n. 2. Ruin. conſ. 72. n. 8. lib 3. Crot.
* cõſ. 296. n. 22. & ſeq. li. 3. Curt. Sen. q *cõmunẽ
dicit cõſ. 63 ſub n. 52. Soci. cõſ. 295. n. 11. lib. 2.

Eſt tamen aduertendũ, ꝙ huiuſmodi legiti-
12 mario poteſt ab ipſo Spurio†abſente ratifica-
ri & à ratificatione robur, & firmitatẽ accipie
quãuis ſit facta à nõ habẽte ſpecialẽ facultatẽ
legitimãdi abſentes, §. generaliter autben. qb.
mod. nat. effic. ſui Barbat. cõſ. 34. col. 11. ſub n.
24. lib. 2. Ruin. cõſ. 119. n. 5. lib. 1. & cõſ. 71. n. 5.
lib. 3. Cephal. cõſ. 186. ſub n. 23. deciſ. Pedemõt.
109. n. 22. in fin. Silueſtr. Aldobr. qui alios alle-
13 gat cõſ. 41. n. 9. Sic quoq; infans in†maiori æta-
te ratificat legitimationẽ tempore infantiæ fa
ctam Salic. in l. iubemus verſ. & adde ꝙ ſufficit
C. de emaucip. liber. Roman conſ. 194 ſub n. 9.
verſ. ita, & pariter in legitimatione Alex. conſ.
11. n. 15. lib. 7. Dec. conſ. 397. n. 2. in fin. & n. ſeq.
Corn. cõſ. 172. in princ. lib. 1. Socin. in l. Gallus
§. forſitã n. 6. ff. de lib. & poſthum. Soc. Iun. cõſ.
97. nu. 24. & ſeq. lib. 2. Pariſ. conſ. 5. ſub 8. lib. 2.
Achil. deciſ. 4. q. fil. ſint legit. Put. deciſ. 2. eod.
14 tit. Ant. Aug. eod. tit §. 7. Actus†enim etiã nul
lus ratificari poteſt, quando nullitas prouenit
ex defectu conſenſus Dec. d. conſ. 367. ſub n. 4.
Non. n. propter abſẽtiã eſt abſolutè nulla legi-
timatio, ſed pẽdet à ratificatione, & habet ſta-
tũ implicitũ validitatis, Ruin. conſ. 90. ſub n. 3.
verſ. & ſimiliter nõ obſtat lib. 3. Et hãc opinio-
15 nẽ †quod per ratificationẽ cõualidetur legiti-
matio abſentis tenuit Rota corã Ludouiſio in
cauſa Romana Apothecarũ 1. Februa. 1602. &
13. Ianuarij 1603. In qua fuit etiã dictũ, ꝙ ſola
16 ſciẽtia legitimati †ſine contradictione ſufficit
pro ratificatione per cõſ. Bald. 146. ſub n. 8. lib.
1. Roman. ſing. 594. Dec. conſ. 55. poſt nu. 7. &
cõſ. 367. ſub n. 3. Bero. conſ. 176. n. 6. & 26. lib. 2.
Socin. Iun. conſ. 97. n. 26. lib. 2. Boer. deciſ. 160.
in fine, Couar. in Epit. in 2. parte cap. 8. §. 2.
ſub num. 13. & hanc eamde ſententiam tenuit
etiam Rota in Peruſina bonorum de Vbal-
dis 27. Iunij 1586. coram Orano.

Filius legitimatus, an excludat ſubſtitutũ ſub conditione ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & qd ſi verba ſubſtitutionis ſint concepta de natis ex legitimo matrimonio. C.LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus facit deficere cõditionem fideicõmiſ*
ſi (ſi hæres ſine filijs legitimis, & naturalibus
deceſſerit) etiam ꝙ legitimatio ſit facta cũ clau
ſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato.
2 *Idem eſt quamuis ſit ſubſtitutus filius teſtatoris*
3 *Excluſio ſubſtituti nõ tendit ad commodũ illius*

qui ſolus eſt poſitus in condstione, ſed ad fauorem haredis grauati, vt poſsit de bonis ſuis libere diſponere.

4 *Legitimatus per reſcriptum non venit, quando verba teſtamenti loquuntur de nato ex legitimo matrimonio.*

5 *Teſtatoris diſpoſitio ab omnibus obſeruanda eſt, & non reſcindenda etiam reſcripto Principis.*

6 *Princeps quamuis ſoleat interpretari voluntates defunctorum, non tamen ſolet per clauſulas generales illis derogare.*

7 *Legitimatus nunquam excludit ſubſtitutũ contra voluntatem teſtatoris, etiam tacitè collectã.*

8 *Expreſſum dicitur totum id, quod ſequitur ex eo, quod reperitur expreſſum, vel colligitur ex mente.*

9 *Legitimatus per interpretationem paſsiuam, & adæquatiuam iuris cõmunis in omnibus æquiparatur nato ex legitimo matrimonio. & aſſequitur iura omnia, & ſucceſſiones, quas habent illi, qui ab initio legitimi naſcuntur.*

10 *Succedit quamuis vocentur legitime nati, niſi teſtator expreſſe loquatur taxatiue, & excluſiue ad legitimatos.*

11 *Verba quando non ſunt omnino clara quamuis recipiant aliquem intellectum præſumptum ex ſui proprietate, nihilominus ex alia interpretatione non extranea vel abſurda poſſunt recipere alium ſenſum, Præſertim à Principe.*

EGregia etiam eſt iuris diſceptatio, An legitimatus faciat deficere cõditionem fideicommiſsi ſi hæres inſtitutus ſine filijs legitimis, & naturalibus deceſſerit; In qua re affirmatiuè eſt reſoluẽdum, etiam quod le-
1 gitimatio ſit † facta cum clauſula Sine præiudicio venientiũ ab inteſtato, vt per Ruin. cõſ. 173.n.2.lib.1. Rolan.conſ.83.nu.19. lib.3. Rimin. Iun.conſ.186. n.33. lib.4. Hieron. Gabr. conſ.19.n. 17 lib.1.Cephal conſ.442.n.5. Tob. Nonius conſ.69. nu.6. & alios infinitos, qui à
2 ſupra citatis allegantur: Item quamuis † ſit ſubſtitutus filius teſtatoris, vt tenuit Rota in vna Camerinen. fideicommiſſi 25. Octobris 1596. coram Penia, quæ opinio, licet Bald. cõſ. 347. n.3.lib.3. Menoch.conſ.318. n. 15.Bero. in cap. in præſentia de probation.n.285.& ſequen.& Cardin.Mantica lib.11.de coniect.tit. 10. n.25. tenuerint contrarium, eſt magis ve-
* ra, & * communis, vt teſtatur Ripa in l. ex facto §. ſi quis rogatus il 1.n.24. ff.ad Trebell. quem referunt, & ſequuntur Michael Craſſ. in §. fideicommiſſum n.7.Peregr. in tract. de fideicõm.art.23.n.39.& Molin.de primogen.Hiſpan.lib.3. c.3.n.2. Etenim qualitas ſubſtituti nõ ponderatur ad reſtringendũ vim illius conditionis, Si ſine filijs legitimis, & naturalibus deceſſerit, ſed teſtatoris, & hæredis grauati, vt poſt Alex.conſ.94.n.3.lib.1. cenſuit Ripa in d. §.ſi quis rogatus n.24.Peregrin. vbi ſupra art. 28.n. 45. verſ.ampliatur ſecundo, & Odd. in tract. de compendioſa ſubſtit. par.6.§. an naturales limit.5.verſ.in contrarium. Cum enim
3 iſta excluſio † ſubſtituti non tendat ad cõmodum legitimati, qui ſolum eſt poſitus in conditione, nõ vocatus, iuxta gloſ. in l.lucius ff. de hæred. inſtit. Sed ad commodum, & fauorem hæredis grauati, vt poſſit de bonis ſuis libere diſponere, non videtur poſſe aſſignari ſufficiẽs ratio, aut rationabilis differentia, propter quã legitimatus nõ debeat excludere ſubſtitutum etiam ſi ſit filius teſtatoris, cum non poſſit cõſiderari affectio teſtatoris magis erga filium, quam nepotem legitimatũ, cum nepotem non vocet, vt dixi, ſed ſolum ponat in cõditione ad excluſionem ſubſtituti, Et hanc ſententiam, reprobando Salicetum tenuit Alex. in d. l. ex facto §. ſi quis rogatus n. 7. verſ. fallit etiam quarto ff. ad Trebellian. Atque etiam pro nepote legitimato aduerſus filiũ teſtatoris ſubſtitutũ conſuluerũt Pariſ.conſ.8.lib.2. & Paul. de Monte Pico conſ. 24. late Rolan. conſ. 83. n.19.lib.3. Socin.Iun.conſ.77. n.5.lib.3.& alij plures relati à Tiraquel.in l.ſi vnquã in verbo ſuſceperit liberos n.84.C.de reuocan.donatiõ.

Sed in hac materia quæſtio naſcitur ardua, & perdifficilis, finge enim quod legitimatio ſit facta à ſupremo Principe cum clauſula Quod legitimatus in omnibus, & per omnia ſuccedat, habeatur, & excludat in legatis, & fideicõmiſſis prout ſuccederet, & excluderet ſi natus, & procreatus eſſet de legitimo matrimonio. Dubitatur an propter formam, tam amplã talis legitimatus excludat ſubſtitutũ ſub conditione, Si filius teſtatoris hæres inſtitutus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis.

Cum hæc quæſtio in facto extitiſſet, adducebãtur pro parte negatiua illa verba teſtamenti de legitimo matrimonio natis, & procreatis, ex quibus videbatur teſtatorẽ habuiſſe reſpectũ ad initium, ſeu natiuitatem filiorũ le-
4 gitimorum, quo caſu non venit † legitimatus per reſcriptum Principis Bald. in l. Gallus §.ſi eius vbi etiam Imol.& Soccin.n.5. verſ.tertius ff.de lib. & poſthum.Paul.de Caſtr.in l.fin. n.5. C.de his qui ven.ætat. impetran. Alex.conſ.2. n.13.lib.1. Ant. de Butr. in c.per venerabilem n.17.& ibi etiã Præpoſit. Alexand. qui fil.ſint legit. Dec. conſ.626. col.1. Afflict. deciſ.195. nu.3.Ruin.conſ.92. nu.12. prope fin. verſ.nec etiam poſſunt lib.3. Cephal. conſ.111. num.6. Couar.in epit.de ſponſal.part.2.cap. 8.§.2. in fine idem Cephal.conſ.82.n.12.Gabr.conſ.21. n.31.lib.1.Card.Mantic.lib.11.de coniect.tit. 3.n.23.Odd.in tract.de compend. part.6.cap. vlt. nu.6. Peregr. qui alios citat de fideicommiſſ.art.23. num.45.

Neque obſtare videtur clauſula illa generalis poſita in reſcripto, Quod legitimatus excludat omnes quos excluderet ſi natus eſſet de legitimo matrimonio, quia non operatur con-
5 tra voluntatẽ † teſtatoris, quę ab omnibus obſeruanda eſt, & non reſcindenda etiam reſcripto Principis §.diſponat teſtator in authen.de nupt. l. ſi teſtamentum C. de teſtam. Ruin.

conſ.

Digitized by Google

conſ.8 . n.12.lib.3.Socin.Iun. conſ.65. nu.11.
cum ſequen.lib.2. Card.Mantic.d.lib.11. de
coniect. tit.3. num.9. late Couar.var.reſolut.
lib.3. cap.6.n.7.

Quamuis enim Princeps ſoleat interpreta-
ri voluntates defunctorum l.1. C.de leg.l. qui
filium §.fin. ad Trebel. Clement.quia contin-
git de relig. dom. Dec.conſ.357. nu.5. & col.
fin.verſ.non obſtat Card.Mantic.d. lib.11.tit.
6 10. n.41. Nunquam tamen ſolet † per clauſu-
las generales illi derogare d.l.ſi teſtamentum
C.de teſtam.Pariſ.conſ.12. n.153. lib.2.Socin.
Iun.d.conſ.65.n.3. lib.2. & conſ.110. n.26.lib.
3.Aym.conſ.747. n.45.Couar.d.cap.6.n.7.Et
ideo, ſicut ſi nominatim fuiſſet dictum per te-
ſtatorem,quod ſuccedant legitimo nati, & nõ
legitimati non eſſet dubium quod legitimatus
etiam cum d.clauſula non excluderet ſubſtitu
tum,quia,dicunt Doctores,quod nunquam le-
7 gitimatus † excludit ſubſtitutum contra cla-
ram mentem teſtatoris, Io.Dilect. de arte te-
ſtan. tit.de ſubſtit.caut.15. in fine Cephal.cõſ.
127. n.17. Ita etiam videtur dicendum, quod
non excludat, quando aliunde apparet de iſta
mente teſtatoris, quia par eſt virtus taciti, &
expreſſi l.cũ quid ff.ſi cert.pet. nec refert quid
8 ex æquipollentibus fiat, immo expreſſum † di-
citur totum id,quod ſequitur ex eo, quod re-
peritur expreſſum,vel colligitur ex mente l.cũ
hoc iure de vulgar.l.tale pactũ §.fin.cũ gloſ.ff.
de pact. Aym.conſ.147.n.2.& conſ.149. n.11.

Cum igitur ex verbis teſtamenti conſtaret
de voluntate teſtatoris,quod voluit ſuccedere
natos de legitimo matrimonio,dicẽdũ videba-
tur legitimatũ non poſſe excludere ſubſtitutũ.

Sed iſtis non obſtantibus contraria ſenten-
tia amplectenda eſt tãquam verior. Siquidem
ratio propter quam legitimatus per reſcriptũ
Principis excludit ſubſtitutum ſub conditione
Si inſtitutus deceſſerit ſine filijs legitimis, &
naturalibus, militat etiam quando verba ſub-
ſtitutionis ſunt concepta de natis ex legitimo
matrimonio, ergo idẽ ius ſtatuere oportet ad
l. illud ff. ad leg. aquil.cum vulgar. Quod au-
tem vigeat eadem ratio probatur,nam in pri-
mo caſu illud propterea ſtatutũ eſt,quia p in-
terpretationem paſsiuam,& adęquatiuam iu-
9 ris communis legitimatus in † omnibus æqui-
paratur nato ex legitimo matrimonio,& aſſe-
quitur iura omnia legitimorũ,& ſuorũ,& ſuc-
ceſſiones omnes,quas habent illi,qui ab initio
legitimi naſcũtur §.illud.& §.liceat igitur Au
then. quib. mod.nat.effic. legit. Pariſ. conſ.1.
n.57. lib.2.Cephal. conſ.606. lib.4. cum alijs
adductis per Tyraquel. in l.ſi vnquam in ver-
bo ſuſceperit liberos n.77.& ſequen.C. de re-
uocan. donat. late Peregrin. de fideicom. art.
23.n.16.cũ ſequen.Et conſiderãt Aret. & ferè
omnes in l.Gallus §.ſi eius,& §.& quid ſi tan-
tum de lib.& poſthum.Curt.Sen.cõſ.17.col.2.
in princip.Io.Dilect. de arte teſtan.caut.15.in
fin.Hæc autẽ ratio interpretationis paſſiuæ,&
adæquatiuæ militat etiã in ſubſtitutione con-
cepta de natis ex legitimo matrimonio,quan-
do vt in caſu propoſito Princeps legitimando
diſponit, ꝙ legitimatus excludat omnes quos
excluderet ſi vere natus, & procreatus eſſet
ex nuptijs legitimis: Nam per interpretationẽ
hanc paſsiuam, & adæquatiuam Princeps de-
clarat volũtatem teſtatoris loquentis de legi-
me natis eſſe,vt veniant etiam filij legitimati,
qui per viam regulæ,& in omnibus æquiparan
tur legitimè natis,vt dictum eſt.

Et iſta proculdubio cenſetur bona interpre-
tatio,cũ verba teſtatoris non ſint clara in con-
trarium: Nam eſto,quod illa verba natis de
legitimo matrimonio de iure recipiant intel-
lectum de his,qui tempore natiuitatis ſunt ve
rè,& naturaliter nati de legitimo matrimonio
& nõ de legitimatis; Tamen cum teſtator non
10 fuerit expreſsè loquutus † taxatiue,nec exclu-
ſiue ad legitimatos,nõ eſt extranea,nec abſur-
da interpretatio Principis ſumpta ex vi dictæ
rationis paſsiuæ, & adæquatiuæ, quod legiti-
matus, qui eſt vere legitimus, & in omnibus
æquiparatur legitime nato excludat ſubſtitu-
tum, Nam quando verba nõ ſunt omnino cla-
ra, quamuis recipiant aliquem intellectũ præ-
11 ſumptum ex ſui proprietate, nihilominus † ex
alia interpretatione nõ extranea, vel abſurda
poſſũt recipere aliũ ſenſum, Et Princeps lex vi
ua poteſt ſicut alij inferiores habẽtes poteſta-
tẽ diſponẽdi in illa materia capere illũ alium
ſenſum,nõ ex vi nouæ, ſed antiquæ diſpoſitio-
nis Bart. in l. ab executore nu.7. de appellat.
Bald.in l.3.circa fin.C.de com.vel Epiſt.Aret.
conſ.84. n.5. Et quod Princeps hoc faciat per
interpretationem hanc paſsiuam, & adæqua-
tiuam iuxta voluntatem teſtatoris,nõ autem
intendendo illi derogare,tenent paſsim Doct.
qui agunt hac de re,etiam vbi verba ſubſtitu-
tionis ſunt concepta de natis ex legitimo ma-
trimonio. Videatur Socin.conſ.63. n.22.lib.3.
qui bene loquitur Dec. conſ.624. nu.6. Ruin.
conſ.161. nu.19. lib.2. Gozzad. conſ.29.n.22.
Lauren.de Pinu conſ. . . qui conſuluit in eo-
dem caſu in quo conſuluit Collegium Pataui-
num,de quo per Mant. conſ.191.

Ex his itaque colligitur reſponſio ad argu-
menta in contrarium deducta: Nam Primum
procedit quando in legitimatione non adeſt
clauſula, Quod legitimatus in omnibus, & per
omnia ſuccedat, & excludat in fideicõmiſſis,
ſicut ſuccederet,& excluderet ſi natus,& pro-
creatus eſſet de legitimo matrimonio,quo ca-
ſu ceſſat ratio interpretationis paſsiuæ, & ad-
æquatiuæ,de qua ſupra,& conſequenter verba
ſubſtitutionis concepta de natis ex legitimo
matrimonio de iure recipiunt intellectum de
his, qui tempore natiuitatis ſunt vere, & na-
turaliter nati legitimi, & non de legitimatis.

Aliud vero argumentum procedit vbi legi-
timatus fuit à teſtatore clare, & aperte exclu-
ſus,ita vt non ſit locus alicui contrariæ inter-
pretationi iuridicæ, tunc enim,quia Princeps
per dictam clauſulam generalem procedit per
viam

viam declarationis, & interpretationis volnntatum defunctorum, & non per viam derogationis, vt dictum eſt, impoſſibile eſt, quod cõprehendat fideicommiſſum, in qno teſtator clare interpretatur cõtrarium, ſicut eſſet impoſſibile, quod natus ex legitimo matrimonio admitteretur contra ſubſtitutum ſi conſtaret teſtatorẽ eum noluiſſe admittere. At ſecus quando legitimatus expreſſe, & clare non eſt excluſus per teſtatorem, vt in caſu ſupra relato, tũc enim licet teſtator loquatur de legitime natis nihilominus legitimatus excludit ſubſtitutũ, quia Princeps lex viua poteſt inducere interpretationẽ iuxta voluntatem teſtatoris ex ratione paſſiuæ interpretationis, & adæquationis legitimati cũ nato de legitimo matrimon.

Mulier quando ex ſola confeſsione puniatur de adulterio, & inibi ſententia Magnæ Curiæ Vicariẹ Neapolis contra deciſionẽ Afflicti defenſa. Cap. LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Mulier principaliter de adulterio inquiſita ſi delictum confiteatur ex ſola confeſsione poteſt puniri, ſecus ſi confeſsio fuit facta incidenter in inquiſitione ſuper alio delicto.*

2 *Confeſsio delicti facta à reo incidenter valet ad Iudicem inſtruendũ, vt poſſit formare inquiſitionem, & non vt ex ea ſola inſligat pœnam.*

3 *Magna Curia Vicariæ* Neapolis *repræsẽtat perſonam Regis, & poteſt ſtatim pronunciare ſine nouo proceſſu ſuper confeſsione incidẽter facta.*

4 *Deciſ. Afflict. 176. declaratur.*

5 *Reus poteſt de omnibus criminibus, quæ confeſſus eſt licite condemnari, quando præceſsit inquiſitio generalis, & extraordinaria tanquam contra famoſum, & de multis criminibus labefactum ſecus ſi præceſsit inquiſitio, ſeu accuſatio ſpecialis ſuper vno crimine.*

COmmunis, & vera eſt illa diſtinctio, quòd
vbi mulier de adulterio principaliter in-
quiritur, ſi delictum confiteatur poſsit ex ſola
confeſsione de adulterio puniri, ſecus ſi dicta
1 confeſsio fuit facta † incidenter in inquiſitio-
ne ſuper alio delicto, quia tunc ex ea nõ poteſt
condemnari, etiam quod ex dicta iudiciali cõ-
feſsione ſequatur notorium, ſed oportet quòd
ſpecialiter inquiratur de adulterio, & detur ſi-
bi copia defenſionis, vt dicit Bart. in l. 2. §. ſi
publico ff. de adult. & in l. ſi confeſſus ff. de Cu
ſtod. reorũ. Et ita deciſum fuiſſe in Sacro Cõ-
ſilio Neapolis tradit Afflict. deciſ. 176. qui di-
cit fuiſſe reuocatam ſententiam Magnæ Curiæ
Vicariæ, quæ condemnauerat mulierem ex eo
ſolo, quòd cõſtabat de adulterio per eius con-
feſsionẽ incidenter in iudicio factã, dum exa-
minaretur ſuper furto, & ad hoc fuit allegata
doctrina Bald. in l. mercalẽ C. de cõd. ob turp.
2 cauſ. Vbi dicit, ꝙ dicta confeſsio valet ad † Iu-
dicem inſtruendũ, vt poſſit formare inquiſitio-
nem, & non vt ex ea ſola inſligat pœnam, quia
dicta confeſſio eſt ſine inſtantia; Ideo reus non
poteſt puniri, quia iudicium non eſt ad hoc or-
dinatum.

Sed ego conſidero, quòd poterat ſaluari ſen
tẽtia Magnæ Curiæ: Quia illa repræſentat per-
3 ſonam † Regis; Vnde videtur, quòd potuerit
ſtatim pronunciare ſine nouo proceſſu ſuper
confeſsione incidenter facta à muliere de adul
terio; Et illud quòd dicit Afflict. procedit in
alijs Iudicibus inferioribus; Hoc colligo ex
traditis per Abb. in c. 2. col. 2. de confeſſ. ſequi-
tur Corſet. in ſingular. ſuis in verbo confeſsio
col. 12. ad idem Iacobin. in tract. de fæud. in
verb. Princeps in 5. ſpeciali.

Vel poteſt dici, quòd deciſio Afflicti locum
4 habeat in caſu † ſolum, in quo loquitur, vide-
licet, vbi præceſsit accuſatio, vel inquiſitio ſpe-
cialis ſuper vno crimine, quia tũc pro alijs cri-
minibus, de quibus in iudicio actum non fuit,
reus non poteſt damnari, Secus ſi præceſsit in-
quiſitio extraordinaria, tãquam contra famo-
ſum, & de multis criminibus labefactum, vt fit
in Regno auctoritate litterarum Regaliũ, quæ
incipiunt, de iuris cenſura, &c. quia tunc reus
5 poteſt de omnibus † criminibus, quæ confeſſus
eſt licite cõdemnari, vt eleganter declarat Lu-
cas de Penna in l. 1. colum. vlt. C. de numera-
rijs lib. 12.

Vtrum pater ex cauſa ingratitudinis poſſit priuare filium primogenitura antiqua, & bonis ei debitis vigore conſuetudinis Regni Neapolis. Cap. XC.

SVMMARIVM.

1 *Pater poſsidens maioratum ex cauſa ingratitudinis non poteſt priuare filium primogenitura, quæ illi iure ſanguinis defertur.*

2 *Exhæredatio patris non nocet filio in bonis, quæ non habuit à patre, ſed ab auo.*

3 *Filius emancipatus ab auo non poteſt à patre in poteſtatem reuocari, etiã ſi illi ingratus fuerit.*

4 *Exhæredatio fit ſolum ab eo, qui poteſt, & tenetur inſtituere, & in bonis proprijs tantum, non autem alterius.*

5 *Ius primogenituræ competens filio ex diſpoſitione, vel priuilegio Principis per patrem, aut aliũ tolli non poteſt.*

6 *Tex. in cap. licet, de vot. declaratur.*

7 *Filius propter ingratitudinem poteſt à legitima exhæredari.*

8 *Maioratus poſſeſſor tenetur eius cõmoditate vti ſalua rerum ſubſtantia, et ſuper hoc cautionem præſtare.*

9 *Dominus propter ingratitudinem poteſt priuare Vaſſallum feudo etiam antiquo.*

10 *Conſuetudo fortius operatur, quam ius cõmune.*

11 *Agnatio conſeruatur per diuitias.*

12 *Filius propter ingratitudinem nõ poteſt priuari à patre bonis in quibus per fideicommiſſum ſucceſsit.*

13 *Poteſt priuari medietate bonorũ ei debita vigore conſuetudinis Regni Neapolis.*

14 Diſpu-

14 *Diſpoſitio qualibet eſt reducenda ad ius com-
mune etiam per improprietatem.*

MAxima controuerſia reperitur in illa
quæſtione; An Pater idemquè maiora-
tus poſſeſſor ex cauſa ingratitudinis poſſit
priuare filium primogenitura, quæ illi nō hæ-
reditario iure, ſed ſanguinis defertur. Plures
namque affirmatiuam ſentētiam amplexi fue-
re, nempe Oldr.conſ.94.num.16. Innoc.& Io.
And.in c.licet de voto, quos refert, & ſequitur
Franc.in rubr.de teſtam.q.5.n.63.lib.6.Albe-
ric. in prohem. Digeſt. §.diſcipuli, & in l.do-
tiones quas parentes,n.4.C.de donat. int. vir.
& vxor.Abb.conſ.3.n 3.lib.2.Alex. conſ.87. n.
4.lib.6. Ripa in l.nemo poteſt n.7.ff.de leg. 1.
Curt.Iun.in authen.non licet n.4.C.de lib. præ
ter Martin. Lauden. in tract. de primogeu.q.
19.dicens ex omnibus cauſis enumeratis à Iu-
ſtiniano in §.cauſas, ex quibus patri licet fi-
lium exhæredare, ex eiſdem poſſe primogeni-
tū priuare primogenitura, idē tenet Gnliel.de
Benedict.in repet. c. Rainutius in verbo, in eo-
dem teſtamento n.203.de teſtam.

Contrariam vero opinionem tenet Corn.
in l.1.col.3.verſ.præterea C.de condit. inſert.
Io. de Terra Rubea in tract. contra rebelles
trac.1.cōcluſ.10.Guliel.de Mōteferat.in trac.
de ſucceſ.Regum n.19.Emanuel Coſta de pa-
truo, & nepote. fol.152. & nonnulli alij quos
refert, & ſequitur Molin.de primogen.Hiſpan.
lib.1.cap.9.n.2.

1 Et hanc ſententiam † ego amplectendam
confeo tamqnam veriorem, per tex.in l.Paulus
la 2. in fine.ff.de bon. libert. Vbi exhæredatio
patris nō nocet filio in bonis libertorum, quæ
2 filius † non habuit à patre, ſed ab Auo. Et be-
ne facit doctrina Bart. in l.ſi liberatus. ff.de
3 adoption. vbi inquit † emancipatum ab Auo
nō poſſe à patre in poteſtatem reuocari, etiam
ſi ingratus patri fuerit.

Præterea pro hac opinione maximum ar-
4 gumentum eſt, quòd † exhæredatio fit ab eo
ſolum qui poteſt, & tenetur inſtituere, nec po-
teſt quis a bonis alterius, ſed à proprijs tantū
filium excludere, alias inepta dicitur priua-
tio, aut exhæredatio, l. quidam cum filium,
in fin.ff.de hæred.inſtir. Cū igitur ius primo-
genituræ nō à patre, ſed à primo inſtitutore,
& iure ſanguinis deferratur, conſequens eſt, vt
pater ab eo filium excludere non poſſit.

Et hoc multo magis procedit, quando ius
iſtud primogenituræ competit filio ex diſpoſi-
tione, vel priuilegio Principis: Nam cū id ius
tunc conſequatur primogeuitus ex ſpeciali
diſpoſitione, vt notant Bart.in l.vt iuriurau-
di §.ſi liberis.ff.de oper.libert.& Bald.in auth.
quas ruinas, col.2. & ſeq.C.de Sacroſ. Eccleſ.
et videtur probari ex c.1.cū ibi not.per Bald.
de ſucceſſ.feud.ſequitur ipſum primogenitum,
5 cum primum in lucem prodijt id ius † conſe-
qui & habitu, & ſpe firma, & inuariabili, quæ
per patrem, aut alium tolli non poteſt, cū trā-
ſierit in contractum c.1. de probat. Io. Andr.
in c.ſignificaſti de foro compet.Abb. conſ.85.
col.1.lib.1.quem refert, & ſequitur Tiraquel.
de iure primog.q.21.n.7.

5 Nec præmiſſis obſtat tex.in c. licet, de vo-
to, vbi filius non adimplens voluntatem pa-
tris iure primogenituræ ab ipſo parente pri-
6 uari poteſt. Nam ideo† ibi filius Regni ſucceſ-
ſione priuatus fuit, quòd ipſe ſe expreſſe ad
votum paternū implēdum aſtrinxerat, vt con-
ſtat ab illis verbis, Et id aſſumpto Crucis ſi-
gnaculo te ſine dilatione adimpleturum pro-
miſiſti: & iterum ex illis; Ne ſi onus tibi à pa-
tre iniunctum, & à te ſponte ſuſceptum, &c.
Cum igitur filius ad implendum hoc votum
ſe obligaſſet, non mirū eſt ſi ex propria obliga
tione Regni ſucceſsione priuatus fuerit, etiā
ſi à patre illā non acquiſiuiſſet, quia agebatur
de implenda obligatione propria, ex qua po-
terat filius etiam bona propria, & aliunde ac-
quiſita amittere: Ita textum illum interpræ-
tantur Io. Lecorier de primogen. lib.3.quæſt.
6.Guliel.de Benedict.in d.c.Raynutius verſ.ſi
abſque liberis n.21.Couar.in c.ſi hæredes de
teſtam.nu.10. & verum, & germanum ſenſum
appellat Molin.in loco ſupracitato n.5.

7 Nec facit, quod à legitima † exhæredari
poſsit filius ingratus, quam ille tamen non
conſequitur à patre, ſed ex legis prouidentia,
l.ſi arrogator.ff.de adopt. quia in primogeni-
tura, ſeu maioratu viget diuerſa ratio, cum
neque augeſcat, neque minuatur ex facto poſ-
8 ſeſſoris, qui † tenetur eius cōmoditate vti ſal-
ua rerum ſubſtantia, & ob hanc rem cautionē
quoque præſtare debet l. Imperator Adrianus
ff.ad trebellian.Sed legitima filiorum, vel mi-
nuitur, vel augetur, atque parentes in hoc ſed
vlam operam nauare ſolent, vt ampliores fa-
cultates liberis ſuis relinquāt, & hoc eſt com-
mune parentum votum, l.pen.ff. de bon. liber.
Ideo non mirum ſi permiſit lex, vt filij poſsint
ex cauſa ingratituuinis illa priuari.

9 Nihil etiam facit, quòd fæudo antiquo† poſ-
ſit Dominus priuare fęudatariū propter eius
ingratitudinē, c.1.§. prædictis quæ ſit 1. cauſ.
benef. amit. in vſibus fęud. quem tex. ad hoc
allegat Iacob.de S.Georg.de feud.n.65.Curt.
in eod.tract.2.par.3. part.princ.q.3. n.6. nam
in illo caſu expreſſum ius eſt propter fidelita-
tem, quam Vaſſallus ratione fæudi Domino
præſtare tenetur. Quæ ratio ceſſat in filio, &
cum illud ſit pænale non debet extēdi ad alias
perſonas, iuribus vulgaribus.

Sed dubitatur hic ſubſequenter, ſtante con-
ſuetudine, quæ viget Neapoli incipiente, & ſi
teſtator, quòd habens bona paterna, vel ma-
terna non poſsit de ipſis diſponere, niſi de me-
dietate, aliam vero medietatem teneatur re-
linquere proximioribus ex parte patris in
bonis paternis, vel proximioribus ex parte ma
tris in bonis maternis; Nunquid filius, qui
commiſit ingratitudinem contra patrem, ex
qua iuſte venit exhæredandus poſsit priuari
me-

medietate bonorum debita vigore dictæ conſuetudinis?,Hæc quæſtio fuit in facto : Et pro parte uegatiua adducebatur,quod iſta medietas maiori vinculo debetur,quam alia,vt cõcludit Afflict.deciſ.310.in fine, Debetur enim
10 ex conſuetudine,& ſic † fortiori iure,quam iure communi,vt firmat Bart.in l.viros.C.de diuerſ.offic.lib.12.Doct.in l.2. de vulg. & pupillar. Secundò, quia ſi filius iſte excluditur, quia ingratus,& tãquam indignus, nullus poteſt et obijcere indignitatem, niſi fiſcus, gloſ. in l.15.§.1.ff.famil. hæreis. Tertiò, quia conſuetudo eſt fundata iuridicè, ne ſcilicet bona exeant deſcendentes, per quos agnatio con-
11 ſeruatur ſtantibus diuitijs, ſine quibus † ruit nomen familiæ,vt declarat Rom.cõſ.15.Bald. & poſt eum Aug.conſ.67. Quartò conſuetudo vult medietatem peruenire ad deſcendentes; ergo cenſentur vocati per fideicommiſſum, Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres,de verb. obligat. Et conſequenter non videtur, quod
12 filius priuari † poſſit,l.filiusfamilias, §. Diui, & ibi notatur ff.de leg. 1.

In contrarium allegabatur, quia veriſimile eſt,quod ſi eſſet cogitatum de tam enormi facto,vtique conſuetudine eſſet inductum, vt filius in totum eſſet excluſus, gloſ.in l. tale pactum §.fin. ff. de pact. l.mulier, ad trebellian. Secundò, quia ſi ſecus eſſet inducerentur filij ad delinquendum, quod vitandum eſt, l. conuenire de pact.dotal. Tertiò,quia in feudis filij poſſunt exhæredari,& tamen in eo veniunt ex lege concedentis Andr.in cap.1.col.1. de
13 ſucceſſ.fęud. Et iſta opinio mihi † videtur verior, quia hæc medietas ſuccedit in locum legitimæ,quia filius ob ingratitudinem priuari poteſt,d.l.ſi arrogator, ff. de adopt. Et vt inquit Bald.in in prohem.decret. col. vlt. in veteri teſtamẽto narratur,maledictionem patris ita odioſam eſſe, quod euertebat Domum filiorum. Et magna eſt poteſtas patris in filium l.1.C.de pat.qui fil.diſtr.quæ nimis anguſtaretur ſi ingratum filium non poſſet punire : Et permittãte iure cõmuni hoc videtur fieri,poſtquam cõſuetudo expreſsè non decidit,& quælibet diſpoſitio eſt reducenda ad ius commune,etiam per improprietatem, Bald. in l. præſcriptione col.10.C.ſi con.ius vel vtil.publ.

Mulier habens fæudum cum conſenſu Domini obligatum pro dote, ſi renunciet dicto iuri hypothecæ in manibus debitoris poſſidentis ipſum fæudum, an teneatur impetrare nouum conſenſum: Et ſi fæudum ſit venditum cum pacto de retrouendendo, & eodem conſenſu, an in retrouenditione alius conſenſus requiratur. Cap. LXXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Mulier habens fæudum cũ conſenſu Domine obligatum pro dote poteſt ſine nouo conſenſu renunciare dictum ius hypothecæ in manibus debitoris poſsidentis ipſum fæudum.*
2 *Remiſsio etiam iuris realis, quod, quis habet in fæudo fieri poteſt ſine conſenſu Domini.*
3 *Traſactio ſuper fæudo non eſt prohibita de iure communi fæudorum, ſecus de iure ſpeciali Regni Neapolis.*
4 *Conſenſus Domini adhibitus in venditione fæudi facta cum pacto de retrouendendo nõ eſt necessarius quãdo poſtea feudum retrouẽditur.*
5 *Decretum Iudicis in pignoratione rei pupilli operatur,vt creditor poſsit rem pignoratã vendere ſine alia Iudicis permiſsione.*
6 *Item conſenſus Domini adhibitus in alienatione rei fæudalis in dotem datæ, operatur, vt tranſlatio dominij,quæ facienda eſt ſoluto matrimonio non requirat alium conſenſum.*

DVbitari etiam ſolet in materia fęudali ſi mulier habeat fæudũ cum conſenſu Domini obligatum pro dote, & renunciet huic iuri hypothecæ in manibus debitoris poſſidentis fęudũ,an nouus conſenſus requiratur? Bartol.de Capua,quẽ refert Afflict. deciſ.231. ſubu num.8.in quadam appoſtilla ad Conſtit. Regni, quæ incipit Conſtit. Diuæ memoriæ,& in l.4.§.fin. de man. vind. tenet per illum tex.
1 quod valeat dicta † renunciatio ſine conſenſu, cum tendat ad fæudi liberationem.

In contrarium verò Ant de Alexan.ad dictã Conſtit.adducit Andr.de Iſern.in conſt.1.dum dicit idem in remiſsione iurium, quæ habet in fæudo, nam iſta cenſetur donatio, arg. l. ſi mulier ff.de cond.ob cauſ.& ad d.§.fin.reſpondet, quod minor non erat prohibitus generaliter omnem contractum facere,ſed ſolum manumittere ſine Prætore,ideo ſi conſenſit debitori manumittere ſeruum pignoratum ſibi, videtur ipſe manumittere, propterea valet contractus ſine Prætore. Sed hoc caſu lex prohibet omnem contractum, per quem fæudum diminuitur,aut commutatur cap.1.de prohib. alien.per Lothar.Et per hanc renunciationem ius acquiſitum, ſcilicet hypotheca commutatur de me in debitorem,ſeu poſſeſſorem fæudi cui remitto hypothecam. Similiter ad illud, quod hæc remiſsio valeat,quaſi tẽdens ad fæudi liberationem,& ſic ad augumẽtum eius,dicit nullum eſſe augumentum fęudi,ſiue ſit hypotacatum,ſiue nõ,nam ſemper Dominus habet iura ſua integra.

Igitur pro concordia idem Antonius ſic diſtinguit,vt Andr. de Iſern.in dicta conſtitutione intelligatur de iuribus realibus; Sed Bartholom. de Capua de iure hypothecæ,& ſic de actione hypothecaria,quæ nõ eſt in rẽ ſcripta, ſed perſonalis iuxta not. in rubr. ff.ſi cert pet.

Ego vero exiſtimo dici poſſe,quod remiſsio
2 etiam iuris † realis,quod quis habet in fæudo fieri poſsit ſine Domini conſenſu, ex traditis per Afflict.d.deciſ.232.num. 8. verſ. ſed ſi tertius. Item quia talis remiſsio videtur quædã
3 tranſactio,quæ † non eſt prohibita de iure cõ-

mun i

muni fæudorum, vt in cap. fæudorum, tranſa-
ctio, & illud videtur innuere Andr. de Iſern. in
d.cap.1.de prohib. alien. per Lothar. & vide
Franc.Aret. conſ. 14.col.9. Sed in Regno Nea-
polis hoc non procederet, vbi tranſactio indi-
ſtinctè prohibetur, vt in d.cõſt.Diuę memorię.

Sed dubium oritur non contemnendum; Venditum eſt fæudum cum pacto de retrouen
dendo, & in ipſo pacto Interuenit conſenſus
Domini; Quæritur an poſtea in retrouenditio-
ne futura debeat alius conſenſus interuenire?
4 Et dicendum eſt alium conſenſum † non eſſe
neceſſarium. Primò, nam is videtur velle con-
ſequens, qui conſenſit ſuo antecedenti, l.illud,
ff.de acquir.hæred.l.quamuis, C.de fideicom.
5 Secundò, quia † conſenſus, ſiue decretum Præ-
toris in pignoratione rei pupilli ſe extendit, vt
creditor poſsit ipſam rem pignoratam vẽde-
re ſine alia permiſsione Prætoris, l.pupillorum
§. ſi pupillus, ff.de rebus eorum. Tertiò, quia
6 conſenſus Domini adhibitus † in alienatione
rei fæudalis in dotem datæ operatur, vt tran-
ſlatio dominij, quæ facienda eſt ſoluto matri-
monió non requirat alium conſenſum, ſecun-
dum Imol.in l.vſufructu, ff.ſolut. matrim.con-
tra Bart. qui ibi ſcripſit contrarium. Et ad pro
poſitum circa pactum de retrouendendo, vide
Bald.nouel.in vltimo priuilegio dotis.

Per lapſum temporis data obſeruantia inueſtituræ non præſumi confirmationem Apoſtolicã in conceſsione decimarum laicis facta poſt Concilium Lateranenſe demonſtratur. Cap. LXXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non habens titulum ab Eccleſia non poteſt ius decimandi quocunque temporis curſu præſcribere.*
2 *Detentatio ſola non ſufficit ad præſcribendum.*
3 *Laicus, vt poſsit decimas percipere debet vltra immemorabilẽ probare etiam famam priuilegij Apoſtolici, vel quod poſsederit decimas tanquã Vaſſallus Eccleſiæ, & num.4.*
5 *Eſt capax decimarum conſenſu Papæ interueniente.*
6 *Solemnitas confirmationis præſumitur, vbi conſtat de titulo cum illius obſeruantia per longũ tempus licet titulus ſit inualidus.*
7 *Amplia, vt talis confirmatio præſumatur ſpacio triginta, vel quadraginta annorum etiam non probata ſcientia Papæ.*
8 *Alienatio rei Eccleſiæ licet ſit prohibita abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ, tamen ex curſu temporis, quando conſtat de titulo præſumitur confirmata.*
9 *Confirmatio Apoſtolica in conceſsione decimarũ laicis facta poſt Concilium Lateranenſe nullo temporis curſu præſumitur, niſi illud ſit immemorabile, & concurrat fama priuilegij, vel recognitio feudalis, & num.10.*
11 *Poſſeſsio à iure improbata non releuat, nec inducit aliquam præſumptionem pro poſsidente.*
12 *Contra Eccleſiam regulariter præſcribitur ſpacio quadraginta annorum.*

IN materia decimarum diſputari ſolet, An
ex lapſu temporis cum obſeruantia inue-
ſtituræ in conceſsione decimarum laicis
facta poſt Concilium Lateranenſe, confirma-
tio Apoſtolica præſumatur? Pro cuius quæ-
ſtionis reſolutione tres caſus conſiderandos
propono.
1 Primus eſt, quando laicus † nullum habet
titulum ab Eccleſia, ſed ſolum probat poſſeſ-
ſionem, quæ habet principium poſt Concilium
Lateranenſe, & in iſto caſu etiam ſi eſſet ſupra
centenariam ei non ſuffragatur, quia cum lai-
ci ſint incapaces ad obtinendum decimas tem
pus non poteſt eis ſuffragari, & poſſeſsio eſt
impręſcriptibilis, c.cauſam quæ, de præſcript.
cap. cum Apoſtolica vbi omnes, de his, quæ
fiunt à Prælat. ſine conſen. capit. nam dicitur
2 habere ſolam detentionem, quæ non † ſufficit
ad præſcribendum, Vaſq. quæſt.illuſtriſ.lib.2.
cap. 89. num. 6. verſ. cæterum ſupereſt, Co-
uar.lib.1.var.reſolut.cap.17.nu.6.

Secundus caſus eſt, quando quis probat im-
memorabilẽ, & ſic poſſeſsionem ante Conciliũ,
& in hoc ſunt duæ opiniones: Vna, quod ſuffi-
ciat allegare titulũ, alia quod requiratur fa-
ma tituli, vt per Doct.in d.c.cum Apoſtolica, &
per Gabr.de præſcript.concl.1.n. 22. Rota ta-
men in cauſa Toletana decimarum 27.Aprilis
1584.coram Cardinale Blanchetto, & alias ſæ-
* pè tenuit opinionẽ Hoſtien. magis* communẽ,
3 quod non ſufficiat allegare titulũ, †niſi etiam
probetur fama tituli, & hãc ſequitur Collect.in
c.ad hoc, n.5.& 6.de decim. Felin.in d.c.cauſã
quæ n.3.de præſcript. Pariſ.conſ.107. n.110.li.
1.Alex.conſ.6.n.5.lib.1.Iaſ.conſ.156.n.1. & 2.
lib.2.Aym.conſ.174.n.2.Rebuff.conſ.133. Me-
noch.conſ.291.n.41.cum ſeq. & de præſumpt.
lib. 2.præſumpt.86.per totam, Bero. conſ.2. &
per totum lib.1.Couar.d.c.17.n.5.& 6.Guido-
bon.deciſ.62.Caputaquen.deciſ.242.par.1.latè
Balb.de pręſcript.1.par.3.princ.q.7. n.14.vſq;
ad finem, Cappel.Toloſ.quæſt.440, Caſſan. cõſ.
34.à principio vſque ad num. 16.
4 Eſt benè verum, quod ſi laicus poſsidebat†
tanquam Vaſſallus Eccleſię certum quid dan-
do Eccleſiæ ſufficeret etiam nõ probata fama
tituli, & ſic id quod poteſt fama tituli, poteſt
& operatur etiam iſta recognitio, Io: Andr.in
cap. 2. §. ſancimus col. fin. de decim. lib. 6.
Quod tenuit Rota, vt per Caputaquen. deciſ.
267. lib. 1. manuſcriptis, & deciſ. 242. par.1.
in impreſſis, qui benè loquitur.

Tertius caſus eſt, quando laicus habet titu-
lũ ab Eccleſia poſt Concilium Lateranenſę de
cuius obſeruantia conſtat, ſed non apparet de
confirmatione Apoſtolica, quæ ſi adeſſet con-
ceſsio eſſet valida, quia laici tã ante Conciliũ,
quam poſtea cum confirmatione Apoſtolica
5 fuerũt, & ſunt† capaces decimarũ, & ideo cum
conſenſu

medietate bonorum debita vigore dictæ con-
ſuetudinis?,Hæc quæſtio fuit in facto: Et pro
parte negatiua adducebatur,quod iſta medie-
tas maiori vinculo debetur,quam alia,vt cõ-
cludit Afflict.deciſ.310.in fine, Debetur enim
10 ex conſuetudine,& ſic † fortiori iure,quam
iure communi,vt firmat Bart.in l.viros.C.de
diuerſ.offic.lib.12.Doct.in l.2. de vulg. & pu-
pillar. Secundò, quia ſi filius iſte excluditur,
quia ingratus,& tãquam indignus, nullus po-
teſt et obijcere indignitatem, niſi fiſcus, gloſ.
in l.15.§.1.ff.famil. hæreis. Tertiò, quia con-
ſuetudo eſt fundata iuridicè, ne ſcilicet bona
exeant deſcendentes, per quos agnatio con-
11 ſeruatur ſtantibus diuitijs, ſine quibus † ruit
nomen familiæ,vt declarat Rom.cõſ.15.Bald.
& poſt eum Ang.conſ.67. Quartò conſuetudo
vult medietatem peruenire ad deſcendentes;
ergo cenſentur vocati per fideicommiſſum,
Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres,de verb.
obligat. Et conſequenter non videtur, quod
12 filius priuari † poſſit,l.filiusfamilias, §. Dini,
& ibi notatur ff.de leg. 1.

In contrarium allegabatur, quia veriſimile
eſt,quod ſi eſſet cogitatum de tam enormi fa-
cto,vtique conſuetudine eſſet inductum, vt fi-
lius in totum eſſet excluſus, gloſ.in l. tale pa-
ctum §.fin. ff. de pact. l.mulier, ad trebellian.
Secundò, quia ſi ſecus eſſet inducerentur filij
ad delinquendum, quod vitandum eſt, l. con-
uenire de pact.dotal. Tertiò,quia in feudis fi-
lij poſſunt exhæredari,& tamen in eo veniunt
ex lege concedentis Andr.in cap.1.col.1. de
13 ſucceſſ.fęud. Et iſta opinio mihi † videtur ve-
rior, quia hæc medietas ſuccedit in locum
legitimæ,quia filius ob ingratitudinem priuari
poteſt,d.l.ſi arrogator, ff. de adopt. Et vt in-
quit Bald. in in prohem.decret. col. vlt. in ve-
teri teſtamẽto narratur,maledictionem patris
ita odioſam eſſe, quod euertebat Domum fi-
liorum. Et magna eſt poteſtas patris in filium
l.1.C.de pat.qui fil.diſtr.quæ nimis anguſtare-
tur ſi ingratum filium non poſſet punire: Et
permittãte iure cõmuni hoc videtur fieri,poſt-
quam cõſuetudo expreſsè non decidit,& quæ-
libet diſpoſitio eſt reducenda ad ius commu-
ne,etiam per improprietatem, Bald. in l. præ-
ſcriptione col.10.C.ſi con.ius vel vtil.publ.

Mulier habens fæudum cum conſenſu Domini obligatum pro dote, ſi renunciet dicto iuri hypothecæ in manibus debitoris poſſidentis ipſum fæudum, an teneatur impetrare nouum conſenſum: Et ſi fæudum ſit venditum cum pacto de retrouendendo, & eodem conſenſu, an in retrouenditione alius conſenſus requiratur. Cap. LXXXXI.

SVMMARIVM.

1 Mulier habens fæudum cũ conſenſu Domine obligatum pro dote poteſt ſine nouo conſenſu renunciare dictum ius hypothecæ in manibus debitoris poſsidentis ipſum fæudum.

2 Remiſsio etiam iuris realis, quod, quis habet in fæudo fieri poteſt ſine conſenſu Domini.

3 Traſactio ſuper fæudo non eſt prohibita de iure communi fæudorum, ſecus de iure ſpeciali Regni Neapolis.

4 Conſenſus Domini adhibitus in venditione feudi facta cum pacto de retrouendendo nõ eſt necceſſarius quãdo poſtea feudum retrouẽditur.

5 Decretum Iudicis in pignoratione rei pupilli operatur,vt creditor poſsit rem pignoratã vendere ſine alia Iudicis permiſsione.

6 Item conſenſus Domini adhibitus in alienatione rei fæudalis in dotem datæ, operatur, vt tranſlatio dominij,quæ facienda eſt ſoluto matrimonio non requirat alium conſenſum.

DVbitari etiam ſolet in materia fęudali ſi
mulier habeat fæudũ cum conſenſu Do
mini obligatum pro dote, & renunciet
huic iuri hypothecæ in manibus debitoris poſ-
ſidenеis fęudũ,an nouus conſenſus requiratur?
Bartol.de Capua,quẽ refert Afflict. deciſ.82.
ſubu num.8.in quadam appoſtillã ad Conſtit.
Regni, quæ incipit Conſtit. Diuæ memoriæ,&
in l.4.§.fin. de man. vind. tenet per illum tex.
1 quod valeat dicta † renunciatio ſine conſenſu,
cum tendat ad fæudi liberationem.

Incontrarium verò Ant de Alexan.ad dictã
Conſtit.adducit Andr.de Iſern.in conſt.1.dum
dicit idem in remiſsione iurium, quæ habet
in fæudo, nam iſta cenſetur donatio, arg. l. ſi
mulier ff.de cond.ob cauſ.& ad d.§.fin.reſpon
det, quod minor non erat prohibitus genera-
liter omnem contractum facere,ſed ſolum ma-
numittere ſine Prætore,ideo ſi conſenſit debi-
tori manumittere ſeruum pignoratum ſibi,
videtur ipſe manumittere, propterea valet
contractus ſine Prætore. Sed hoc caſu lex pro-
hibet omnem contractum, per quem fæudum
diminuitur,aut commutatur cap.1.de prohib.
alien.per Lothar.Et per hanc renunciationem
ius acquiſitum, ſcilicet hypotheca commuta-
tur de me in debitorem,ſeu poſſeſſorem fæudi
cui remitto hypothecam. Similiter ad illud,
quod hæc remiſsio valeat,quaſi tẽdens ad fæu
di liberationem,& ſic ad augumẽtum eius,di-
cit nullum eſſe augumentum fęudi,ſiue ſit hy-
potacatum,ſiue nõ,nam ſemper Dominus ha-
bet iura ſua integra.

Igitur pro concordia idem Antonius ſic di-
ſtinguit,vt Andr.de Iſern.in dicta conſtitutio-
ne intelligatur de iuribus realibus; Sed Bar-
tholom.de Capua de iure hypothecæ,& ſic de
actione hypothecaria,quæ nõ eſt in rẽ ſcripta,
ſed perſonalis iuxta not. in rubr. ff.ſi cert pet.

Ego vero exiſtimo dici poſſe,quod remiſsio
2 etiam iuris † realis,quod quis habet in fæudo
fieri poſsit ſine Domini conſenſu, ex traditis
per Afflict.d.deciſ.232.num. 8. verſ. ſed ſi ter-
tius. Item quia talis remiſsio videtur quædã
3 tranſactio,quæ † non eſt prohibita de iure cõ-
muni

muni ſæudorum, vt in cap. ſæudorum, tranſa-
ctio, & illud videtur innuere Andr. de Iſern. in
d. cap. 1. de prohib. alien. per Lothar. & vide
Franc. Aret. conſ. 14. col. 9. Sed in Regno Nea-
polis hoc non procederet, vbi tranſactio indi-
ſtinctè prohibetur, vt in d. cõſt. Diuę memorię.

Sed dubium oritur non contemnendum;
Venditum eſt fæudum cum pacto de retrouen
dendo, & in ipſo pacto interuenit conſenſus
Domini; Quæritur an poſtea in retrouenditio-
ne futura debeat alius conſenſus interuenire?
4 Et dicendum eſt alium conſenſum † non eſſe
neceſſarium. Primò, nam is videtur velle con-
ſequens, qui conſenſit ſuo antecedenti, l. illud,
ff. de acquir. hæred. l. quamuis, C. de fideicom.
5 Secundò, quia † conſenſus, ſiue decretum Præ-
toris in pignoratione rei pupilli ſe extendit, vt
creditor poſſit ipſam rem pignoratam vẽde-
re ſine alia permiſsione Prætoris, l. pupillorum
§. ſi pupillus, ff. de rebus eorum. Tertiò, quia
6 conſenſus Domini adhibitus † in alienatione
rei fæudalis in dotem datæ operatur, vt tran-
slatio dominij, quæ facienda eſt ſoluto matri-
monio non requirat alium conſenſum, ſecun-
dum Imol. in l. vſufructu, ff. ſolut. matrim. con-
tra Bart. qui ibi ſcripſit contrarium. Et ad pro
poſitum circa pactum de retrouendendo, vide
Bald. nouel. in vltimo priuilegio dotis.

Perlapſum temporis data obſeruantia in-
ueſtituræ non præſumi confirmationem
Apoſtolicã in conceſsione decimarum
laicis facta poſt Concilium Lateranen-
ſe demonſtratur. Cap. LXXXXII.

SVMMARIVM.

*1 Laicus non habens titulum ab Eccleſia non po-
teſt ius decimandi quocunque temporis curſu
præſcribere.*
2 Detentatio ſola non ſufficit ad præſcribendum.
*3 Laicus, vt poſsit decimas percipere debet vltra
immemorabilẽ probare etiam famam priuilegij
Apoſtolici, vel quod poſsiderit decimas tanquã
Vaſſallus Eccleſiæ, & num. 4.*
*5 Eſt capax decimarum conſenſu Papa interue-
niente.*
*6 Solemnitas confirmationis præſumitur, vbi con-
ſtat de titulo cum illius obſeruantia per longũ
tempus licet titulus ſit inualidus.*
*7 Amplia, vt talis confirmatio præſumatur ſpacio
triginta, vel quadraginta annorum etiam non
probata ſcientia Papæ.*
*8 Alienatio rei Eccleſiæ licet ſit probibita abſque
beneplacito Sedis Apoſtolicæ, tamen ex curſu
temporis, quando conſtat de titulo præſumitur
confirmata.*
*9 Confirmatio Apoſtolica in conceſsione decimarũ
laicis facta poſt Concilium Lateranenſe nullo
temporis curſu præſumitur, niſi illud ſit imme-
morabile, & concurrat fama priuilegij, vel re-
cognitio fæudalis, & num. 10.*
*11 Poſſeſsio à iure improbata non releuat, nec indu-
cit aliquam præſumptionem pro poſsidente.*
*12 Contra Eccleſiam regulariter præſcribitur ſpa-
tio quadraginta annorum.*

IN materia decimarum diſputari ſolet, An
ex lapſu temporis cum obſeruantia inue-
ſtituræ in conceſsione decimarum laicis
facta poſt Concilium Lateranenſe, confirma-
tio Apoſtolica præſumatur? Pro cuius quæ-
ſtionis reſolutione tres caſus conſiderandos
propono.
1 Primus eſt, quando laicus † nullum habet
titulum ab Eccleſia, ſed ſolum probat poſſeſ-
ſionem, quæ habet principium poſt Concilium
Lateranenſe, & in iſto caſu etiam ſi eſſet ſupra
centenariam ei non ſuffragatur, quia cum lai-
ci ſint incapaces ad obtinendum decimas tem
pus non poteſt eis ſuffragari, & poſſeſsio eſt
impręſcriptibilis, c. cauſam quæ, de præſcript.
cap. cum Apoſtolica vbi omnes, de his, quæ
fiunt à Prælat. ſine conſen. capit. nam dicitur
2 habere ſolam detentionem, quæ non † ſufficit
ad præſcribendum, Vaſq. quæſt. illuſtriſs. lib. 2.
cap. 89. num. 6. verſ. cæterum ſupereſt, Co-
uar. lib. 1. var. reſolut. cap. 17. nu. 6.

Secundus caſus eſt, quando quis probat im-
memorabilẽ, & ſic poſſeſsionem antè Conciliũ,
& in hoc ſunt duæ opiniones: Vna, quod ſuffi-
ciat allegare titulũ, alia quod requiratur fa-
ma tituli, vt per Doct. in d. c. cum Apoſtolica. &
per Gabr. de præſcript. concl. 1. n. 22. Rota ta-
men in cauſa Toletana decimarum 27. Aprilis
1584. coram Cardinale Blanchetto, & alias ſæ-
* pè tenuit opinionẽ Hoſtien. magis * communẽ,
3 quod non ſufficiat allegare titulũ, † niſi etiam
probetur fama tituli, & hãc ſequitur Collect. in
c. ad hoc, n. 5. & 6. de decim. Felin. in d. c. cauſã
quæ n. 3. de præſcript. Pariſ. conſ. 107. n. 110. li.
1. Alex. conſ. 6. n. 5. lib. 1. Iaſ. conſ. 156. n. 1. & 2.
lib. 2. Aym. conſ. 174. n. 2. Rebuff. conſ. 133. Me-
noch. conſ. 291. n. 41. cum ſeq. & de præſumpt.
lib. 2. præſumpt. 86. per totam, Bero. conſ. 2. &
per totum lib. 1. Couar. d. c. 17. n. 5. & 6. Guido-
bon. deciſ. 62. Caputaquen. deciſ. 242. par. 1. latè
Balb. de pręſcript. 1. par. 3. princ. q. 7. n. 14. vſq;
ad finem, Cappel. Toloſ. quæſt. 440, Caſſan. cõſ.
34. à principio vſque ad num. 16.
4 Eſt benè verum, quod ſi laicus poſsidebat †
tanquam Vaſſallus Eccleſię certum quid dan-
do Eccleſiæ ſufficeret etiam nõ probata fama
tituli, & ſic id quod poteſt fama tituli, poteſt
& operatur etiam iſta recognitio, Io: Andr. in
cap. 2. §. ſancimus col. fin. de decim. lib. 6.
Quod tenuit Rota, vt per Caputaquen. deciſ.
267. lib. 1. manuſcriptis, & deciſ. 242. par. 1.
in impreſsis, qui benè loquitur.

Tertius caſus eſt, quando laicus habet titu-
lũ ab Eccleſia poſt Concilium Lateranenſę de
cuius obſeruantia conſtat, ſed non apparet de
confirmatione Apoſtolica, quæ ſi adeſſet con-
ceſsio eſſet valida, quia laici tã ante Conciliũ,
quam poſtea cum confirmatione Apoſtolica
5 fuerũt, & ſunt † capaces decimarũ, & ideo cum
conſenſu

Digitized by Google

Confeſſio procuratoris de recepto, an & quãdo Domino præiudicet, & nunquid debitor ſoluens falſo procuratori liberetur. Cap. XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de recepto facta à procuratore non habente mãdatum ſpeciale ad exigendũ non præiudicat Domino, etiã ſi conſtet de numeratione.*

2 *Item non præiudicat Domino, quamuis ſit facta à procuratore habente mandatum ad exigendum, niſi conſtet de numeratione.*

3 *Nocet principali, etiam quod de numeratione nõ conſtet, quando procurator non ſolum habet mandatum ad exigendum, ſed etiam ad quietandum, & exactam pecuniam confitendum ſecundum vnam opinionem, ſed contraria eſt magis communis.*

4 *Procurator ad exigendum non cenſetur habere facultatem quietandi, niſi facta reali ſolutione, etiam ſi habeat mandatum cum libera, & n. 5.*

6 *Si partem debiti recipiat, & quietantiam faciat de toto, non per hoc ſunt ſublatæ principali actiones contra debitorem, præſertim ſi in mandato dicatur, & de habitis, receptis, & recuperati quietandum.*

7 *Tutor, item Pater legitimus adminiſtrator filij, & quilibet, cui permiſſa eſt libera adminiſtratio bonorum donare non poſſunt.*

8 *Procurator habens mãdatum ad exigendum, recipiendum, & per pactum debitorem liberandum, & componendum, ſi confiteatur pecunias recepiſſe, Domino præiudicat.*

9 *Item confitens exigiſſe Domino præiudicat, ſi decretum Iudicis interuenit.*

10 *Idem eſt, quando quietatio facta per eum continet actionum ceſſionem.*

11 *Idem, quãdo eſſent adiecta verba aliqua, ex quibus denotaretur realis numeratio.*

12 *Procurator generaliter conſtitutus ad omnia negocia Domini, vt ſunt inſtitores ſi confiteatur pecuniam à debitore recepiſſe, præiudicat Domino.*

13 *Idem eſt, quando Dominus in mandato iuraſſet ſe ratum habiturum quidquid per procuratorem factum fuerit, tametſi contrarium nonnulli teneant, etiã ſi in mandato adeſſent aliæ clauſulæ appendiciæ.*

14 *Confeſſio procuratoris de recepto quando conſtat de fraude illius nunquam Domino præiudicat.*

15 *Debitor ſoluens pecuniam, & ſic quantitatem falſo procuratori non liberatur, etiam ſi habuerit iuſtam cauſam credendi eum eſſe verum procuratorem creditoris, ſecus ſi ſoluerit certã ſpeciem, ſeu rem particularem, & n. 16. & 17.*

EST frequens in foro illa quæſtio; An Confeſsio procuratoris de recepto præiudicet Domino? Qua in re ſunt diſtinguẽdi
1 aliquot caſus. Primus eſt in procuratore, †qui
non habet mandatum ſpeciale ad exigendum, Et nulli dubium eſt, quod nõ nocet etiam ſi de numeratione conſtaret l. hoc iure ff. de ſolut.
2 Secũdus eſt caſus quãdo †procurator habet mãdatum ad exigendum, & tunc eius confeſſio ſimiliter Domino nõ præiudicat, niſi aliter cõſtet de numeratione, ita Bart. in l. 2. §. in mu tui autem n. 6. ff. ſi cert. pet. Cephal. conſ. 101.
* n. 18. & ſequen. lib. 1. & eſt communis *opinio, teſte Sarmien. ſcelectar. interpretat. lib. 3. cap. 11. nu. 1. tametſi contrariam vti veriorem defendat ibidem.
3 Tertius eſt caſus †in procuratore, qui nedum habet mandatũ ad exigendũ, ſed etiã ad quietandum, & exactam pecuniam confitẽdum, & tũc iſtius procuratoris cõfeſsio nocet Domino etiã quod de numeratione non cõſtet ſecundũ cõmunem, de qua teſtatur idem Sarmien. vbi ſupra n. 1. Bart. tamen in loco præallegato cõtrariũ voluit, & hęc ſecũda opinio mihi magis
* placet, quã etiã frequentius *receptã eſſe (licet contrariam veriorem dicat) ſcribit Alciat. in l. ſolutionis n. 3. de verb. ſignif. Strac. in tract. de aſſecurat. de adiecto par. 3. n. 125. Grat. cõſ. 12. n. 72. lib. 1. poſt Papien. de forma libel. in hypothecaria in verbo mortuo n. 23.
4 Intelligitur enim in mandato conceſſa † poteſtas quietandi facta reali ſolutione, & non alias, Boer. deciſ. 281. & ſi procurator aliter faceret videretur donare, quod ſibi non per-
5 mittitur; Quinimmo etiam ſi haberet † mandatum cum libera, id facere nequiret, Natta conſ. 341. n. 2. lih. 2. & conſ. 25. n. 4. lib. 1. & tra-
* dunt communiter *Doct. in d. l. 2. §. creditum ff. ſi cert. pet. Vnde ſi partem recipiat, & quie-
6 tantiam faciat de toto, non per hoc ſunt †ſublatæ principali actiones cõtra debitorem, tex. eſt ad litteram in l. nõ abſtulit, vbi ſcriben. C. de nouat. Socin. conſ. 92. lib. 4. Capic. deciſ. 16. n. 7. Suarez, qui communẽ dicit in repet. l. poſt rem iudicatam cap. quia ſupra viſum eſt num. 15. & 16. Et hæc opinio præſertim procedit ſi in mandato dicatur, & de habitis receptis, & recuperatis quietandum, per rationem poſitam ab Abb. in c. cum olim el 1. n. 4. de offic. deleg. ſequitur Felin. in cap. ſi cau-
7 tio n. 87. de fid. inſtrum. Simile videmus † in tutore, in patre legitimo adminiſtratore filij, & in eo, cui permiſſa eſt libera adminiſtratio per eamdem rationem, nam taliter confitendo donare videntur, quod eis non permittitur per text. in l. prima §. mutuam ff. ſi quis in fraud. Natta conſil. 545. num. 13. 14. &
* 16. vbi de *communi, & nu. 19. 20. & ſequen. lib. 3. ac in tutore, curatore, executore, aut
* alio adminiſtratore *cõmunem dicit Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 13. cum præcedenti, Idem in Sindico Vniuerſitatis firmat Alex. conſ. 132. ſub n. 6. lib. 4.
Limita hanc ſecundã opinionem, ſi in man-
8 dato †adſit poteſtas exigendi, recipiẽdi, & per pactum liberandi debitorem, & componendi, nam tunc confiteri poterit in Domini præiu-

dicium ex tex.cum gloſ. in l.lucius §.tutelæ ff.
de adminiſtrat. tut.Bart.& Ang. in d.l.nō ab-
ſtulit C.de nouat.Soarez in loco citato n. 17.
9 Secundo limita, niſi decretum Iudicis † in-
teruenisſet, quoniam confeſſio procuratoris,
tunc Domino præiudicaret Angel. in l. 2. C.
de prædijs Curialibus lib.10. Iaſ. in d.§. cre-
ditum num. 21.
10 Tertio limita, quando quietatio facta † per
procuratorem habentem mandatum ſpeciale
ad quietandum contineret ceſſionem actionū
Boer. deciſ.281. n.18.
11 Quarto limita, quādo eſſent adiecta † verba
aliqua ex quibus denotaretur realis numera-
tio, prout ſi eſſet dictū, ſe plenè, integrè, rea-
liter, & cum effectu ſatisfactum eſſe, Bald. in
rubr. C. de reuocan. his, quæ in fraud. cred.
col.fin. ſub n.6. verſ.quod ſi adijciatur, Thob.
Non. conſ.67. num.25. iuncto num.præceden
ti, ſed ego de veritate huius limitationis val-
de dubito ex traditis per Alex.conſ. 179. n.3.
vbi Addit.in litera.C.lib.2.
12 Quinto limita ſi quis eſſet † generaliter pro-
curator cōſtitutus ad omnia negocia Domini,
vt Inſtitores, tunc enim ſi confiteretur ligaret
Dominum Bald.in d.l.nō abſtulit C.de nouat.
Qua tamē de re ambigit Suarez. in loco citato
n.18.& 21. ſed conferunt poſita à Tiraquel.de
tract. lign. §.9. gloſ. 3. ſub n.10. & de inſtito-
re à Rolan. conſ.4. n.12. lib.4.
Sexto limita quando Dominus in mandato
13 iuraſſet † ſe ratum habiturum quidquid per
procuratorem huiuſmodi factum eſſet, tunc
enim Dominus teneretur ex confeſſione procu
ratoris Caſtren. conſ. 409. conſideranda ſunt
verba lib. 1. Sed iſtam limitationem reprobat
Bolognet. in d.l.2. §. reditum nu. 47. ſi cert.
pet. & ampliat.dato etiā quod in tali manda-
to adeſſent aliæ clauſulæ appendiciæ citat Ol-
dra.conſ.238. & Roman. conſ.279.
Quintus eſt caſus, & hic nullam habet dif-
14 ficultatem, quando conſtat † de fraude procu-
ratoris confitentis; & tunc non nocet Domino
eius confeſſio l. 1. §. ſi mutuum ff. ſi quid in
fraud.Sarmiē.in loco ſupra citato n.6.& n.11.
Sed non ineleganter hic quęritur, vtrum ſo-
lutio pecuniæ falſo procuratori à debitore fa-
15 cta liberet ſoluentem, Et reſoluendum † eſt
non liberare per l.falſus procurator, & ibi Al-
beric. n.15. Bald. n.18.C. de furt.& l. ſi inde-
bitum, vbi ibidem notat Caſtren.ff.rem ratam
haberi, & l.ſi procurator §. Celſus ait ff. de
cond. indebit. Et licet Bart.in l.ſi procurato-
ri n.19. & poſt eum Roman. n.11. Alex.n.16.
16 ff.de cōd.can.data,&c. voluerint † debitorem
habentem iuſtam cauſam credendi cum eſſe
verum procuratorem creditoris liberari, id ta
men procedit quando ſoluitur certa ſpecies,
ſeu res particularis iuxta terminos l.cum fun-
dus §. ſeruum tuum ff. ſi cert. pet. Secus au-
tem vbi ſoluitur pecunia, & ſic quantitas, quia
tunc ex tali ſolutione, nunquam liberatur de-
bitor ſoluens falſo procuratori: Ita tenuit Ro
ta approbando hanc diſtinctionem in vna Ro-
mana pecuniaria 15. Octobris 1593. coram
17 Orano, in terminis numularij, q. ſoluerat † cer-
tam quantitatem pecuniæ vni, quem debitor
credebat eſſe procuratorem creditoris, ex quo
vtebatur eius opera in ſimilibus negocijs, vt
ex alijs ſolutionibus, & mandatis conſtabat.
Item quia ipſemet in banco eiuſdem numula-
rij conſignauerat pecuniam, ex qua reſultabat
creditum illud aduerſus numularium. Idem
fuit reſolutum in alia Romana falſitatis man-
datorum 11. Februarij 1598. coram Camillo
Peregrino, in terminis ſolutionis factæ in exe-
cutionem mandatorum falſorum, quæ fuerant
præſentata à creditoris famulo, qui conſueue-
rat exigere pecunias cum mandatis Domini,
& cuius opera idem Dominus in ſimilibus ne-
gocijs vtebatur. Et nihilominus, quia ſolutio
facta apparebat in executionem falſi manda-
ti fuit dictum illam ſolutionem cedere debere
damno ſoluentis.

De reſeruatione beneficiorum aliqua obſeruatione digna adnotantur, nec non facti ſpecies deciditur. Cap. XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio Papæ generalis aliquorum beneficiorum fauorabilis dicitur, & non odioſa, ſecus ſi ſit facta ad fauorem certæ perſonæ, & n. 3.*
2 *Papa reſeruans beneficia nemini iniuriam facit.*
4 *Reſeruatio inducitur ſolum verbis expreſſis.*
5 *Papæ manus appoſitio inducit reſeruationem beneficij.*
6 *Reſeruationes beneficiorum clauſæ in corpore iuris, quæ ſint.*
7 *Reſeruatio beneficiorum de qua in c.licet, & in c. prætenſi de præben. in 6. non comprehendit parochiales vacātes pro tempore, quo Sedes Apoſtolica vacat.*
8 *Collatio beneficiorum Protonotariorum Apoſtolicorum non valet, niſi de illorum reſeruatione ſpecialiter mentio fiat.*
9 *Beneficia Prothonotariorum non participantium ſunt Papæ reſeruata.*
10 *Item beneficia Prothonotariorum, qui à legatis de latere creantur.*
11 *Amplia, vt ad effectum dictæ reſeruationis non ſit neceſſariū docere de acceptatione officij Prothonotariatus.*
12 *Regula 3. Cancell. reſeruans beneficia vacantia per obitū familiarum Cardinalium, non exigit conſenſum Cardinalis exiſtētis extra Curiam.*
13 *Habet locum etiam quo ad beneficia, quæ familiaris decedens obtinebat ante mortem Cardinalis defuncti, item quo ad acquiſita durante familiaritate prioris Cardinalis.*
14 *Requirit conſenſum Cardinalis per extenſionem factam in Cancellaria, vel Camera.*
15 *Non requirit probationem familiaritatis continuatæ per quattuor mēſes, quidquid ſit, quo ad effectum regulæ 32.*
16 *Deciſio Card. Paleotti 82. eſt reuocata.*

17 Vi-

17 *Vicarius Cardinalis Epiſcopi, quomodo dicatur eius familiaris.*

18 *Regula 3. Cancell. eſt præparatoria regulæ 30.*

19 *Eius reſeruatio fuit inducta etiam in gratiam Cardinalium, & n. 22.*

20 *Nō ceſſat quamuis ceſſet familiaritas per mortē Cardinalis reiecta opinione Gemin. & Faſtol.*

21 *Beneficia ſemel affecta ſemper durant affecta.*

23 *Regula 3. Cancellariæ non comprehendit beneficia ad Collationem Cardinalium Epiſcoporum ſpectantia, & n. 24*

25 *Reſeruatio generalis beneficiorum, item appoſitio manus Papæ nō afficit beneficia iuriſpatronatus laicorū, etiam ſi iuſpatronatus ſit mixtum, & n. 26. & 27.*

28 *Priuatio beneficiati, etiam ob cōtumaciam inducit reſeruationem beneficiorū, quibus fuit priuatus, clauſam in corpore iuris.*

29 *Epiſcopus poſt reſignationem Eccleſiæ non poteſt ſe intromittere in collatione beneficiorum in ea vacantiū, ſed dicuntur Papæ reſeruata, et n. 41.*

30 *Itē poſt reſignationē cenſetur omne ius, & poſſeſſionem, quam in Eccleſia habuit à ſe abdicaſſe.*

32 *Item non habet beneficium alternatiua conceſſiū Epiſcopis reſidentibus in eorum Eccleſijs.*

33 *Regula de triennali non prodeſt ei, qui innititur collationi nullæ, & Papæ reſeruatæ.*

34 *Titulus incoloratus dicitur, quando eſt ipſo iure nullus.*

35 *Titulus nullus non tribuit aliquam exceptionē, aut effectum.*

36 *Regula de triennali non prodeſt habenti titulum infectum.*

37 *Beneficium dicitur electiuum etiam quòd ſit de minoribus, quādo electio fit à Capitulo, & Epiſcopus confirmat.*

38 *Reſeruatio per extrauagantem ad regimen, de præben. comprehendit etiam beneficia electiua.*

39 *Non comprehendit, niſi beneficia, quæ promoti ad Cathedrales tempore promotionis obtinebant.*

40 *Diſpoſitio loquens de beneficijs non comprehendit electiua, nec modum prouidendi per electionem, & n. 43.*

41 *Dignitas electiua appellatione dignitatis nō continetur.*

42 *Reſeruatio, de qua in regula Cācellariæ 21 non comprehēdit beneficia electiua, quātò in diſpoſitione eſt expreſſus aliquis nouus modus prouidendi, ſed contrarium defenditur infra n. 6 ſ.*

44 *Papa per regulas Cancellariæ non cenſetur velle inducere nouas reſeruationes in præiudiciū Concordatorum Germaniæ, niſi de eis expreſſam, & ſpecialem mentionem fecerit.*

45 *Reſeruationes inductæ per regulas Cancellariæ non comprehendunt beneficia Germaniæ.*

46 *Extrauagans ad Regimen approbatur in concordatis Germaniæ.*

47 *De beneficijs promouēdorum tempore vacationis Eccleſiæ, & promotionis diſponi non poteſt.*

48 *Item beneficia promouēdorum ante promotionē non vacant, nec poſſunt reſignari etiam ſequuta electione, & n. 49. 50. & 51.*

50 *Papa procedens per viam declarationis nihil noui inducit, nec alteri præiudicat.*

53 *Interpretatio fieri debet, ne Papa in reſeruationibus beneficiorum eludatur.*

54 *Factum tempore belli dicitur, quando iam bellum imminet.*

55 *Paria ſunt aliquid eſſe in actu, vel in via deductionis ad actum.*

56 *Promotio dicitur facta, quādo parum ſupereſt, ut fiat.*

57 *Regula Cancellariæ 21. prohibet non ſolum prouiſiones beneficiorum, quæ obtinebant promoti ante promotionē, ſed etiā reſignationes, et n. 60.*

58 *Prohibito vno prohibetur etiā aliud, per quod ad illud peruenitur, præſertim vbi militat eadē ratio, & eadē mens legis, & eius æquitas, & n. 59.*

62 *Conſtitutio, ſeu lex aliam declarans, debet intelligi ſecundum terminos legis declaratæ.*

63 *Prouiſionis beneficiorum appellatione in materia fauorabili, comprehendūtur etiam electiua, ſecus ſi materia ſit odioſa, & n. 64.*

65 *Dignitates maiores poſt Pontificales in Cathedralibus, & principales in Collegiatis Eccleſijs Germaniæ vigore Concordatorum, Papæ reſeruantur, etiam ſi ſint electiua, & n. 66.*

67 *Exceptio debet eſſe de regula.*

68 *Dictio (vero) eſt aduerſatiua, & inducit repetitionem omniū qualitatum expreſſarum in præcedenti diſpoſitione.*

NEmo ignorat, quā ſit frequens diſputatio
de reſeruatione beneficiorū; Igitur in hac
materia aliqua ſcitu digna in vnum colligere
placuit. Et pre cæteris illud notandū eſt, ꝙ re-
1 ſeruatio† generalis aliquorū beneficiorū, quā
Papa facit, fauorabilis dicitur, & nōodioſa; Et
ratio eſt, quia Papa eſt Ordinarius Ordinario-
rū: Vnde quādo reſeruat ſibi collationem ali-
quorum beneficiorū, reducere videtur ipſam
collationē ad ſuā primæuā naturā, quod eſt fa
2 uorabile, & dum † vtitur iure ſuo nemini iniu-
riam facit, Æneas de Falcon. in tract. de reſer-
uat. in ſecundo præelud. fol. mihi 249. Tom. 15.
tract. par. 1. quo loci ſubiungit, ꝙ reſeruatio fa
3 cta ad fauorē certæ perſonæ† bene odioſa eſt;
quia cauſat votū captandæ mortis illius, q. be
neficiū poſſidet, Vnde intelligit Doct. dicētes
reſeruationes eſſe odioſas, vt loquantur de hu
iuſmodi reſeruationibus factis ad fauorē per-
ſonarum particularium, & non de alijs.
4 Rurſus eſt obſeruandū, quod reſeruatio† in-
ducitur ſolū verbis expreſſis, & ſic quando Pa
pa expreſſe dicit, reſeruamus talia, & talia be-
neficia, vt ſcribit idem Æneas in eod. tract. in
Tertio Præludio, n. 3.
5 Similiter animaduertendū eſt, ꝙ † appoſitio
manus Papæ, quæ effectum reſeruationis ope-
ratur, ita demum inducitur, quando Papa ali-
ter nō reſeruando ipſum beneficium, intromit
tit ſe circa illius diſpoſitionem, exempli gratia
ſi mandet Electoribus, ne aliquod certū bene-
ficium conferāt, vt in c. ſi eo tempore, de elect.
Vel quādo beneficio vacanti dat cōmendata-
rium, Aut quādo dat prouiſionem Eccleſiæ va
canti; Vel quando mandat aliquem eius bene-
ficio priuari; Vel quando facit mandatum de

r 2 proui-

prouidēdo: Et iſta manus appoſitio operatur;
vt nemo præter Papā in d.beneficio ſic affecto
ſe intromittere poſsit, vt per eundem Æneam
in d.tract.de reſeruat. in Tertio Præludio.
6 Item eſt omnino aduertendū, ꝙ plures † ſunt
reſeruationes in corpore iuris clauſę. Prima eſt
illa, de qua in c.licet & in c.præsēti, de præben.
in 6. Vbi diſpoſitioni Papæ omnia beneficia va
cantia in Curia, & ſic apud Sedem reſeruātur.
Item beneficia Curialiū morientiū etiam in lo
co vicino Curiæ Rom. per duas dietas lega-
les, & morientiū in itinere, dū Curia transfer-
7 tur de loco ad locū; Verum ſcias, ꝙ ſub † dicta
reſeruatione non cōprehendūtur Parrochiales
vacātes pro tempore, quo Sedes Apoſt. vacat,
ſed Ordinarij locorū illas cōferre poterunt nō
obſtante diſpoſitione d.c.licet, & d.c. pręſenti,
vt probat tex.in c. ſi Apoſtolica, de præb.in 6.
Secunda reſeruatio in corpore iuris clauſa
eſt illa, de qua in Extranag.ex delicto, Ioānis
XXII.in tit.de elect.Et i Extrauag.ad regimē,
Benedicti XII.in tit.de præb.In quibus reſeruā
tur nedum Cathedrales, & earū Superiores ſe-
des, Monaſteria, & regulares Eccleſiæ, ſed etiā
prioratus, Officia, vel adminiſtrationes eorū-
dem, Dignitates, Perſonatus, prębendę, & quæ-
cumq; beneficia cum cura, vel ſine quocūque
nomine cenſeātur, quæ apud Sedē vacauerint
ſiue per mortem, ſiue per depoſitionē, aut pri-
uationē eorū, qui prædicta obtinent. Item quæ
per electionem, caſſationē, poſtulationū expul-
ſionē, renunciationē quarumlibet, prouiſionē,
trāſlationem, ſeu per conſecrationē, aut bene-
dictionę vacare contingerit. Et ſcias, quod ad
effectū prædictę reſeruationis apud ſedē vaca-
re dicuntur omnia beneficia, dignitates, Eccle
ſię, & Monaſteria, quę p mortē Cardinalis vbi-
cūque ſecutam vacauerint. Prout idem quoq;
iudicatur de beneficijs, & dignitatibus quorū-
cūque Officialiū Papæ, Videlicet Vicecācella-
rij, Camerarij, Notariorū, Auditorū contradi-
ctarū, Correctorum, Scriptorū litterarum, Pæ-
nitentiariorū, & Abbreuiatorū, Item Cappel-
lanorū Papæ, & quorumlibet aliorum Officia-
liū, etiam ſi extra Curiam trāſmiſsi pro nego-
tijs Papæ, vel Sedis Apoſtolicæ mori continge-
rit, etiam ſi Nūcij, vel Legati fuerint. Idem de
beneficijs Nunciorum, Legatorū, Auditorum
Sacri Palatij, Theſaurariorū in terris Eccleſię,
& put latius legitur in dictis Extrauagātibus.
Tertia reſeruatio in corpore iuris clauſa eſt
illa, de qua in extrauagāti execrabilis, de præ-
ben. quæ reſeruat omnes dignitates, & bene-
ficia, quæ tāquā incompatibilia cum alijs, quæ
poſſidentur intra tempus in d. Conſtitutione
præſtitutum, dimittuntur.
Quarta reſeruatio clauſa in corpore iuris
eſt de beneficijs eorum, qui promouentur in
Epiſcopos poſt cōſecrationem, iuxtā not.in c.
cum in cunctis, de election. de qua paulo infe-
rius in reſolutione quęſtionis, quæ ex facto cō-
tigit latius agendum eſt.
Prętetea in hac materia eſt etiā obſeruādū,
ꝙ beneficia Prothonotariorū Apoſtolicorū per
eorū mortē, vel alio modo vacantia, adeo ſunt
8 Papæ reſeruata, vt collatio facta † de ipſis, niſi
in prouiſione de dict. reſeruatione ſpecialis, &
expreſſa mentio facta fuerit, nō valeat, nec vi-
gore clauſularum generalium ſuſtineatur, vt
per Guidobon.deciſ.61. Quod locū habet etiā
9 quo ad beneficia Prothonotariorū † non par-
ticipātiū, quæ pariter ſunt reſeruata, vt tradit
Put. deciſ.313.lib.1. Veral. deciſ.330. lib.1.in
manuſcript. & 404. par. 2. & tenuit Rota in
Aſtoricen.de los Pagos, 19. Decembris 1588.co
rā Comirulo, vbi fuit concluſum id procede-
10 re etiā in Prothonotarijs † creatis à legatis de
latere; Et idem fuit reſolutū in Placentina Sco
laſtriæ 9. & 13. Aprilis 1584.corā Robuſterio,
& in Cæſarauguſtana beneficij 26. Februarij
1603.coram Horatio Card. Lancelotto, In qua
fuit dictum, quòd ad effectum dictæ reſerua-
11 tionis † non erat neceſſarium docere de acce-
ptatione Offici Prothonotariatus.
Simili quoq; modo adnotandū eſt, quod re-
12 gula † tertia Cancellariæ reſeruans beneficia
vacātia per obitū familiariū Cardinalium non
exegit conſenſum Cardinalis exiſtentis extra
Curiā, Guidobon. deciſ.20. Et habet locū etiā
13 quo † ad beneficia, quæ familiaris decedēs ob-
tinebat ante mortē Cardinalis defuncti, & ne-
dum quoad beneficia acquiſita durante fami-
liaritate prioris Cardinalis, ſed etiam quo ad
alia prius quaſita, Æneas de Falcon. in tract.
de reſeruat. effectu 22. cū alijs per Guidobon.
deciſ.21. Et pro conſenſu Cardinalis requiſito
14 per hanc regulam † non ſufficit, quod in ſuppli-
catione prouiſionis reperiatur ſubſcriptio, ſeu
appoſitio manus dicti Cardinalis, ſed neceſſe
eſt, quod conſenſus ponatur in Cācellaria, vel
Camera per Cedulam ipſius Cardinalis, Gui-
dobon.deciſ.22. Item ad effectū reſeruationis
ex capite familiaritatis, de qua in d.regula nō
15 eſt neceſſaria † illius continuationis probatio
per quattuor menſes, quidquid ſit quo ad ef-
fectū regulæ 32.de præſtando conſenſu Cardi-
nalis præſentis in Curia, quādo impetratur be
neficiū à Papa vacās per obitū familiaris Car
dinalis, vt ex verbis regulæ in fine videre eſt.
16 Neq; attēdi † debet deciſio Card.Paleot.22.Nā
ex alia ſubſequēte 29.conſtar de illius reuoca-
tione, & ita fuit deciſum in Seguntina benefi-
cij 12.Maij 1589.coram Orano, Vbi agebatur
de Vicario Cardinalis Epiſcopi Seguntini in
domo dicti Cardinalis cōmorantis, Et fuit di-
ctum, quod ad effectū d.regulæ, non requireba
tur ſupradicta probatio familiaritatis p quat-
tuor menſes, Et ad dictū Simouct. in tract. de
17 reſeruat.quæſt.35.volentis Vicarium † non cē-
ſeri familiarem ad effectum dictæ regulæ, fuit
reſponſum, quod loquitur de Vicario abſente,
non de illo, qui retinetur domi.
Reſeruatio tamen inducta, propter familia-
ritatē Papæ operatur, vt beneficiū liberæ col-
lationi Papę intelligatur reſeruatū, nec requi-
ritur conſenſus Cardinalis, in cuius familiari-
tate

tate beneficiatus exiſtens deceſsit, Caſſad.de-
ciſ.9.de præbē. Et ratio eſt, vt ibi dicitur, quia
maius lumē offuſcat minus: Quæ cōcluſio pro-
cedit etiā ſi ille Papa deceſſerit, & ita per illius
obitum familiaritas fuerit extincta, vt vide-
re eſt apud Caſſad.deciſ.vlt.de præben. qui li-
cet nihil firmet, rationes tamen adductæ pro
hac parte rationes in contrariū deductas lon-
ge ſuperant; Et ita in fortioribus terminis fuit
reſolutū per Rotam in cauſa Beneuentana be-
neficiorum 15. Decembris 1597. coram Card.
Seraphino, Vbi cum per mortē Comitis della
Zenga, qui alias à Sixto Quinto fuerat crea-
tus familiaris ipſius Papæ vigore priuilegiorū
Conclauiſtarum, & poſtmodum effectus fuerat
familiaris Cardinalis Aragonę, & talis præſup-
ponebatur tempore ſui obitus, vacaſſent non-
nulla beneficia, quæ idē obtinebat de tempo-
re, quo creatus fuit familiaris Papæ, ſicq; con-
tenderetur, An in collatione facienda de dictis
beneficijs per Clementem Octauum ſucceſſo-
rem dicti Sixti Quinti, eſſet neceſſarius cōſen-
ſus Cardinalis Aragonæ, iuxta regulam Can-
cellariæ 31. de impetran. benefic. vacan. per
obitum famil. Cardinalium, An vero ſpecta-
rent ad liberam collationem ipſius Papæ; Pro
Papa fuit reſolutum, ea ratione, quia licet per
obitum Sixti Quinti; ceſſaſſet familiaritas, nō
tamen effectus illius ceſſauerat, nec reſeruatio
ipſa per Extrauagantem Pauli II. quæ eſt vlti-
ma de præben. prout etiā atteſtatur Gambar.
de offic. & poteſt legat.lib.3. nu.134. qui alle-
gat aliam deciſionem. Et ad illud, quod ex ad-
uerſo deducebatur, quod dictus Comes ratio-
ne dicti priuilegij erat familiaris fictus, & non
verus, fuit reſponſum, priuilegium feciſſe ip-
ſum verum, certum, & indubitatum familia-
rem: Nam licet familiaritas requirat mentē,
ſeruitium, & dentem, Nihilominus Papa poteſt
facere, quo ad effectum iuris, vt non verus pro
vero, & proprio familiari habeatur.
18 Porrò admonēdi ſumus, quod dicta † regula
tertia reſeruans beneficia vacantia per obitū
familiariū Cardinaliū eſt quodammodo præ-
paratoria regulæ trigeſimæ: Inducta eſt enim
huiuſmodi reſeruatio non tam fauore Papæ,
19 quàm in gratiam † Cardinaliū, quod ſatis oſten
dere videtur antiqua quęſtio, An ceſsāte fami-
liaritate, puta p mortē Cardinalis, ceſſet quo-
que reſeruatio, in qua licet opinio Gemin.cōſ.
20 93. & Faſtol.dubio 53. non † ſit recepta, qui pu-
tabant ceſſare, cum repugnet regula illa, quod
21 beneficia † ſemel affecta, ſemper durant affecta,
Felin.in c.in noſtra correl. 21. de reſeruat. Ro-
ta deciſ.20.de præben.in antiq.per Biſignet. &
extat declaratio Pauli II. in Extrauagan. ad
Roman.tit. de præben. inter cōmun. & conclu-
dit Aeneas de Falcon. in tract. de reſeruat. ef-
fectu 27. & Sarnen. in Regul. de impetran. be-
nef. vacan. per obit. famil. Cardin. quæſt. 18.
tamen hęc controuerſia arguit receptiſsimum
fuiſſe apud omnes dictā regulam tertiā fuiſſe
22 æditam † in gratiam Cardinalium, Alioquin du
bitaret, An expiraret per eorum obitum fuiſſet
abſurdiſsimum. Hinc infertur eam ita eſſe in-
telligendam, vt faueat Cardinalibus, non au-
tem vt de eorum iure quidquam detrahat; Et
23 ideo videtur dicendum eam † non comprehen-
dere beneficia ad eorum collationem ſpectan-
tia, tum quia nō ſolum inutilis, ſed etiam ple-
rumque damnoſa eſſet huius regulæ prouiſio,
tum quia abſurdū eſſet tollere Cardinali Or-
dinario Collationem, quæ ſibi competit iure
proprio ex diſpoſitione iuris cōmunis, & eam
dare alteri ſuperinducto ratione ſolius fami-
liaritatis, quæ iure ſingularitatis competit. Et
ita in terminis proprijs huius quæſtionis con-
cludit Sarnen. poſt Æneam de Falcon. in dicta
regula 30. quæſt. 19.
Sed vt per mendicata ſuffragia non eamus,
habemus ſuper hac re claram Pontificum pro-
24 uiſionē in regula 32. in qua diſponitur † vt hu-
iuſmodi beneficia ad collationem, et quamuis
aliam diſpoſitionem Cardinalis Ordinarij col
latoris libere ſpectare cenſeantur. Nec obeſt,
quòd adſit ibi clauſula, ceſsātibus reſeruatio-
nibus, &c. quoniam ea innuit præſeruare alias
reſeruationes, de quibus in præcedenti regula
mentio facta fuerat, & quæ obſtabāt huiuſmo-
di regulæ. Sed ne videatur hæc interpretatio
minus legitima, tollitur omnis dubitandi anſa
ex Conſtitutione Alexandri Sexti 32. in qua
disertè hęc controuerſia deducitur, & demum
ſtatuit beneficia pertinentia ad collationem
Cardinaliū non comprehendi in d. Regula 3.
ſed ab ea excipi, cuius veſtigijs inhærētes cæ-
teri Pontifices dictā Conſtitutionem in formā
regulæ contrahētes formarunt dictā regulam.
Non obſtat, q Pius Tertius in dicta regula,
dum ait (per beneficia ad alterius Cardinalis
collationem ſpectantia in præcedenti regula
non cōprehendantur) videatur reſtringere di-
ctam declarationē, quo ad hoc, vt cuius fami-
liaris ille defunctus exiſtit conſenſus requiren
dus nō ſit, ita quòd videatur innuere regulam
in reliquis etiā obſeruandā, quia nihilominus
procedit vlterius, & vult, quod talia beneficia
ad collationē Cardinalis Ordinarij libere ſpe-
ctare cenſeātur. Illud vero, quod limitate dici-
tur reſpectu conſenſus, ideo fuit appoſitū, quia
in impetrationibus huiuſmodi beneficiorum,
quādo vacāt in Curia, Papa voluit ſeruari for
mā in alijs, quæ ſtatuit dicta regula 30. et in-
ſuper requiri conſenſum Ordinarij Collatoris
ſi præſens fuerit in Curia; ſed hæc tantūmodo
locum habent in ijs beneficijs, quę dicuntur in
Curia vacare, non autem in beneficijs Vrbis,
quæ non comprehenduntur ſub reſeruatione
illa vacationis in Curia.
Illud præterea in hoc tractatu eſt obſerua-
25 tione dignum, quod † generalis beneficiorum
reſeruatio in beneficijs iuriſpatronatus Lai-
corum locum non habet, vt per Gemin. in c. 2.
n.2. & ibi Frāc.n.8.de præben.in 6. Guidobon.
deciſ.23. & tenuit Rota in Neapolitana Recto
riæ 13. Februarij 1598. coram Horatio Card.

38 †comprehendit etiam electina non videbatur
intrare, qnia ibi reſeruantur ſolum beneficia,
39 quæ promoti ad Cathredales†tẽpore promo-
tiouis obtinebant, & ſic inſpiciẽdũ videbatur
tẽpus promotionis;Sed iſte Archidiaconus e-
lectus in Epiſcopũ tẽpore reſignationis iã reſi
gnauerat Archidiaconatum in manibns Ca-
pituli : Ergo tempore promotionis non obti-
nebat , & ſic uon dicebatnr reſeruatum .
Miuns etiam videbatur intrare reſeruatio,
de qua in reg.21.quia non loquitur de benefi-
cijs electiuis,& diſpoſitio loquens de benefici-
40 cijs†nõ comprehæudit electiua c.cũ iu illis §.
illis vero, de præben. in 6. Felin.in c.in noſtra
32. correllar.de reſcript. & ideò Io: Monach.
41 in c.Inquiſitores n.1.de hæret.dicit,quod†ap-
pellatione dignitatis nõ venit diguitas electi-
ua,ſeqtur gloſ.pragm.sãct.in c.licet,in verbo,
obſtaculo,de elect.& ĩ terminis regul.qnõ cõ
p̃hẽdat electina Sarnẽ.ſup regul.de ãnal.q.11.
Quod proculdubiò procedit , qnando in-
42 diſpoſitione eſt expreſſus† aliquis nouus mo-
43 dns prouidendi , tũe enim nõ venit† prouiſio
per electionẽ; gloſ. in Clem.1. in verb.quãuis
de præb.Rota deciſ. 11. de præben.in uouis .
Præterea , quãuis etiam dicta regula com-
prehenderet dignitates electiuas, adhuc tamẽ
videbatur Archidiaconatum præfatum nõ eſſe
reſeruatnm , quia cũ in Concordatis Germa-
niæ relinqnatur libera facultas Ordinarijs cõ-
ferrẽdi exceptis reſeruationibus in eis expreſ
ſis, vt in §. placet, videbatur reſeruationẽ in-
ductã per regul. 21. nõ cõprzhendere benefi-
eia Germaniæ,quorũ collatio ad Ordinarium
ſpectat vigore Cõcordatorũ:Cum.n.Cõcorda-
ta cõtineãt cõtractũ inter Sedẽ Apoſt.&natio-
nẽ Germanicã, non cenſetur Papa per regulas
44 Cancellariæ † voluiſſe inducere nouas reſer-
nationes in pręiudiciũ cõcordatorũ,uiſi de eis
expræſsã, & ſpecialẽ mẽtionẽ fecerit, ad tex.
in c. ex multiplici, de decim gloſ. in clem. 2.
de ſepult. Anchar . conſ. 20. ante n . 3. Aym.
45 conſ. 25. n.20.Et ideò reſeruationes† inductæ
per regulas non compræhendunt beneficia
Germaniæ,vt per Caſſad.deciſ. vnica,de pact.
Put. deciſ.48.lib.1.Creſcent.deciſ. 55.lib.1.
Sed prædictis nõ obſtantibus reſoluendũ eſt
Archidiaconatum,de quo agitur eſſe reſerua-
tum ex diſpoſitione extrauagantis ad Regim.
46 de præben.in hoc etiã approbata † per cõcor-
data Germauiæ in §.ruſus . Ex qua extraua-
ganti reſeruautur omnia beneficia, quæ obti-
nẽt promoti ad Cathedrales Eccleſias ; Vnde
cũ dictus Archidiaconus fuerit promotns ad
Cathedralẽ Eccleſiã ſequitur, quod Archidia-
conatus reſeruatus remanſerit .
Nec facit,quod dicta extrauagans loqnatur
ſolũ de beneficijs vacantibus tẽpore promo-
tionis , & Archidiaconatus tẽpore promotio-
nis iã eſſet reſignatus,quia cum fuerit reſigna-
tus poſt electionẽ ad Epiſcopatũ, & eo tẽpore,
quo ſola confirmatio Papæ expectabatur,& e-
lectus iam certus eſſet de proxima promotio-
ne,reſignatio non tenuit,non ſolum ex regnla
47 Cancellariæ 24. alias 21. qua†prohibetur di-
ſponi de beneficijs promouẽdorũ tẽpore vaca-
tionis Eccleſiæ,& promotionis,ſed etiã de iu-
48 re: Nã etſi de iure certũ ſit†beneficia ante p̃-
motionẽ nõ vacare ad effectũ, vt de illis diſpo
ni poſſit, c. cum in cunctis c.cũ verò,de elect.
Quia tamẽ poſt electionẽ imminet vacatio , &
beneficia vacatione ſubiacẽt,nõ,videtur,qnod
49 iuterĩ reſignari poſſint.Authẽ.res,qnę,C.com.
de leg.Maximè,qa ex hoc Papa eluditur,Rota
in antiq.de permut.deciſ.13. vbi plura i u pro-
poſitum,&reſignatio p̃ſumitur facta in fraudẽ
ex eo ꝙ ſcribit Bart.in l.poſt cõtractũ n. 8. ff.
de douat.Et ideò bene intrat iſto caſu reſerua
tio inducta ex dicta extranagãti ad regimẽ,&
ex cõcordatis de obtinẽtibus beueficia tẽpore
p̃motionis: Quia ſi Papa tollit collationes me
dio tp̃e factas, & cõſequẽter reſignatioues, vt
infra deducã,reſignatio Archidiaconatus cõ-
50 tra p̃hibitionẽ regulæ nullũ ius abdicauit † à
reſiguãte,& Archidiaconatus cõtinuò ſtetit pe
nes reſignãtẽ quonſq;fuit p̃motus,c.fin.de re-
nũciat.Io:Andr.ĩ c.ex orc,de his,q̃ fiũt à maio
ri par.cap.Rebuſ.i praxi.tit.reſign.exp̃eſſ.n. 1.
Et ex hoc bene tollitur id,ꝙdicebatur reſer
uationẽ inductã per reg. 21. uõ cõprzhẽdere
beneficia Germauiæ,attento quod in eoncor-
datis expræſsè dicitur , quod Papa nou vtitur
alijs reſeruationibus,quã in expræſſis,qnia di-
cta regula non induecit reſeruationẽ aliquã,
nec veuit contra concordata, quæ de vacanti-
bus beneficijs loquuntur, quia Papa per iſtam
51 regulam,non videtur aliud facere,quam† im-
pedire , ne per reſignationes intra illud tẽpus
faciẽdas beneficia vacent,qnod poteſt facere,
neque ex hoc dicitur alicui præiudicium in-
ferre,Rota in nouis de præben.deciſ. 21. col.
4.verſ. Quartum, & verſ. Octauum probatur ,
& deciſ.14.de renunc. in antiq. maximè circa
fin. Biſiguet. eod.tit.deciſ.4.circa fin. Felin.in
c.in noſtra correl. 34. de reſeript. gloſ.pragm.
Sãct.tit.de collat.§.itẽ inſu p ĩ verbo diſponere
col. 3.verſ.poterũt ergo . Et quatenus etiã re-
gula nõ impediret vacationẽ intra illud tẽpus
adhuc nõ veniret cõtra cõcordata , qa nõ in-
duceret nouã reſeruationẽ beueficiorũ vacã-
tiũ ante promotiouẽ, ſed quaſi per viã decla-
rationis videretur procedere interp̃tãdo illa
verba, tempore promotiouum, quæ habentur
in extrauagãti ad regimẽ,& in cõcordatis, vt
cõprzhendant omne tẽpus poſt vacatiouẽ Ec-
52 cleſiæ,& quãdo Papa†procedit per viã decla-
rationis nihil noui inducit , nec alteri præiu-
dicat,Gomeſ.latè ſuper regul.de nõ tollen.iu-
re quæſit,q.13.n.7.Maximè quia iſta declara-
tio videtur rationalis , & iuri conformis cũ
alias Papa ſẽper eludi poſſet ab eo, qui eſſet,
electus:Nã ſtatim ſequuta electioue, vel habi-
ta certitudine p̃motionis futuræ,quilibet be-
53 neficia reſignaret, & interp̃tatio † faciẽda eſt
nePapa eludatĩ,Rota in antiq.de rerũ permut.
dicta deciſ.13. Et bene dicit qs obtinere beue-
ficia

ficia temporc promotionis quando illa eo tẽ-
pore obtinet quo promotio inſtat; Nã, & di-
54 citur factum † tempore belli, quãdo iam bellũ
imminet, vt per Doct. in l. diuortio in princip.
55 ff. ſol. matrim. & paria ſunt † aliquid eſſe in a-
ctu, vel in via deductionis ad actũ Socin. conſ.
56 10. n. 8. lib. 4. Et promotio dicitur facta † quan-
do parũ ſupereſt, vt fiat l. & ſi nõ sũt §. infecti
ff. de aur. & argen. legat. gloſ. in §. cum ex alie-
na, in princip. Inſtit. dc rer. diuiſ.

Nec dicatur regulam prædictam annullare
ſolum prouiſiones beneficiorum, quæ obtine-
bant promoti ante promotionem, nõ autẽ re-
ſignationes, quia cum ibi annullentur colla-
tiones, & prouiſiones, quæ fiunt ex cauſa reſi-
57 gnationis conſequenter cenſentur † etiã an-
nullatæ ipſæ reſignationes ex regula, quod
quando vnum prohibetur, prohibetur etiam
58 aliud, per quod † ad illud peruenitur c. cũ quid
de reg. iur. in 6. Quod præſertim habet locum
vbi militat eadem ratio in prohibitione ante-
59 cedentis † & eadem mens legis, & eius æquitas
vt declarat poſt alios Vincet. Caroc. in d. c. cũ
quid in 3. reg. in vlt. limit. In caſu autẽ noſtro
hæc regula emanauit ad tollendum fraudes,
quæ fiebant Pontifici poſt electionem: Nam
ſcientes ſe eſſe promouendus ad Eccleſiam iã
vacantem reſignabant beneficia, vt hoc mo-
do tolleretur reſeruatio inducta per Extraua-
gan. ad regimen, vt hebetur in commento di-
ctę regulæ. 24. in 2. parte. Hæc autẽ ratio frau-
dis euitandæ, nc fieret Pontifici præiudiciũ in
ſua reſeruatione neceſſario ſuadet, quod etiã
60 in dicta regula reſignatio ipſa † ſit prohibita, &
annullata quia ſi ea non prohiberetur ex ſola
anuullatione ꝓuiſionis, quæ facta eſſet ex cau
ſa reſignationis nõ præſeruaretur ius Papæ,
vt beneficia eſſent ei reſeruata, quia in hac re-
gula nulla fit reſeruatio, vt dixi, & ideò poſsẽt
Ordinarij iterum conferre, ex quo beneficium
vacat per reſignationem, & non per promo-
tionẽ ad tradita in c. ſuſceptum de reſcripit.
lib. 6. Et in ſimili declarat Sarnen. in regula de
infirm. q. 17. n. 2. & q. 24. verſ. ſed prædictis nõ
obſtantibus. Ad effectũ autem, vt intret reſer-
uatio Papæ de beneficijs, quæ in fraudem reſi-
gnãtur neceſſe eſt, ꝙ ipſe reſignationes annul-
lẽtur, quia eis nullis exiſtentibus remanet ius
pænes ꝓmouẽdos, ꝙ deĩde vacat ꝑ promotio-
nẽ d. c. cũ in cũctis, de elect. Et cõſequẽter cum
ratio poſtulet, ꝙ dicta reſignatio ſit ꝓhibita,
vtique ea cẽſetur ꝓhibita ꝑ annullationẽ pro-
uiſionis ex eius cauſa factæ, quod clariſsimè
ex eo apparet, ꝙ quæcũque benificia, quæ pro-
mouẽdi obtinebant vocãtur ab effectu, & ſinc
vacatura per promotionẽ excludẽdo aliũ mo-
dũ vacãdi. Quod factum fuit maxima cum ra-
tione, quia ſatis videtur facta huiuſmodi re-
ſignatio in fraudem, & præiudicium Papæ, ex
quo per eam tolleretur illud ius, quod de pro-
ximo in ſpe habere debebat per promotionem
reſignantis, vt conſiderat deciſ. 21. de conceſ.
præben. in nouiſ.

Non obſtat, quod regula Cancellariæ non
videatur loqui de beneficijs electiuis propter
illa verba reſtricta ad collationem, prouiſio-
nem, & diſpoſitionem gloſ. in Clem. 1. in ver.
quamuis, in fine, de præben. cum alijs ſupra
61 allegatis; Primo † quia ſi eſt etiam de iure
vt dixi, quod reſignatio non teneat, parum
refert, an regula habeat locum in electiuis,
vel ne. Secundo, quia hæc regula nihil aliud
in effectu voluit, quàm prouidere ne Papa per
iſtas reſignationes, quæ fiunt ante promotio-
nem eludatur facultate conferrendi beneficia,
quæ alias per promotionem vacarẽt, & ſic ve-
nit declaratiue ad reſeruationes præcedentes,
quæ expreſſe loquuntur etiam de electiuis, vt
legitur in extrauag. ad regimen, & in concor-
datis. Et ideo regula iſta debet intelligi, vt
loquatur ſimiliter de electiuis, & ſecundũ ter-
62 minos † conſtitutionis declaratæ l. nihil. ff. de
coniung. cum emancip. lib. Caſtrenſ. conſ. 338.
n. 5. lib. 1. & ita arguit gloſ. ſuper reg. Cancel-
lariæ 13. ad interpretationem illius regulæ.
Tertio quia iſta regula emanauit ad obuian-
dum fraudibus, & eſt fauorabilis, vt per gloſ.
ibi & Rebuf. in concordat. tit. de mãdat. Apo-
ſtol. §. ſtatuimus in fine, Mandoſ. ſuper eadem
reg. q. 1. nu. 5. Sarnen. in reg. de veriſimil. not.
obit. q. 1. præſertim quia tendit ad coadiuuan-
dam reſeruationem generalem Papæ, quæ cen-
ſetur fauorabilis, Aeneas de Falcon. de reſeru.
in 2. prælud. Et in ea adeſt verbum generale
63 prouiſionis, &c. quod verbũ generale in † ma-
teria fauorabili comprehendit etiam electiua,
vt declarat Felin. in d. c. in noſtra num. 28.
ad fin. de reſcript. Io. de Silua de benef. par. 3.
q. 1. nu. 16. & ſequen. Rebuf. ſuper concord. §.
præfati, in verbo, prouiſionis, &c. Pariſ. conſ.
144. n. 14. lib. 4. Mandoſ. ſuper reg. de idiomat.
q. 2. Contraria autem loquuntur in terminis
64 clem. 1. de præben. in reſcripto † odioſo ad be-
neficia, quia ſi reſcribatur pro beneficio ſpe-
ctante ad collationem vnius ſingularis perſo-
næ in materia odioſa non reſcribitur de ſpe-
ctante ad prouiſionem Collegij, vt per Doct.
ex aduerſo allegatos. Ex quo igitur in caſu no
ſtro ſumus in materia fauorabili, non odioſa,
& adſunt verba clara importantia etiam ele-
ctionem, non eſt dubium etiam beneficia ele-
ctiua comprehendi.

Præterea tollitur omnis difficultas, quia in
concordatis in §. de cæteris vero, Papa dum
libere dimittit collationem aliorũ beneficio-
rum Ordinarijs inferioribus, ad quos ſpectat,
vltra reſeruationes prædictas reſeruat etiam
65 maiores dignitates † poſt Pontificales in Ca-
thedralibus, & principales in Collegiatis, ex
qua reſeruatione duo reſultant. Primum quod
reg. 21. comprehẽdit etiam has primas digni-
tates, quas Papa ſibi reſeruat, & ſic compre-
henduntur ſub regulis. Secundũ quod in omnẽ
euẽtum cũ Archidiaconatus de quo agitur ſit
prima dignitas, vigore concordatorum eſt re-
66 ſeruata Sedi Apoſtolicæ; Quod † procedit etiã ſi
ſit

ſit electiua, quia cum ſupra in cõcordatis fuerit facta mẽtio de beneficijs electiuis, & poſtea ſubijciatur de cæteris vero, &c. intelligendum
67 eſt etiam de electiuis, quia exceptio † debet eſſe de regula gloſ. in rubr. de reg. iur. in 6. Bart. in l. ſi eum. §. qui iniuriarũ ff. ſi quis caut. cum
68 ſimil. Et quia adeſt dictio (vero) quæ † eſt aduerſatiua, & inducit repetitionem omnium qualitatum expreſſarum in præcedenti diſpoſitione Bald. in l. omnes Populi ſub n. 21. de iuſt. & iur. Alex. in l. ſi filius à patre in princ. ſub nu. 6. de lib. & poſthum. Ruin. conſ. 111. nu. 6. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 83. n. 10. lib. 1.

Cum igitur conſtet de reſeruatione ex ipſiſmet concordatis verſamur in claro, quod Capitulum non potuit diſponere de hoc Archidiaconatu vti Sedi Apoſtolicæ reſeruato.

Eccleſia parrochialis quæ ſit, & de iure ſepeliendi illi competenti. Item quando decima ei ſit perſoluẽda, non ineleganter explicatum. Cap. XCV.

SVMMARIVM.

1 *Parrochialis eccleſia illa dicitur, quæ habet parrochiam, ideſt locum deputatum, in quo populus habitat ad Curam animarum congregatus.*

2 *Parrochia ex decem perſonis conſtituitur, quibus recedentibus manet Parrochia habitu, licet non actu, & illis reuerſis iterum dicitur Parrochia habitu, & actu, & n. 7.*

3 *Non deſinit eſſe Parrochialis actu etiam ſi Parrochiani, qui in parrochia habitãt ex aliqua cauſa, vel culpa ibi non recipiant ſacramenta.*

4 *Curatus, vt iura Parrochiæ conſequatur ſufficit quod per eum non ſtet quin miniſtret Eccleſiaſtica Sacramenta.*

5 *Parrochiani vnius Eccleſiæ, licet audiant diuina, & Sacramẽta percipiant in aliena Parrochia, non tamen efficiũtur de illa Parochia, niſi animo perpetuæ habitationis cum rerum ſubſtantia ibi fiant incolæ.*

6 *Culpa ſeu negligentia Curati in adminiſtrando Sacramẽta Parrochianis, q ea de cauſa cogãtur accedere alia loca, non immutat ſtatũ Eccleſiæ.*

8 *Parrochialis Eccleſia differt à Curata.*

9 *Eccleſiæ parrochiali cõpetit ius ſepeliendi omnes intra parrochiam degentes, etiam ſi ſint exteri, & forenſes habentes hoſpicium in Ciuitate.*

10 *Idem eſt de viatoribus trãſeuntibus, nec habentibus hoſpitiũ in Ciuitate, dummodo intra fines Parrochiæ moriãtur reiecta opinione gloſ. in c. in noſtra, de ſepult. & aliorum nonnullorum.*

11 *Ius ſepulturæ pendet ab adminiſtratione Sacramentorum.*

12 *Parrochialis Eccleſia de iure communi habet intentionem fundatam ſuper primitijs, & decimis omnium fructuum, qui licitè acquiruntur, & colliguntur intra fines Parrochiæ, & n. 13.*

14 *Decima illi perſoluenda eſt abſque diminutione, vel detractione quamuis prædium decimatoriũ duplicem fructum afferat in anno.*

15 *Idem eſt quamuis prædiũ euertatur, & reducatur ad nouam ſpeciem fructuum, & n. 16.*

17 *Exigens decimam ſolum de quadam ſpecie fructuum puta graui, vel olei non amittit ius, & poſſeſſionem reſpectu decimæ aliorum fructuũ, immo talis poſſeſſio ei conſeruatur etiam reſpectu fructuum, qui ſubrogãtur in locum eorum, qui ex prædio decimali prius colligebantur.*

18 *Eius nomine agi poteſt contra Dominum, vel poſſeſſorem etiam pro annis præteritis, quibus decima ſoluta non fuit.*

19 *Conſuetudo in ſoluendis decimis vni Eccleſiæ potius quàm alteri attendi debet, ſi aliud de iure cautum non reperiatur.*

20 *Decima animalium Eccleſiæ ſolui debet, quando amplius non indigent lacte.*

21 *Pro virili eſt diſtribuenda ſi animalia pro parte anni morentur in Parrochia Domini ſui, et partim in aliena, niſi conſuetudo aliud in contrarium diſponat.*

22 *Eccleſia vna poteſt contra aliam ius decimandi præſcribere, dummodo concurrat titulus & poſſeſſio quadraginta annorum, vel ſola poſſeſſio immemorabilis.*

23 *Declara, quãdo Eccleſia nõ eſt Parrochialis, ſecus ſi agatur de præſcriptione vnius parochialis aduerſus aliã, qa tũc ſola quadragẽnaria ſufficit.*

24 *Idem eſt, vbi agitur de præſcriptione inter Eccleſiam non parrochialem, & aliam ſimiliter non parrochialem.*

25 *Mutatio ſeminis nõ mutat obligationem ſoluendi decimam.*

26 *Decima debetur de fructibus ſubrogatis in locũ illorum, qui prius colligebantur, & quorum decima ſolui ſolebat.*

27 *Nõ debetur de fructibus ſubrogatis, quando decima fructuum, qui prius colligebantur erat debita ratione præſcriptionis, niſi etiam reſpectu ſubrogatorum de ſufficienti præſcriptione doceatur.*

28 *Libertas non ſoluendi decimam in totum præſcribi non poteſt, etiam à perſonis religioſis, etiã ſi per mille annos conſtaret non fuiſſe ſolutam, & nu. 30.*

29 *Monachus contra Epiſcopum, vel Eccleſiam Parochialem non debet allegare præſcriptionem, ſed conſuetudinem.*

31 *Rector poteſt facere compoſitionem ſuper modo ſoluendi decimam ſuæ Eccleſiæ, & talis compoſitio durat ſolum eo viuente, niſi à Papa fuerit confirmata.*

32 *Non poteſt facere compoſitionem diminutiuam quantitatis cum laicis ſine conſenſu Papæ.*

33 *Poteſt prohibere poſſeſſoribus agrorum ne fructus percipiant, niſi eo, vel eius procuratore vocato.*

34 *Item inuito Domino, vel poſſeſſore prædij poteſt Cuſtodem apponere, qui fructus cuſtodiat.*

35 *Decima conſignanda eſt in horreo Rectoris Eccleſiæ expenſis debitoris, niſi conſuetudo ſit in contrarium.*

QVoniam de Eccleſia Parrochiali ſæpe fit mentio, operepręcium eſt, quænam illa ſit exponere, & ibi quoque de iure ſepulturæ, nec-

necnon de decimis illi debitis pauca quædam
1 annectemus. Eccleſia igitur quæ habet†Paro-
chiam, ideſt, locum deputatum, in quo Popu-
lus habitat ad curam animarum cõgregatus,
diciturParochialis,Goffred.in ſum.de paroch.
Abb.in c.extirpandæ §.qui vero n.20. de præ-
ben.Silueſtr.in verbo,parochialis;Et ſufficiunt
2 decem ad contrahendum parochiam, Specul.
in tit.de not.crimin.§.8. verſ. quidam tenent;
Qui ſi recedant manet Parochialis habitu, li-
cet nõ actu, & illis reuerſis iterũ dicitur pa-
* rochialis habitu,& actu,gloſ.communiter*ap-
probata in c.licet canon in verbo,parochia,de
elect.in 6.quã ibi ſequuntur Anchar.n.5. verſ.
quærit gloſ.Gemin.n.6.& Franc.n.2.Silua de
benefic.par.3.q.42.Rebuf.in praxi tit.de non
promo.n.35. Recuperat enim ſtatum ſuum
quaſi iure poſtliminij, Io.Andr. ibidem in no-
uel.col.3.in gloſ.ſed nunquid; Nec deſinit eſſe
parochialis actu, etiamſi parochiani, qui in
parochia habitant ex aliqua cauſa,vel culpa
ibi non percipiant diuina, itaut Curatus nullũ
4 laborẽ ſuſtineat,quia ad effectũ, vt † Curatus
conſequatur iura parochialia, ſufficit quòd 8
eum non ſtet quin miniſtret Eccleſiaſtica Sa-
cramenta,vt per Abb.in d.§. qui vero nu. 11.
Rebuf.in concordat.tit.de collat. §. ſtatuimus
in verbo,parochialis, verſ. qui dicatur paro-
chianus. Quod habet locum, quamuis Paro-
5 chiani† audiant diuina, & Sacramenta perci-
piãt in aliena parochia, quia nõ propterea ef-
ficiũtur de illa parochia, niſi animo perpetuæ
habitationis cũ rerum ſubſtantia ibi fiãt Inco-
læ,& Parochiani, Clem.dudum §.huiuſmodi,
de ſepult. Doct.in c.is qui, vbi Franc. nu.1. &
& alij eod. tit. lib.6. Similiter ſi Curatus ne-
glexerit adminiſtrare Sacramenta Parochia-
nis,qui ea de cauſa fuerint coacti accedere ad
6 alia loca ad ea percipienda,hæc culpa,† & ne-
gligentia Curati nõ poteſt mutare ſtatũ Eccle-
ſiæ, Rebuf.ſuper concordat.de collat.§.ſtatui-
mus il 2.in verbo,Parochialis,verſ.qui dicatur
Parochianus,Petr.de Vbald.in tract.de canon,
Epiſc.& paroch.quæſt.11.n.15. & quæſt.12. n.
16.Lup.de Caſtil. in tract.de canonica port. c.
2.n.40. Præſertim ſi conſtet Eccleſiam habere
limites,intra quos adſint habitatores, Goſ-
fred.in ſum.de Paroch.Silueſtr.in ſum. in ver-
bo,parochia,Vitalin.in clem.1. n.48. de præb.
Card.conſ.48.nu.2.Roman.conſ.356.Rebuf.in
d.§. ſtatuimus,circa principium,Nec probetur
huiuſmodi habitatores receſſiſſe, vel ſaltẽ re-
7 manſerint decem perſonæ, quæ ſufficiunt † ad
conſtituendam parochiam, vt dictum eſt, per
doctr. Specul.d.tit.de not.crim.§.8.verſ.quidã
tamẽ,quam Rota canonizauit in vna Toleta-
na parochialis 15.Maij 1587.coram Cardina-
le Platto.Aduerte tamen ad vnum in hac ma-
teria valide neceſſariũ,quòd parochialis † Ec-
cleſia differt à curata,& ideo non tenet con-
ſequentia eſt curata,ergo parochialis, vt bene
declarat Hoied. de benef.incõpatib.c.13. n.2.
Porro Eccleſiæ Parochiali competit ius ſe-
9 pelliendi † omnes intra parochiam degentes,
etiamſi ſint exteri,& forenſes habentes hoſpi-
cium in Ciuitate, nam hi quoque ſunt ſepel-
liẽdi in Eccleſia Parochialis habitationis,cum
in ea ſumãtur Sacramenta, Archid. poſt anti-
quiores in c.1.n.3.de ſepult.in 6.Ant.de Butr.
in c.1.n.9 & Abb.n.4.eod.tit.Summa Silueſtr.
in verbo ſepultura n.8.cum alijs.Idẽ puto de
10 viatoribus trãſeuntibus † nec habentibus ho-
ſpiciũ in Ciuitate. Nã licet ſecundum vnam
opinionẽ hoc caſu ius ſepulturæ ſpectet ad Ca
thedralem,quã tenet gloſ.in c.in noſtra, de ſe-
pult.Innoc.Hoſtien.& Io. Andr.in c.1.de ſepul.
Nihilominus alia eſt verior, quod ſcilicet ſpe-
ctet ad parochialẽ intra cuius fines quis obijt,
& hanc tenẽt Archid.Butr. Abb. & Sũma Sil-
ueſtr. in locis ſupra citatis; Et hæc ſentẽtia eo
magis procedit ſi per parochialẽ fuerint mo-
riẽti adminiſtrata Sacramẽta; Nã ius Sepul-
11 turæ † multũ pendet ab adminiſtratione Sa-
* cramentorum,vt tradunt* communiter Doct.
in d. c. 1. Eo enim ipſo quod percipiunt Sa-
cramenta,videntur elegiſſe ſepulturam, vt per
Butr. in d.c.1.nu. 9.Abb.n.4. & Silueſtr. nu.8.
Franc. & Gemin.in c. 1. de ſepulr. in 6. Lapus
in c.fin.eod. tit.& ita tenuit Rota in vna Hi-
ſpalen. iuris votandi 9.Iulij 1595.coram Car-
dinale Seraphino.

Similiter quoq; Eccleſia parochialis habet
12 intentionem† fundatam de iure cõmuni ſuper
primitijs,& decimis fructuum,qui colliguntur
intra fines parochiæ,Doct.in c. fin. de paroch.
& in c.cũ contingat, de decim.Put.deciſ.371.
lib.1.latè Card.conſ.26.n.4. & ſequen.adeo vt
13 ipſi decima ſit † preſoluenda de omnibus di-
ctis fructibus licitè acquiſitis,c. nuncios,& ibi
Gloſ.c nõ eſt,vbi Abb.in2.not.de decim.&ab-
14 ſque aliqua† diminutione,vel detractione,c.cũ
homines,c.nõ eſt,i fin.de decim.Mohed. deciſ.
69. Rebuf. in tract. de decim. q. 11.n.3. item
quamuis prædium decimatorium duplicem
fructum producat in anno. Et de paſtu quo-
que animalium decima perſoluenda eſt: Et ſi
15 prædium euertatur,& reducatur ad†nouam
ſpeciem fructuum, de illis non minus ſolui de-
bet,quã de primis,latè Euerard.conſ.183.per
tot.Et quod de noualibus eadem decima Ec-
cleſię debeatur tradit Rebuf. de decim. q. 14.
n. 29. quẽ ſequitur Melchior Palaez in tract.
maioratuũ q. 10. n.32.Abb.conſ.71.n.1.lib.2.
Alber.Brun.de augumen. concluſ. 17.in prin.
16 Et ſi† ſpecies fructuũ,vel plãtationis ſit muta-
ta induſtria hominis,quod propterea non ceſ-
ſet obligatio ſoluendi decimam de illis, ſicut
prius ſoluebatur de alijs, probat tex. in c.cũ
in tua,vbi Butr.n.2.in fin.& n.5.verſ.Vnde di-
* cit,&c.Abb.n.3.& alij * cõmuniter,de decim.
Et Rota tenuit in pluribus cauſis, nempe in
Calaguritana decimarum 30. Ianuarij 1562.
coram Caputaquen. in Conchen. decimarum
1.Iulij & 16. Decembris 1591. & 20. Aprilis
1592.corã Cardinale Pãphilio,& in alia Con-
chen.decimarũ de Garzinaria 19.Iunij 1595.
coram

coram Cardinale Mantica, quæ fuit confir-
mata † 27. Decembris 1596. coram Cardina-
le Seraphino.

Sed & ſi Eccleſia decimam petierit, aut etiã
17 exegerit ſolum † de quadam ſpecie fructuum,
puta grani, vel olei, nõ propterea amittit ius,
& poſſeſsionem reſpectu decimæ aliorum fru-
ctuum, Quinimmo per perceptionẽ vnius ſpe-
ciei, alio in poſſeſsione non exiſtente, illi con-
ſeruatur poſſeſsio percipiẽdi decimam ex om
nibus alijs fructibus etiã ſubrogatis in locum
eorum, qui ex prædio decimali prius collige-
bantur, ad not. in cap. commiſſum, & in c. cum
in tua, de decim. Rota deciſ. 2. n. 3. de præſcrip.
in nouis; Felin. poſt alios in cap. auditis n. 19.
eod. tit. cum proueniãt ab eadem radice, nem-
pe à iure decimandi, Balb. de præſcript. 2. par.
quæſt. 2. n. 17. & 18. Couar. pract. quæſt. cap. 37.
n. 5. & tenuit Rota in Hiſpalen. iuris votandi
6. Februarij 1576. coram Epiſcopo Lauretano,
& in illa Corduben. decimarum 21. Octobris
1596. coram Cardinale Pamphilio; Quod adeo
18 verum eſt, vt etiam nomine Eccleſiæ † agi poſ-
ſit cõtra Dominum, vel poſſeſſorem pro annis
præteritis, quibus decima ſoluta nõ fuit, Abb.
poſt Io. Andr. in c. paſtoralis, & in c. cum homi-
nes de decim. Federic. de Sen. cõſ. 81. Euerard.
conſ. 83. nu. 3. Et fuit tentum in vna Sabinen.
decimarũ de menſe Maij 1597. coram Gyp-
ſio, vbi ad deciſiones Caputaquen. 12. & 244.
par. 1. fuit reſponſum, illas forſan locũ ſibi ven
dicare in decimis minutis, de quibus loquitur
tex. in d. c. cum in tua, & ibi gloſ. in verbo, Mi-
nutas, de decim. iſtæ enim non multum haben-
tur in conſideratione, arg. l. ſcio de in integr.
reſt. Rebu. vbi proximè q. 13. n. 51. Propterea
non tenet argumẽtum de decimis minutis ad
groſſas, nec in eis militat tanta ratio, Turrecre
mat. in c. reuertimini n. 11. verſ. ad ſextum, 16.
q. 1. Vel dici poteſt, Caputaquen. loqui in eo,
qui in ſola præſcriptione ſe fundat, vt patet ex
iuribus per ipsũ allegatis, quo caſu intrat re-
gula tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum,
l. 1. §. ſi quis, de itinere actuque priuat. cum
concordant. Secus vbi Eccleſia ſe fundat ge-
neraliter ſuper omnibus fructibus ex diſpoſi-
tione iuris communis.

Illud autem nõ recipit dubitationem, quòd
19 in ſoluẽdis decimis † vni Eccleſiæ potius quàm
alteri, conſuetudo attẽdi debet, ſi iure cautum
aliud nõ reperiatur, c. ad Apoſtolicæ, in fin. de
decim. quem tex. ſic intelligunt Innocen. ibi, &
Abb. n. 3. & probatur expreſsè in c. cũ ſint ho-
mines, eod. tit. Vbi Parrochiani vnius Eccleſiæ
colebãt prædia ſita in alia parrochia, & dubi-
tabatur cui Eccleſiæ decima eſſet perſoluẽda;
& deciditur conſuetudini ſtandum eſſe, quia in
eo caſu non erat diſpoſitum, cui Eccleſiæ eſſet
magis debita: Et in his terminis loquitur de-
ciſ. Achil. de Graſ. 2. de decim. in manuſcriptis,
& Put. deciſ. 154. lib. 1. Et talis conſuetudo in-
ducitur ſpacio decem annorum, vt per Abb. in
d. c. ad Apoſtolicæ, & in d. c. cum ſint homines
nu. 6. ad fin. & ita tenuit Rota in illa Toletana
decimarum coram Cantuccio de anno 1581.
poſita inter deciſ. diuerſ. 163. par. 2. & in illa
Oxomen decimarum 18. Maij 1590. coram
Cardinale Plato, & in Calaguritana decimarũ
12. Februarij 1599. coram Corduba.

Neque etiam omittendum eſt, quòd anima-
20 lium decima † ita demum Eccleſiæ præſtanda
eſt, quando ipſa animalia amplius non indigẽt
lacte, nec ratio aliqua expẽſarum factarum in
illis cuſtodiẽdis habenda eſt, Vincen. de Frãch.
deciſ. 114. n. 1. In huiuſmodi tamen decimarũ
ſolutione conſuetudo inſpici, ac ſeruari debet,
ſi de illa conſtet; Et ſi de conſuetudine non ap-
pareat, tunc ſecundum Hoſtien. in d. cap. ad
21 Apoſtolicæ, de decim. ſi pro parte anni † ani-
malia morentur in Parrochia Domini ſui, &
partim in aliena, æquum eſt, vt inter ipſas par-
rochias decima pro virili diuidatur, arg. l. qui
ſaltum ff. de leg. 3. cum alijs de quibus per Ber
trand. conſ. 205. n. 1. vol. 4.

22 Præterea admonendi ſumus, quòd vna † Ec-
cleſia poteſt contra aliam ius decimandi præ-
ſcribere c. de quarta de præſcript. cũ alijs per
Rotam deciſ. 14. nu. 2. de iudic. in nou. Dũmodo
cõcurrat titulus, & poſſeſsio quadraginta an-
norum, vel ſola poſſeſsio immemorabilis, c. 1.
de præſcrip. in 6. & ibi Gem. Frãc. & alij, Card.
Zabarel. cõſ. 26. n. 5. Mil. in verbo, præſcribi an
poſsit ius decimarum, Din. in reg. poſſeſſor. nu.
27. vbi etiam Couar. in 2. par. §. 5. ſub n. 2. verſ.
quinta concluſio, Balb. de præſcript. par. 2. par-
tic. 3. quæſt. 6. ſub n. 10. verſ. limita iſtam.

Quod intellige reſpectu Eccleſiæ, quæ non
ſit parochialis, nam ipſa, vt præſcribat aduer-
ſus parrochialem decimas prçdiales illi de iu-
re debitas, indiget forte quadragennaria cum
titulo ſecundum Abb. in d. cap. cum ſint homi-
nes, n. 6. circa finem, de decim. ſecus ſi agatur
23 de præſcriptione † vnius parrochialis aduer-
ſus aliam, quia tunc ſola quadragennaria ſuffi
cit ſecundum Abb. vbi ſupra, & tenuit Rota
in illa Toletana decimarũ de Vargas 20. Maij
1596. coram Cardinale Blanchetto, & in illa
Ciuitaten. decimarum 28. Iunij 1596. coram
24 Gypſio. Et idem eſt, quando † agitur de præ-
ſcriptione inter Eccleſiam non parrochialem,
& aliam ſimiliter nõ parrochialem, vt fuit ten
tum in vna Valentina decimarum de Gandia
2. Maij 1603. 10. Decembris eiuſdem anni, &
19. Martij 1604. coram Card. Pamphilio.

Aduertendum tamen eſt, quòd hæc conclu-
ſio de præſcriptione non procedit quoad fru-
ctus ſubrogatos in locum illorũ, qui prius col-
ligebantur, & quorum decimandi ius fuit prç-
25 ſcriptum. Nam licet † mutatio ſeminis nõ mu-
tet obligationẽ, c. commiſſum, & c. cũ in tua de
decimis. Hoſtien. in ſumma eod. tit. §. fin. q. 10.
Bologn.et. conſ. 29. nu. 3. Adeò vt ſi decima fru-
menti ſit debita alicui Eccleſię, & loco frumen
26 ti † ſeratur crocus, de croco tanquam de ſub-
rogato eidem Eccleſiæ decima debeatur; Ro-
ta apud Paleot. deciſ. 70. & fuit tentum in vna

Con-

Digitized by Google

Conchen.decimarum 5.Maij 1600.& 27.Iunij
1601.coram Cardinale Pamphilio: Nihilomi-
27 nus hoc non procedit, quando decima † fru-
menti erat debita ratione præſcriptionis, quia
tunc decima crocei nati in loco, in quo alias
ſerebatur frumentum, non debetur, niſi pari-
formiter pro parte Eccleſiæ de ſufficienti præ-
ſcriptione reſpectu decimæ crocei doceatur,
ita Rebuf. de decim.quæſt.6. n.35.

Sed hoc etiam adnotandum eſt, quòd licet
ius decimandi aliquando præſcribi poſsit, ta-
28 men libertas † non ſoluendi decimas in totum
præſcribi non poteſt, etiam à perſonis religio-
ſis, Rebuf.in d.tract.de decim.q.13. n.60.verſ.
ſed libertatem, latè Balb.de præſcript. 5.part.
princ.q.7.n.3.& ſeq. Hinc Hoſtien.in ſumma
de conſuetud.§.fin. nu.14. verſ.ergo diſcretus
Monachus, dicit, quòd contra Epiſcopum, vel
Eccleſiam Parrochialem non debet Monachus
29 allegare † præſcriptionem, ſed conſuetudinem,
ſequitur Ruin.conſ.142. nu.31.verſ.& per hoc
infert lib.5.Et tali conſuetudo debet eſſe præ-
ſcripta ſaltem ſpacio quadraginta annorum,
gloſ. vlt.cũ qua tranſeunt omnes in c. quibuſ-
dam, §.ille quippe, de decim. Henric.Boich. in
c peruenit, n.9.eod.tit. Gemin. in c.2.§.cæterũ
n.3. & Frãc. in §.diœceſani, n.1.in fin.eod.tit.
lib.6.Balb.vbi ſupra par.1. quintę par.princ.q.
7.n.3.verſ.fallit. Et quòd talis libertas nõ ſol-
uendi decimã pręſcribi non poſſit, etiam ſi per
30 mille † annos conſtaret non fuiſſe ſolutum,
probat tex. in c.cauſam, & ibi omnes Doct.de
præſcript. & concordantes plures allegat Tho
mas Triuiſan. in deciſ.ſua ciuili 29. n. 15.

31 Poteſt autem à Rectore fieri † compoſitio
ſuper modo ſoluendi decimam, & talis com-
poſitio durat eo viuẽte, niſi à Papa fuerit con-
firmata, quia tunc durat perpetuo, Zabarel.
conſil. 146. numer. 2. Non tamen fieri poteſt
32 compoſitio diminutiua † quantitatis cum lai-
cis ſine conſenſu Papæ, Gloſ. Abb. & alij in
cap. venerabilis, de confirmat. vtil. vel inutil.
& in cap. ex multiplici de decim. & in c.2. de
tranſact. Bertrand.conſ.14. & conſ.116.lib.1.
Rebuff. in tract. de decim. quæſt. 13. num.19.
& ſequen. vſque ad num. 27.

Item deſcriptio fructuum pendentium in
agris ad inſtantiã Rectoris fieri poteſt, quem-
admodum etiam poſſeſſori agrorũ poteſt pro-
33 hiberi † ne fructus percipiat, niſi Rectore, vel
eius procuratore vocato, Guid.Pap.deciſ.283.
num.1. Sic etiam inuito Domino, vel poſſeſſo-
34 re agrorum poteſt apponi † cuſtos, ſeu guar-
dianus, qui dictos fructus cuſtodiat, & videat
ne Rector in eius decima defraudetur, Vincen.
de Franch. deciſ.117. nu.2. verſ. & nouiſsimè
iudicaui, late Plot. in l. ſi quando nu.133. C.
vnde vi. Et huiuſmodi decima regulariter in
35 horreo ipſius Rectoris † conſignanda eſt expen
ſis debitoris, Gloſ. in cap. reuertimini 16.q.1.
in verbo, in horreo, & in c. decimas ead. cauſ.
quæſt.7.in verbo, in horreum: Niſi obſtet con-
ſuetudo, nam illi ſtandum eſt, Rebuff. de de-
cim. quæſt.13.verſ. quartus nu.49. & 50.cum
alijs per Vincen. de Franch.deciſ.124. n.3.

Legatarius an poſſit acceptare partem legati, & partem repudiare, & nunquid fructus rei legatæ ante acceptationem illi debeantur. Cap. XCVI.

SVMMARIVM.

1 Legatarius partem rei legatæ acceptare, & partem repudiare non poteſt.

2 Voluntas teſtatoris ſcindi non poteſt.

3 Legatarius vbi plures res ei ſunt relictæ, poteſt vnam earum acceptare, & alteram repudiare, niſi legatum ſit factum ſub nomine vniuerſali peculij, ſupellectilis, & ſimilium.

4 Habens electionem ſi vnam rem acceptet, aliam repudiare tenetur.

5 Fructus rei legatæ ante acceptationem ad legatarium non ſpectant, niſi res fuerit propria teſtatoris, quo caſu fructus illi debentur a die aditæ hæreditatis etiam ante acceptationem, niſi legatum ſit conditionale, & nu.6.& 7.

8 Legatum conditionale non tranſit in legatariũ, niſi purificata conditione.

IN ore omnium poſita eſt illa iuris conclu-
ſio, quòd legatarius rei legatæ partẽ accep
1 tare, & partẽ † repudiare minime poteſt, l.lega-
tarius pro parte, de leg.1.l.neminem, de leg.2.
Idem eſt in hæreditate, l.1.& 2.de acquir. hæ-
redit.l.quidam elogio, de iur. deliberan. Ratio
2 eſt, quia † voluntas defuncti ſcindi nõ poteſt, l.cũ
qui §.pro parte, ff.de his quibus, vt indign.l.nã
abſurdũ, ff.de bon.libert. Et iſtud quidem obti-
net, quando vna res tantũ legatur, ſecus ſi plu-
res legentur, quia tunc non cenſetur vnum le-
3 gatum, ſed plura, Quocirca legatarius † vnam
rem acceptare, & alteram repudiare poterit;
niſi ſub nomine vniuerſali legatũ ſit factum,
veluti ſi quis leget ſuppellectilem, argentum,
ſeu peculium, hoc enim caſu legatum, etiam
ſi plures res cõtineat, tamen vnicũ eſt, nec po-
terit legatarius rem vnam acceptare ſpreta al
tera, l. quoties plures ff.de leg 1. In legato au-
4 tem alternatiuo legatarius habens † electionẽ
poteſt rem vnam acceptare, & aliam repudia-
re tenetur, l.ſi illud, aut illud ff.de leg.2.

Sed dubium eſt, an fructus rei legatæ ante
acceptationem ad legatarium ſpectent? Et di-
5 cendum eſt † non ſpectare, niſi res fuerit pro-
pria teſtatoris, & cuius recta via potuerit trã-
ferri dominium, quia tunc fructus illius à die
aditę hęreditatis legatario debẽtur etiam an-
te acceptationem, per tex.in l. Herrenius la 1.
ff.de vſur.l.quæſitum ibi, quia & ſi fundum, ff.
de acquir.rer.domin. Bald.in l. 1.nu.2. verſ.2.
oppono, C.de vſur.& fruct. legat. Aret.in l.cũ
res legata, num.1.verſ.2.nota, ff. de leg. 1. vbi
Iaſ.n.9.verſ.tertio diligenter, Ruin.conſ.50. n.
10.verſ.& vbi legatum lib.2.Soc.Iun.cõſ. 182.
num.21.verſ.quibus ſic ſtantibus lib.2. Couar.
lib.1.variar.reſolut.cap.9.n.5. verſ. illud pro-

fecto

Digitized by Google

fectò. Vnde ſi res fructifera legetur ad effectũ
6 conſtituendi † dotem, fructus etiam deberi
tenuit Rota in vna Prænestina hæreditatis die
1 Februarij 1580. coram Vicecomite, & faciũt
deciſiones Cæſaris de Graſſis 1. & 2. de vſuris;
Quod procedit licet mulier nondum acceptauerit
legatum ſibi factum ratione dotis quia
ſufficit, quod non repudiauerit, vt ratione dominij,
quod ad illam pertranſiuit à die aditæ
hæreditatis, interim donec repudiet, fructus
debeantur etiam ante acceptationem, l. apud
Iulianum, alias eſt l. cum ſeruus §. 1. vbi Bald.
* nu. 2. in fin. Paul. de Caſtr. nu. 3. & *communiter
Doct. ff. de leg. 1. Couar. lib. 1. var. reſolut. cap.
9. num. 5. verſ. nam licet legatarius. Limita
niſi legatum eſſet conditionale, nam pendente
7 conditione † non debentur fructus, ex quo dominium
eſt hæredis, Couar. vbi ſupra num. 5.
circa medium: Nam conditionale legatum
8 non † tranſit, niſi à die purificatæ conditionis,
Iaſ. in l. 1. ff. de leg. 1. num. 115. verſ. Quinto, &
num. 126. verſ. Vltimo. Et ita tenuit Rota in
vna Romana bonorũ de Ceulis 25. Maij 1601.
coram Penia.

In legato alternatiuo electio cuius ſit, hæredis ne, an legatarij. Cap. XCVII.

SVMMARIVM.

1 In legato alternatiuo electio eſt legatarij, quãdo verba executiua in eum diriguntur, vel ſumus in dubio; Secus ſi verba dirigantur in hæredem, quia tunc electio ad ipſum ſpectat, & n. 2. & 3.

4 Electio rei legatæ ad legatarium deuoluitur, ſi hæres in termino ei dato à teſtatore non elegerit.

5 Idem eſt ſi hæres non eligat intrà terminum ſibi à Iudice præfixum ad inſtãtiam legatarij.

6 Tex. in l. ſtatuliberũ, §. fi. de leg. 2. declaratur, & num. 7.

8 Mora vſque ad litis conteſtationem purgari poteſt.

9 Hæres habens electionem incertæ perſonæ decertis poteſt eligere, donec illi certi, vel vnus ex eis petierit.

10 Moræ purgationi non eſt locus poſt ius alteri quæſitum ex legis diſpoſitione maximè re integra non exiſtente.

DVbitari etiam non ſemel contingit cum
illud, aut illud teſtator legauit, cuius
ſit electio, hæredis ne, an legatarij? Et
1 ſi quidem verba † executiua referantur ad legatarium,
vt ſi dixerit teſtator, Percipito talẽ,
aut talem rem, electio erit legatarij, l. planè. §.
ſi ita Titio, ff. de leg. 1. vbi quoniam teſtator
dixit fundum Seianum, aut vſumfructum tibi
habeto, videtur electionem ipſi legatario con-
2 ceſſiſſe. Si autem verba ad hæredem porrigantur,
eius erit electio, l. ſi ita ſcriptum, §. fin. de
leg. 2. Sed ſi ex verbis teſtatoris non poſſit cõcipi,
cui ille electionem conceſſam eſſe volue-
3 rit, legatarij erit † electio, vt plenius voluntatẽ
teſtantis interpretemur, gloſ. in l. Titio, de leg.
2. quam ibi ſequũtur Bart. in 1. opposit. Bald.
Alber. Paul. de Caſtr. Imol. & cæteri, & communiter
receptã eſſe tradit Salic. in l. plerumque
§. ſi res, ff. de iure dot. & eam ſequitur Imol. in
cap. iudicante num. 17. de teſtam. & ibi Couar.
Iaſ. in l. beneficium n. 15. ff. de Conſt. princip.
& in l. qui duos in princ. de leg. 1. & in §.
huic tamen num. 12. Inſtit. de act. Roman. qui
* de communi *atteſtatur in l. 2. §. ex his, nu. 19.
ff. de verb. obligat. Ripa in cap. inter cæteras,
num. 70. de reſcript.

4 Similiter vbi electio rei legatæ ſpectat † ad
hæredẽ, ſi ipſe nõ elegerit in termino ei à teſtatore
præfixo, electio in legatarium trãsfertur,
vt eſt tex. in l. ſtatuliberum §. fin. de leg. 2. vbi
Doct. benè Caſtren. in l. qui duos, nu. 3. de leg.
1. Anchar. in cap. ſi pluribus, in vlt. notab. de
præben. in 6. & plures congerit Tiraq. de retract.
Lignag. §. 24. gloſ. vnica, num. 9. & 10. Simon
de Pret. de interpret. vlt. volunt. cart. 12.
num. 6. Si verò terminus non eſt præfixus à teſtatore
ad eligendum hæres poterit eligere intrà
annum, per tex. in l. fin. §. Sed & ſi quis, C.
commun. de leg. Sed cautela eſt, quod legatarius
faciat à Iudice ſibi ſtatui terminũ, quo
5 elapſo ſi hæres non elegerit, pariter † transfertur
electio ad legatarium, vel habetur electio
pro facta in præiudicium ipſius hæredis, Bart.
in l. cum, qui certarum, §. 1. num. 4. de verb. obligat.
& bene per Aret. in l. legato generaliter
colum. penult. verſ. ſed iſta ratio ff. de leg. 1. &
ibi Iaſ. num. 19.

6 Non obſtat, quod d. l. ſtatuliberum † non
procedat vbi terminus præfigitur ſolutioni, vt
videtur tenere Cuman. ibi in 2. lect. Quia dico,
quòd hæc opinio non eſt vera; Nam ipſe in prima
lectura dat rationem, quod dum terminus
præfigitur ſolutioni in neceſſarium antecedẽs
præfigitur etiam electioni; Et ratio Floriani
tollit omnem difficultatem, quod præfixio termini
dum pendet eſt in fauorem hæredis, poſt
eius lapſum eſt in fauorem legatarij: Non videtur
ergo conſtituenda differentia inter terminum
appoſitum ſolutioni, vel electioni, vt
habetur in deciſ. Ianuen. 134. num. 10. & tenuit
Rota in vna Romana Bonorum 29. Martij
1585. coram Orano.

7 Non etiam obſtat limitatio † deducta ex doctrina
Iaſon. & aliorũ in d. l. legato generaliter
de leg. 1. Videlicet quod ille tex. non procedat
in re, quæ non ſit in dominio, ſeu hæreditate
teſtatoris, quia reſpondetur, quod in d. l. legato
non agitur de trãsferenda electione de hærede
in legatariũ propter lapſum termini, ſed
ibi dicitur, quod in legato generali electio eſt
legatarij, & ratio eſt, quia tunc videtur legata
optio legatario, quæ opinio non habet locum,
niſi in rebus hæreditarijs, vt ibid. per Iaſ.
n. 18. quod nihil facit ad quæſtionẽ noſtram in
qua quæritur, an electio fieri debeat infra certum
terminum præfixum.

Demum

8 Demum nõ obſtat, quòd mora poſsit † purgari vſque ad litis conteſtationẽ, vt per Bart.
in l. ſi quis Titio §. ſi hæres in fin. de leg. 2. quia
hoc eſt verum in terminis, in quibus loquitur
9 Bart. Videlicet, quando hæres habet † electionem incertæ perſonæ de certis, nam tunc
etiam poſt moram hæredis in eligendo, durat
facultas eligendi in hærede, donec illi certi,
vel vnus ex eis petierit, vt declarat Bart. in l.
cum quidam la ſecunda, ſub n. 6. de leg. 2. ad
quem tex. ſe remittit Bart. in d. §. ſi hæres.
In caſu autem noſtræ quæſtionis, ſi in tempore præſtituto hæres non elegerit vnam ex rebus alternatiuè legatis, ſtatim deuoluitur electio ad legatarium, vt in d. l. ſtatuliberum, Et
10 poſt ius † alteri quæſitum ex legis diſpoſitione, non eſt locus purgationi moræ, iuxtà tradita per Aym. conſ. 216. num. 23. Maximè re
integra non exiſtente, vt per eumdem Aym.
conſ. 246. nnm. 5.

Minori datur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis conceſſi ad reluendum rem paternam, & quando inconſulto hæreditatem adiuit. Cap. XCVIII.

SVMMARIVM.

1 ***Minor aduerſus lapſum temporis ei à lege, vel Statuto conceſſi pro reluenda re paterna, reſtitutionem in integrum petere poteſt.***

2 *Amplia, vt etiam contra tutorem, vel curatorem ſuum agere poſſit perſonali actione, pro eius indemnitate, quamuis alienatio fuerit facta eo conſentiente.*

3 *Item amplia, vt minor eligens vnam viam, in alia ſibi non præiudicet.*

4 *Minori datur reſtitutio etiam aduerſus alienationem factam ſolemniter, quãdo ex ea aliquod præiudicium ſibi infertur.*

5 *Vaſſallus minor habet reſtitutionẽ in integrum etiam lapſo anno, infra quem lege iubente inueſtitura renouari debet.*

6 *Minori nunquam reſtutio in integrum denegatur. niſi à lege, vel ſtatuto expreſſè ſit cautum.*

7 *Reſtitutio in integrum propter iuſtam ignorantiam datur indiſtinctè, ſiue illam petens ſit maior, ſiue minor, etiam ſi cum ipſo nihil geſtum fuerit.*

8 *Ignorantia in hærede præſumitur.*

9 *Quadriennium, quod datur ad petendam reſtitutionem in integrum, incipit currere à die ſcientiæ.*

10 *Reſtitutio in integrum datur illi, qui petit ſe reſtitui ad lucrum ſine damno alterius, ſecus ſi cum damno.*

11 *Conceditur minori, qui inconſulto hæreditatem adiuit, etiam ſi hæreditas ſit opulenta, & lucroſa. & num. 12.*

13 *Item, quamuis confecerit Inuentarium, & hæreditatẽ adiuerit cum auctoritate Curatoris, contra quem poſsit habere regreſſum, & n. 14.*

15 *Minor reſtitutionem alterius minoris non impedit, quando certat de damno euitando.*

16 *Hæres, ſiue minor, ſiue maior etiam ſi per plures annos nullo confecto Inuentario poſſederit bona virtute ſecundi teſtamenti, quod putabat validum, tamen ſi poſtea detegatur nullum, poteſt denuo adire ex teſtamento valido abſque aliqua reſtitutione.*

17 *Noua aditio hæreditatis, vbi ex noua cauſa conceditur, debet nouum etiam tempus dari ad cõficiendum inuentarium.*

RƐcepta eſt ab omnibus concluſio, quòd
minori datur reſtitutio in integrum ad-
1 uerſus lapſum temporis ei à lege, vel † ſtatuto
conceſſi pro reluenda re paterna Alciat. poſt
alios de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 20. nu. 2.
Hoc idẽ tenet Specul. in tit. de primo, & ſecundo decreto §. 5. n. 33. verſ. quid ſi minor. Immo datur ei hæc reſtitutio, quamuis alienatio
fuerit facta eo cõſentiente, & cum tutoris ſui,
aut curatoris auctoritate, quo caſu etiam
2 contra † tutorem, vel curatorem agere poteſt
perſonali actione pro indemnitate ſua, l. minor. C. de tut. vel curat. Neque vnam tantum
3 viam eligendo ſibi in † alia præiudicat, l. 1. &
l. etiam C. eod. tit. Cum enim minori conce-
4 datur reſtitutio aduerſus alienationem † factã
ſolemniter, ex eo quod ſibi aliquale præiudicium illatũ fuerit, iuxtà tex. in l. quædam C. de
præd. minor. in l. lex quæ C. de adminiſtr. tut.
& in l. 3. ff. de minor. multo magis ei danda eſt
aduerſus lapſum temporis conceſsi ad reluendum, ſeu ad contradicendum alienationi in
eius præiudicium factæ, cui non fuit contradictum per tutores, aut agnatos ſimplici negligentia eorum, vel forte malitia, & dolo. Vnde
Clar. in §. fæudum quæſt. 49. nu. 5. ex commu-
* ni * opinione Doctorum, inquit, quod Vaſſal-
5 lus minor † habet reſtitutionem in integrum
etiam lapſo anno, infra quem lege iubente inueſtitura renouari debet? Et huiuſmodi reſti-
6 tutio nunquã cenſetur † denegata ipſi minori,
niſi à lege, uel ſtatuto id expreſsè caueatur late Dec. conſ. 556. num. 8.

Sed aduerte, ꝙ ſi contractus fuerit celebratus cum defuncto, & tempus redimendi effluxerit pupillari ętate durãte, tunc nõ competit
minori ſuccedenti remedium reſtitutionis ratione perſonæ, ex quo nihil cum eo geſtum
fuit, ſed propter iuſtam cauſam ignorantiæ,
7 quo caſu † indiſtinctè quis poteſt reſtitui ſiue ſit maior, ſiue minor etiam ſi nihil ſit geſtum cum ipſo, vt poſt Bart. in l. Æmilius nu.
5. ff. de minor. declarat Iaſ. in l. cum filiusfamilias §. in hoc n. 6. de verb. obligat. Cagnol. in
l. 2. nu. 219. C. de pact. inter empt. & vendit.
Eſt enim generale, quod in hærede † ignorãtia
8 pręſumatur l. q. in alterius, vbi Dec. & Cagnol.
de reg. iur. Paleot. deciſ. 40. Caputaquen. deciſ.
207. part. 3. Quinimmo ſecundũ Alex. conſ. 71.
ĩcip. Videtur prima cõſideratione lib. 1. & Abb.
in c. 1. in fine, de præſcript. etiam ſi pupillus, vel
minor lęſus ſtetiſſet per centũ annos, quòd non
petijſſet reſtitutionẽ, nihilominus ei ignoranti
num-

numqnam currat tempus, nam quadriennium
9 quod datur ad illam petẽdam incipit† currere
à die ſcientiæ, cum à principio tempus ſit vti-
le,licet ex poſt facto ſit continuum l.fin.C.de
temp. in integr.reſtit peten.

Declara tamen prædicta non procedere
vbi ex pacto de redimendo venditor ageret
de lucro conſequendo,emptor autem de dam-
no euidendo , puta ſi bona erant prius irreuo-
cabiliter alienata, & promiſſio de retrouẽden
do fuerit facta ex interuallo, & ſic proceſſerit
ex mera liberalitate emptoris,cum ad id nullo
pacto cogi poſſet l. donari ff. de donat. & l.do-
nari de reg.iur. Et boca interim fuerint aucta
in precio, quo caſu emptor patrimonij diminu
tionem , & iacturam pateretur,per ea quæ ha-
bentur in l.3.ff. de dãno infect.gloſ. in c.cano-
nici, in verbo,damnis, de offi. deleg.in 6. & in
c.ſæpe de elect.in verbo,iacturam, eod.lib.Tũc
enim , quia petens reſtitui non petit ratione
damni,quod paſſus ſit, ſed ratione lucri ceſſan
tis, ſuccedit communis theorica gloſ. & Doct.
in l.ſciendum ff. ex quibus cauſ. maior. Quod
10 aut quis petit ſe reſtitui† ad lucrum ſine dam-
no alterius , & conceditur reſtitutio l. ſi quis
Titio eod.tit.Aut cum alterius damno, & non
debet concedi, vt eſt caſus in d.l.ſciendum, &
faciunt notata per Bart. in l. ſi Inſulam in 6.
quæſt. ff. de verb. oblig. in l.fin. C.de codicill.
& in l. fin. §. & ſi præfatam C. de iure deli-
ber. Vbi ad lucrum conſequendum non ſuc-
curritur ignoranti ex clauſula generali ſi qua
mihi, &c. Et bene comprobatur ex † his , quæ
vult idem Bart.poſt alios in l.ſi duo , ff. de ac-
quir.hæredit.

Præterea reſtitutio in integrum eſt conce-
11 denda minori etiam quando inconſulto† hære-
ditatem audiuit l.1.& authen.ſi omnes C. de
minor.ab hæredit.ſe abſtinen.cum alijs cumu-
latis per Oddum de reſtit.in integr. q.62.art.2
ſub n.15. verſ. ſed contrà eſt veritas. Maxime
quãdo hæreditas eſt pluribus litibus implicita
l.minoribus ff. de minor. Azzo.in ſumma C.ſi
min.ab hæredit.ſe abſtin.Bald.in l.1.n.5.in fi-
ne eod.tit.Roman.in l. cum hæreditate ſub. n.
5.verſ.ſequenda tamen eſt opinio Bart.vbi etiã
Aretin.poſt n.3.ff.de acquir.hæredit.Odd.eod.
tract.q.4.eod.ar.n.79.Surd deciſ.30,n.75.Quia
intereſt minoribus litibus non moleſtari d.l.in
minoribus, quod intereſſe conſideratur etiam
in maiore c.finem litibus,de dol. & contum. l.
3.ff.de inoff.teſtam.Et propterea eſt reſtituen-
12 dus licet hæreditas ſit † opulenta, & lucroſa
gloſ. in d.l. minoribus,Bero. conſ.68.ſua.n.83.
verſ.argum.l.minoribus lib.1.Et quamuis cõ-
13 fecerit † inuentarium, quia inuentarium non
tollit vexationes , neque impedit reſtitutionẽ
minoris Bald.in l. 1.in fin.C.ſi minor ſe ab hæ-
red.abſtin.Salicet in d.authen. ſi omnes in fin.
Bero. d.conſ. 68.ſub.n.85.verſ. præterea minor
Phanuc.de inuent.parte 3.n.26.Surd.conſ. 87.
n.9.in fine & n.ſeq.Odd.de reſtit.quæſt.62. art.
2.n.21. Quod procedit etiã ſi hæreditatẽ adi-
14 uerit †auctoritate Curatoris cõtrà quem poſ
ſit habere regreſſum,quia nihilominus eſt in
electione ipſius ſi velit agere cõtra ipſum, vel
petere reſtitutionem l.etiam, & l.fin. C.ſi tut.
vel curat.Cuman. in l. ſi minoris num.2. ff. de
adminiſtr.tut.Roman.conſ.163.n.5.Pariſ.conſ.
10.n.65.lib.1. late Odd.quæſt.22. art.3. ſub.n.
16. verſ. ſed breuiter. Et hoc remedium com-
petit etiam cõtra Eccleſiam,& alias minores,
15 nam hi reſtitutionem alterius† minoris impe-
dire nõ poſſunt,quãdo certat de dãno euitan-
do Anchar. in c. auditis in fin. de reſtit.in in-
tegr.Roman.conſ.166.n.14.Paul.de Caſtr.cõſ.
37.n.5.lib.2.cum alijs per Cephal.conſ.7.n.12.
16 Immo hæres ſiue† minor ſit, ſiue maior etiã
ſi per plures annos nullo confecto inuentario
poſſederit bona hæreditaria virtute ſecundi
teſtamenti , quod putabat validum,nihilomi-
nus ſi poſtmodum detegatur eius nullitas po-
teſt denuo adire ex primo teſtamento valido
abſque alia reſtitutione per text. vbi gloſ. &
Doct. in l. ſi is ad quem hæreditas ff. de ac-
quir.hæredit. iuncta l.nec is §.1.eod.tit.Et cũ
hæc ſit noua aditio ex noua cauſa debet no-
17 uum etiam tempus habere † ad conficiendum
inuentarium iuxtà conſ. Cuman. 73. maxime
quando ſubeſt cauſa , quare prius neglexerit
inuẽtarium facere, Videlicet, quia in ſecundo
teſtamento,quod putabat valere hęreditas nõ
erat ita grauata legatis, & propterea nõ exi-
ſtimauit Inuentarium debere eſſe neceſſarium
Ita fuit reſolutũ per Rotã in vna Vrbeuetana
legati 13.Iunij 1588. coram Cardinale Plato.

De ſubreptione intra quantũ tempus oppo ni poſſit breuis explicatio. Cap.XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio vitiat gratiam ipſo iure .*
2 *De ſubreptione dari poteſt ſolum intra quadra-
ginta annos à tempore datæ .*
3 *Dictio (quandocumque) in materia ſubreptio-
nis præſcriptionem longiſſimi temporis non ex-
cludit .*
4 *De ſubreptione in litteris beneficialibus,& gra-
tiæ poſt ſententiam opponi poteſt , dummodo
ante quadraginta annos .*
4 *Confirmatio, & noua gratia per obſeruantiam,
& diuturnitatem quadraginta annorum præ-
ſumitur.*
6 *De ſubreptione intra quadraginta annos dari
non poteſt , ſi in litteris ſit appoſita clauſula,
quod de ſubreptione,etc.necnõ clauſula ſublata.*
7 *Clauſula ſublata , &c. releuat impetrantem ab
onere probandi, & admittit parti , & Iudici fa-
cultatem aliter interpretandi , & iudicandi ,
etiam quòd verſemur in gratia conceſſa ad po-
ſtulationem partis .*

1 QVamuis ſubreptio generaliter vitiet† gra
* tiam ipſo iure, vt eſt communis*opinio
relata per Felin.in c.ad audiẽtiam il 2.
num. 22. verſ.litteræ beneficiales, de reſcript.

no, & in vna Tiraſonen. iuris præſentandi 21.
Octobris 1594. coram Litta, quæ videtur tene-
re, quòd etiam abſque dictione (citra) dictio
(ſemper) operetur reſpectu quadragennariæ.
15 Secundo limita, vt non procedat † in Hiſpa-
nijs, vbi non ſolet aduerti, an teſtes deponant
cum copula, vel ne, vt fuit dictum in allegata
Pampilonen. decimarum coram Cardinale
Pamphilio ex Molin. lib. 2. de primogen. Hi-
ſpan. cap. 26. n. 39. in fine.

Dubium autem eſt, an conſuetudo imme-
morabilis per inſtrumenta, & ſcripturas pro-
bari poſsit? Et non poſſe tenet gloſ. in d. c. 1.
vbi Io. Andr. in fin. Franc. n. 5. Gemin. n. 16. de
præſcript. in 6. Alex. conſ. 16, n. 17. verſ. con-
firmo hoc lib. 5. Natta conſ. 636. nu. 14. lib. 3.
Aym. de antiq. tempor. parte 4. verſ. materia
iſta nu. 39. & alij qui fuerunt allegati in vna
Aquinaten. Sancti Eleuterij 29. Aprilis 1602.
coram Ludouiſio.

In contrarium tamen facit deciſ. Put. 209.
lib. 2. & Caputaquen. deciſ. 347. par. 3.

Sed pro cōcordia ſic diſtinguendū eſt ſecun
dum Rotam in vna Burgen. Quindenniorum
8. Martij 1599. coram Litta. Aut adducuntur
16 Scripturæ, † & inſtrumēta confecta ſuper acti-
bus ipſis ad probandam immemorabilem, &
hoc caſu non probāt eam, ſicque procedit opi-
nio gloſ. & aliorum, ea ratione, quia cum ex
dictis ſcripturis, & inſtrumentis conſtet de ini-
tio, merito ex illis reſultare non poteſt proba-
tio immemorabilis, quæ ad ſui eſſentiam de-
ſiderat memoriam initij non extare, vt alias
fuit dictum in vna Salamantina Iuriſdictionis
21. Aprilis 1580. coram Cardinale Seraphino,
dum reprobata fuit ſententia eorum, qui vo-
luerunt centenariam dici immemorabilem.

Aut vero ad probationem illius adducūtur
ſcripturæ, & inſtrumēta, in quibus enunciatur
ipſa immemorabilis, ſeu quæ ipſam canoni-
zant, approbant, & de ea atteſtantur, & tunc
negari non poteſt, quin eam probare valeant,
tum quia ſcriptura, & inſtrumentum probat
17 quæ cantat, tum etiam quia per † enuncia-
tiuas antiquas immemorabilis probatur, & ita
loquūtur Put. & Caputaquen. in deciſionibus
ſupra citatis, & fuit etiam tentum in vna Bra-
charen. Monaſterij 19. Nouembris 1597. corā
Cardinale Pamphilio, & in vna Burgen. Iuriſ-
dictionis 20. Decēmbris 1596. coram Orano.

Præterea animaduertendum eſt in hac ma-
teria probandi conſuetudinem, quod ſi de ta-
18 cito † conſenſu Populi, Vniuerſitatis, Collegij-
ue conſtare poſſet abſque actuum frequentia,
& temporis diuturnitate, neutrum eorum re-
quireretur, ſed ſolus conſenſus ſufficeret pro
forma conſuetudinis. Et ſic ad conſuetudinis
eſſe ſolus conſenſus requiritur, tempus vero,
& actuum frequentia ad faciliorem probatio-
nem, ita adnotauit Bald. in d. l. de quibus nu.
14. ff. de legib. Et ratio eſt, quia, & ſi pluries
Populus, vel Vniuerſitas aliquid fieri permiſe-
rit, poteſt eſſe tamen, quòd ab illa voluntate
receſſerit, vnde neceſſario temporis diuturni-
tas requiritur, ad hoc, vt firmiter, & cum de-
liberatione conuenieti conſenſiſſe dicatur, ita
colligitur ex Bart. in l. 2. n. 17. C. de legib. Et
Ant. de Butr. in d. c. fin. n. 38. & Card. n. 27. &
Bellam. n. 21. de cōſuetud. Et facit elegās exem
19 plum mulieris intercedentis, quæ † & ſi ſemel,
& iterum pro aliquo intercedat, tamen non
dicitur vere interceſſioni conſenſiſſe, niſi bien-
nium trāſierit, l. ſi mulier la 2. C. ad Sen. Conſ.
Velleian. ibi, ſibi imputet, ſi quod ſæpius cogi-
tare potuit, & euenire, & cæt.
20 Limitatur in ſtylo, ad quem † introducen-
dum tempus nō requiritur, Ant. de Butr. in d.
c. fin. n. 46. de conſuetud. & Aym. in tract. de
antiquit. tempor. in 4 parte n. . . Niſi ſit con-
tra ius, quia tunc debet eſſe legitime præſcrip-
tus, Alex. conſ. 36. in fin. & conſ. 212. n. 21. lib. 6.
Aym. conſ. 28. n. 19. Rebuf. ad conſtitut. Gal.
tom. 3. tit. de conſuetud. art. 20. gloſ. 13. nu. 16.
verſ. ad ſecundum. Roch. de conſuetud. ſect. 8.
in fin. verſ. ſi autem eſt contra ius. Eſt autem
21 ſtylus † proprie in terminis noſtris, ſecundum
communem ſententiam, conſuetudo iudicia-
ria continens ordinem, & ſeriem rerum geren-
darum, & differt à conſuetudine, nam conſue-
tudo eſt id, quod continet æquitatem, vel ini-
quitatem, iuſtum, vel iniuſtum in rebus agen-
dis, ita colligitur ex Bart. in d. l. de quibus
nu. 9. Alex. n. 52. Ant. de Butr. in d. cap. fin.
n. 6. Card. n. 15. Aym. d. 4. parte n. 36. Rebuff.
in d. tract. de conſuetud. gloſ. 12.
22 Secundo limitatur † in communi obſeruan-
tia, ſiue conſuetudine, quam interpretationem
vocant, vulgo communem opinionem, quæ ver
ſatur in communi intelligentia alicuius legis
dubiæ, Dec. conſ. 156. in fin. Alex. conſ. 8. n. 9.
lib. 6. cum concordantibus per eum.

Tertio limitatur in conſuetudine præter
23 ius †, quia ſi non veniat ad detrahendum iuri
Eccleſiæ, ad eam inducendam non eſt neceſ-
ſaria temporis diuturnitas, vt exiſtimat Paul.
de Caſtr. conſ. 347. n. 4. verſ. & certè curſus de-
cem annorum lib. 1. Aym. de antiq. temp. parte
prima. §. 4. verſ. limitatur cū ſeq. Oldrad. conſ.
225. nu. 24. in fin. ſed ſufficit probare per ali-
quot actus, aliquando ita ſeruatum fuiſſe, &
* iſta eſt verior, & magis recepta * ſentētia, quam
poſt Nicol. de Matarel. in d. l. de quibus, tenet
Butr. in c. fin. ſub n. 47. verſ. ex his dicit de cō-
ſuetud. Et ſequuntur Alex. conſ. 8. nu. 7. lib. 5.
Aret. conſ. 11. nu. 5. prope fin. verſ. ſed tamen,
Roch. de Curt. in rubr. de cōſuetud. n. 23. circa
mediū, verſ. exemplificatur etiā, Dec. in l. ſem-
per in ſtipulationibus, in fin. de regul. iur. & in
l. liberis n. 19. C. de collat. & in c. cū M. Ferra-
rienſis, n. 7. poſt princip. de conſtit. in cap. at ſi
clerici n. 25. de iudic. in c. 1. ſub nu. 38. de po-
ſtul. prælat. & in conſ. 10. n. 10. in fine, & conſ.
48. col. 1. verſ. & in tali conſuetudine, & conſ.
156. prope fin. verſ. & iſta conſuetudo, & conſ.
441. ſub nu. 13. Aret. in d. c. cum M. Ferrarien-
ſis nu. 15. Socin. conſ. 111. n. 4. in fin. lib. 1. Pur-

purat.

purat. in l.certi condictio §. ſi nummos,n.21. ff.ſi cert.pet.Gabr.de cõſuetud.concluſ.1.n.70 Natta conſ. 406. n. 26. lib.2.Aym.con.118. ſub n.2.& conſ.201.n.12.& conſ.294.col.16.in fin. verſ. nec dicant,& col.ſequen.in princip. vbi dicit ſufficere aliquo tempore vtcumquè breui ita fuiſſe ſeruatum, & in reſponſo pro genero n.317.circa medium verſ.ad hæc gratioſè,Bellon.conſ.1.n.3.Menoch.de arbitr.caſu 83.n.10.Et ita tenuit Rota apud Put.deciſ. 283.incipien. voluerunt Domini in fine lib.1. & in vna Salamantina portionis 20.Decemb. 1585.coram Cantuccio.

Similiter eſt etiam aduertendum, quod ad probandam conſuetudinem contra ius non ſemper requiritur tempus immemorabile;
24 Nam de iure † ciuili, vbi de poſitiuis diſpoſitionibus agitur, ſecundum communem opinionem ſufficiunt decem anni. gloſ. Bart.Alber. Alex. & alij in d.l. de quibus, & l.2.C.de legib. adducunt omnes hanc rationem,quia iura volunt conſuetudinem longam eſſe, vt in rubr.ff.de legib. & in rub.C.eod. ſed longũ dicitur tempus decennij §.1.Inſtit.de vſucap.
* Comprobatur hæc ſententia * cõmunis, quia vbi conſenſus tacitus debet elici ex curſu téporis ad voluntatem mutandam, decennium ſufficit, tex.eſt in l.ſancimus C. de teſtam. vbi de voluntate ſolemni per voluntatem minus ſolemnem mutanda agitur, ſicut hic de mutãdo expreſſo cõſenſu legis per tacitum conſenſum conſuetudinis.

Inſpecto autem iure canonico maior eſt difficultas;Nam pleriquè volunt, quod ad inducendam conſuetudinem dicto iuri contrariam quadraginta anni ſufficiant, moti per c. auditis de reſcript.& per c.fin.d.cõſuetud. ſimul iunctis; Pleriquè verò alij dicunt requiri immemorabilem; alij multi aſſerunt conſuetudinem nullo tempore induci. Ego autem ſic diſtinguo.
25 Aut ius † Canonicum tractat de fide, vel de Sacramentorum ſubſtantia, & hoc nullo vnquam tempore præſcribitur, & nulla conſuetudine mutari poteſt d.c.fin.de conſuetud. & c.fin.de præſcrip.
26 Aut ius Canonicum † tractat de priuilegijs perſonarum Eccleſiaſticarum, & de illorum prærogatiua, quæ libertas Eccleſiaſtica dicitur, & hoc etiam caſu conſuetudo contraria nullo tempore firmari poteſt gloſ.& Doct. in c.clericis de iudic. & de iure Ciuili eſt tex. in l fin.C.de Sacroſ Eccleſ.
27 Ampliatur etiã contra † aliquos particulares Religioſos induceretur, Card. in c. perpendimus de ſent. excom. Felin.in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ col. 2. de conſtit. Io.Andr.in c. fin.de immunit.Eccleſ.in 6.& Roch.in d.c.fin. ſect.5.n.21.

Aut ius Canonicum tractat de rebus Eccleſiaſticis, & conclude,quod in præiudicium
28 bonorum Eccleſiaſticorum non poteſt † conſuetudo aliqua induci; Ita omnes in authen. caſſa,vbi Bart.& alij C.de Sacroſ.Eccleſ.& in d.c. Eccleſia S.Mariæ,& in c.1.de conſuetud.

Limita niſi talis conſuetudo ſit firmata ſpa-
29 cio † centum annorum Rota deciſ.11.num.4. de conſuetud. in antiquis, vel ſit immemora-
* bilis, & ita intelligo communem * opinionem quod in conſuetudine contra ius immemorabilis requiratur.
30 Aut denium ius canonicum † tractat de iuribus,& rebus téporalibus,acquirendis amittendisve, & huiuſmodi ciuilibus diſpoſitionibus. Et tunc omnes in d.c.fin. de conſuetud. & in d. l. de quibus conſentiunt, quod requirantur quadraginta anni. Sed ego non video, quare ad inducendam conſuetudinem contra-
31 riam hoc caſu non ſufficiat † decennium, ſicut ſufficit de iure ciuili, de cuius diſpoſitionibus poſitiuis agitur: Nam argumentum illud, in quo omnes ſe fundant; ſcilicet, quòd iura de iure canonico non præſcribuntur,niſi quadraginta annis, d.c.auditis non videtur bonum: Quia in præſcriptione eſt diuerſa ratio: Nam in præſcriptione extremum agens, ideſt, præſcribens eſt infirmũ,& debile, nec ſtatim operatur, extremum vero patiens præiudicium maximum ſentit, & irreuocabile, nam aufertur ei irreuocabiliter res propria ſine facto ſuo; ſed in conſuetudine econtra, Extremum enim agens eſt potentiſſimum,quia Populus ſi vellet, poſſet ſtatim legem expreſſè tollere. Extremum autem patiens nullum præiudiciũ ſentit; Quia nouum ius, quod conſuetudine inducitur, cum ad futura tantum, nõ ad præſentia,trahatur negocia,nulli ius ſuum aufert; Et ſi vniuerſis ſimul præiudicium faceret,pręiudicium eſt reuocabile,cum ſtatim noua lege poſſit conſuetudo tolli, l. 3. §. diuus ff. de ſepulchr. viol.

Sublata conſuetudine per legem, vel Statutum an immemorabilis ſublata cenſeatur. Cap. C I.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis non tollitur per legem, vel Statutum etiam ſi fuerit dictum nulla conſuetudine obſtante, vel ſublata omni conſuetudine.*
2 *Limita niſi fuerit dictum ſublata quacumque conſuetudine ſecundum vnam opinionem, ſed contrarium Rota tenuit,& n.4.*
3 *Dictio (quacumque) habet maiorem vim quam dictio (nulla) vel (omnis) & ſe extendit ad maiora expreſſis etiam impropria.*
5 *Sublata quacunque conſuetudine per legem etiã immemorabilis ſublata cenſetur quando quis ſe fundat in ſola conſuetudine ſecus quãdo fundat ſe in alio iure ad cuius probationem adducit præſumptiuè continuationem vetuſtiſſimæ conſuetudinis.*
6 *Item ſublata conſuetudine immemorabilis etiam tollitur, vbi per legem reprobatur conſuetudo vti iniqua, & irrationabilis.*
7 *Idem eſt quando lex, vel Statutum expreſſè tol-*

lit

lit etiam priuilegia .
8 *Immemorabilis non eſt propriè priuilegium, ſed dicitur priuilegium ſictum, & tacitum .*
9 *Sublato priuilegio vero cēſetur etiam ſublatum tacitum , & ſictum .*
10 *Veritas vbi non habet locum nec ſictio quoque.*
11 *Diſpoſitum in caſu vero debet cenſeri diſpoſitum etiam in tacito, & non expreſſo .*

SVbſequitur alia diſputatio vtilis & frequēs,
Vtrum ſcilicet ſublata conſuetudine per
legē,vel Statutum ipſa immemorabilis ſublata
cenſeatur?In qua quęſtione eſt dicendū imme-
1 morabilem† regulariter nō tolli,etiam ſi fue-
rit dictū nulla conſuetudine obſtante, vel ſub-
lata omni conſuetudine Bald.in l.omnes n.10.
& Angel.in fine,C.de præſcript. 30. an.Afflict.
deciſ.254.n.5.Felin. in rubr.de pręſcript.n.18.
verſ.fin.Aym. de antiquit. tempor.par.4.num.
186. Tiraquel.de retract. couuent.§.1.gloſ. 2,
n.25.Couar.var.reſolut. lib.3.cap.13.n.5.
2 Limita ſi fuerit appoſita dictio† vniuerſalis
(quæcūque,)nam per talem dictionem imme-
morabilis etiam tollitur gloſ. in Clem. 1. in
verbo (quanticūque) de foro compet.cum cō-
cordantibus per Tiraquel. in loco præallegato
n. 26. & per Couar.in eod. loco nu.5.in princ.
Et ratio eſt, quia talis dictio habet longè ma-
3 iorem † vim,quàm dictio generalis (nulla) vel
(omnis)& ſe extendit ad maiora expreſſis etiā
impropria, vt late per Tiraquel. de retract. li-
gn.§.1. gloſ.7. n.20.cū pluribus ſequen.Gabr.
lib. 6. de verb. ſignif. concluſ.4. per totam.
4 Contrariū †quod neque hoc caſu immemo-
rabilis tollatur tenent Ruin. conſ.13. in fine
lib.2.Dec.cōſ.171.n.15.& conſ.496.n.10. Ber-
trand.conſ.98.n.12.lib.1. Couar. vbi ſupra n.
5. Gabr.de præſcript.concluſ.1. n.30. Et hanc
ſecundā opinionem amplexa fuit Rota in vna
Burgen.Quindenniorum 15.Maij 1600.coram
Corduba,vbi aliæ deciſiones fuerunt allegatę.
Si vis tenere primam opinionem eam decla
5 ra,vt procedat,quando†quis ſe fundat in ſola
conſuetudine,quia tunc appoſita dictione vni-
uerſali (quęcumque) cenſetur ſublata etiam
conſuetudo immemorabilis, ſecus quando fun
dat ſe in alio iure , ad cuius probationem ad-
ducit præſumptiuè continuationem vetuſtiſ-
ſimæ conſuetudinis,ſic declarat Felin. in c. di-
lecti de maior. & obed.col.peu.circa fin.verſ.
contra hoc arguitur.
Secundo limita principalem concluſionem,
6 vbi per legem†reprobatur conſuetudo vti ini-
qua,& irrationabilis, nam tunc cēſetur etiam
ſublata conſuetudo immemorabilis Couar. d.
lib.3.var. reſol. c.13.ſub n.5.verſ. aduertendū
tamē,Duen. in regul.144.ampliat.3.itavt nec
in futurum poſsit de nouo introduci, Roch.de
conſuetud.cap.fin.ſub n.127.verſ.cogita verū,
Gabr.vbi ſupra d. concluſ.1.n.32. Abb. in d.c.
fin.n.22.Ant.de Butr.n.53.Tiraq.de vtroq; re-
tract.in proœm.n.18.cum ſequen.
7 Tertio limita quando lex,vel Statutum†ex-
preſſe tollit etiam priuilegia , nam multò ma-
gis cenſetur tollere conſuetudinem immemo-
rabilem,quæ non habet tantam vim, ſicut pri-
uilegium,& illo facilius tollitur , vt per Felin.
in d. cap. dilecti,de maior. & obed. Ripa in l.
quominus nu.102. ff.de fluminib. Quod enim
non poteſt acquiri priuilegio, nō poteſt etiam
acquiri præſcriptione tēporis immemorabilis
ſecundū Bellamer.conſ.27.circa princip.Nam
8 talis conſuetudo non eſt† proprie priuilegium
Socin. conſ.260. num. 22. lib.2. Caſſan. con-
ſil.34. num.13. ſed dicitur priuilegium fictum,
& tacitum Aym. de antiquit. part. 4. num.
128.& 150. Vnde ſublato priuilegio vero mul
9 to † magis cenſetur ſublatum tacitum , & fi-
ctum, vt ſubdit Aym. d. nu.128. ad fin. Nam
10 vbi non habet locum veritas † nec fictio quo-
que, l.qui ad certum ff.locat. Tiraquel. de re-
tract. lign.§.15. gloſ.1.n.10. ad fin.Immo licet
à pari procederent hoc caſu verum, & fictum,
11 nihilominus† diſpoſitum in vno debet cenſeri,
diſpoſitum in alio etiam non expreſſo,Dec. in
l.factum § in pęnalibus nu.16. ff. de reg.iur.
Præſertim ſi lex,vel Statutum habeat clauſu-
lam derogatoriam non obſtantibus priuile-
gijs, & alijs quibuſcumque conſuetudinibus;
Nam licet concedamus, quod dictio illa vni-
uerſalis (quibuſcumque) de ſui natura non
comprehēdat immemorabilem, tamen ob ex-
preſſionem priuilegiorum , quæ habent maio-
rem vim,quàm immemorabilis,ſine dubio cō-
prehendit etiam immemorabilem per tex. in
c.qui ad cogen.de procurat. lib.6.

Obſeruantia contractus à quo ſit probanda, & quomodo probetur,paucis explicatum. Cap. CII.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruantia contractus eſt probanda ab eo , qui illam allegat .*
2 *Idem eſt de conſuetudine .*
3 *Decimæ laicis concedi non poſſunt vltra vitam cōductores,etiam ſi ſolemnitates interuenerint, quæ in alienatione rerum Eccleſiaſticarum requiruntur .*
4 *Obſeruantia Statuti præſumitur , niſi Statutum ſit contra ius .*
5 *Obſeruantia contractus debet probari clare , & aperte ab eo,qui illam allegat, non autem præſcriptiuè, quando agitur de præſumenda confirmatione Apoſtolica ob temporis antiquitatem iuncta obſeruantia contractus .*
6 *Item obſeruantia debet eſſe vniformis .*

VVlgaris eſt illa concluſio,quòd obſeruan
tia contractus eſt probanda ab eo , qui
1 illam †.allegat, quia cum ſit facti non præſu-
mitur,Bertrand.conſ.149.n.2.& ſequen.lib. 1.
par.1.& conſ.130. n.3.lib.2.ead.part.1. Miſin-
ger. conſ.10.n.88.& ſequen. & de conſuetudi-
2 ne, † quæ & ipſa obſeruantia dici poteſt idem
ſcribit Dec. conſil.149. poſt num. 2.

Et

Et hæc concluſio multò magis procedit ſi
ſit obſeruantia contractus à iure improbati,
vt eſt locatio decimarum perpetua in laicos;
3 Quia non poſſunt decimæ laicis † concedi vl-
tra vitam conductoris, etiam ſi ſolemnitates
interuenerint, quę in alienatione rerum Eccle-
ſiaſticarum requiruntur, Card. poſt alios in. c.
cũ apoſtolica in 4. quæſt. de his quæ à Prælat.
Iaſ. conſ. 73. n. 21. lib. 3. Bero. conſ. 2 1. n. 5. & ſe-
quen. lib. 1. Mohed. deciſ. 4. & 248. Vnde obſer-
uantia neceſſariò probari debet, quia quando
actus eſt contra ius ea non præſumitur, licet
alias præſumeretur, vt diximus de ſtatuto, cu-
4 ius † obſeruantia licet præſumatur, Tom. de Ta
nis deciſ. 25. Gozzad. cõſ. 16. n. 16. Bero. cõſ. 173
n. 54. lib. 1. tamen fallit, quando ſtatutum eſt
contra ius, vt tenuit Rota in vna Leodien.
Canonicatus corã Cotta die 16. Nouembris,
1571. & fuit dictum in illa Valentina Emolu-
mentorum coram Cantuccio.

Præterea dicta concluſio multò etiam ma-
gis locum habet, quando agitur de præſu-
5 menda † confirmatione Apoſtolica ob tempo-
ris antiquitatem iuncta obſeruantia contra-
ctus, nam tunc debet obſeruantia probari cla-
re, & aperte ab eo, qui illam allegat, non autẽ
præſũptiuè, quia eſſet inferre de præſũptione
ad præſumptionẽ, quod non licet, l. 1. C. de dot.
promiſ. Bero. conſ. 160. n. 13. lib. 2. optime ad
propoſitum Ruin. conſ. 29. numer. 3. verſ. non
obſtat, & n. ſequen. lib. 4. Crot. conſ. 46. n. 15. &
ſeq. lib. 1.

Sed neque ſufficit obſeruantiam probare,
6 niſi, & illa vniformis † exiſtat, quia de diſformi
non eſt habenda ratio, l. nemo alieno, §. tempo-
ralis ff. de reg. iur. Bart. in l. 2. in princ. n. 22.
ff. ſolut. matrim. Dec. conſ. 8. poſt n. 4. verſ. nam
quandoque poteſtas, & conſ. 12. n. 12. Crauet.
conſ. 379. n. 16. lib. 3.

An ex prohibitione alienationis adiecta poſt pupillarem ſubſtitutionem cum cauſa, quia vult bona remanere in agnatione, & deuenire de vno in alium iuxtà gradus prærogatiuam, ſit inductum fideicommiſſum in omne tempus, etiam poſt pupillarem ætatem, ex facto non ineleganter diſeritur. Cap. CIII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta filio decedenti in pupillari ætate dicitur pupillaris.*
2 *Limitata ad certũ tẽp⁹ vltra illud nõ extẽditur.*
3 *Grauamen iniunctum ſub certa conditione, ſub contraria ademptum cenſetur, & n. 11.*
4 *Prohibitio alienationis ſtans per ſe, & poſita in parte teſtamenti ſeparata à ſubſtitutione, inducit fideicommiſſum abſolutum nedum in caſu alienationis, ſed etiam mortis, quando autem venit acceſſoriè, & conſequutiuè ad ſubſtitutiones præcedentes, non inducit nouum fideicommiſſum, ſed a præcedentibus ſubſtitutionibus regulatur. & n. 8.*
5 *Iungitur ſubſtitutioni præcedenti, quando ſtatim poſt pupillarem ſubſtitutionem in codẽ capitulo, & ſub eodem verborum contextu immediatè per verba participia ſubſequitur.*
6 *Idem eſt quando in prohibitione adeſt dictio repetitiua tam in hæreditate, & bonis appoſita, quàm in perſonis.*
7 *Dictio repetitiua ſtat acceſſoriè, & refert omnes conditiones præcedentis diſpoſitionis.*
9 *Prohibitio alienationis ſubſequũs vbicumq; præcedunt ſubſtitutiones expreſſè in certis caſibus, cenſetur adiecta retento eodem themate, & facta ad corroborationem dictarum ſubſtitutionum, vt arctet prohibitos tantum eo caſu, quo grauati ſunt reſtituere.*
10 *Ratio generalis (quia vult bona conſeruari in familia) appoſita in prohibitione alienationis vltra caſus illarum non extenditur.*
12 *Operatur fideicommiſſum ſeparatum in caſu cõtrauentionis.*
13 *Prohibitus alienare, ſi poſt defectam conditionem alium hæredem inſtituat, non dicitur contrauenire.*
14 *Ius quæſitum vocatis in caſu contrauentionis ante conditionis euentũ non tollitur ex eo, quod poſtea deficiat conditio.*
15 *Clauſula in teſtamento adiecta (quod bona vadant de vno in alium, & ſemper ad proximiorem) quid importet.*
16 *Dictio (adeo) eſt continuatiua, ſed iuncta cum dictione (quod) eſt illatiua, & declaratiua, ſicut dictio, ita quod.*
17 *Hæreditas ad tempus dari non poteſt.*
18 *Prohibitio expreſſa teſtatoris de non alienando, quando non eſt ſeparatim facta diutius non durat, quàm duret legis prohibitio, licet ſit efficacior, & ſiue præcedat, ſiue ſequatur ſemper cenſetur facta reſpectiue ad ſubſtitutiones expreſſas.*
19 *Vt operetur non perſonæ prohibitæ ſpectantur, ſed illæ, quarum fauore facta eſt.*

TEſtator inſtituit Ludouicũ, & Octauium eius filios maſculos legitimos inuicemquè ſubſtituit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, & vltimo eorum decedenti in pupillari ætate ſubſtituit Franciſcũ patruelem, & eo non exiſtente illius filios in ſtirpes, prohibens, & vetans dictam eius hæreditatẽ, vel partem eius alienari per quempiam ex dictis ſuis hæredibus inſtitutis, cum velit dicta bona ſua remanere in agnatione, & familia teſtatoris, adeo quod deuenire debeãt de vno in alium iuxtà gradus prærogatiuam, & ſic ſemper ad ipſius teſtatoris proximiorem. Prædefuncto Octauio teſtator deceſſit relicto poſt ſe Ludouico altero filio, qui obijt ſine teſtamẽto iam pubes factus nullis relictis filijs, ſed tantum Hortenſia matre ab eo hærede inſtituta. Sed quia filij Franciſci patruelis, qui ſunt proximiores de agnatione prætẽdunt dictam hæreditatem ad ſe ſpectare vigore fideicommiſſi; Ideo dubitatur; an ex dicto teſta-

mento

mento inductum ſit aliquod fideicommiſſum,
cui ſit factus locus per mortem Ludouici ad fa
uorem dictorum filiorum?

Et quidem clarum eſt, quod vſque ad clau-
ſulam prohibens,&c. ſubſtitutio de illis facta
1 eſt tantum pupillaris, † quia eſt facta filio de-
cedenti in pupillari ætate,l. 1.§.1. & l.qui libe-
ris in princip. de vulgar. gloſ.in l. præcibus in
fin. C. de impub. Quæ ſubſtitutio cum ſit li-
mitata vſque ad certum tempus,vltra illud nō
2 extenditur † l. ſi quis ita, ff. de vulgar. Pariſ.
conſ. 23. col. penult. lib. 3. Ex quo enim ſub
conditione, ſi deceſſerit in pupillari ętate, te-
3 ſtator filium grauauit, ſub contraria † condi-
tione cenſetur tale grauamen ademiſſe, vt be-
ne declarat Ceſal. conſ.17.nu.19. & ſeq.Card.
Alban.conſ. 1.num.6.& ſequen.Vnde cum Lu-
douicus deceſſerit iam pubes factus euanuit
dicta ſubſtitutio, & conſequenter vſque ad di-
ctam clauſulam non eſt inductum aliquod fi-
deicommiſſum per obitum Ludouici ad fauorē
filiorum Franciſci, vt notatur in l. ſecunda,
in l. verbis ciuilibus, & in l. in pupillari, ff.
de vulgar.

Sola difficultas eſt, An ex prohibitione alie-
nationis adiecta poſt pupillarem ſubſtitutio-
nem cum cauſa, quia vult bona remanere in
agnatione,& deuenire de vno in alium iuxta
gradus pręrogatiuam ſit inductum fideicom-
miſſum in omne tempus,etiam poſt pupillarem
ætatem. Et reſoluendum eſt non eſſe inductum
nouum fideicommiſſum; Quia prohibitio hæc
alienationis non ſtat per ſe, nec eſt poſita in
aliqua parte teſtamenti pęnitus ſeparata ab ip
ſa ſubſtitutione,quo caſu non eſt dubium,quod
4 induceret †fideicommiſſum abſolutum nedum
in caſu alienationis, ſed etiam mortis, vt no-
tat Aret. in l.qui Romæ, §. cohæredes, col. 2.
verſ. vbi autem, & ibi Socin. nu. 17. de verb.
obligat. idem Socin. conſ. 57. col. 1. lib. 3. &
tenuit Rota in illa Romana Vinearum de Ma-
ximis, ſed eſt iuncta cum ſubſtitutione præce-
denti, quia ſtatim poſt ſubſtitutionem pupil-
5 larem in eodem † capitulo, & ſub eodem ver-
borum contextu immediatè ſubſequitur ipſa
prohibitio alienationis concepta per partici-
pia, quę ſtant continuatiuè; & à præcedenti
ſubſtitutione dependent Anchar. conſ. 157.nu.
2.verſ.ſed ſubtilius;Inſuper in hac prohibitio-
6 ne † adeſt dictio repetitiua tam in hæreditate,
& bonis appoſita,quam in perſonis,ibi,dictam
hæreditatem, dicta bona, dictis hęredibus,quę
7 dictio † ſtat quoque acceſſoriè, & refert om-
nes cōditiones præcedentis diſpoſitionis, Dec.
conſ. 291. num. 6. Pariſ. conſ. 86. num. 36.lib.
2. & in terminis prohibitionis factæ cum iſtis
relatiuis fuit dictum in cauſa Forolinien: de
anno 1580. coram Cardinale Serafino, & in
Fauentina fideicommiſsi 12. Ianuarij del 1582
coram Cardinale Blanchetto. Cum igitur
prohibitio hæc veniat acceſſoriè, & conſequu-
tiuè ad præcedentes ſubſtitutiones ſiue illam
referamus ad priorem ſubſtitutionem recipro-
cam inter ipſos filios inſtitutos, ſiue ad poſte-
riorem ſubſtitutionem pupillarem factam vlti-
mo ex filijs in pupillari ętate morienti,illa non
inducit nouum fideicommiſſum, ſed regula-
8 tur †à præcedentibus ſubſtitutionibus,ad quas
venit conſequutiuè, vt Rota tenuit in cauſis
præallegatis, & alias ſæpè, & in Bononien.
de Pepulis coram Oradino del 62. de qua per
Caputaquent. deciſ. 121. lib.2.in manuſcript.
& in alia Bononien. bonorum de Bonaſonis
coram eodem Caputaquen. del 75. & optimè
diſtinguendo plures caſus in vna Forolinien.
fideicommiſsi de Monlignanis 19. Martij del
79. coram felic. record. Clemente Papa octa-
uo tunc Rotę Auditore. Vbicumque enim
præcedunt ſubſtitutiones expreſſę in certis ca-
9 ſibus † prohibitio alienationis ſubſequens cen
ſetur adiecta retento eodem themate, & facta
ad corroborationem dictarum ſubſtitionum,
vt arctet prohibitos eo caſu tantum, quo gra-
uati ſunt reſtituere iuxta conſ. Dec. 636. plu-
ries canonizatum in Rota Alex. conſ. 59.num.
8. lib. 3. Card. Alban. d. conſ. 1. num. 9.&
* communem dicit Ceſal. d. conſ. 17. num. 24.
& ſequen.

Quæ omnia eo magis procedunt in caſu
iſto, quia ſi teſtator voluiſſet Ludouico filio
omni tempore decedenti ſine filijs ſubſtituere
eius agnatos, & familiam ineptè in ſubſtitu-
tione reſtrinxieſſet ſe ad tempus pupillaris
ætatis, & ſuperflua remaneret ipſa pupillaris
ſubſtitutio, ſi fideicommiſſum abſolutum pro
omni tempore, & in omni caſu adiectum eſſet
& ideo potius dicendum eſt,quod pater volue-
rit filio tantum prouidere in caſu obitus in
pupillari ætate, & ſic pro eo tempore, in quo
ſibi prouidere non poterat ob defectum ętatis,
relicta illa libera diſponendi facultate poſt pu-
bertatem, confiſus de filio, quod eſſet diſpoſi-
turus de ſuis bonis ad fauorem familiæ prout
prudentem decet,Mariam.Iun.conſ. 95. num.
18. lib. 1.

Non obſtat ratio generalis appoſita in pro-
hibitione, quia vult bona conſeruari in fami-
lia; Quia etiam ſi alias poſſet inducere fidei-
commiſſum in caſu mortis,reſtringitur nihilo-
10 minus † ex ſubſtitutionibus expreſſis, vt vl-
tra caſus dictarum ſubſtitutionum non exten-
datur, Alex.conſ. 139. col. 2. lib. 6.quem mi-
rè commendat Rub. Alexand. in l. Gallus, §.
quidam rectè, num. 68. Idem Alexand. conſ.
59.col. fin. verſ. non obſtat lib. 3. Ruin. conſ.
153.ſub.num.5.lib.2. Sociu. Inn.conſ.29.num.
24. verſ. Secundò etiam dico lib.4.Ceſal.d.cōſ.
17.num.28.paulò ante fin.Menoch. conſ.85. n.
118.Curt.Sen.conſ. 45. cui totum collegium
Papiæ ſubſcripſit. Et optimè declarat Alciat.in
l. pater filium,§.fundum ſub num.5. verſ. ma-
ior eſt dubitatio,& ſub num.8. verſ. ergò hanc
ſententiam de legat. 3. & conſil. 207. ſub nu.
10. lib. 9. Et videtur tex. in terminis in Au-
thent. de reſtitut. fideicommiſſ. §. nos igitur,
vbi ampliſsimis verbis poſita erat ratio per
teſtato-

Digitized by Google

teſtatorem, quod volebat perpetuò bona in
familia remanere, & tamen Imperator ibi de-
cidit eam reſtringi ad caſum præcedentis ſub-
ſtitutionis, idque Rota ſequuta eſt in dicta cau
ſa Bononien. de Pepulis.

Et hoc ſuadetur viua ratione, quia, vt ſupra
11 dictum eſt, quando aliquis † grauatur ſub cō-
ditione eidem ſub contraria conditione cen-
ſetur ademptum grauamen, ſi ergò hæres gra-
uatus ſub conditione cenſetur factus liber ab
omni grauamine deficiente dicta conditione,
non eſt veriſimile, quod teſtator dum inconti-
nenti poſuit prohibitionem alienationis cùm
dicta ratione, voluerit etiam ſe incontinenti
corrigere, grauando hæredem eo caſu, quo vo
luit eum eſſe liberum, vt benè declarat Card.
Alban. d. conſ. 1. num. 8. & ſequen. Cenſetur
ergò teſtator voluiſſe, quod talis prohibitio
alienationis cū dicta ratione finiatur eo caſu,
quo finiuntur præcedentes ſubſtitutiones, &
conſequenter cum in dictis ſubſtitutionibus
præcedentibus non comprræhendatur iſte ca-
ſus obitus Ludouici poſt pubertatem, quia
prior ſubſtitutio reciproca eſt reſtricta inter
filios inſtitutos, alia eſt pupillaris tantum, di-
cendum eſt prohibitionem alienationis hoc ca
ſu non ſuffragari.

Non obſtat, quod dixit Rota in cauſa Vrbe-
uetana fideicommiſſi coram bo: me: Cardina-
le Pamphilio 21. Maij 1587. quod ſcilicet prohi
12 tio alienationis † cum tali ratione operatur
etiam fideicommiſſum ſeparatum, quia illa
deciſio procedit in caſu contrauentionis, in
quo ſolùm operatur prohibitio alienationis,
Menoch. d. conſ. 85. num. 110. Secus vbi de-
fecta conditione prioris ſubſtitutionis expira-
uit etiam ipſa prohibitio, vt hic, quia tunc gra-
13 uatus † de non alienando, qui poſt defectam
conditionem alium hæredem inſtituit, non cō-
trauenit, vt benè poſt alios declarat Ceſal. d.
conſ. 17. num. 22. & ſequen. & num. 25. Ideò
vocatio facta in caſu contrauentionis huic ca-
ſui non applicatur; Bene autem applicaretur,
vt in dicta Vrbeuetana, ſi dum pendebat ad-
huc purificatio conditionis præcedentis ſub-
ſtitutionis, prohibitus alienare alienaſſet; Pu-
ta facta erat ſubſtitutio, ſi Titius decederet
ſine filijs, Titius in vita alienauit, & ſic con-
trauenit ante defectum conditionis primę ſub-
ſtitutionis, hoc enim caſu cùm adhuc duret
dicta prohibitio non defecta conditione ſub-
ſtitutionis, illa contrauentio inducit vocatio-
nem, etiam quod poſtea ſubſtitutionis condi-
tio deficiat, quia cum habeat ſuam particu-
larem vocationem in caſu contrauentionis, &
tunc ante defectum conditionis prioris ſubſti-
tutionis fuerit contrauentum, acquiſitum
fuit ius vocatis in caſu contrauentionis, quod
14 non † tollitur ex eo, quod poſtea deficiat cō-
ditio, & ſic res deueniat ad caſum, à quo in-
cipere non poterat, quia ex hoc non tollitur
ius quæſitum antequam ad illum caſum deue-
niat, vt habetur per omnes in l. pluribus, §
ſi placet de verbor. obligat. Diuerſum eſt,
quando defecta conditione præcedentis ſub-
ſtitutionis fit alienatio, quia cum defecta di-
cta conditione deficiat etiam prohibitio alie-
nationis, nulla datur contrauentio, & ſic non
non intrat diſpoſitio vocatorum in caſu con-
trauentionis, & nos ſumus in hoc caſu, vt di-
ctum eſt.

Nec quidquam facit, quod teſtator poſt ra-
15 tionem ſubdat, quod bona † vadant de vno in
alium, & ſemper ad proximiorem, quia hæc
verba ſunt ad illius cauſæ extenſionem poſita,
vt ſi bona remaneant in agnatione deueniant
de vno in alium ſecundum gradus prærogati-
uam conſil. 153. num. 9. ad vlt. volunt. libro
primo, Pariſ. conſil. 75. num. 34. lib. 2. Card.
Alban. dict. conſil. 1. num. 13. qui dicit, quod
nullus Iudex ſapiens aliter iudicaret. Et eo
magis, quia etiam hæc vltima pars eſt conce-
26 pta verbis illatiuis, & declaratiuis: Nam
dictio, † adeò, eſt continuatiua, l. iuris gen-
tium, §. adeò, de pact. Sed cum dictione,
quod, eſt illatiua, & declaratiua, ſicut dictio,
ita quod, Dec. conſil. 227. num. 5. & ſic his
vltimis verbis noluit inducere ſeparatum fi-
deicommiſſum, ſed declarare quomodo agna-
ti admittendi eſſent ſi præcedens ſubſtitutiò
extitiſſet, & prohibitio non euanuiſſet.

Non obſtat, quod prohibitio ſit facta om-
bus tam inſtiutis, quam ſubſtitutis, Et ideò
ſicut inſtitutio filiorum eſt indiſtincta, cum
17 hæreditas † ad tempus dari non poſſit, §. hæ-
res Inſtit. de hæred. inſtit. Ita, & prohibitio
de non alienando illis facta indiſtincta eſſe
debet, vt ſcilicet comprehendat omne tempus,
Hoc argumentum, vt opinor, nullius prorſus
eſt momenti; Nam inſtituti ſunt prohibiti fa-
uore eorum, qui ipſis ſunt ſubſtituti, & ſic fi-
lius fauore alterius filij, & ſuperſtes filius fa-
uore eorum, qui illi ſubſtituuntur; omnes verò
indiſtinctè prohibiti ſunt, ſed inſtituti reſpe-
ctiuè ad ſubſtitutionem illis factam, & donec
ſubſtitutiones locum habebunt; Sed ceſſan-
tibus ſubſtitutionibus ceſſat prohibitio, quia
18 quando non eſt ſeparatim † facta diutius non
durat, quam duret legis prohibitio licet ſit ef-
ficacior, Dec. d. conſ. 636. col. 2. Et ſiue præ-
cedat, ſiue ſequatur, ſemper cenſetur facta re-
ſpectiuè ad ſubſtitutiones expreſſas, vt decla-
clarat Gabr. conſil. 132. num. 21. lib. 1. & an-
te eum Roſellus conſil. 79. num. 6. inter con-
ſil. Alexand. de Neuo, qui loquitur de prohi-
bitione facta omnibus hæredibus, & ſucceſſo-
ribus ante Inſtitutionem, & ſubſtitutionem
cum cauſa, vt perpetuò, & in infinitum bona
remaneant in agnatione, Et vult prohibitionē
eſſe reſtrictam ad caſus, in quibus reſtitu-
tio eſſet fienda ſecundum ſubſtitutiones ex-
preſſas, vt per Alex. d. conſ. 59. lib. 3. Gozzad.
conſ. 70. nu. 16. Ergò prohibitio eſt indiſtincta,
ſicut inſtitutio, ſed eſt reſtricta ad ſubſtitu-
19 tiones expreſſas; Ad huc enim † effectum nō
perſonæ prohibitæ ſpectantur, ſed illę, quarum
fauore

fauore ſit prohibitio, vt notant omnes in l. filiusfamilias, §. Diui, de leg. 1. Itaut ceſſante ſubſtitutione ceſſet prohibitio: Alias cũ prohibitio alienationis ſemper fiat hæredibus inſtitutis confunderetur illa communis opinio, ꝙ prohibitio alienationis eſt regulanda à caſu præcedentis ſubſtitutionis, & plures deciſiones Rotę eſſent reuocandæ, & prę ſertim deciſio facta in dicta cauſa Bononien. de Pepulis, Vbi prohibitio facta ſupradictis filijs hæredib. maſculis fuit intellecta, quod haberet locum verificata conditione prioris ſubſtitutionis.

Concluſio igitur hoc in caſu non eſſe inductum nouum fideicommiſſum ad fauorẽ agnationis, ſed dicta bona ſpectare ad matrem Ludouici.

Teſtator ius habens in re, illam ſimpliciter legans quid legare intelligatur. Cap, CIV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator aliquid ſimpliciter legans cenſetur legare ſolum ius quod habet in re illa, etiam quod morte ipſius extinguatur ex legis diſpoſitione reiecta opinione Imolæ, & num. 2.*

3 *Amplia etiam ſi legatum ſit factum coniuncta perſona.*

4 *Idem eſt, quando legatum, ſeu alienatio ſit titulo lucratiuo etiam ſi res ipſa certis finibus deſignetur, ſecus ſi fiat titulo oneroſo.*

5 *Teſtator legans rem communem cum hærẽde totã intelligitur legare.*

6 *Idem eſt ſi res non ſit communis vtriquè, ſed pars ſit teſtatoris, & pars hæredis.*

7 *Dominium in fideicommiſſarium non tranſit niſi facta reſtitutione.*

8 *Teſtator legans per verba vniuerſalia, omnia, & quæcumque bona, &c. cenſetur etiam bona fideicommiſſi relinquere.*

9 *Legans omne fundum dicitur etiam partem alterius, quam hæredi debitam legare.*

DOctores communiter admittunt illam iuris concluſionem, quòd habens ius in aliqua re, ſi rem illam ſimpliciter liget ius tantũ, quod habet intelligatur legaſſe, etiam quod dictum
1 ius † morte ipſius extinguatur l. quod in rerũ §. ſi vſumfructum, vbi Bart. Bald. & alij hoc notant, & in l. ſi domus §. fin. ff. de leg. 1. & eſt tex. in l. vxor patruo, vbi Gloſ. Cyn Bart. Bald. Sa-
* licet., & Ang. C. de leg. de * communi Corn. conſ. 84. num. 2. lib. 2.
2 Nec huic ſententiæ † refragatur dictũ Imol. in d. l. quod in rerum, §. ſi vſumfructum, dum telligit id non procedere, vbi tale ius legantis morte eius deficiat ex legis diſpoſitione, cuius ignorantia prætendi non poteſt, & quod propterea hæres videatur grauatus dictum ius redimere, & tradere legatario, Quia reſpondetur, quod contra Imol. eſt communis opinio, vt ipſemet ibi in fine fatetur, & tradit Corn. d. conſ. 84. num. 2. verſ. nec placet opinio Imol. vbi ad omnia reſpondet, ſubdens, quod ab iſta cõmuni ſaltem in iudicando non eſt recedendũ.

Amplia nam dicta concluſio procedit etiam
3 in legato † facto coniunctæ perſonæ, l. Stico, ff. de vſufr. legat. vbi Bart. num. 5. Idem Bart. in d. l. quod in rerum, §. ſi vſumfructum, ff. de leg. 1. Corn. conſ. 103. num. 1. lib. 4. & d. conſ. 84. nu. 2. verſ. quod procedit lib. 2. Idem tradit Bald. p illum tex. in l. habitatio, C. de vſu, & vſufr.
4 Secundo amplia etiam in legatis † & alienationibus, quæ fiunt titulo lucratiuo, nam tunc quoquè cenſetur quis concedere ſolũ ius quod habet in re, licet rem ipſam certis finibus deſignauerit, vt probat tex. in d. l. ſi domus, §. fin. ff. de leg. 1. Secus autem eſt, quando alienatio ſit titulo oneroſo, vt puta per viam venditionis; Sic diſtinguendo tenuit Rota in vna Eugubina Terrarum 18. Decembris 1570. corã Cardinale Serafino, eſt eius deciſio 122. lib. 1. in manuſcriptis.

Intellige tamen prædicta, niſi legetur res,
5 quæ ſit communis cum hærede †, quia tunc teſtator dicitur legare totam rem, etiam pro parte ipſius hæredis: Nam ratio præcedentis concluſionis tunc ceſſat, Videlicet quod non ſit veriſimile teſtatorem voluiſſe grauare hæredem ad redimendam rem legatam; Nam quando eſt ipſius hæredis non eſt opus quod redimat, l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff de leg. 2. vbi gloſ.
* & Bart. & de communi * teſtatur Gomeſ. in tit. de legat. num. 14.

Amplia hanc declarationem, etiam quando
6 res non eſt communis vtrique, † ſed pars eſt teſtatoris, & pars hæredis, nam adhuc teſtator cenſetur totam relinquere, Bart. in l. cum filius §. Dominus per illum tex. & ibi Imol. num. 18. de leg. 2. & in l. ſerui electione, §. fin. de leg. 1. Corn. conſ. 84. nu. 7. lib. 2. Ruin. 25. num. 18. lib. 2. Rub. Alex. conſ. 95. num. 8 in fin. cum ſeq. de
* cõmuni * Ripa in d. l. ſerui electione, §. fin. nu. 113. Socin. Iun. conſ. 68 num. 13. lib. 4. de com-
* muni, * Couar. in cap. filius noſter, nu. 3. verſ. quia, & ſi teſtator, de teſtam. ſequitur Card. Mantic. lib. 9. tit. 1. num. 21. de coniect. plenè Menoch. conſ. 349. num. 8. lib. 4.

Et hinc alias ego inferebam in quadam facti ſpecie, quod licet portio bonorum, quam teſtator poſsidebat eſſet peruentura ratione fideicommiſsi ad hęredem, tamen cùm hæres eſſet inſtitutus ſimul cum vxore cenſebatur teſtator diſpoſuiſſe etiam de dicta portione, &
* iſta eſt cõmunis * opinio, vt tradit Card. Man. vbi ſupra num. 21. Ruin. d. conſ. 25. num. 18. lib. 2. Quia, vt omnes dicunt cenſetur relinquere etiam ius, quod ad hæredem eſt peruenturum, ſiue vti hæredem, ſiue iure proprio.

Et licet aliqui hoc limitent, quando teſtator dixit ſuam, quia tunc ſi pro parte eſt ſua pro parte dicitur relinquere, tamen iſtud eſt verũ, ſi quando relinquebat pro parte erat ſua, ſecus ſi tempore teſtamenti in totum erat ſua, nam quamuis eſſet grauatus reſtituere, hoc tamen non efficit, quod interim non ſit ſua; Nam in
7 fideicommiſſarium † non tranſit dominium

niſi

Digitized by Google

niſi facta reſtitutione,l. reſtituit,ff. ad trebell.
Idque multo magis procedit, vbi teſtator
8 vtitur † verbis vniuerſalibus, omnibus,& qui-
buſcumque bonis, &c. Nam tunc cenſetur etiã
bona fideicommiſſi relinquere,iuxtà conſ.Bel-
lon. 9.ſub num. 6.verſicul.& in primis moueor
Ruin.conſil.150.num.13.lib.3.Alciat.conſ.611.
num.1.aliàs 135.in princip.lib.9.tom. 3. Alba
conſil.73.num. 6. benè Socin.Iun.qui loquitur
de verbis vniuerſalibus geminatis,omnibus,&
quibuſcumque,conſil.68. num. 16.lib. 4. Paul.
Leon.conſil. 13. poſt numerum 12. Tyber. De-
cian. conſil. 57. num.26.lib. 1. Nam & in for-
tioribus terminis,quando teſtator legat fun-
dum,qui eſt pro parte alterius non ſui hæredis
9 nec ab eo honorati, ſi legando † vtatur verbis
vniuerſalibus, vt lego omnem fundum,ratione
illius dictionis vniuerſalis(omne) dicitur etiã
partem alteri debitam legaſſe,Aret.in §. non
ſolum ſub num.5.circa medium Inſtit.de legat.
Salicet.in l.cum alienam num.6. verſ. fallit in
* caſibus,C.de legat. de cõmuni * atteſtatur Pe-
droch.Brixien.in conſil.7.num.104. & tradunt
Bart.Ang.Caſtren.Alex.Iaſ.& alij cõmuniter in
d.l.ſerui electione, §. cũ fundus, ff. de leg.1.Ce
phal.qui alios recẽſet cõſ.775.n.28.& 29.lib.5.

Re aliena legata,ſeu titulo inſtitutionis relicta,quando ex præſumpta teſtatoris voluntate res ipſa præſtanda ſit,vel ſaltem eius æſtimatio. Cap. CV.

SVMMARIVM.

1 *Res aliena teſtamento relicta ab hærede legatario præſtanda eſt ſi poteſt redimi, alioquin æſtimatio arbitrio boni viri debetur & num.2.*

3 *Amplia,vt æſtimatio quoquẽ debeatur,ſi redemptio ſui natura ſit difficilis, veluti ſi prædium minoris,vel dotale relictum fuerit.*

4 *Res hæredis legari poteſt, non etiam res propria ipſius legatarij, etiam ſi legatarius rem poſtea alienauerit.& num.5.*

6 *Inſtitutio filij in re propria eiuſdem filij non valet,quamuis res pertineat ad eũ ratione proprietatis ſolum, vſusfructus verò ad patrem ſpectet, & num. 41.*

7 *Legatũ rei alienæ, quã teſtator ignorabat alienã eſſe non valet,niſi perſona priuata factũ fuerit.*

8 *Non valet etiam ſonsu.cto factum,quando teſtator tempore,quo legatum reliquit, credidit rem ad ſe ſpectare ex aliquo titulo ſpeciali qui tamẽ eo ignorante fuerit extinctus, niſi filio factum fuerit,& num. 12.*

9 *Res aliena titulo inſtitutionis relinqui poteſt, nedum filio,ſed etiam extraneo,& num. 10. contrarium in filio,vide infra num 45.*

11 *Inſtitutus in re certa dato ſibi cohærede vniuerſali dicitur legatarius.*

13 *Diſpoſitio l.Sticho, de vſufr.legat.in inſtitutione filij locum non habet.*

14 *Teſtator habens actionem perſonalem ad rem, ſi rem ſimpliciter legauerit, cenſetur ſolum relinquere ipſam actionẽ, quæ ad eam rem competit.*

15 *Aeſtimatio rei alienæ legatæ non debetur, ſi ex coniecturis appareat teſtatorem noluiſſe illam relinquere,& nu.16. & 17.*

18 *Declarationis natura eſt non tribuere aliquid de nouo.*

19 *Dictio(ideo)denotat cauſam finalem.*

20 *Effectus non debet egredi terminos ſuæ cauſæ.*

21 *Donatio ex cauſa nuptiarum facta filio, cedit in eius legitimam, & in illa cenſetur inſtitutus.*

22 *Detractiones omnes etiam alias ſecundum regulas iuris debitæ excluduntur, quando teſtator vtitur verbis denotantibus integritatem ſuæ hæreditatis.*

23 *Aeſtimatio rei alienæ legatæ non debetur, ſi totã hæreditatem abſorbeat,& num.26.*

24 *Teſtator non præſumitur plus voluiſſe honorare legatarium, ſeu inſtitutum in re particulari, quàm hæredem vniuerſalem.*

25 *Item non præſumitur hæredi plus oneris,quàm lucri dare voluiſſe.*

27 *Teſtator legans rem alienam, eius æſtimationem cenſetur reliquiſſe ex legis præſumptione.*

28 *Quando lex ex coniectura voluntatem alterius interpretatur,talis coniectura non tollitur,niſi euidenter contraria voluntas oſtendatur.*

29 *Legatum fauore filiorum eſt latiſſimè interpretandũ,quamuis hæres inſtitutus eſſet magis dilectus & num 31.& 32.*

30 *Card. Mantica in 11. de cõiect. lib.6. declaratur.*

33 *Interpretatio potius facienda eſt, quòd teſtator voluerit relinquere æſtimationem, quàm facere teſtamentum nullum ex præteritione filij in re aliena inſtitutus.*

34 *Expreſſum in concurſu debet præualere tacito, & præſumpto, præſertim quando tacitum deducitur ad deſtructionem expreſſi.& nu.35.*

36 *Falcidia detrahi poteſt ab hærede, quando legatum vltrà dodrantẽ hæreditatis aſcendit, etiã ſi res titulo inſtitutionis fuerit relicta,& nu.37.*

38 *A teſtatore poteſt prohiberi.*

39 *Teſtatorũ gratia fuit inducta,ne ſcilicet inteſtati decederent.*

40 *Teſtamentum, in quo pater filium præterijt eſt nullum ipſo iure,& nu.47.*

42 *Inſtitutio hæredis in rebus alienis fieri non põt.*

43 *Inſtitutus in vna re,nullo data cohærede ſuccedit per ius accreſcendi in vniuerſo patrimonio teſtatoris, niſi ſit inſtitutus in re aliena.*

44 *Ius accreſcendi locum non habet, quando portio validè à teſtatore per inſtitutionẽ nõ fuit data.*

46 *Querela inofficioſi teſtamenti,quæ filio competit, ad eius deſcendentes tranſmittitur.*

48 *Legitima in bonis Auiæ paternæ ſubducto patre de medio per mortem nepotis,debetur.*

49 *Statutum Vrbis prohibens mulieribus ne poſſint teſtari de dote ſtantibus filijs,habet locum etiam ſi extent nepotes.*

50 *Nepotes ex filio gaudent eiſdem iuribus,quæ patri competebat.*

51 *Diſpoſitio legis, vel ſtatuti loquens de filijs,locũ habet etiã in nepotibus,quãdo principaliter fauore filiorũ facta eſt,licet in odiũ alterius redũdet.*

52 *Statutum excludens filias ſtantibus filijs extenditur etiam ad nepotes.*

CÆterum dubitari nunc contingit, ſi teſta-
tor in re legata nullum ius habeat, ſed ea
omninò ſit aliena, quid in huiuſmodi legato ab
hærede ſit præſtandum. Et pro reſolutione di-
1 cendum eſt, hæredem † teneri rem ipſam redi-
mare, eamque legatario pręſtare ſi poteſt, ſi au-
tem eam non poteſt redimere, ex coniectura vo
luntatis, quam lex ipſa interpretatur, æſtima-
tionem eius dare debet, §. non ſolùm, Inſtit. de
legat. l. cùm alienam, C. eod. tit. Et talis æſti-
2 matio † arbitrio boni uiri conſideranda eſt, vt
inquit Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
116. in fine; Vnde ſi Dominus petat immenſũ
prætium hæres non tenetur rem redimere, ne-
què legatario immenſum illud prætium dare;
Sed ſatis eſt, quòd iuſtam æſtimationem præ-
ſtet, l. ſi domus, §. in pecunia, ibi immenſum
prætium, de legat. 1. l. non dubium, §. fin. &
l. qui concubinam, § vlt. de legat. 3. Idem
eſt ſi Dominus nollit rem vendere; nam ex
præſumpta teſtatoris voluntate æſtimatio
quoquè debetur, ſi legatarius eius rei com-
mercium non habeat, neque ipſi aliqua culpa
imputari poſſit, vt in l. Sed ſi res aliena, cùm
gloſ. de leg. 1. l. filiusfamilias, §. ſi quid ali-
cui, eod. tit.

Simili quoquè modo ęſtimatio debetur, quã-
3 do redemptio † rei ſui natura eſt difficilis, l.
apud Iulianum, aliàs incipit, Idem Iulianus,
§. conſtat de legat. 1. Veluti ſi fundus mino-
ris legatus fuerit, vt per Bartol. in d. §. Con-
ſtat, num. 6. quem alij ſequuntur, & præſer-
tim Aret. column. penult. circa medium, qui
* de communi * atteſtatur; Vel prædium dota-
le fuerit relictum, quia tunc eius æſtimationẽ
præſtandam eſſe, quamuis abſquè ſolemnitate
iuris alienari non poſſit contrà gloſ. æxiſtima-
uit Iacob. de Arena, quem Bartol. ſequitur
* in l. dotalem, ff. de teſtament. milit. & * com-
muniter eam gloſ. reprobari tradit Bald. in d.
l. cùm alienam, numero 8. C. de legat. &
Paul. de Caſtr. in dicto §. conſtat, numero 6.
& Alex. num. 11.

Porrò animaduertendum eſt, quòd licet te-
4 ſtator † poſſit legare rem hæredis, & legatum
valeat, ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter factum
fuerit, l. vnum ex familia, §. ſi rem, de legat.
ſecundo, & adnotauit Iaſ. in dicta l. cùm alie-
nam, num. 10. Couar. in cap. filius, numer. 3.
de teſtament. Gabr. conſil. 132. numero 65.
5 lib. primo. Nihilominus ſi res propria † ip-
ſius legatarij relinquatur, legatum inutile
eſt, nequè eius æſtimatio debetur, l. proprias,
C. de legat. Quòd procedit etiam ſi legata-
rius rem poſtea alienauerit, quia tunc nequè
res ipſa, nequè illius ęſtimatio præſtanda eſt,
l. cum pater, §. pater filiæ, & ibi Bart. diffusè
explicat, ff de leg. 2.

6 Sic etiam videmus inſtitutionem † filij in
re propria eiuſdem filij nullam eſſe, tametſi
res pertineat ad eum ratione proprietatis ſo-
lùm, vſusfructus verò ad patrem ſpectet, Bald.
in l. Scimus, numero 9. verſicul. quartò quæ-
ritur, C. de inoffic. teſtamen. & conſil. 93. nu.
7. lib. 3. Corn. conſil. 218. numero 4. lib. 4.
Paul. de Caſtr. conſil. 451. ſub num. 4. verſic.
quantum autem ad dictam filiam lib. 2. Alex.
conſil. 20. nu. 6. lib. 3.

Prætereà, quòd dictum eſt legatum rei alie-
næ validum eſſe, ęſtimationemque ex coniectu
ra voluntatis deberi, intelligi debet iuxta di-
ſtinctionem dicti §. non ſolùm Inſtit. de legat.
& dictæ l. cùm alienam C. eodem tit. Si defun-
7 ctus ſciebat rem alienam eſſe, ſecus † ſi igno-
rabat, quia tunc legatum non ſuſtinetur, niſi
coniunctæ perſonæ factum fuerit, vt puta pa-
tri, vel vxori, & cæteris ſimilibus perſonis,
quibus veriſimile eſt teſtatorem fuiſſe legatu-
rum; Siquidem hoc in caſu ſupradicta diſtin-
ctio non habet locum, ſed æſtimatio ipſa
debetur, ſiuè teſtator ſciuerit, ſiue ignora-
uerit rem alienam eſſe, quemadmodum ex-
preſsè diſponitur in dicta l. cùm alienam, &
* ibi eſt communis † opinio Doctorũ de qua per
Gomez. tomo primo variarum reſolut. capit.
12. numero 13. & per Craſ. in §. legatum,
quæſt. 14. numero 3. Et hoc quidem verum
8 eſt, niſi teſtator tempore, quo legatum reli-
quit coniuncto, crediderit rem, quam lega-
uit ad ſe pertinere ex aliquo titulo ſpeciali,
qui tamen eo ignorante fuerit extinctus, quia
tunc legatum etiam coniuncto factum non va-
let, neque æſtimatio debetur, l. Sticho in fi-
ne, ff. de vſufruct. legat. & ibi gloſ. & Bartol.
numero 5. Couar. in dicto cap. filius, numero
4. de teſtament. Cardin. Mantica de coniect.
vlt. volunt. lib. 6. tit. 12. numero 4. verſicul.
Et hoc ſanè: Niſi ſit factum filio, vt infra
dicemus.

Sed hoc in loco ſe offert non leuis dubitatio;
An ſcilicet quemadmodum res aliena poteſt
legari, vt ſupra diximus, ſic etiam titulo in-
ſtitutionis relinqui poſsit? In hac quæſtione
Dominus Annibal Mareſcottus Iuriſconſultus
hac noſtra ætate præſtantiſsimus, & pręceptor
meus, cum hic caſus contingiſſet, interroga-
tus reſpondit inſtitutionem nullam eſſe, & pro-
pterea æſtimationem non deberi, præſertim
quando inſtitutio facta eſt de filio, cui à patre
non poteſt id quòd pro legitima debetur re-
linqui in re aliena, vt per Bald. in l. cùm rem
alienam numero 11. verſicul. extrà quæritur,
C. de legat. cum alijs per eum allegatis in eius
conſilio, quòd in fine huius capitis ponitur.
Et hæc quidem opinio in puncto iuris forſan
verior eſt; Rota tamen ex æquitate, & fauore
teſtamenti ne reddatur nullum contrariam
9 opinionem † in pluribus cauſis fuit amplexa,
& præſertim in vna Romana hæreditatis 13.
Iunij 1611. coram Horatio Cardin. Lancellot-
to, & iterum de eadem anno in vna Bononien.
fideicommiſsi 16. Decembris coram Sacrato;
In quibus fuit dictum, quòd filius inſtitutus
in re aliena non poteſt dici præteritus, cum in
eius loco ſuccedat æſtimatio, in qua in-
ſtitutio filij ſuſtinetur, Baldus in dicta

l. Sci-

l. Scimus, num. 9. & ibi Caſtren.numero 4.
Salicet. num. 8. verſicul. quæro propter, Iaſ.
num. 3. C. de inoffic. teſtamen. Idem Bald.
in l. humanitatis, numero 63. C. de impuber.
& alijs ſubſtitut. Corn. conſil. 23. numero 3.
* lib. 1. de communi * Craſ. in dicto §.legatum,
quæſt. 14. numero .3. Gomeſ. variar. reſolut.
tom. primo cap. 10. num. 16. in fine, Menoch.
de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 116.n15.& 24
Extenditur hæc vltima opinio, vt habeat lo-
10 cum etiam † in extraneo, cui res aliena titulo
inſtitutionis fuerit relicta dato ſibi cohærede
vniuerſali, quia licèt in eo fauor teſtamenti nõ
11 concurrat, nihilominus dicitur † legatarius,
Bartol. in l. quoties, C. de hæred. inſtit. quem
communiter Doctores ſequuntur, vt per Crot.
in repet. l. 1.num 69. ff. de legat. 1.Socin Iun.
* conſ. 134.num.6.& 7. lib.1. qui de * communi
atteſtatur, Surd. conſ. 113. num. 13. Honded.
conſ. 83. num.28.lib.1.Afflict.deciſ.38. num.5.
in fine, Et cõſequenter æſtimatio rei alienæ le-
gatæ ei debetur, vt in iuribus præallegatis
Rurſus extendi debet, Nam fauore teſtamen
12 ti ne rumpatur valet inſtitutio † de filio in re
aliena, quamuis teſtator tempore inſtitutionis
crederet illam rem ad ſe pertinere ex titulo a-
liquo particulari, qui tamen eo ignorante ex-
tinctus fuerit; Quia diſpoſitio l. Sticho, de vſu-
13 fruct.legat.in filij † inſtitutione locum non ha-
bet, vt tenuit Rota in allegata Romana hære-
ditatis 18. Aprilis 1611. coram eodem Card.
Lancellotto, vbi fuit allegatus Gugliel. de Cu-
neo, quem refert, & ſequitur Bald. in d. l. Sci-
mus num.9.& Paul.de Caſtr.num.4.C. de inof-
fic.teſtam. Emanuel Coſta in cap. ſi pater in 2.
parte, in verbo, ſubſequenter, & filia, num.6.de
teſtamen. Guglielm. de Benedict. in cap. Ray-
nútius, in verbo, eodem teſtamento relinquẽs
il primo, num.262.in fine eod.tit.
Tertiò etiam extenditur; Nam quamuis te-
ſtator habens actionem perſonalem ſi inſtituat
filium in re aliena, videatur illum inſtituere in
illa actione tantum, hoc tamen ſecundum Ro-
tam in proximè allegata deciſione non vide-
tur habere locum in omni actione perſonali,
quæ nihil habeat commune cum re, in qua fi-
14 lius fuit inſtitutus, ſed in illa actione perſona-
li, quæ competit ad rem ipſam: tunc enim ve-
rum eſt, vt inquit Surdus poſt alios, quòd cen-
ſetur illud ius, ſiue reale, ſiue perſonale relictũ,
& loquitur, quando res eſt teſtatori debita, &
in his terminis loquitur etiam Bald. in d. l. cum
rem alienam, num.2. in fine, & alij per Surd. al-
legati d.conſil. 113.num. 15.
Verum admonendi ſumus, quòd articulus
iſte, An ex legato, ſeu inſtitutione facta in re
aliena æſtimatio debeatur, ſicut omnes alij vl-
timarum voluntatum pendet præcipuè à veri-
ſimili mente teſtatoris; Vnde ſi ex coniecturis
15 appareat, † quòd eius voluntas non fuerit re-
linquere æſtimationem, vtique ea non debetur
vt in ſpecie adnotarunt Socin.Iun.conſ.74. nu.
18. lib. 2. & Alciat. conſ. 32. num. 44. lib. 9.
tit. 11.verſ.Et quod æſtimatio.
Et primam quidem coniecturam ex eodem
Alciat. deducit Cardin. Mantica lib. 6. de
coniect. titul. 12. num. 11. Videlicet, ſi teſta-
tor domos, vel prædia aliena legauerit ma-
ſculis dumtaxat pro conſeruanda familia, &
16 nomine ſuo in Ciuitate, quia tunc † res ipſæ
præſtandæ ſunt, non autem illarum æſtimatio,
quoniam ſi ea deberetur facilè euenire poſſet,
quòd exterus, qui eſſet de familia, & ius poſ-
ſidendi in territorio non haberet, pecunia re-
cepta ad ſuum externum domicilium reuerte-
retur, & ita eluderet voluntatem teſtatoris.
17 Altera eſt coniectura, quando teſtator † per
viam declarationis proceſsit, quam conſide-
rauit Rota in allegata Romana hæreditatis
prima Februarij 1613. coram Sacrato; Ibi enim
teſtator inſtituta hærede vxore ſua, de Marco
Antonio filio ſuo vnigenito ita loquutus fue-
rat. *Dechiaro hauer laſciato al Signor Mar-
co Antonio mio figliuolo li Caſtelli di Vigna-
nello, e Parrano, come per diſpoſitione, &
ſcrittura fatta da me; però voglio, che non
poſſa dimandare altro della mia heredità, &
l'inſtituiſco, & nomino Erede in detti Caſtelli
con detta eſpreſſa conditione.* Vnde cum
prædicta Caſtra tempore teſtamenti non
ſpectarent ad teſtatorem, ſed ad filios dicti
Marci Antonij ex multis cauſis, & præſer-
tim ex eo, quòd ante teſtamentum ob præ-
tenſa delicta prædicti teſtatoris fuerant con-
fiſcata, & poſtea conceſſa dictis filijs me-
diante ſolutione ſcutorum decem millium;
fuit dictum, ſub dicto legato, quamuis de re
aliena non venire æſtimationem dictorum Ca-
ſtrorum, quia ſcilicet teſtator proceſſerat per
18 viam declarationis, cuius natura † eſt non
dare aliquid de nouo, l. hæredes palam, §. ſi
quid poſt factum, ff. de teſtament. gloſ. in
cap. per tuas, in verbo, de nouo, de donat. Fe-
lin. in cap. ſuper quęſtionem, num. 1. de offic.
delegat. Dec. in l. ædita, num. 47. C. de æden.
Et licet ex verbis ſubſequentibus. (*Però l'in-
ſtituiſco, & nomino Erede in detti beni*) prę̃ten-
deretur teſtatorem minimè ſteriſſe in terminis
ſimplicis declarationis, tamen fuit ponderatũ,
quod illa inſtitutio non fuerat per ſe, ſed ob
cauſam, nempè quia teſtator relinquerat, vt cõ-
ſtabat ex illa dictione (*però*) quæ dinotat cau-
19 ſam finalem, Crauet.conſ.192.n.21, verſ. tertiò
arguitur, Socin.conſ.159.n.21.lib.2. Bec.conſil.
20.n.13. Vnde inſtitutio nõ debebat egredi iam
20 relictum, ne effectus † egrederetur terminos ſuæ
cauſæ contra notata in l. in agris, ff. de acquir.
rerum domin.& in l. age, C. de tranſact.& in l.
cancellauerat, ff. de his, quę in teſtam. delin.
Bald. in rubr. ff. de rerum deuiſ. ad fin. Dec.
conſ. 551.num.9.
Tertia affertur coniectura, ſi teſtator ante
teſtamentum filio certa bona donauerit ob
cauſam nuptiarum, quę filius alenauerit;
Nam ſi pater deinde in illis filium hære-
dem inſtituat, æſtimatio non debetur, ſed cum

21 donatum † ceſſetit in legitimam ipſius filij, in
illa cenſetur inſtitutus, iuxta tradita per Ripã in l. in quartam, nu. 148. ff. ad leg. Falcid. Rolan, conſ. 44. nu. 3. & ſequen. & conſ. 70. nu. 13. & 14. lib. 4. Bec. d. conſ. 20. nu. 24. cum pluribus
* ſequen. & de communi * Craſ. in §. legitima, quæſt. 25. nu. 3. Præſertim ſi filius prohibeatur aliud ex hæreditate petere, quia teſtator vult illam totam ad hæredem vniuerſalem inſtitutum peruenire, tunc enim manifeſtè excluditur præſtatio æſtimationis: Quia quando teſtator vtitur verbis denotantibus integritatem
22 ſuæ hæreditatis excluduntur † omnes detractiones etiam alias ſecundum regulas iuris debitæ, vt patet ex eo, quòd in materia Falcidiæ, & Trebellianicæ tradiderunt Bald. in l. cum patrem, nu. 4. C. de iure dot. Ripa in l. Centurio, nu. 170. verſ. Contrarium, ff. de vulgar. & pupill. Alexand. conſ. 101. num. 6. 7. & 9. lib. 6. Crauet. conſ. 174. num. 1. Gabr. in tit. ad Trebel. concluſ. 6. 7. & 8. in princip. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 14. num. 17. & 21. cum alijs per Modern. Hiſpan. in ſpecul. commun. opinion. quæſt. 31. verſic. Sed his non obſtantibus.

Quarta coniectura deducitur, quando æſti-
23 matio † rei alienæ legatæ abſorbet totam hæreditatem, quam Rota fuit amplexa in allegata Romana hæreditatis coram Sacrato; Et ratio eſt, quia ſi diceremus teſtatorem hoc caſu voluiſſe relinquere æſtimationẽ, ſequeretur, quòd
24 plus voluiſſet honorare † legatarium, ſine inſtitutũ in re particulari, quã hæredẽ vniuerſalẽ contra præſumptionẽ, de qua in l. filiũ, §. ſed ſi portio, ff. de legat. præſtan. latè Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 24.
25 Imò dare plus oneris, quam lucri, contra notata per Bald. in l. Sed & ſi ſuſceperit, §. 1. in princip. ff. de Iudic. Simon de Prætia de interpræt. vlt. volunt. lib. 4. dub. 3. num. 23. cum alijs per Surd. conſ. 493. num. 5. & 6. Et iſte modus ponderandi valorem hæreditatis, & illud, quòd eſt remanſurum apud hæredem, vide-
26 tur potens coniectura ad interpretandam voluntatem teſtatoris, l. quidam in teſtamento, ff. de legat. 2. Bart. in l. 1. num. 14. eodem tit. Simon de Prætis d. dubio 3. num. 24. cum alijs per Cardin. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 12. num. 1. Et in ſpecie ad effectum ne dicatur relicta æſtimatio ſcribit Aret. conſil. 155. num. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 10. n. 25. & Cardin. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 19. num. 13. verſ. Sed admonendi.

Verum eſt animaduertendum, quòd in præallegata deciſione concurrebant aliæ duæ præcedentes coniecturæ; Et inſuper ex notis iurgijs, quę alias intercesserant inter patrem, & filium, colligebatur patrem non bene fuiſſe affectum erga filium; Et proindè omnibus ſimul iunctis, non eſt mirum, ſi eo magis reddebatur inueriſimile, quòd per indirectum voluiſſet illi relinquere totam ſuam hæreditatem. Cęterum ſi hanc coniecturam ſolam conſideremus, vtique apparebit eam non ſufficere ad tollendam contrariam præſumptionem,
27 quam facit lex, quòd teſtator † legans rem alienam eius æſtimationem cenſeatur reliquiſſe, dicto §. non ſolum, & dicta l. cum alienam; Nam licet vna coniectura per aliam tollatur l. licet Imperator, de legat. primo. Nihilominus vt ibi notat Bartol. quando
28 lex ex coniectura † voluntatem alterius interpretatur, talis coniectura non tollitur, niſi euidenter voluntas contraria oſtendatur, quòd probat etiam l. ex facto, §. item quæro, in fine de vulgar. & pupill. ſubſtit. in illis verbis, niſi contraria voluntas apertè oſtendatur. Sed ab huiuſmodi æſtimatione rei, non euidens coniectura colligitur, quòd teſtator voluerit filio illam relinquere, quamuis totam hæreditatem abſorbeat, quia lega-
29 tum † fauore filiorum eſt latiſsimè interpretandum, l. cum rem alienam, C. de legat. etiam ſi hæres inſtitutus ſit magis dilectus, vt in l. Aurelius, §. Titius teſtamento facto, de lib. legat. Vbi legatum liberationis patri relictum pleniſsimè interpretatur, quamuis filij fuerint hæredes inſtituti, qui multò magis ſunt coniuncti, & dilecti, l. nam etſi parentibus, in princip. ff. de inoffic. teſtam. l. Scripto in fin. ff. vnde liber. l. iſti quidem in fin. ff. quod met. cauſ. & l. vlt. in princip. C. de curat. furioſ.
30 Et ita intelligi debet Cardin. Mantica † ſupra allegatus in dicto tit. 11. libr. 6. de coniectur. dum inquit, quòd inſtitutus eſt magis dilectus quia hoc dicit ad oſtendendum non eſſe bonã limitationem, videlicet quod ſit latè interpretandum legatum, dumtamen non ſit relictum à pari, vel magis dilecto; Nam inquit Mantica, ſi iſta limitatio eſſet vera, aut nunquam, aut valde de raro legatum ratione coniunctionis eſſet latè interpretandum, quia ſemper inſtitutus dicitur magis dilectus, & ita procedit Mãtica arguendo d. num. 24. ibi. Sed ego conſide-
31 ro, &c. ita vt nulla præſumptio † maioris dilectionis inſtituti non tollat, quin legatum ſit latè interpretandũ ad fauorem filij d. l. cum rem alienam; Et ſic ad fauorem filiorũ latiſſimè fit
32 intræptatio legat. quamuis † inſtitutus ſit magis dilectus, vt in d. §. Titius teſtamento facto; qui tex. licet loquatur in parte, tamen multò magis locum habet in filio, quia vt ibi dicitur præſumptio propter naturalem affectionem facit omnia videri conceſſa, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem ab hęredibus eius probetur. Quod de plano videtur procedere, quando hæres inſtitutus eſt perſona extranea, legatarius verò filius qui magis præſumitur dilectus, quã extraneus iurib. vulgaribus. Præſertim ſi teſtator ſcienter filio rem alienam reliquerit, quia tunc poteſt dici, quod voluerit ſe conformare cum diſpoſitione iuris cõmunis; quo caſu hærea non poteſt dici grauatus in plus, neq; hæreditas poteſt dici damnoſa, quia ijs omnibus fuit à lege prouiſum, & in ſpecie per facultatem adeundi hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij.

Præ-

Præterea aduerſus eamdem coniecturā vltra fauorem perſonæ filij, cōcurrit etiam fauor teſtamenti, quia ſi dicamus æſtimationē nō deberi, teſtamētū vitio pręteritionis filij erit nullum, quod pręſumendū eſt teſtatorē abhorruiſſe: Idcircò interpretatio potius facienda eſt, ꝙ
33 teſtator† voluerit relinquere æſtimationē, quā facere actum fruſtratorium, & ſubijcere ſuum teſtamentum vitio nullitatis, ex traditis ꝑ Menoch. d. præſumpt. 116. n. 24. & ſeq. & cōſiderat Bald. in d. l. Scimus, n. 9. C. de inoffic. teſtamen.

Neq; obſtat reſponſio, quæ affertur in d. deciſione, quòd ſcilicet, ſi detur æſtimatio, quæ abſorbeat totā hæreditatē, inſtitutio hæredis remanebit ſuperflua, & cōſequenter teſtamentū, ſi non ex ſui forma, ſaltē in ſubſtātia, & quo ad effectum erit nullum, & fruſtratorium; Et proinde cū concurrat ex vna parte voluntas præſumpta teſtatoris elicita ex eo, ne alias teſtamentū reddatur nullū, & ex altera habeamus expreſſam, quòd imò voluit hæredē habere de
34 ſuis bonis, videtur, quòd in concurſu† expreſſū debeat præualere tacito, & pręſūpto, iuxta notata in l. doli clauſula, & in l. eum qui in fine, ff. de verb. oblig. Clement. quamdiù, & ibi gloſ. in verbo expreſſus, de appellat. cap. non poteſt, de
35 præben. in 6. Maximè quando tacitum† deducitur ad deſtructionē expreſſi, l. cum filio, §. filio, vbi Bart. in sūmario, ff. de vulgar. & pupil. Dec. conſ. 416. n. 10. Crauet. cōſ. 32. n. 2. Quia replicari poteſt, quod imò teſtamentum nō erit ſuper-
36 fluum, quia ubi legatum† vltra dodrantem hæreditatis aſcendit licet falcidiam detrahere, l. 1. in princ. ff. ad leg. Falcid. §. & cum ſuper. Inſtit. eod. tit. Abb. in c. Raynutius il 2. de teſtam. etiā
37 ſi res titulo† inſtitutionis fuerit relicta, vt per Aret. conſ. 12. n. 5. in fin. & nu. 6. Corn. conſ. 236.
* n. 2. & 3. lib. 3. quam ſententiam cōmunem, * & indubitatam eſſe poſt Socin. Iun. affirmat Cardin. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 13. n. 10. Et ſic apparet, quod quarta pars Falcidæ apud hæredem eſt remanſura, reliquū verò debet habere filius ex præſumpta mente defuncti qui Falcidiam non prohibuit, cum tamen illā
38 prohibere † potuiſſet, §. ſi verò expreſſim, in Authen. de hæred. & Falcid. Authen. ſed cū teſtator, ad leg. Falcid. Cum alijs per Card. Māt. lib. 4. de coniect. tit. 5. art. 10. n. 28. cuius contrarium ſequeretur, ſi teſtamentum eſſet nullū vitio præteritionis filij, quo caſu hæres vniuerſalis nihil haberet, contra expreſſam mentē teſtatoris, qui voluit ipſum habere de bonis ſuis ſe confirmando cum diſpoſitione legis, quæ in hoc caſu detractionem Falcidiæ permittit ip-
39 ſorum teſtatorum † gratia, ne ſcilicet inteſtati moriantur, vt inquit text. in d. §. 1. Inſtit. de lege Falcidia.

Reſponſum Clariſsimi Iuriſconſulti Domini Annibalis Mareſcotti.

40 Clari, & indubitati iuris eſt † teſtamentum, in quo pater filium præterijt, eſſe nullum, l. inter cætera, ff. de lib. & poſthum. §. aliud quoq; capitulum, §. ſin autem hæc obſeruata nō fuerint, §. ſi autem hæc omnia, in Authen. vt cū de app. Cognoſcit l. maximum vitium, C. de liber. præterit. Inſtit. de exhæredat. liber. in princip. Gloſ. in Auth. ex cauſa, & ibi communiter DD. C. de liber. prætetit. Et hanc communē opinio-
* nem * dicunt omnes Craſ. de ſucceſſ. §. teſtamētum, q. 35. n. 2. eamq; receptiſſimam dicit Valquius de ſucceſſion. progreſſu, §. 18. n. 9. & ſeq. Vnde cum Dominus Alphonſus Mareſcottus in ſuo teſtamento nil aliud titulo inſtitutionis reliquerit Marco Antonio filio, niſi Caſtra Iulianelli, & Parrani, quæ non erāt propria illius, cum ijs fuerit per fiſcum. & Camerā Apoſtolicā priuatus; Sed erant ipſius Marci Antonij, & filiorum, quibus dicta Caſtra per dictam Camerā Apoſtolicam fuerunt conceſſa, dicitur illum præteriiſſe.

41 Quādo enim† filius in re ſuā propria inſtituitur hæres à patre inſtitutio eſt nulla, & nullum eſt teſtamentum, & filius dicitur pręteritus, ſi talis res pertineret ad filiū ratione proprietatis ſolum vſusfructus verò ſpectaret ad patrē teſtantem, ita Bald. in l. Scimus, n. 11. verſ. quarto quæritur, C. de inoffic. teſtam. Idem Bald. in l. ſuus quoq; nu. 4. & ibi Imol. n. 5. verſ. idem dicit ſi in re propria, ff. de hæred. inſtit. Dec. in l. poſthumo, n. 7. verſ. Et quod Gloſa dicit, C. de bonor. poſſeſ. cōtra tabul. Bald. conſ. 93. Si in eodem, in fine n. 7. lib. 3. Caſtren. conſ. 455. ad primū puto dicendum, quod inſtitutio ſub nu. 4. verſ. Quantum autem ad dictam filiam, lib. 2. Alex. conſ. 20. n. 6. lib. 3. Aym. Crauet. conſ. 142. num. 10. Corn. conſ. 228. nu. 4. lib. 4. Pariſ. conſ. 2. num. 6. & 7. & conſ. 33. num. 74. lib. 2.

Et ſi diceretur Caſtra iſta non fuiſſe ipſius Marci Antonij, ſed filiorum, cū illis à Camera Apoſt. fuerint cōceſſa, & ab eis mediante ipſo Marco Antonio eorum patre, vti legitimo adminiſtratore fuiſſe empta, & acquiſita. Nihilominus Marcus Antonius ſolum in ijs inſtitutus à patre dicitur præteritus, cum inſtitutio hære-
42 dis† in rebus alienis fieri non poſſit, & facta nō valeat, perinde ac ſi hęres inſtitutus non eſſet, l. conficiuntur, §. ſi poſt, verſ. huius autem teſtamentum, ff. de iure codicil. l. vlt. C. de hæred. inſtit. Pariſ. conſ. 26. nu. 17. lib. 2. Michael Craſ. de ſucceſſion. §. Teſtamentum, quæſt. 24. in princ.
* vbi dicit, ita teneri per * omnes tum in l. 1. ff. de teſtament. tum in l. filiusfamilias, §. Diui ff. de legat. 1. Anton. Gomez. variarum reſolut. tomo 1. cap. 2. nu. 16. Et hoc adeo verum eſt,
43 vt licet inſtitutus† in vna re, nullo dato cohærede ſuccedat per ius accreſcendi in vniuerſo patrimonio teſtatoris, l. 1. §. ex fundo, ff. de hæred. inſtit. hoc tamen nō habet locum in inſti-
44 tuto in re aliena, cum ius accreſcendi † locum non habeat, quando portio validè à teſtatore per inſtitutionem nō fuit data, Ita dicunt præ-
* dicti doctores, & hanc eſſe communem * opinionem teſtatur Ferdin. Vaſquius de ſucceſſ. progreſſu §. 30. n. 21. Et hoc præſertim locum
45 habet † in filio, cui à patre non poteſt id, quod pro legitima relinquitur; relinqui in re aliena,

t 3 ita

ita Bald.in l.cum rem alienam,n.11.verſ.extrà
quæritur,C.de legat.Ripa in l.in quartam nu.
128.& ibi Paul.de Monte Pico nu.116. verſ. li-
mitatur iſtud,& num.177.ff.ad leg. falcid.Ro-
deric. Suarez in repet.l. quoniam in prioribus
n.6.C. de inoffic.teſtam. Fabianus in Authen.
nouiſſima, n.124. C. eod. tit. Cuchus in tract.
legitimæ, in tit. quibus in rebus conſtitui poſ-
* ſit legitima, n.17.Et hanc eſſe cõmunem*opi-
nionem affirmat Ferdin. Vaſq. in citato loco
de ſucceſs. progreſſu lib. 1. §. 4. numer. 18.
verſ. limita, Et Craſſus d.tract. de ſucceſſion.
§.legitima, quæſt. 15. n.5.

Et ſi cũ Gulielmo relato à Baldo in d.l. ſci-
* mus,n.9.C.de inoffic.teſtam.contra communẽ
opinionem teneamus, teſtamẽtum hoc valere,
licet res aliena filio titulo inſtitutionis fuerit
relicta;Attamen vult, quòd hoc caſu iſtius rei
æſtimatio debeatur,prout debetur, quãdo res
aliena fuit ligata, l. cum alienã C. de legat.§.
non ſolũ,Inſtit.eod.ſequitur Fernan.Vaſq.in d.
§.4.n.25.& Cuchus in loco ſupra citato n.17.
Nec in hoc caſu ſubintrare diſtinctionẽ illam,
quam faciunt iura in legato rei alienæ in d.§.
non ſolum, & in d.l.cum alienam ſubdit Bald.
in loco mox citato,dicẽs,quòd quamuis error
induxerit patrem ad relinquendum rem alie-
nam credendo eſſe propriã;nihilominus fauo-
re teſtamẽti debetur æſtimatio,ne corruat te-
ſtamentum;licet hoc non poſsit conſiderari in
caſu, de quo agimus,cum ſupponatur Alphon
ſum teſtatorẽ optimè ſciuiſſe,Caſtra relicta fi-
lio nõ eſſe propria, ſed aliena;Vnde concluden
dũ eſt,quod aut inſtitutio facta de filio in Ca-
ſtris, quæ non erant teſtatoris, ſed aliena, non
valet ex communi opinione Doctorũ. Aut va-
let: Primo caſu teſtamentum erit nullũ præte-
ritione filij, & à nepotibus ex ipſo filio præte-
rito nullũ poterit dici; Aut inſtitutio illa va-
let,vt teſtamentum ſuſtineatur, & Caſtrorum
relictorum æſtimatio debebitur, Et ſtante nul-
litate teſtamẽti,ius illud dicendi nullum com-
petit filijs ipſius Domini Marci Antonij à pa-
46 tre præteriti ad exemplũ querelæ † inofficioſi
teſtamenti: quæ & ſi non fuerit præparata,ad
decedentes tamen trãſmittitur, Paul. Caſtren.
quem alij ſequuntur,in l. ſi pater tuus,in fine,
C.de inoffic.teſtamẽt.Quod eo magis eſt dicẽ-
dum in caſu noſtro, cum ius iſtud dici poſsit
præparatũ; Ad effectum enim, de quo agitur,
ſufficit quæcũque præparatio,vt dicitur in d.l.
ſi pater,& ibi gloſ.in verbo,propoſitum;Et di-
citur præparatum,quando is,cui illud compe-
tit, ad aliquem actum exteriorẽ proceſſit, per
quem pateat ſuum propoſitũ,vt dicit Caſtren.
in d.l.ſi pater,n.2. Vnde cũ in caſu noſtro ſup-
ponatur Dominum Marcum Antonium mor-
tuo patre coram Iudice declaraſſe volũtatem
ſuam,quòd nolebat acquieſcere teſtamento fa
cto à patre tãquam iniuſto, ſatis dicitur illud
teſtamentũ nullum nõ approbaſſe: Hoc autem
ſufficere ad impediendum effectum ipſius te-
ſtamẽti poſt gloſ. dixit Bart. quem alij ſequun
tur in l.filio præterito num.17. ff. de iniuſt. &
irrit. teſtamen.

Et hoc præcipuè procedit ſtante illa opinio-
47 ne communi, & vera,quod teſtamentum†præ-
teritione filij in poteſtate conſtituti ſit nullum
ipſo iure, vt expreſsè probant verba l.maximũ
vitium C.de liber. præterit.& Inſtit. de exhæ-
* redat.liber.in princip.Et hãc eſſe*communem
opinionem teſtantur omnes in l. poſthumo C.
de bonorum poſſeſ. contra tabul.Iaſ. ibi n.23.
licet tenent cõtrarium,Alexan.n.16. Zucchar.
n.91.Rimin.n.5.Curt.Iun.n.45.& Decius n.9.
dicit in hoc non eſſe laborãdum vti in re cla-
ra,& ad hoc multa iura allegat,& hanc dicit
* veram,& communem * Boer deciſ.96.n.1. Iul.
Clar.in §. teſtamentum quæſt.43.n.2. Craſſus
in loco citato.§.teſtamentum,quęſt.48.n.3.vbi
non ſolum dicit hanc communem, ſed monet
ab ea non eſſe recedendum. Cum ergo fuerit
nullum teſtamentum,nec à filio approbatum,
immo impugnatum, neſcio quid impedimen-
ti eſſe poſsit, quin à nepotibus ex dicto filio
poſsit intentari nullitas ipſius teſtamenti, &
hoc præſertim ſi id faciant excipiendo contra
hæredem in eo inſtitutum.

Quo ad illud,An iſtis nepotibus debeatur le
gitima in bonis Auiæ paternæ ſubducto patre
da medio per mortem,non inſiſto, cum textus
48 apertos habeamus tam filijs,quàm † nepoti-
bus, filijs de medio ſublatis,deberi legitimam
§.primum itaque illud, in authen.de hæred.&
falcid.l. Papinianus.§.quoniam autem quarta
ff.de inoffic.teſtam.§.cum filius,Inſtit. de hæ-
redit.quæ ab inteſtat.defer. Et hoc dictum vti
veriſsimũ admittunt omnes Authen.in nouiſ-
ſima C.de inoffic.teſtamen.

Quo ad vltimum, An Domina Iulia potue-
rit teſtari de ſuis dotibus ſtante Statuto Vrbis
prohibente mulieribus, ne poſsint teſtari de
49 dote ſtantibus filijs,Breuiter reſpondeo † pro
negatiua, licet enim illi filij non extarent tem
pore teſtamenti, & mortis, aderant tamen ne-
potes ex filio,qui ſubintrantes in locum patris
50 gaudent † ijſdem iuribus, quæ patri compete-
bant §.cum filius Inſtit.de hæred.quæ ab inte-
ſtato defer.§.ergo,in Authen.quib.mod. nat.
offic. ſui.Et diſpoſitio legis, vel ſtatuti loquẽs
51 de filijs locum habet etiam†in nepotibus,pręſ-
ſertim quando illa facta eſt in fauorem filiorũ
principaliter, licet redũdet in odium alterius,
vt eſt in caſu noſtro,cum ſtatutũ, de quo agi-
tur principaliter filiorum fauorem conſidera-
uerit, vt omnibus patet, ita Bart. in l. libe-
rorum num.6. verſ. Aut continet promiſsio-
nem,quem alij ſequũtur,ff.de verborum ſigni-
fic. Et ad hoc dictum Bart.ſe remittunt Bald.
Alex.& alij omnes in l.Gallus.§. inſtituens.ff.
de liber. & poſthum. Alciat. in l. filij appella-
tione n.2.& ſequen.ff.de verb.ſignific.ſequitur
Decianus multos allegans conſ.26. n.7. lib.2.

Confirmatur hoc optimo ſimili, de quo per
Bart. in d.l.liberorũ,n.12.vbi concludit,quod
52 ſtatutum † excludens filias ſtantibus filijs ha-
bet

bet locum etiam in nepotibus, ſequitur Bald. in l.maximum vitium n. 12.& ſequen.& ibi Salicet.n.8. C.de liber. præterit. Alex. conſ. 26. n.10.lib.3.Dec. conſ.372. n.8. verſ. poſtremo, late Roman. conſ. 129. ptr totum, cum alijs multis allegatis à Deciano conſ.9. nu.6. verſ. ſed & ſi ſtatutum lib.2.

Vnde cum ſtatutum prohibeat diſpoſitionē dotis ſtãtibus filijs, & ſic in fauorem filiorum, habebit locum etiam iu caſu noſtro, ſtantibus nepotibus ex filio defuncto.

Statutum quòd ſi duo notarij inſimul, vel ſimpliciter de eodem inſtrumento rogati fuerint, quilibet debeat ſe ſubſcribere notulæ alterius, vt erroris materia euitetur, an comprebendat Notarios forenſes, & an hæc ſubſcriptio ſit facienda tempore rogitus, vel poſsit fieri ex interuallo. Cap. CVI.

SVMMARIVM.

1 *Notarij forenſes in conficiendis inſtrumentis, & illorum rogitibus tenentur ſeruare ſolemnitates ſtatutorum loci, vbi ipſa inſtrumenta conficiunt.*

2 *Subſcriptio vtriuſque notarij per ſtatutum requiſita in inſtrumento (de quo duo notarij ſimul, vel ſimpliciter fuerũt rogati) eſt de forma & ſolemnitate ſubſtantiali.*

3 *Statutum continens aliquid, quod non eſt de iure communi dicitur tradere formam.*

4 *Forma omnis, ſeu qualitas à ſtatuto requiſita in dubio cenſetur ſubſtantialis.*

5 *Verbum (debet) ſemper inducit formam ſubſtantialem.*

6 *Forenſis faciens actum in iuriſdictione ſtatuentium eorum ſtatutis ligatur, ſiue Statutum loquatur per verba comprebenſiua, ſiue per verba prohibitiua.*

7 *Statuta vrbis ratione ſolemnitatis ligant etiam forenſes, & omnes contrahentes in Vrbe.*

8 *Ratio expreſſa in ſtatuto operatur, vt illius diſpoſitio comprehẽdat omnes perſonas, in quibus eadem ratio militat, & ſic etiam forenſes, præſertim ſi reſpiciat commodum illorum, qui ſunt in Ciuitate, & nu. 9.*

10 *Statutum licet loquatur in perſonam, tamen cõprehendit etiam forenſes, quando loquitur cum modificatione reſpiciente ſolemnitatem actus.*

11 *Statutum conceptum in perſonam cum modificatione ſi fuerit certa ſolemnitas ſeruata, & ſtatutum conceptum in perſonam ſimpliciter, & abſolutè, quomodo differant.*

12. *Statutum non poteſt diſponere circa perſonam, niſi ſit ſubdita*

13 *Subſcriptio vtriuſque notarij, vbi à ſtatuto requiritur in aliquo inſtrumento, fieri debet incontinenti, & non ex interuallo, maxime ſi in ſtatuto ſit expreſſa ratio, vt erroris materia euitetur, & n.14.*

15 *Ratio expreſſa in lege, vel ſtatuto facit, vt per viam comprehenſionis veniat ille caſus, in quo eadem ratio militat, etiam ſi non eſſet expreſſus.*

16 *Solemnitas, & forma debet eſſe iuncta cum ipſo actu, & adeſſe loco, & tempore contractus.*

17 *Scriptura notarij nõ dicitur perfecta antequàm ab eo fuerit ſubſcripta.*

18 *Inſtrumẽti fides non poteſt ſtare in pendenti, nec vllam recipit diuiſionem.*

PLeriſque in locis iure municipali cauetur, quòd ſi duo notarij inſimul, vel ſimpliciter de eodem inſtrumento, vel teſtamento rogati fuerint, quilibet debeat ſe ſubſcribere notulæ alterius, vt amoueatur erroris materia, quod ſtatutum viget Romæ; Ideo de duobus dubitari contingit. Primo, an hoc ſtatutum comprehendat etiam notarios forenſes? Secundo, An hæc ſubſcriptio ſit facienda tempore rogitus, vel poſsit fieri ex interuallo?

Quod attinet ad primã difficultatẽ affirmatiuè eſt reſoluendũ, ſiquidem vera, & cõmunis
1 eſt concluſio, quòd Notarij † forenſes in conficiendis inſtrumentis, & illorum rogitibus tenentur ſeruare ſolemnitates ſtatutorum loci, vbi ipſa inſtrumenta conficiunt, vt in authen. vt præpon. nom. Imperat. §. ſi qua vero, Bart. in l. cunctos Populos C. de ſum. Trinit.n. 13. & 14. Din. conſ. 31. Ruin. conſ. 207. per tot. lib. 1. Bero. conſ. 89. etiam per totum lib. 3. Rolan. conſ.91. nu. 17. lib. 3. Lambertin. qui alios citat, de contract. gloſ. 2. in verbo, mulierum, num.27.

2 Subſcriptio autem notarij † per ſtatutum requiſita eſt de forma, & ſolemnitate ſubſtantiali, vt deducitur tum ex eo, quòd ita ſcripſerunt Andr. de Iſern. in Conſtit. Regni lib. 1. tit. 83. de fid. & auctor. inſtrument. cap. inſtrumentorum robur, poſt princip. ibi, quia ſi vnum ſubſtantiale deeſt nihil valet, quod agitur, Roman. conſ.203. num.2. Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 10. ſub num. 12. verſ. Item quando lex, vel ſtatutum mandat, vbi ſubdit quòd eius omiſsio vitiat, Alex. conſ.141. num. 10. lib.2. Brun. in tract. de forma, ſub rubr. quando aliquid cenſ. traditũ pro forma col.13. verſ. & cum prædicta opinione, Socin. viden. conſ.2. n.2.& 3. verſ. ex quibus inferro, & n.5. verſ. ſed de ſolemnitate, & n.10. verſ. prætcrea lib. 3.

3 Tum etiam quia, quando † ſtatutum continet aliquid, quod non eſt de iure cõmuni, tunc dicitur tradere formam Anchar. conſ.45. viſa quadam petitione, Marſil. conſ. 65. num. 14. Pariſ. conſ.61. num.13. lib.3. Aym. conſ.182. num.10. Pedemont. deciſ. 165. num.11. Et in
4 dubio omnis forma, vel qualitas requiſita † à ſtatuto cenſetur ſubſtantialis, Bald. in l. comparationes in 3. oppoſit. C. de fid. inſtrum. & poſt alios Rimin. Iun. conſ.23. num. 18. lib. 1. Et ſi ſtatutum vtatur verbo (debet) prout facit ſtatutum Vrbis, res caret dubitatione, quia
5 hoc verbum † ſemper inducit formam, & ſub-

ſtantiam

Digitized by Google

ſtantiam Archid. in c. quorumdam ſub nu. 3.
verſ. & hanc ſententiam, diſtinct. 23. Marſ. qui
loquitur in ſtatuto d. conſ. 65. nu. 6. Signorol.
conſ. 87. n. 4. Brun. in loco ſupracitato col. 10.
verſ. verba neceſsitatiua.

Secundo quòd comprehendantur forenſes
ex eo probatur, quia notarij non ligantur ab
hoc ſtatuto immediatè, ſed mediante eorum
facto, videlicet mediãte exercitio notariatus,
& actu rogitus, quem faciunt in iuriſdictione
ſtatuentium, propter quem ſubijciunt ſe illorũ
6 iuriſdictioni, quo caſu ſtatutum † indubitan-
ter ligat forenſes, ſiue loquatur per verba com
prehenſiua, ſiue per verba prohibitiua Bald. in
l. de qbus, ſub n. 28. verſ. quarto quæritur, ff. de
legib. Præpoſit. in c. quæ cõtrà col. 2. circa fin.
verſ. aut circa formam contractuum diſtinct.
8. Brun. de ſtatut. art. 6. quæſt. 1. col. 5. verſ. ad
idem facit, Natta conſ. 149. ſub n. 5. & 6. lib. 1.
& conſ. 389. nu. 5. lib. 2. Curt. in c. 2. q. 12. verſ.
modo præmiſſam concluſionem, & verſ tertio
7 infertur, de conſuetudin. Et in terminis † ſta-
tutorũ Vrbis, quòd ratione ſolemnitatis ligẽt
forenſes, & omnes contrahentes in Vrbe ſunt
deciſiones Rotæ apud Caputaq. lib. 3. deciſ. 195
& 206. in impreſsis, vbi refert Dec. conſ. 283. &
Gozzad. conſ. 40. n. 13. & communem opinio-
* nem omnium Doctorum in l. cunctos populos
C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.

Tertio accedit ratio euitandi erroris ma-
8 teriam, quæ expreſſa † in ſtatuto facit, vt il-
lius diſpoſitio comprehẽdat omnes perſonas,
in quibus eadem ratio militat, & ſic etiam fo-
renſes, Bart. in l. qui ædificium ff. de ſeruit. vr-
ban. prædiorum, Iaſ. in authen. quas actiones
n. 17. & 22. C. de Sacroſan. Eccleſ. Alex. cõſ. 36.
num. 11. & 12. lib. 6. Pariſ. conſ. 56. n. 9. lib. 3.
& vbi ſtatutum eſt factum ex iuſta cauſa, pro-
vt eſt factum iſtud, vt erroris materia euitetur
ligat etiã forenſes, Chriſtof. de Caſtel, conſ. 23.
num. 8. Natta conſil. 672. ſub nu. 49. lib. 4. Præ-
9 ſertim ſi reſpiciat commodum illorum, † qui
ſunt in Ciuitate, Brun. in d. tract. de ſtat. art. 6.
quæſt. 1. col. 3. in fine, verſ. pro quo facit, quod
voluit. Bart.

Et prædicta locum habent, quamuis ſtatutũ
loquatur in perſonam, quo caſu non videtur,
quod poſſit, neque vellit comprehendere nota-
rios forenſes, ad tradita per Bart. in d. l. cun-
ctos populos, cum alijs per Gabr. de ſtat. con-
10 cluſ. 8. n. 12. Quia iſtud † non procedit quan-
do ſtatutum loquitur cum modificatione re-
ſpiciente ſolemnitatem actus, quia tunc indi-
ſtinctè ligat forenſes, ſiue ſit conceptum in rem,
ſiue in perſonam, Gabr. vbi ſupra num. 15. An-
char. in repetit. cap. canonum ſtatuta, quæſt. 12.
col. pen. verſ. quid dices de obligatione, de con-
ſtit. ſequitur Aret. conſ. 54. col. 2. propè fin. verſ.
iſta ſententia, & latius conſ. 73. nu. 6. & 7. Iaſ.
conſ. 59. col. vlt. verſ. Secundò, & notabilius lib.
3. Lambert. de ſtatut. Mediolan. gloſ. 2. in verbo
mulierum, nu. 28. Socin. conſ. 131. num. 2. verſ.
eſt etiam aduertendum lib. 4. & in proprijs ter
minis notarij tenuit Rota in vna Spoletana
hæreditatis de anno 1579. 22. Maij coram
Cantuccio.

11 Nec mirum ſi eſt differentia † inter ſtatutum
conceptum in perſonam cum modificatione, ſi
fuerit certa ſolemnitas ſeruata, & ſtatutũ con-
ceptum in perſonam ſimpliciter, & abſolutè;
Nam in 2. caſu ideo non afficit forenſem, quia
non poteſt diſponere de perſona ſibi non ſub-
dita. Primo verò caſu ideo ligat forenſem, quia
ſolemnitas actus pertinet ad iuriſdictionem
eius, in cuius territorio actus explicatur, &
propterea variatur ſecundum diuerſitatem lo-
corum, l. 3. in fin. ff. de teſtib. l. 2. ff. quemadmo-
dum teſtam. aperian. cum ſimilib. Sed perſona
vbique eſt informis, & non poteſt ſtatutum cir
12 ca † eam diſponere niſi ſit ſubdita, vt per Bart.
in d. l. cunctos populos, num. 26. quem ſequitur
ibi Salicet. col. 5. poſt med. verſ. quia proximè
Aret. n. 14. propè fin. verſ. breuiter, Iaſ. in 2. lect.
n. 86. verſ. nota perpetuò, Idem Iaſ. conſ. 59. col.
2. poſt med. verſ. iſtud dubium lib. 3.

Circa ſecundam difficultatem dicendum eſt
ſubſcriptionem vtriuſque notarij à ſtatuto re-
quiſitam de neceſſitate requiri, quòd inconti-
13 nenti fiat, † & non ex interuallo, Afflict. qui lo-
quitur in ſimili quæſtione in Conſtit. Regni in
cap. in cauſa depoſit. lib. 3. rubr. 33. verſ. ſecundo
notat Innocen. Idem voluit Alex. conſ. 141.
lib. 2. vbi concludit notas, in quibus huiuſmodi
ſubſcriptio requiritur non poſſe amplius ex in-
teruallo ſubſcribi, & ideo eſſe nullas, ſequitur
Ceſal. conſ. 238. ſub n. 2. lib. 2.

Idque præſertim ſi in ſtatuto ſit expreſſa ra-
14 tio, vt † erroris materia amoueatur, nam ex
interuallo cadit obliuio, l. peregrè, ff. de acquir.
poſſeſ. Aym. conſ. 28. & conſ. 65. ſub num. 10.
Pariter ex interuallo poſſent dari occaſiones
fabricandi falſitates, cum tamen ſubſcriptio
vtriuſque notarij requiratur præcipuè ad eui-
tãdas falſitates, & errores. Alex. conſ. 141. n. 10.
lib. 2. Socin. conſ. 2. ſub n. 2. lib. 3. quia partes nõ
confidunt de vno notario, Natta conſ. 672. nu.
45. lib. 4. Vbi propterea dicit vnum debere ſe
ſubſcribere inſtrumento alterius, & econuer-
sò, Ex quia ratione intelligimus, in quo caſu
loquatur Bald. in l. ſuum in fin. C. de iure deli-
15 beran. Et quando hæc ratio eſt † expreſſa
in ſtatuto facit, vt per viam comprænhen-
ſionis veniat ille caſus, in quo eadem ratio mi-
litat, etiam ſi non eſſet expreſſus ad not. in l. ſi
verò §. de uiro vbi Iaſ. ff. ſolut. matrim. & in Au
then. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ.

16 Accedit quia ea, quæ ſunt de forma †, vel ſo-
lemnitate, prout eſt ſubſcriptio vtriuſq; nota-
rij, debent eſſe contemporanea cum ipſo actu,
& adeſſe loco, & tempore contractus, Imol. in
Clem. cauſam, §. pen. de elect. Bald. cõſ. 447. lib.
1. in fin. Vbi ſubdit, quod omnis ſolemni-
tas debet eſſe iuncta cum actu ſicut forma cum
materia latè Brun. in tract. de forma, ſub rubr.
de poteſt. & effect. form. col. 4. circa medium.

Præterea ſubſcriptio notarij requiritur ad
per-

17 perfectionem † actus. quia, vt dicit Bald. in l. contractus, num. 5. in fin. C. de fid. inſtrum. vbi requiritur ſubſcriptio Tabellionis ſcriptura nõ dicitur perfecta antequam ſubſcribat, ſequitur Menoch. conſ. 48. nu. 1. lib. 1. Et ideo dicit Paul. de Caſtr. in l. hac conſultiſſima in fin. princip. C. de teſtam. quòd ſcriptura, quæ requirit ſubſcriptionem notarij, & quæ illa caret dicitur imperfecta ratione voluntatis, quia ſubſcriptio deſignat finem, idem dicit Gramat. deciſ. 106. num. 35. Ceſal. conſ. 409. n. 19. lib. 3. Si ergo requiritur ad perfectionem voluntatis, & inſtrumenti, ſequitur, quòd non poteſt fieri ex interuallo, quia alias ſequeretur, quòd vnus, & idẽ contractus diuerſo tempore celebraretur contra l. 1. cum ibi not. de verbor. obligat. l. hæredẽ palam, ibi, & vno contextu, ff. de teſtam. Et ſequeretur, quòd fides inſtrumenti ſtaret in pen-
18 denti, cum tamen illa † nullam recipiat diuiſionem, Felin. poſt Bald. in cap. ad audientiam, num. 2. de reſcript.

Concludo itaque ſtatutum, de quo agitur compræhendere notarios etiã forenſes, & ſubſcriptionem fieri debere de tempore rogitus, & non ex interuallo.

Acta vnius cauſę an probent in alia inter eaſdem perſonas, & coram eodem Iudice. Cap. CVII.

SVMMARIVM.

1 *Acta geſta in vna cauſa nõ probant in alia etiã coram eodem Iudice, & inter eaſdem perſonas, niſi producantur.*

2 *Opinio Abbatis, & Felini, quod Iudex poſsit moueri ex his, quæ ſunt extra acta reprobatur.*

3 *Poſſeſsio, ſeu quaſi ex remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tol. non acquiritur ſi ſolum teſtamentum exhibeatur Iudici, ſed productio in actis fieri debet.*

4 *Inſtrumentum cuius vigore agitur debet produci in actis illius notary, qui cauſam tractat, nec ſufficit fuiſſe productum in actis alterius notary eidẽ Iudici, & tribunali inſeruiẽti.*

5 *Productio facta in iudicio limitatẽ ad certum finem, & effectum ad alium, et diuerſum non ſuffragatur.*

6 *Productio ſpecialis actorum, quorum copia datur, operatur, vt illa tantum ſint de actis, & non reliquus proceſſus.*

7 *Acta geſta in vna cauſa, in alia ſine productione non probant coram eodem Iudice, & inter eaſdem partes, etiam quando ſumus in eadem Inſtantia in genere.*

8 *Probationes in cauſa conuentionis facta, non proſunt in cauſa reconuentionis.*

9 *Iudex non poteſt ſupplere de facto.*

10 *Productio facta ante litem cõteſtatam in eadem inſtantia in genere, non probat etiam inter eaſdem perſonas, niſi fiat de nouo tempore litis cõteſtata.*

11 *Productio debet eſſe realis cum ſpecificatione iurium, & termino ad opponẽdum, alias ſi ſit verbalis ſolum, non ſufficit.*

12 *Amplia, vt procedat etiam in cauſis ſummarijs. & vbi mandatur procedi de plano, & manu Regia.*

13 *Teſtium depoſitiones vbi producitur in diuerſa cauſa electio eſt illius, contra quem producuntur, an velit ſtare illorum depoſitionibus, vel teſtes repetere, niſi ſint mortui.*

NOn ſemel conſueuit in dubium reuocari, ſi coram eodem Iudice, & inter eaſdem perſonas duæ cauſæ, ſeu duæ inſtantiæ vertantur, An acta geſta in vna earũ probent in alia?
1 Et dicendum eſt, quòd non † probant, niſi productio fiat apud acta vtriuſque cauſæ iuxta doctrinam Bart. in l. naturaliter §. nihil commune n. 32. ff. de acquir. poſſeſ. quam ſequitur Iaſ. ibidem n. 158. Curt. Iun. in l. 2. n. 108. C. de eden. Matheſil. ſingul. 160. & ibid. Adden. Alex. conſ. 82. n. 5. lib. 1. Senat. Pedemont. deciſ. 1. n. 40. & tenuit Rota deciſ. 445. par. 1. diuerſ. n.
2 2. & 8. vbi fuit reiecta † ſentẽtia Abbatis, & Felini in c. paſtoralis §. quia vero, de offic. delegat. quod Iudex poſsit moueri ex his, quę ſunt extra acta, ex traditis per Couar. var. reſolut. cap. 1. n. 9. lib. 1. qui ſub n. 2. reprobat opinionem Guidonis Pap. deciſ. 29. Hoc idem voluit Rota apud Chiſſan. deciſ. 179. in manuſcriptis reiecta deciſ. Afflict. 18. bene idem Couar. lib. 5. var reſolut. cap. 1. n. 5. Felin. in c. quoniam contra nu. 39. de probat. & fuit reſolutum in vna Romana cẽſus 4. Decembris 1595. coram Cardinale Pamphilio.
3 Hinc eſt, quòd ad effectum acquirẽdi † quaſi poſſeſſionem ex remedio l. vlt. C. edict. Diui Adr. tollen. non ſufficit quòd teſtamentum exhibeatur Iudici, vt per Bald. ibidem nu. 42. in fine, ſed productio in actis fieri debet, nec ſufficit priuata Iudicis ſciẽtia, Idem cenſuit Angel. in d. l. fin. col. 1. & voluit Caſtren. in l. 1. §. editiones, n. 2. ff. de eden. & Iaſ. in authen. quæ ſupplicatio n. 3. in fine C. de precib. Imperat. offeren. Qui vno ore affirmant probationum instrumenta illisque ſimilia eſſe Iudici in actis exhibenda, quod probat etiam Dec. in rubr. de probat. n. 7. & Neuizan. conſ. 37. nu. 26. & ſunt iura aperta in l. quinquaginta, in fine ff. de probat. in l. iubemus C. de liber. cau. & in c. quoniam cõtra, de probat. Immo dicit Bald. vbi ſupra Iudicem nõ poſſe ex ſuo officio ſupplere tanquam notorium; Et propterea vide-
4 mus non ſufficere † inſtrumentum, cuius vigore agitur per acta vnius notarij fuiſſe productum in actis alterius notarij eiuſdem Iudicis, ſeu tribunalis, ſed debet produci in actis eius, qui cauſam tractat, vt alias fuit tentum per Rotam in dicta Romana cenſus coram Card. Panphilio.

Et prædicta tantò magis procedũt, vbi pro-
5 ductio facta in alio iudicio eſt limitata † ad certum finem, & effectum, nam ad alium, & diuerſum finem non debet ſuffragari, Egid. deciſ. 630. Grat. conſ. 14. num. 17. lib. 1. Preſertim

quando

Digitized by Google

quãdo pars deuenit ad ſpecialem prodnctio-
nem data copia nonnullorum actorum, nam
6 illa tantum, quorum † copiam dedit, ſnnt de
actis, non autem reliquus proceſſus, vt poſt
Abb. Caſtr. Aret. Alex. & alios quos allegat te-
net Senat. Pedemont. d. deciſ. 1. nu. 47. & 50.
Iaſ. in l. ſciendum §. morte n. 28. de oper. nou.
nunciat. Aym. conſ. 12. in fin. Cagnol. in l. 2. n.
125. C. de æden. Socin. Iun. conſ. 134. n. 3. lib. 2.
Præterea ſententia Bartoli locũ habet etiã
7 quando † ſumus in eadem inſtantia in gene-
re, nam ſufficit in ſpecie cauſas eſſe diuerſas
ſecundum Alexan. in d. conſ. 82. nu. 5. lib. 1. vbi
8 poſt Bart. infert, qnòd probationes factæ † in
in cauſa conuentionis non proſunt in cau-
ſa reconuentionis, & ſic in eadem inſtantia
in genere, ex quo in ſpecie propter diuerſitatẽ
actunm inſtantiæ ſunt diuerſæ ex diuerſitate
libellorum, alias ſecundum eum ſequeretur,
9 quòd Iudex ſuppleret de facto, quod † non eſt
dicendnm, l. 1. cum ibi not. C. quæ deſunt Ad-
uocat. part. Iudex ſuppleat.
10 Quinimmo in eadem † inſtantia in ſpecie
productio facta ante litem conteſtatam non
probat etiam inter eaſdem perſonas, niſi fiat
de nouo tempore probationis fiendæ, & ſic lite
cõteſtata, vt bene poſt Feder. de Senis, & alios,
quos allegat tradit Marſil. ſingul. 170.
Et talis productio debet eſſe realis † cum
ſpecificatione iurium, & termino ad opponen-
dum, nam verbalis tantum non ſufficit, nec
Iudex in illa ſe ſundare poteſt, vt tenet idem
Bart. in extrauagan. ad reprimendum in ver.
de plano n. 3. ad fin. Roman. conſ. 156. nu. 3. &
conſ. 519. per totum, & ibi adden. Dec. in c. 1.
n. 64. de probat. & ita ſemper practicari vidi,
quòd vbicumque acta facta in vna cauſa ver-
bo tantum producuntur ad probandum in
alia, nullam faciunt fidem, Caſſad. deciſ. 7. in
fine de appellat. & deciſ. 1. in fine de except.
Gomeſ. in regula de annali q. 4. n. 5. qui teſta-
tur de ſtilo Rotæ.
12 Quod procedit etiam in cauſis † ſummarijs,
& vbi mãdatur procedi de plano, & manu re-
gia, quia hoc non tollit ſubſtantiam indicij,
Aret. in c. dilecti n. 13. de Iudic. Roman. d. cõſ.
519. n. 3. & 4. Bart. in d. ver. de plano nn. 3. ad
fin. Maxime ſi fuerit proceſſum in vim com-
miſſionis habentis clauſulã, prout de iure, Bal.
in l. quæcumque n. 13. C. de ſeru. fugit. Aym.
conſ. 171. Mohed. deciſ. 204. Creſcen. deciſ. 121.
Aduertendum tamen eſt ad vnum neceſſa-
13 rium in hac materia: Quod ſi acta, † qnæ pro-
ducuntur in diuerſa cauſa ſint depoſitiones
teſtium examinatorum, electio eſt illius, con-
tra quem producuntur, an vellit ſtare illorum
depoſitionibus, vel teſtes repetere, vt dicit
tex. in l. fin. C. de teſtib. Niſi ſint mortui, quo-
niam tunc omnino eorum depoſitionibus ſtã-
dum eſt, vt in ead. l. fin. & not. Papien. in pra-
ctica, in forma oppoſ. contra teſtes, verſ. ſunt-
qne, n. 12. Quem videas, nam ibi poſt Doct. in
l. 2. C. de eden. in l. geſta. C. de re iudic. & in
d. l. fin. C. de teſtib. ſatis plenè, & eleganter
tractat, quando verum ſit, quòd acta geſta in
vna cauſa non faciant fidem in alia inter eaſ-
dem perſonas, & quando inter diuerſas.

Impenſæ factæ in cultura, & colligendis fructibus, an & quando deduci poſſint. Cap. CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Impenſa facta pro cultura, & fructibus colli-
gendis ab eo deduci poſſunt, qui tnetur fructus
ſoluere.*
2 *Fructuum appellatione illud ſolum venit, quod
ſupereſt deductis ſumptibus, & impenſis, &
num. 12.*
3 *Amplia, vt impenſa facta pro fructibus colligen
dis etiam à mala fidei poſſeſſore deduci poſſint
niſi per vim, & iniuriam fructus ſurripuerit
reiecta opinions* Sarmientis, *& n. 4. & 5.*
6 *Colonus, qui ſuis manibus agrũ coluit poteſt la-
boris proprij æſtimationem deducere, etiam ſi ob
non ſolutam penſionem expellatur maturis fru
ctibus, ſecus ſi conduxit ſundum ad partem Do-
mino reddendam, & n. 7. & 8.*
9 *Poſſeſſor bonæ fidei impenſas factas in cultura po
teſt petere, quamuis pauci, aut nulli fructus
fuerint collecti, dũmodo poſſideat ex titulo vni-
uerſali, ſecus ſi ex particulari, & n. 10.*
11 *Impenſa facta pro colligendis fructibus deduci
poſſunt, licet quis iubeatur integros fructus re-
ſtituere.*
13 *Item quamuis Eccleſiæ, vel alteri piæ cauſæ fru-
ctus ſint reſtituendi.*
14 *Non deducuntur, quando fructus ſunt præſtan
di in certa quantitate, aut menſura.*
15 *Itẽ non deducuntur in ſolutione decimæ prædia-
lis, ſeu realis, quæ debetur ex fructibus, ſecus ſi
ſolutio fiat pro decima perſonali, quæ prouenit
ex hominis ingenio, & negociatione, & n. 16.*
17 *Item non deducuntur, quando legatum fructuũ
alias inutile redderetur.*
18 *Similiter non deducuntur, quando habetur rela-
tio ad fructus pendentes. ſiue extantes ſecũdum
aliquorum ſententiam, ſed contrarium videtur
verius, & n. 19.*
20 *Fauor publicus diuino æquiparatur.*
21 *Impenſa facta pro habendis fructibus non dedu-
cuntur, quando de ipſis fructibus gabella eſt
ſoluenda ſecundum vnam opinionem, ſed con-
traria eſt verior, & n. 22.*
23 *Decima, quæ ſoluitur Eccleſiæ eſt tributum ani-
marũ egentium, Et ſuper omnia eſt fauorabilis.*
24 *Gabella quæ ſoluitur Fiſco ex fructibus agrorũ
eſt odioſa.*

QVando fructus ab aliquo ſolnẽdi, aut re-
ſtituendi ſunt nunquid deducantur
ſumptus pro cultura, & fructibus ip-
ſis colligendis facti non infrequenter ambigi-
tur. Qua in re affirmatiua extat regula, has
1 impenſas † deduci poſſe per text. in l. fundus,
qui ff. famil. herciſcun. & in l. ſi à Domino, vel
à pa-

à patre §.fin.ff. de pet. hæredit. & in l.fructus
ff. ſolut. matrim. In quibus locis dicitur fru-
2 ctuum † appellatione id dumtaxat contineri,
quod ſupereſt deductis huiuſmodi impenſis;
Et ita quoque tradunt communiter Doctores
nempe Gloſ. Bart. Ang.& alij in l. in fundo ff.
rei vendicat.gloſ.in §.ex diuerſo,verſ.certè il-
lud, & ibi Doct. Inſtit. de rerum diuiſ. Specu-
lat.in tit.de expenſ. §. 1. verſ.expenſæ igitur
Bald conſ.53.in fine lib. 1.latè Felinus cap. ad
noſtram n.3.de iure iuran.Couar.lib.1.var.re-
ſolut.cap. 3.n.3. Pinel. in l.2.part.2.cap.3.n.4.
C.de reſcind.vend.Natta conſ.536.n.8.Afflict.
deciſ.252. n.6. Boer. deciſ.44. n.24.25.& ſe-
quen. Capie. deciſ. 20. n.1.

Et iſta quidem regula extenditur primo, vt
3 procedat etiam in † malæ fidei poſſeſſore, vt
eſt caſus in d.l.ſi à Domino §.vlt.& tradit Ro
man. ſingul.336. vbi reprobat Bart.contrariam
tenentem, & volunt ibi recentiores apoſtillan-
tes, & Cotta in memoriali.in verbo, Statuto
Mediolani cauetur, vbi latiſſimè Caſſan.conſ.
81. n.5.& 6.Et nouiſſimè Sarmien lib.1.ſelect.
interpretat. cap. 10.n. 15. qui illud fortius af-
firmat, prædonem quemuis ſemper deducere
has impenſas ad fructus colligẽdos, Idem tra-
dit Tiraquel. de retract. cõſanguin.§.15.gloſ.
1.n.21.& n.2.Vbi hoc extendit procedere etiã
in foro cõſcientię ex Ricard.in 4.ſent.diſtinct.
15. art.5. quæſt. 6.

Sed quidquid Sarmien.& Tiraquellus dicãt,
Ego exiſtimo ampliationem iſtam non proce-
4 dere in eo, qui pendentes fructus alieno † in
fundo per vim, & iniuriam furtim delinquen-
do rapuit;Is enim impenſas,quas in collectio-
ne huiuſmodi fructuum fecit non deducit, ſed
tenetur integram ipſorum fructuum quanti-
tatem reſtituere, textus eſt in l.ſi ſeruus ſeruũ
§.ſi oliuam ff.ad leg. Aquil.Nec obſtat d.l.ſi à
Domino §.fin.quæ de prædone loquitur, & de
fraudatore eſt tex. in l. ait Prætor §. per hanc
ff. de his quæ in fraud. credit. Quia vt inquit
Bald. in l.3. nu.5. C. de condict. ex leg. inter
prædones,& malæ fidei poſſeſſores dautur gra
dus,Nam alij ſunt improbi, alij improbiores,
quidam vero improbiſsimi, hoc eſt ipſi Fures,
qui delinquendo rapiunt, alienaq; bona inua-
dunt. Et hi ſunt,quos ob delictum, & facinus
iura huiuſmodi impenſis priuant, quod & ſen
tit gloſ.in d.§.ſi oliuã in penultima ſolut. Flo-
rian.in l. fundus.ff. commun. diuidun. & pro-
batur etiam ex tex.in l.ex argento ff.de cond.
furt. & in l.1.C.de infan.expoſ.vbi Bald.& Sa-
lic. Et ita ſe habet communis Doctorum ſen-
tentia,quam tenent Couar.in regul.peccatum
par.2. §. 6. n.3.de reg. iur. lib.6. Menoch. de
recuperan.remed.15. n. 538. Peregr. de fidei-
com.ait 50 n.25.& 27. & latè defendit. Garſ.
de expenſ.& meliorat. cap. 2. n.17 per totum,
5 vbi reprobat Sarmientum † exiſtimantem nul-
lam eſſe differentiam inter furem prædonem,
& reliquos malæ fidei poſſeſſores.

Secundo dicta regula extenditur, vt proce-
6 dat etiam in † colono, qui ſuis manibus agrum
coluit, ſeruit,fructuſuè collegit,nam his quo-
que laboris proprij æſtimationem deducit ex
ſententia Bald, & Salicet.in l.ſi quis ſciens, C.
de rei vẽdicat. Idem Bald.in l.Æde col.3 verſ.
ſed nunquid Colonus C.locat. vbi ampliat etiã
7 ſi colonus † propter non ſolutam penſionem
expellatur maturis fructibus, ſiquidem huiuſ-
modi operarum ſuarum precium adhuc poteſt
repetere,quod etiam tradidit Abb.in c.noſtrã
n.8.In fine de reb.Eccleſ.nõ alienan.Tiraquel.
in loco ſupra citato,gloſ.1.n.30. Couar. lib.1.
var.reſolut.cap.3. n.4.& Garſias in d. tract.de
expenſ. & meliorat. cap.1.n.14.

Sed hoc intelligitur in ſimplici Colono,non
autem in eo, qui conduxit fundum ad partem
8 fructuum Domino reddẽdam;Is,namque † ex-
pẽſas minimè deducit,cum pro cultura,& fru-
ctuum ipſorum collectione aliam partem ob-
tineat,Ita Corn.conſ.289.n.10.verſ.& hinc eſt
lib.1.Io.Andr.in addit.ad Speculat.tit. de lo-
cat. §. poſtquam verſ. quid ſi tibi locaui fun-
dum,Bart.Bald.& alij in l.1. C.de fruct. & lit.
expenſ.Bertrand. conſ.255. nu.4. lib.1. Afflict.
deciſ.252. n.8.verſ. propterea dicit.

Tertio extenditur,vt locum habeat etiam ſi
9 pauciores,† aut nulli fructus fuerint percepti:
Nã bonæ fidei poſſeſſori adhuc integri hi ſum-
ptus debentur tex. eſt in l.quod ſi ſumptus. ff.
de pet.hæredit. Quid ſi ſumptus quidem fecit
(inquit Vlpianus)nihil autem perceperit fru-
ctuum,æquiſſimum erit rationem horum quo-
que in bonæ fidei poſſeſſoribus haberi:Sic etiã
tradit Speculat.in tit.de expenſ.§.1.verſ. quid
ſi excedunt:Qui tamen cum gloſ.in d.l.quod ſi
10 ſumptus, iſtud intelligit † in bonæ fidei poſſeſ-
ſore vniuerſali;Aliud itaque dicendum eſt,vbi
non in iudicio vniuerſali verſamur,ſed in par-
ticulari,puta rei vẽdicationis,vt poſt alios de-
clarat Peregr.de fideicom.art.50.n.24.& 28.

Quarto extẽditur,vt habeat locum tametſi
11 aliquis † iubeatur integros fructus reſtituere,
quia intelligitur deductis huiuſcemodi impen
ſis ſecundum Bald. & Salicet.in d.l.1. vterque
col.2. C.de fruct.& lit.expenſ.per tex.in l.1.in
verbo,fructus integros C.de his, quibus vt in-
dign. Et ratio eſt quia appellatione fructuum
12 ex interpretatione legis † id dumtaxat conti-
netur,quod ſupereſt impenſis ipſis deductis,vt
dixi ſuprà, & facit tex. in l. diuortio §. vlt. ff.
ſolut. matrim. qui loquitur de fructibus inte-
gris,& tamen intelligitur ſubtractis huiuſmo-
di ſumptibus; Quod etiam voluit Iaſ. in d.l.
fructus n.15.ff.eod tit.Corn.conſ.289.col.vlt.
num.5. verſ. nec obſtat quod dixi lib.1.& latè
Ruin.conſ.62.n.3.verſ.ſed ad hoc reſpondetur
lib.1.qui ex mente Bart. & aliorum hoc exten
dit procedere tam in diſpoſitione legis, quàm
hominis per l. fundi Trebatiani ff. de vſu, &
vſufr. legat. & not. in l. ſi quis argentum §.1.
C. de donat. Et licet contrarium teneant Ro-
man. in d l.fructus,Alex. conſ.133. n.4.verſ.&
ſimiliter in propoſito lib.5. Tiraq. de retract.

con-

conſanguin.§.15.gloſ.1.num.9. tamen ab hac
limitatione ego non recedo ex rationibus ad-
ductis per Ruin.d.conſ.62.n.4.& 5.& nu. ſe-
quenti,quas per te vide.

Quinto extẽditur,vt procedat etiam,quan-
13 do fructus † Eccleſiæ,vel alteri piæ cauſæ ſunt
reſtituendi,quia tunc quoque fit deductio ha-
rum impẽſarum gloſ.in cap. ſi tibi conceſſo, in
verbo, fructus, de præben. in 6. Gemin. conſ.
78.col.vlt.vbi inquit,generaliter appellatione
fructuũ Eccleſię,intelligi de fructibus deductis
impenſis miniſtrorũ,& onerũ,Et tex.& gloſ.in
cap. granis de reſtit.ſpoliat.qui ſtatuũt huiuſ-
modi deductionem fieri, loquũtur nominatim
in fructibus Eccleſiæ reſtituendis,quod & tra-
didit Tiraquel.reprobata aliquorum ſententia
in d.§.15 gloſ.1. n.13.

Econtra vero ſupradicta regula limitatur,
14 vt non procedat † quando expreſſa fuit aliquã
certa quantitas, aut menſura, veluti ſi fuit
dictum, Dono tibi decem corbes frumenti ex
tali fundo,tunc enim expenſæ non deducũtur
per l.ſi debitor §. veriſimile cum ibi not. ff.de
contrahen.empt.&ita volunt Bart.Bald.Imol.
Alex. & alij cõmuniter in d.l.fructus ff. ſolut.
matrim. Bart.in tract.gabel. in 2.parte 8.par.
princip. in 5. quæſt. Capic. deciſ.20.n.15.Ra-
tio eſt,quia impenſę nõ poſſunt minuere quod
certum eſt,& determinatum l.merito §. à me.
ff. de legat. 2.Alex. in d.l. fructus col. 2. verſ.
hoc tamen,& in addit. ad Bald.in d.l.1. C. de
fruct. & lit. expenſ.

Hinc eſt, quòd in ſolutione decimarum,quę
15 debentur ex fructibus non fit aliqua † dedu-
ctio impenſarum culturæ, vel collectionis per
tex. in c.tua nos,& c.non eſt in poteſtate,& in
c.cum homines,de decim.& voluit gloſ.in d.l.
ſi à Domino,vel a patre §.vlt. in verbo,impen
ſis,& ibi Bald.& Alberic.ff.de pet.hæredit.Re-
buf.in tract.de decim.q.11.n.2.Velaſc.de iure
emphyt.q.17.n.10.ad fin.latè Capic.dicta de-
ciſ.20.n.12. Quod intelligitur verũ in decima
16 prædiali †,ſeu reali, quæ percipitur Dei bene-
ficio,vt dicta iura loquũtur,ſecus autem eſt in
decima perſonali, quæ ſoluitur ex aliqua ne-
gociatione, prouenitque ex hominis ingenio,
ex hac enim impenſæ deducuntur, vt cauetur
in c. paſtoralis vbi gloſ. in verb. dedũcendas
Innoc. & alij de decim.Bald. in d.l.1.col.1. &
ibi quoque Angel. in fine C.de fruct.& lit. ex-
penſ.& tradit Capic.d.deciſ.20.nu.3.& 5. vbi
loquitur de decima piſcationis.

Secũdo limitatur, vt nõ procedat in legato
17 fructuum †, quod alioqui eſſet inutile ſi huiuſ-
modi expenſæ deducerentur per tex. in l. qui
concubinam §. qui hortos iuncta gloſ. ibi, qui
id ſcienter declarat ff.de leg. 3. & ita intelli-
git Bart.in l.his verbis §.vlt.ff.eod. tit. ea ſci-
licet ratione, quia omnis diſpoſitio, ita inter-
pretari debet ne ſit inutilis, & ſuperflua iuri-
bus vulgaribus.

Tertiò limitatur,vt non obtineat,quãdo ha
18 betur relatio † ad fructus iam pendentes, ſiue
extantes,quia tunc debent intelligi integri,vt
nunc ſunt,& ſine deductione impenſarũ ſecun
dum Bart.Bald. & alios in d.l.fructus ff. ſolut.
matrim. & præſertim Alex.col.2.verſ. ſecundo
limita,Bertrãd.cõſ. 255. viſis petitionibus col.
19 pen.lib.1. Sed ego † puto hanc limitationẽ non
eſſe verã ex his, quæ dixi ſupra in quarta am-
pliatione,& ex rationibus adductis per Ruin.
in conſ. ibi allegato n.4.& 5.

Quartò limitatur,vt non procedat,vbi agi-
20 tur de iure publico,cuius fauor † diuino æqui-
paratur l.fin.C.de Sacroſan.Eccleſ. tunc enim
impenſæ factæ pro habendis fructibus non de-
ducuntur,vt ſi ſtatutum mandet,quòd de fru-
21 ctibus ſoluatur gabella,nam ſolui debet † abſq;
deductione dictarum impenſarum ratione iu-
ris publici Paul. de Caſtr. in d. l. fructus ff. ſo-
lut.matrim.Idem tradit Bald.in d l.ſi à Domi-
no,vel à patre §.fin.de pet.hęred.licet a pleriſ
que in contrariam ſententiã allegetur. & vult
Afflict.deciſ.252. n.7.verſ. item vbi datur.

22 Sed contra † iſtam limitationem tenet An-
gel.in d.l.fructus per regulã illius legis,& per
l.fundi Trebatiani de vſufruct. legat.cuius ſen
tentiam veriorem puto,prout etiam tradit Fe
lin.in cap.ad noſtram n.3.de iure iuran.cum
non ſit eadem vtriuſque ratio,quia anima re-
ſpicit ius diuinũ,& ius publicũ corpus. Quod
23 comprobatur,quia decima † quæ ſoluitur Ec-
cleſiæ eſt tributum animarum egentium, vt di
citur in cap.tua nobis,de decim.Ideo eſt ſuper
omnia fauorabilis l.ſancimus C.de Sacroſ. Ec
24 cleſ. Gabella † vero,quæ Fiſco ſoluitur ex fru-
ctibus agrorum,eſt odioſa,Bart.in l.ſi pupillus
§.vlt.ff.ad leg.falcid. Vnde æquum eſt, vt quæ
iuris conſtitutio in cęteris iuris partibus locũ
habet,aduerſus rem publicam in odioſis tribu
tis non habeat, vt per Alex. in d. l. fructus, &
Garſ.de expenſ.& meliorat.cap.11.n.60.Et Ti-
raquel.de retract. cõſanguin.§.15.gloſ.1.n.12.

Meliorationes neceſſariæ,quæ ſint,& quis poſſeſſor illas deducat. Cap. CIX.

SVMMARIVM.

1 *Impenſa,ſeu meliorationes neceſſaria dicuntur, qua fiunt propter impendendi neceſſitatem, ne res vel pereat, vel deterior fiat.*

2 *Regulariter deducuntur à poſſeſſore præſertim bona fidei.*

3 *Idem eſt in habente titulum iure vtilis dominij tantum,vt eſt Vaſſallus,& emphyteuta.*

4 *Idem in harede grauato, cui melioramenta neceſſaria à fideicommiſſario ſolui debent, quamuis ſciret rem eſſe fideicommiſſo ſubiectam.*

5 *Amplia,vt etiam expenſa litis pro conſeruandis, & reparandis rebus hareditarijs facta repeti per haredem grauatum poſſint tanquam neceſſaria,itaut nec cum fructibus perceptis ſint cõpenſanda, & n.6.*

7 *Impenſa, ſeu meliorationes neceſſaria debentur, etiam ſi res,in qua facta ſunt perierit ſine tantum culpa poſſidentis, reiecta differentia Bar-*

toli

Digitized by Google

toli ſecundum Menochium, ſed opinio Bart. eſt communior, & n.8.

9 *Debentur quamuis Dominus fundi minus fuiſſet impenſurus ſi ipſe reparationes, aut meliorationes feciſſet, dummodo impendens moderatas, & ſolitas impenſas non exceſſerit.*

10 *Item debentur, etiam ſi poſſeſſor rem meliorando formam agri immutauerit.*

11 *Item ſunt perſoluenda, etiam ſi ab amico poſſeſſoris contemplatione factæ fuerint, licet ſit ſecus quando impenſæ fiunt ratione conſanguinitatis, & amicitiæ, quæ intercedit cum ipſo Domino, & num.12.*

13 *Item debentur, quamuis facta ſint Domino inuito, aut etiam proteſtante ne fierent, dummodo reſpiciant vtilitatem publicam, aut ſimilem cauſam.*

14 *Item debentur nedum ſolo detentori, vt colono commodatario, & ſimilibus, ſed etiam poſſeſſori malæ fidei, ſiue is titulum habeat, ſiue non, & ſiue meliorationes conſiſtant in faciendo, ſiue in reficiendo, & n. 15.*

16 *Declara, niſi poſſeſſor malæ fidei ſit etiam fur, vel niſi res, in qua meliorationes factæ fuerunt perierit, & n.17.*

18 *Impenſæ neceſſariæ, quæ ſunt modicæ quantitatis non perſoluuntur.*

19 *Item non perſoluuntur, quando rei vtilitatem perpetuam non reſpiciunt, ſed ſolum impendentis commodum pro tempore, quo ipſe poſſidet.*

20 *Item nec debentur, quando ſunt adeo magnæ, vt Dominus non poſſit eas ſoluere, & propterea cogatur rem derelinquere, ſed quomodo hoc ſit intelligendum traditur ibi in fin. remiſſiue.*

PRęter impenſas, quæ fructuum quærendorum colligendorumq; gratia fiunt, de quibus proximè egimus, aliæ quoque ſunt ipſi rei coherentes, quæ meliorationes dicuntur. Harū autem præcipuè ſunt, quas neceſſarias voca
1 mus, hoc eſt, quę fiūt † propter impendēdi neceſ
ſitatem ne res vel pereat, vel deterior fiat, vt
dicitur in l. impenſæ ff. de verbor. ſignificat.
puta ſi vetera ædificia inſtaurētur, ageres fiāt,
flumen auertatur, in demortuarum locum
aliæ arbores ſubrogentur, & ſimilia, quæ ennmerantur in l. 1. & 2. & in l. impenſæ neceſſariæ ff. de impenſ. in reb. dotal. tact. vbi Bart. & alij, & latè tradit Peregr. in tract. de fideicom. art. 50. num. 6. & ſequen. qui plura de neceſſarijs impenſis, quibus res melior redditur affert exempla.

Hæ igitur meliorationes neceſſariæ regu-
2 lariter † deducuntur, & perſoluendæ ſunt, prę-
ſertim poſſeſſori cum titulo, & bona ſide, vt
eſt text. in l. qua ratione, in princ. ff. de acquir. rer. domin. & in l. Paulus, in fine ff. de except. & in l. ſi in area ff. de condit. indebit. & in l. domum C. de rei vendic. ibi, nullam habeat repetitionem, niſi neceſſarios ſumptus fecerint; Ex qua lege iura antiqua extenduntur, vt propter neceſſarias impenſas, non ſolum retentio concedatur, ſed etiam actio, vt infra ſuo loco dicemus.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt proce-
3 dat etiam † in eo, qui habet titulum non iure
directi dominij, ſed vtilis tantum, vt in Vaſſallo, & emphyteuta: Nam Vaſſallus quoque finito feudo has impenſas deducit, vt per Doctor. in §. ſi Vaſſallus, hic finitur lex, &c. Aluar. in cap. 1. ſi quis de manſo poſt num. 5. de controuer. inueſtit. Clar. in §. feudum, quæſt. 88. nu. 1. Et de emphyteuta eſt tex. in l. Colonus in princip. ff. locar. & tradunt omnes in l. 2. vbi Iaſ. n. 27. C. de iure emphyt.

Secundò ampliatur, vt procedat etiam
4 in eo †, qui ſcit rem eſſe fideicommiſſo ſubie-
ctam, vt in hærede grauato; Nam huic quoque melioramenta neceſſaria à fideicommiſſario ſolui debent iuxta l. domos ff. de leg. 1. Alciat. conſ. 63. num. 13. lib. 9. tom. 3. vel hæredibus ipſius, Bellon. conſ. 66. num. 12. & ſequen. Ruin. conſ. 38. num. 25. lib. 1. Vincen. de Franchis deciſ. 109. num. 1. & ſequen. vbi inquit, quòd ſolui debent attento tempore reſtitutionis ipſius rei, quod an verum ſit infra videbimus. Idque locum habet nedum in melioramentis in re reſtituenda factis ante conditionis euentum, ſed etiam in expen-
5 ſis † litis pro conſeruandis, vel recuperandis
rebus hæreditarijs, quæ inter neceſſarias reputantur, repetique per hæredem grauatum à fideicommiſſario poſſunt, Campeg. inter. conſ. Grati conſ. 9. num. 17. lib. 2. qui dicit
* ita Bald. conſuluiſſe, & eſt communis * opinio,
vt tradit Æmil. conſ. 14. ad fin. & per totum Alexan. conſ. 162. colum. fin. lib. 2. Fanue. de inuent. parte 5. num. 42. Peregr. de fideicom. articul. 50. numer. 9. & 11. vbi allegat multos alios, & tenuit Rota in Romana Viridarij 28. Maij 1590. coram Cardinale Seraphino, & in Bononien. de Formagliarijs 29. Nouembris 1604. coram Ludouiſio, In qua fuit etiam dictum huiuſmodi impenſas pro ſuſtinenda
6 lite factas non eſſe compenſandas † cum fru-
ctibus perceptis per gloſ. in l. emptor §. ſuperfluum, in fine ff. de rei vendic. Alex. conſ. 123. in fin. lib. 1. Ruin. conſ. 38. ſub num. 25. verſic. non obſtat lib. 1. & latè tradit Rolan. conſ. 28. ſub nu. 17. lib. 1.

7 Tertiò ampliatur, tametſi res †, in qua me-
liorationes huiuſmodi factę ſunt perierit ſine tamen culpa poſſidentis l. ſed an vltro §. 1. ff. de neg. geſt. l. ſi neceſſarias, in princ. ff. de pignorat. act. latè Tiraquel. qui plures cumulat de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. n. 10. Quod ſanè in eo eſt indubitatum, qui nomine Domini rem detinet, vt in commodatario, depoſitario, negotiorum geſtore, & ſimilibus dict. l. ſed an vltro, & l. ſiue hæreditaria ff. de negot. geſt. l. ſi ſeruus ff. famil. herciſcun. Caſtren. conſ. 443. colum. 1. lib. 1. In eo autem, qui poſſidet nomine proprio difficultas verſatur. Idcirco Bart. in l. in fundo ſub n. 6. ff. de rei vēdic. diſtinguit inter iudiciū particulare rei vendica-

tionis,& vniuerſale, vt eſt petitio hæreditatis,
& in hoc caſu vult dari actionem,in altero au-
tem ſolam retentionem , ſed abſolutè detrahi
reiecta differentia Bart.cenſuit Menoch.dicto
remed.15.recuper. n.512.& 521. Verum ipſe
8 à ſententia † Bart.non recederem,quia re par-
ticulari perempta nulla eſt ratio , vt pro me-
liorationibus in ea factis verus Dominus te-
neatur bonæ fidei poſſeſſori,cum poſſet rem ip
ſam ſi extaret dimittere l.hoc amplius §.1. ff.
de damn.infect.& ita contra Menochium cre-
briori calculo receptum eſſe teſtatur Peregr.
de fideicom. d. art.50. n.30.
9 Quartò ampliatur etiam ſi Dominus † ſuo di
minus fuiſſet impenſurus, ſi ipſe reparationes,
aut meliorationes feciſſet per tex. in l. ſi quis
alicui §. impendia ff.mandati; Dummodo ille
non exceſſerit moderatas,& ſolitas impenſas
arg.l. properandum §. & ſi quidem,ibi,expen-
ſas,quæ conſueto modo,&c. & iterum §. ſiue
autem,ibi,pro ſolitis expenſis C.de iudic.
10 Quintò ampliatur licet poſſeſſor † rem me-
liorando formã agri immutauerit,Verbi gra-
tia,ſi in fundo empto vineas inſtituerit,vt de
cõductore dicitur in l.Colonus,quæ eſt penult.
in princ.ff.locat. quem tex. dicit ſingularẽ Ti-
raquel.d.§.7 .gloſ.1.nu.16. & in vſufructuario
eſt tex.in l.æquiſſimum §.proinde verſ.& ſi for
te ff. de vſufruct. vbi , & vites & olíueta eij-
ciuntur, & mutatur forma rei , & latè probat
Io.Garſ.in tract. de expenſ. & meliorat. c.14.
n.11. contra Caſtren. conſ. 270. lib.2.qui exi-
ſtimauit planctationem,& deboſcationem,ſeu
reductionem Montis ad culturam non perti-
* nere ad meliorationem,& hãc * cõmunem di-
cit Rolan.conſ.28.n.21.& 22.lib.1.reiecta Ca-
ſtren. opinione,& plenè cõprobat Rimin. Iun.
conſ.411. n.17. & ſequen. lib.4.
Sextò ampliatur , vt procedat etiam ſi me-
11 lioramenta huiuſmodi ab amico † poſſeſſoris
contemplatione fuerint facta, vt declarat Ro-
lan.conſ.10.n.9. & 10. lib.1.& Menocch.d.re-
12 med.15.n.509. licet aliud ſit,quando † impen-
ſæ fiunt ratione conſanguinitatis , & amicitiæ
quæ intercedit cum ipſo Domino,quæ ab im-
pendente non repetuntur,vt tradit Socin.Sen.
conſ.26. n.4. lib. 1. per tex. in l.ex duobus §.
fin. ff. de negot. geſt.
13 Septimò ampliatur, quamuis † melioratio-
nes factæ ſint Domino nolente,aut etiam pro-
teſtante ne fierent, dummodo reſpiciant inte-
reſſe publicum , aut ſimilem cauſam ,.vt per.
Socin. conſ. 26. num.12. & 13. lib. 1. Vbi lo-
quitur de ſumptibus factis pro defenſione Ca-
ſtri , quod alius occupare volebat , & decidit
quòd repeti poterant etiam ab inuito actione
negociorum geſtorum,quia intereſſe reipubli-
cæ concernebant .
Octauò ampliatur , vt locum ſibi vendicet
14 etiam † in ſolo detentore, vt colono, commo-
datario, & ſimilibus. Hi enim expenſas,& me-
liorationes neceſſarias etiam deducunt per l.
colonus ff. de vi , & vi armat, & l. in rebus §.
poſſunt ff.de commodat. Immo colonus expel-
li non poteſt ob non ſolutam penſionem , niſi
ei melioramenta ſoluantur , vt in l. Dominus
horreorum §. 1. vbi Bart.ff. loc. & in l. Colo-
nus in princ. ff. eod. tit. & tradit Pariſ. conſ.
79. num. 16. lib.3.
15 Nono ampliatur etiam in poſſeſſore † malæ
fidei, ſiue is titulum habeat, ſiue non,per tex.
in l. domum in fine,vbi omnes C.de rei vendi-
cat. Item ſiue meliorationes conſiſtant in fa-
ciendo,ſiue in reficiendo, vt tradit Bart.in l. in
fundo n.11. ff.de rei vendicat. Alciat. in l.im-
penſæ n.2. de verb. ſignif.
16 Sed iſtud intellige,niſi † is malæ fidei poſſeſ-
ſor ſit etiam fur,quia tunc neceſſarias impen-
ſas in re furtiua factas non deducit, tex. eſt in
l. ex argento ff.de cond. furt.& in l.1.C.de in-
fan. expoſ.& in l.ſi quis ſeruum §.ſi oliuam ff.
ad leg. acquil. vbi gloſ.Bald. & Salicet.ad no-
tant , & faciunt tradita ſuperius in proximo
præcedenti capite in prima ampliatione .
17 Rurſus intellige. niſi res in qua † meliora-
tiones factæ fuerunt ſit perempta , nam tunc
malæ fidei poſſeſſor pro huiuſmodi impenſis
etiam in iudicijs vniuerſalibus de alijs rebus
nihil detrahit l. planè ff. de pet. hæredit. l. ſi
pupilli §. ſed & ſi quis negocia, in fine, de ne-
got. geſt. Habentur ſiquidem,ac ſi factæ non
fuiſſent, quare ceſſat omnis æquitas . Natta
conſ.536. num.11. lib. 3. Peregr. de fideicom.
art.50. nu.28. Menoch. d. remed.15. recupe-
ran. num. 539.
Sed quamuis regulariter impenſæ neceſſa-
riæ perſoluendæ ſint , vt dictum fuit , tamen
18 hoc limitatur, vt non procedat,quando † im-
penſæ ſunt modicæ quantitatis,Caſtrenſ.conſ.
270. col. 3. verſ.ſi vero parua lib. 2. per l.om-
ninò ff. de impenſ. in reb. dot. fact.
19 Secundò limitatur,vt non obtineat † quo ad
impenſas,& meliorationes, quæ rei vtilitatem
perpetuam non reſpiciunt , ſed ſolum impen-
dentis commodum pro tempore,quo ipſe poſ-
ſidet l. 3. & ſeq.ff. de impenſ. in reb.dot. fact.
Bald. in l.1.n.5.& Iaſ.n.27.C.de iure emphyt.
Alciat. in l. impenſæ nu.2. ff. de verb.ſignific.
Boer. deciſ. 44. Alex. in l. diuortio §. impen-
dia n.3. ff. ſolut. matrim. & conſ.4. n.7. lib.5.
Gomeſ. de contract. cap.3. n. 20.
Tertiò etiam limitatur , vt non procedat
20 quando impenſæ ſunt † adeo magnæ , vt Do-
minus non poſſit eas ſoluere, & propterea co-
gatur rem relinquere. Hoc enim caſu, nec ne-
ceſſario , nec vtiliter factæ videntur tex. eſt in
l. in fundo ff. de rei vendicat. & in l. ſed an
vltro §. 1. ibi , Quid enim ſi eam inſulam
ff.de negot. geſt.per quem tex.ſic decidit Bald.
conſil. 116. col. 2. num. 4. verſ. ex præmiſsis
apparet lib. 1. ſubdens arbitrio Iudicis hoc
committendum eſſe, qui iudicet inſpecta qua-
litate rei , & perſonarum per dict. l. in fundo.
Idem voluit Tiraquel. de retract. conuent. §.
7. gloſ.1. num.5. & Menoch. d. remed.15.re-
cuperan. num.553. Quod tamen quomodo ſit
acci-

Digitized by Google

accipiendum dicam infra in tertia limitatione ſequentis Capituli.

Melioramenta vtilia quę dicãtur & quando deduci poſſint, copioſè declararum. Cap. C X.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes vtiles, quæ dicantur.*

2 *Regulariter impendenti reficiuntur.*

3 *Amplia j. vt ſint reficienda, etiam ſi ſint facta in fundo minoris, quando impendens poſsidebat cum titulo, & bona fide.*

4 *Amplia ij. quamuis facta ſint cauſa colligendorum fructuum, & fructus aliqui non fuerint percepti.*

5 *Amplia iij. quamuis maritus vtiliter in rem vxoris impenderit, tametſi pro huiuſmodi impenſis rem dotalem retinere non poſsit.*

6 *Amplia iiij. etiam in ſocio, qui in rem communem vtiliter impendit.*

7 *Amplia v. etiam in hærede per fideicommiſſum conditionale grauato reſtituere ei, qui tenetur alij poſtea reſtituere Secus ſi fideicommiſſarius alteri etiam reſtituere ſit obligatus, & ille alter alteri, & nu. 8.*

9 *Amplia vi. etiam in Vaſſallo, & emphyteuta, niſi meliorationes ſint factæ ex conuentione, quæ ſpecialiter exprimatur, & n. 10. & 11.*

12 *Clauſula ad meliorãdum in conceſsione emphyteuſis adiecta intelligitur, quo ad culturam, & minimas refectiones, non autem quoad magnas impenſas, & noua ædificia.*

13 *Vaſſallus, & emphyteuta amittunt melioramenta etiam vtilia, quando emphyteuſis, vel feudum ob eorum culpam deuoluitur.*

14 *Limita, quando ſoluitur penſio æquiualens fructibus.*

15 *Limita ij. quando in emphyteuta, & Vaſſallo nulla poteſt conſiderari culpa damnoſa Domino directo.*

16 *Meliorationes vtiles debent perſolui etiam vſufructuario, ſi ſint magnæ, & in reficiendo conſiſtant, ſecus ſi conſiſtant in ædificando de nouo, & num. 17.*

18 *Amplia, vt ſint reficienda etiam negotiorum geſtori, commodatario, mandatario, tutori, curatori, & creditori in re pignorata.*

19 *Item amplia, vt perſolui debeant etiam colono, & Inquilino, ſi ſint perpetuæ, non pro tempore conductionis tantum, & dummodo ex cõuentione aliud actum non ſit, quamuis eorum culpa ob non ſolutam penſionem eijciantur.*

20 *Item amplia, vt perſoluenda ſint etiam à venditore, qui rem auocat remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. niſi læſio eſſet enormiſsima, et ſic in magno exceſſu vltra dimidiam, & n. 21.*

22 *Item amplia, quo ad melioramenta facta à Clerico, vel Prælato in rebus Eccleſiæ ex bonis ſuis patrimonialibus, ſecus ſi impẽderit ex fructibus beneficij.*

23 *Contrariam ſententiam vti veriorem tenent Alciati & Surd. reprobata doctrina Abbatis.*

24 *Meliorationes vtiles factæ à Clerico, ſeu Prælato in re Eccleſiæ de ſuo patrimonio ad ipſũ ſpectant eius vita tantum durante, nec eo mortuo per teſtamentum ad eius hæredes, ſeu alios transferuntur.*

25 *Declara dummodo melioramenta ſint annexa bonis Eccleſiæ, ita vt ſeparari nequeant, ſecus ſi poſsint ſeparari.*

26 *Meliorationes vtiles non debẽtur, niſi impendens de vtilitate, & melioratione doceat.*

27 *Item non debentur, quãdo per diuerſam materiã facta ſunt, ſecus ſi ex eadem materia.*

28 *Declara verum quo ad deductionem, non reſpectu æſtimationis, quam bonæ fidei poſſeſſor conſequitur, ſi illam ante reſtitutionem petat.*

29 *Impenſæ, & meliorationes quamuis vtiles, quando ſunt adeo magnæ, & exceſsiuæ, vt Dominus illas perſoluere nequeat, & cogatur habere rem pro derelicto, non debentur.*

30 *Limita i. niſi Dominus eas impenſas eſſet facturus.*

31 *Limita ij. reſpectu abraſionis, quam poſſeſſor bonæ fidei poteſt facere, ſi meliorationes ſint ſeparabiles, & ſine læſione ſtatus rei id fieri poſsit, & dummodo ex abraſione vtilitatem ſit conſequuturus ſecus ſi nullam vtilitatem, aut modicam.*

32 *Limita iij. reſpectu retentionis rei, quæ datur impendenti rem ipſam poſsidenti.*

33 *Impenſæ, ſeu meliorationes vtiles, ſi res meliorata perierit, non debentur, etiam bonæ fidei poſſeſſori, quando agitur iudicio particulari vendicationis, ſecus ſi iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis.*

34 *Item non debentur, quando amicitiæ cauſa aliquid impenſum fuit.*

35 *Impenſa facta in remouẽdo tutores ſuſpectos non repetitur ab amico, qui illam fecit.*

36 *Procurator, qui amici ſui filium defendit in iudicio, impenſam non repetit, ſed donandi animo tam feciſſe præſumitur.*

37 *Amicitia præter communes regulas plurimum operatur.*

38 *Impenſa vtilis modica non deducitur, niſi ſit ſeparabilis, & n. 39.*

40 *Impenſa modica quæ dicatur.*

41 *Poſſeſſor malæ fidei quando impenſas poſsit repetere, & n. 42.*

43 *Poſſeſſor bonæ fidei impenſas à ſe factas eo tempore, quo erat in bona fide, repetere poteſt, licet poſtea mala fides ſuperuenerit. Poſſeſſor autem malæ fidei factas tempore malæ fidei non repetit, quamuis bona fides ſuperueniat.*

44 *Poſſeſſor dubitans de ſua bona poſſeſsione meliorationes, & expenſas tanquam bonæ fidei poſſeſſor deducit, quæ ante dubitationem, vel poſt fecit; illas autem quas fecit tempore dubitationis, deducit eo modo, quo malæ fidei poſſeſſor.*

1 VTiles meliorationes dicũtur, quæ meliorem rem faciũt, deteriorem eſſe non ſinunt, vt arbuſti paſtinatio, vltra quàm neceſſe

fuerit,ſic definit Iuriſconſultus in l.impenſæ §.
1.ff.de verb. ſignif. Eſt autem generalis regu-
la,quòd impendenti huiuſmodi meliorationes
2 reficiantur † ab illis, quibus res ipſa reſtitui-
tur, vt tradunt Io. de Anan. conſ. 32. num.10.
verſ.item aduertendum, & ibi Bolognin.n.15.
& Alex. conſ.168. n.8. lib.2.

Extenditur primum iſta regula , vt proce-
3 dat etiam reſpectu † meliorationum factarum
in fundo minoris,quando impendens poſside-
bat cum titulo, & bona fide per tex. in l.intra
vtile §.vlt. vbi gloſ. de minor.& tradunt Curt.
Iun.conſ.6. in fine,& Tiraquel.de retract.con-
uen.§.7. gloſ.1. n.7.

4 Rurſus extenditur , quamuis expenſæ †, ſeu
meliorationes factæ ſint cauſa colligendorum
fructuum,& fructus aliqui non fuerint collecti
ex l.Prætor §.& ipſi itaq; ff.de bon.author.iud.
poſsid.l. ꝙ ſi ſumptus ff.de pet.hęredit.ſecus ſi
fructus percepti fuerint,quia tunc cum illis fit
compẽſatio l.à Domino vel à Patre §.vlt.ff.de
pet. hæredit. Natta conſ.536. n.9. lib.3.

5 Tertiò extenditur etiam ſi maritus†vtiliter
in rem vxoris impenderit,nam is quoque me-
liorationes conſequitur l. quod dicitur §. fin.
& toto tit. ff. de impen. in reb. dot. fact. l. di-
uortio §. impendia. ff. ſolut. matrim. & l. fin.
ff. de fund. dot. & vult Alex. conſ. 162. col.2.
lib.7.tametſi pro huiuſmodi impenſis rem do-
talem retinere non poſſit, nec executio ipſa
retardetur l. vnica §. ſed nec ob impenſas C.
de rei vxor.act.Neque hoc caſu maritus com-
penſat fructus cum impenſis , quia cum illos
ſuos iure dominij fecerit ceſſat compenſatio l.
emptor,& ibi gloſ.in verbo ſuperfluum, ad fi-
nem.ff.de rei vendic. Afflict.deciſ.87. num.6.
Couar. lib.1.var. reſolut. cap.8. n.4.

6 Quartò extenditur † etiam in ſocio,qui in
rem communem vtiliter impendit l.in hoc iu-
diciū. ff. com. diuid.l.ſi vt proponis C.de ædi-
fic. priuat. Corn. conſ.222. lib. 2.

7 Quintò extenditur etiam†in hærede per fi-
deicommiſſum cõditionale grauato,tex.eſt in
l. domos hæreditarias.ff.de leg.1. & in l. mu-
lier §. ſed etenim,& in l.vbi purè §.qui in di-
ſtrahendis.ff.ad Trebellian.Corn. conſ.180.n.
8. lib.4. Ruin. conſ.38. col. vlt. lib. 1. & conſ.
135. n.12.lib.3. Bellon. conſ.65. n.12.Vinc.de
Franchis deciſ. 109. & in terminis quo ad im-
penſas ab hærede grauato factas pro impetra-
tione breuis facultatis conſtruendi Molendi-
num, quæ ſaltem erat vtilis ad tollenda plura
impedimenta tenuit Rota in vna Bononien.de
Formagliarijs 29. Nouembris 1604. coram
Ludouiſio , per iura proximè allegata , & per
Capr.conſ.55. n.8. Pariſ. conſ.55. n.22. lib.3.
& Aym.conſ.202.poſt numerum 511

Sed hoc intelligitur verum ſecundum Mo-
lin.de primogen. Hiſpan. lib.1.cap.26. nu.15.
8 verſ.ſed mea ſententia, quando † grauatus re-
ſtituit ei, qui non tenetur alij poſtea reſtitue-
re,cum hoc caſu omnis impenſa eius lucro ce-
dat , ſecus ſi fideicommiſſarius alteri etiam
reſtituere ſit obligatus,& ille alter alteri,quia
tunc huiuſmodi impenſæ non reficiuntur ne
ipſe à ſequenti repetat , & ſequens ab alio ,
& ſic ne detur progreſſus in infinitum per l.
fideicommiſſa §. qui decem , vbi doct. ff. de
leg. 3.

9 Sextò ampliatur etiam † in Vaſſallo,& em-
phyteuta cap. 1. §. ſi Vaſſallus tit. hic finitur
lex Feder. Vbi Bald. Aluar.& alij hoc notant,
Iaſ. in l. 1. num.26. & in l. 2. num. 27. C. de
iure emphyt. Dec. in authen. qui rem nu. 14.
C.de Sacroſ.Eccleſ.& conſ.326.in fine,& conſ.
518.col.vlt.Guid.Pap.deciſ. 169.& 438.Ruin.
conſ.24. n.10.lib.4.Rota diuerſ.deciſ.398.n.2.
par.1. & deciſ. 312.n.2.part.2. Surd.deciſ.78.
nu.3. & deciſ.300. nu.20.Gabr.conſ.80.nu.26.
vſque ad finem lib. 2. vbi inquit melioramen-
ta hoc caſu ad hæredes pertinere,ſiue facta ſint
ab vltimo,ſiue à primo,quia trãſeunt iure hæ-
reditario,& tanquam res hæreditariæ .

Verum hæc ampliatio limitatur primò , vt
10 non procedat ſi meliorationes †ex conuentio-
ne ſint factæ,nam hæ ſuccedunt loco precij bo
norum in fæudum, vel emphyteuſim conceſſo-
rum, ceduntque in vtilitatem Domini directi,
& ideo non ſunt ab eo reſtituendæ, per tex. in
l. fundi partem ff. de contrahen. empt. & no-
tat Bald. in l. penul. in addit.ff. locat. Afflict.
in d.c.1.§.ſi Vaſſallus n.12. hinc finitur lex Fe-
der.Honded. conſ.51. nu.40. lib.1.

Sciendum tamen eſt , quòd ad effectum , vt
emphyteuta ab ijs impenſis excludatur vigo-
re conuentionis , non ſufficit quòd in contra-
ctu apponatur clauſula generalis, & conſueta
(ad meliorandū &c.)ſed requiritur,quòd ſpe-
11 ciatim iſtud in conceſſione † exprimatur , vt
contra Afflict. tenet Pinel. in l.2. parte ſecun-
da num. 10. C. de reſcind. vendit. cuius ſen-
tentiam ipſe veriorem puto , quia cum dicta
clauſula tacitè inſit, nihil operatur l.3. ff. de
leg. 1. Semper enim tacitè intelligitur , quod
quælibet conceſſio ſit facta ad meliorandum
non deteriorandum,vt inquit Bald. in d. cap.
1. §. ſi Vaſſallus num.2. Et hæc opinio præſer-
tim locum habet ſi meliorationes, aut impen-
ſæ ſint magnæ : Nam clauſula ad melioran-
12 dum † intelligitur quoad culturam , & mini-
mas refectiones,nõ autem quo ad magnas im-
penſas , & noua ædificia , quia emphyteuta
ad ea non tenetur, vt tradit Cuman. conſ.57.
circa finem .

Secundò limitatur,vt non procedat,quando
fæudum , vel emphyteuſis deuoluitur propter
13 culpam,quia tunc Vaſſallus , † & emphyteuta
ammittũt etiã melioramẽta l.2.& ibi Doct. C.
de iure emphyt. Guid.Pap.d.deciſ.169.& 438.
* de cõmuni*Bero. famil.quęſtion. 19.in fine, &
q.96.nu.4. Rolan. conſ.28.nu.12.& ſequen. &
num.16.lib.1. Clar. in §.fæudum quæſt.88. in
princip.& in §.emphyteuſis quæſt.45. in fine.

Sublimita hanc limitationem ſecundum
Rotam in vna Romana melioramẽtorum 20.
Nouembris 1581.coram Cardinale Seraphino
duobus

duobus modis,& primo,vt nõ procedat, quan
14 do ſoluitur† penſio æquiualens fructibns,quia
tunc ſapit naturam locationis Bart.in l.1.n.4.
& ibi Iaſ.n.35.C.de iure emphyt.Aret. cõſ.55.
nn.4. Bellon.conſ.21. n.18.Natta,qui de com-
* muni *teſtatur conſ.49.poſt num.7.Cagnol. in
l.2.n.202. C.de reſcind. vendit.Clar. in §.em-
phyteuſis. quæſt.1. prope finem,& conſequen-
ter locum habet contraria diſpoſitio, vt ca-
dens à locatione culpa ſua meliorationes vti-
les non amittat l.colonus ff.locat. & ibi Bart.
& Caſtren.num.4. Et hoc idem tradit ibi Ful-
goſ. & Iaſ. in l.2. num.28. C. de iure emphyt.
vbi hoc idem inquit procedere in colono ad
longum tempus.
Secundò ſublimita, ſeu potius declara, vt
procedat,quando culpa cedit in aliquod dam-
num,vel præiudicium Domini directi,veluti ſi
emphyteuta ceſſet in ſolutione, vel dominium
neget, aut tentet interuertere poſſeſſionem
15 Domini,ſecus ſi nulla †conſiderari poſſit cul-
pa dãnoſa,vt quia in emphyteuſi Eccleſiaſtica
beneplacitum Apoſtolicum nõ ſit impetratum
in tempore, cum talis nullitas non ſit inducta
ad fauorem ipſius Eccleſiæ, Aret. conſil. 77.
num. 6. Vel meliorationes non ſint factæ in-
tra tempus conuentum, ſed longe poſtea,
quod non ſolum non eſt ipſi Domino præiu-
diciale, ſed vtile propter domorum ætatem
quam conſiderat Iuriſconſultus in l.domus, ff.
de leg. 1.
Septimò extẽditur principalis concluſio, vt
16 locum habeat†etiam in vſufructuario per tex.
in l. hactenus vbi Angel. ff. de vſufruct.& in l.
cum ad quem C. eod. tit. Corn. conſ. 86. lib.
4. Quod tamen intelligere debes reſpectu im-
penſæ magnæ in reficiendo factæ, quæ ſi ad
vtilitatem proprietarij reſpiciat ab vſufru-
ctuario repeti poteſt, cum de ſuo illam facere
non teneatur Angel. & Alexan. in l. 1. §.vſu-
fructuarius ff. de vſufruct. Pic. in l. Titia §.
Titia, num. 148. quæſt. 58. de leg. 2. Gozad,
* conſ. 94.num. 37. vbi dicit eſſe*communem
Molin. qui pariter communem dicit de pri-
mogen. Hiſpan. lib. 1. cap.27. num.11. Iſtud-
que procedit, ſiue vſufructuarius ſit à lege
conſtitutus, ſiue ab homine; Vnde ſi pater in
reficiendo fundum aduentitium vtiliter im-
penderit, cuius vſumfructum habeat ratione
patriæ poteſtatis, filius, qui in re aduentitia
reperit meliorationes factas magnæ quanti-
tatis, valorem ipſarum tenetur cum alijs fra-
tribus conferre, cum ad patrem pertinere di-
cantur, Bald. in authen. excipitur num. 4. C.
de vſu fruct. Paul. de Caſtr. in l. fin. §. vbi
autem in vnum, num. 7. C. de bon. quæ liber.
Pinel. in l. prima,parte 2. num.69. C. de bon.
matern. Molin. in loco ſupra citato lib.2.cap.
17 27. nn. 10. Secus autem ſi vſufructuarius†no-
uum ædificium conſtruat, aut vetus diuidat
vel immuret, quia tunc huiuſmodi impenſas
non repetit, nec minus ædificium tollere po-
teſt per l. æquiſſimum.§. ſed nec dictas & l.
ſed & ſi quid, & d. l. hactenus §. fin. & l. ſe-
quen. ff. de vſufruct. Cum enim ſciat rem eſſe
alienam, nec iure dominij poſſideat ſubiacet
regulæ.§.ex diuerſo,Inſtit. de rer. diuiſ. Idem
18 dicas in † negociorum geſtore, l. ſed an vl-
tro, & l. quæ vtiliter. ff. de negot. geſt. Idem
in commodatario l. in rebus.§.poſſunt.ff.com
mod. Idem in mandatario l. ſi vero.§. ſi mihi
ff. mand. Idem in tutore, & curatore l.cum
plures §. fin. ff. de adminiſtrat. tut. & l. 3. §.
ſufficit ff. de contr. & vt act. Idem in credito-
re in re pignorata l.ſi neceſſarias,& l.ſi ſeruos
ff. de pignor. act.
Octauo extẽditur, vt habeat locum etiam
19 in Colono† & inquilino,qui pariter huiuſmo-
di impenſas deducunt ſi perpetuæ ſint, non
pro tempore conductionis tantum tex. eſt in
l. habitator ff.de rei vendicat.& in l. colonus,
vbi Bart. ff. locat. Caſtren.conſ. 270. lib.2. &
dummodo ex conuentione aliud actum non
ſit,vt de Vaſſallo, & emphyteuta dictũ eſt Iaſ.
in d. l.2, nu.28. C. de iur. emphyt. poſt Bart.
in l. iubemus §. ſane C. de Sacroſanct. Ec-
cleſ. Sciendum tamen eſt, quòd colonus, &
inquilinus in hoc differũt ab emphyteuta,quia
melioramẽta ab his deducuntur,quamuis eij-
ciantur eorũ culpa ob non ſolutam penſionem
vt in d.l. colonus ff. locati, & ibi Caſtren.n.4.
Nono extenditur,vt procedat etiam quoad
impenſas, & meliorationes ab emptore factas
20 in re,quam venditor † poſtea auocat remedio
l. 2. C. de reſcind. vend. Nam venditor repel-
li poterit, niſi illas perſoluat Bald. in d. l. 2.
num. 23. quæſt. 19. per l. intra vtile §. fin. ff.
de minorib. quem tex. notat idem Bald. in l.
fin. num. 5. C. commun.de legat. Et quamuis
contrarium teneat Salicet. in dict. l. 2. quæſt.
17. Nihilominus opinio Baldi verior, & rece-
ptior eſt,quam ſequitur Alexan.ad Bart. in d.
§. fin. & Cagnol. in d. l. 2. num,153. verſ. ſed
non eſt recedendum,Ant. Burg. in cap.cum
cauſa nu.56. de empt.& vendit. Iacob. à San-
cto Georg. in l. ſi res §.1. num. 5. ff. de iure
dot. Fabian.de Monte de empt.& vendit. q.8.
nu.4. Boer. decis.47. nu. 8. & vltra eos in mi-
nore rem vendicante eſt tex. in l. ſi prædium,
in fine C. de præd. minor.
21 Sed hoc intelligi debet,niſi† læſio eſſet enor
miſſima, & ſic in magno exceſſu vltra dimidiũ
arguendo ex iuribus proximè allegatis a con-
trario ſenſu, dum loquuntur in meliorationi-
bus bona fide factis, quæ hoc caſu non adeſt,
quia dolus re ipſa dicitur interueniſſe, qui
æquiparatur dolo ex propoſito ex traditis per
Cagnol. in d. l. 2. num 81. verſ. ex quibus C.
de reſcind. vend.
Decimo extenditur, vt obtineat etiam quo
22 ad †melioramenta facta à Clerico,vel Prælato
in rebus Eccleſiæ ex bonis ſuis patrimonia-
libus,licet aliud ſit,quando Clericus impendit
ex fructibus beneficij, vt per Abb. in c.de mul
ta n.14.de præben. & in c.fin.n.2. de pecul.cle
ric. & ibidem Innocen.Imol. & alij,qui dicunt

Digitized by Google

Clericum poſſe rem ſic melioratam retinere, donec eorum æſtimatio perſoluatur, quamuis beneficio ſit priuatus, cum etiam in beneficialibus retentio concedatur. Idem tenet Iaſ. in l.ſi non ſortem, §.ſi centum, nu. 10. in fine verſ. amplia iſtam ſallentiã, ff de cond. indeb. Boer. deciſ. 44. nu. 14. ad finem, Afflict. in d. cap. 1. §. ſi Vaſſallus, n. 15. hic fine lex. Feder. Menoch. de recuperan. poſſeſ. remed. 15. nu. 16. Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 43.

Contrariam ſentẽtiam, quòd imò Clericus
23 impendens † circà rem Eccleſię de ſuo patrimonio videatur donare, & conſequenter minimè repetat, tenet Alciat conſ. 38. in fine, vbi hoc admittit pro abſoluto licet vellit, quòd ſi ob eã cauſam clericus cũ aliquo contraxerit debitum, quòd non erat ſolutum tempore mortis clerici, illius ſolutio ſpectet ad Eccleſiã, vel eũ, qui in beneficio ſucceſsit. Et loquitur in eo, qui fecit multa melioramenta in Domo Eccleſię, ſed aliquid non fuerat ſolum lapicidæ. Et hæc ſecunda opinio mihi magis placet, quam firmat Surd. conſ. 373. num. 35. cum ſequen. & per totum lib. 3. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & reprobat doctrinam Abb. in loco ſupra citato. Hanc quoque approbare videtur Rota deciſ. 761. num. 5. par. 1. diuerſ. dum vult
24 huiuſmodi meliorationes † factas per Prælatũ, vel Clericum in rebus Eccleſiæ eſſe ſuas in vita, ſed de his non poſſe teſtari per tex. in c. fin. de pecul. cleric. qui loquitur de melioratione proueniente ex induſtria clerici, & ſic ex eo, quod eſt, ius proprium, & de quo aliàs teſtari poteſt iuxta c. quia nos, de teſtam. Et tamen ſi fiat in vtilitatem Eccleſiæ ea ſolùm vti in vita poterit.

Verum hæc opinio declaratur, vt procedat
25 quando melioramenta † ſunt annexa bonis Eccleſiæ, nec ſeparari poſſunt, cùm hoc caſu impendens videatur donare, Alex. conſ. 44. no. 6. in fin. lib. 3. Redoan. de rebus Eccleſ. non alien. quæſt. 72. cap. 1. num. 6. præſertim quando impenſæ ſunt modicæ, vel cõſiſtunt in ædificijs, de nouo conſtructis, vt ſupra de vſufructuario diximus. Secus quando meliorationes ſui natura ſeparari poſſunt, quia tunc cedũt lucro eius qui illa fecit, cum non præſumatur donaſſe, quia auferre poteſt, Anchar. & Abb. in d. c. fin. vterque num. 2. & Imol. num. 3. de pecul. cleric. Redoan. d. cap. 1. num. 7. & bene facit tex. in l. vtiles, ff. de pet. hæredit. vbi etiam prædoni datur poteſtas tollendorum eorum, quæ ſine detrimento rei tolli poſſunt.

Sed quamuis melioramenta vtilia regulariter ab impẽdente deduci poſsint, vt dictũ eſt, Nihilominus huic concluſioni dantur nonnullæ limitationes: Quarum prima eſt, vt locum
26 non habeat, niſi † de vtilitate eius, quòd impenſum eſt appareat. Neque enim ſufficit probare impenſam, niſi ſimul probetur ipſa melioratio Chiſſao. deciſ. 93. Rota diuerſ. deciſ. 398. num. 4. par. 1. Et quòd prętendens impenſas tanquã vtilẽ debeat vtilitatem probare tradit Socin. Iun. conſ. 6. ſub num. 3. lib. 3. Bero. conſ. 35. nu. 6. lib. 2. Neguſ. de pignor. 4. mẽbr. 5. par. princip. poſt num. 11. & tenuit Rota in vna Bonon. de Formaghariјs 20. Decembris 1604. coram Ludouiſio ex traditis per gloſ. in l. fundo, C. de rei vendicat. & per Abb. in cap. 1. num. 4. de reſtit. in integr.

27 Secunda limitatio eſt, vt procedat † ſolùm cum per diuerſam materiam hæ meliorationes factæ ſunt, vt cum Domus ædificatur in fundo, vel quid ſimile, quod per plumbationem fieri dicitur, ſecus ſi ex eadem materia factæ ſint, quòd per ferruminationem vocant, veluti, cum in fundo plantatur arbor, quæ radices egerit, Hoc enim caſu nullam eſſe impenſarũ detractionem faciendam exiſtimat Bart. in d. d. l. in fundo, num. 7. & 8. de rei vendicat. per l. ſi poſtea quã fundi poſſeſſor, ff. eod. tit. Quòd
28 intellige verum, quò † ad deductionem, non reſpectu æſtimationis, quam bonæ fidei poſſeſſor conſequitur, ſi illam ante reſtitutionem petat tex. eſt in l. aut ſi ante, ff. de rei vendic. & in colono, qui inſcio Domino vineas plantauit eſt tex. in l. colonus in princip ff. locati, & hanc eſ
* ſe veriorem, & magis receptam * opinionẽ aſſerit Menoch. d. remed. 15. recuperan. numero 258. & 259.

Tertia limitatio eſt, vt non procedat, quan-
29 do impenſæ, † & meliorationes ſunt adeo magnæ, & exceſsiuæ, vt Dominus illas minimè perſoluere poſſit, ſed cogatur habere rem pro derelicto tunc enim non ad vtilitatem, ſed in fraudem factæ cenſetur, nec perſoluendæ ſunt per tex. in d. l. fundo, & ibi Bart. num. 8. in fine, de rei vendic. & in l. ſi ſeruos, ff. de pignor. act. & in l. vtilium in fine, de impenſ. in rebus dot. fact. & in l. ſed an vltrò §. 1. ff. de negot. geſt. & in l. impenſæ §. vtiles ff. de verb. ſignif. ibi, ne cogatur fundo, aut mancipijs carere, Ad idem tex. in l. quòd ſi ſeruus § proinde, ff. de in rem verſo. Bald. conſ 372. lib. 3. Aym. conſ. 3. nu. 19. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. n. 5. Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 33.

Sed hæc limitatio primò declaratur, vt non
30 obtineat, quãdo Dominus eas impenſas † erat facturus, quia tunc licèt ſi pauper, tamen illas reſtituere cogitur, vt habetur in d. l. in fundo, & in d. l. ſed an vltrò §. 1. de negot. geſt. & tradit Tiraquel. vbi ſupra, Pinel. in l. 2. par. 2. cap. 3. nu. 5. C. de reſcind. vendit. & Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 10. nu. 17.

31 Secundò declaratur, vt non procedat † reſpectu abraſioni, Nam bonæ fidei poſſeſſor huiuſmodi meliorationes tollere poteſt, ſi ſeparabiles ſint, & ſine læſione prioris ſtatus rei id fieri poſsit, vt habetur in d. l. in fundo, & in l. Iulianus, ff. de rei vendicat. & in l. vtiles, ff. de pet. hæredit. Et dummodò etiam ex abraſione impendens vtilitatem conſequatur, ſecus ſi nullã vtilitatem, aut modicã ſit conſequuturus, quia tunc nec abraſio conceditur d. l. in fundo, vbi gloſ. in verbo, nihil de rei vendicat. l. pro volũtarijs, ff. de impenſ. in reb. dot. fact. & conſuluit

Curt.

Digitized by Google

Curt. Iun. conſil. 165. numero vndecimo.

Tertiò etiam declaratur, vt non habeat lo-
32 cum quoad†ipſam retentionem ſi melioratio-
nes ſeparari nequeant, hoc enim caſu ne Do-
minus cum poſſeſſoris iactura locupletetur, re-
tentio pro melioramentis conceditur, vt tra-
dunt Alciat. conſ. 17. tom. 2. lib. 6. & Menoch.
dicto remed. 15. nu. 524. per d. l. in fundo, verſ.
finge pauperem, de rei vendic.

Quarta aſſertur limitatio ad dictam prin-
cipalem concluſionem, vt non procedat ſi res
33 meliorata perempta†fuerit, quia tunc nec bo-
nę quidem fidei poſſeſſor has impenſas dedu-
cere poteſt ſecundum Bart. in d. l. in fundo nu.
8. ea ratione, quia huiuſmodi impēſæ ope re-
tentionis tantùm cōſequi poſſunt l. ſi in area,
in fin. ff. de cond. indebit. quæ exerceri non po-
teſt in re, quæ nō eſt in rerum natura ad l. eius
qui in prouincia, ff. ſi cert. pet. Et hæc quidem
concluſio eſt veriſsima in rei vendicatione, ſe-
cus in iudicio vniuerſali petitionis hæredita-
tis, ex allegat. per Tiraquel. de retract. conuen.
gloſ. 1. §. 7. num. 10. verſ. quid autem ſi omninò
perierit res.

34 Quinta limitatio eſt, vt non† obtineat, quan
do amicitiæ cauſa aliquid fuit impenſum, l. is,
qui amicitia, ff. de negot. geſt. vbi impenſa fa-
35 cta† in remouendo tutores ſuſpectos non repe
titur ab amico, qui illam fecit. Sic etiam pro-
curator, qui amici ſui filium defendit in iudi-
cio, non repetit impenſam, ſed donandi animo
36 præſumitur†id feciſſe, ſtante amicitia, quæ ſibi
cum patre intercedebat Bald. in l. 2. nu. 2. C. de
dot. Maſcard. de probat. concluſ. 554. n. 56. in-
quiens id præſertim obtinere, quando cū ami-
citia coniuncta eſt pia cauſa; plurimùm enim
37 operatur amicitia†præter communes regulas,
vt latiſsimè probat Tiraquel. in l. ſi vnquam in
verbo, liberis, num. 92. cum multis ſequen. de
reu. donat.

Sexta adducitur limitatio, vt non procedat
38 quoad modicam†impenſam, nam maritus, Hæ-
res vſufructuarius, Colonus emphiteuta, & ſi-
miles eam non deducunt l. hactenus, ff. de vſu-
fruct. l. in rebus, §. poſſunt, ff. commodat. l. om-
ninò, ff. de impenſ. in reb. dot. fact. Caſtren. cōſ.
270. col. 3. verſ. ſi verò parua lib. 2. Rolan. conſ.
28. num. 26. lib. 1, Menoch. de recuper. poſſeſ.
remed. 15. num. 552.

Quòd intellige verum in impenſa inſepara-
39 bili non in ea†quæ ſeparari poteſt, Rota Peru-
ſina deciſ. 58. num. 2. Et in propoſito modica
40 impenſa eſt, quam†Iudex ita arbitratur ſecun-
dum gloſ. in d. l. hactenus, quam ibi ſequuntur
omnes, & pręſertim Angel. nu. 2. Bart. in l. Scio
in princip. ff. de in integr. reſt. Vnde non probo
ſententiam Alex. in l. diuortio, §. impendia, nu.
3. ff. de ſolut. matrim. modicam ſcilicet impen-
ſam appellari, quę non concernit perpetuam
rei vtilitatem, licet ſumptuoſa ſit, & econtra
magnam impenſam appellari, quę reſpicit per-
petuam vtilitatem rei, etiam ſi quo ad ſumptū
modica fuerit; Quòd & voluit Ruin. conſil. 14.
num. 3. lib. 1. Sed magnam, vel paruam impen-
ſam accipiendam puto attenta quātitate ſum-
ptuum, quod & æquius eſt, & magis conſonum
textui in d. l. omninò, de impenſ. in rebus dot.
fact. & in d. l. hactenus, de vſufruc & in l. in reb.
§. poſſunt, ff. cōmod. ibi (naturali ratione) & ibi
(modica impenſa) & ita intelligunt Paul. de
Caſtr. d. conſil. 270. lib. 2. Bald. & alij citati à Pe
regrin. de fideicom. art. 50. nu. 13.

Septima, & vltima limitatio eſt, vt non pro-
41 cedat†in male fidei poſſeſſore. Nam aut is cō-
ſtruit de nouo ſciens ſe in alieno ædificare, &
nihil repetit, quia Domino donare videtur, l.
adeo, §. ex diuerſo, ff. de acquir. rer. dom. & §.
ex diuerſo Inſtit. de rer. diuiſ. Corn. conſ. 243. n.
6, lib. 2. Neuizan. conſ. 78. in fine, Niſi tanquàm
negociorum geſtor fecerit, quia tunc poteſt
repetere, quatenus Dominus eſt factus locuple
tior, l. ſi pupilli, §. at ſi quis, ff. de negot. geſt. &
l. domum, C. de rei vendic. arguendo à contra-
rio ſenſu, ibi (non eorum negocium gerentes,
quorū res eſt.) Vel niſi Dominus is ſit, in cuius
perſona conſiſtere donatio nequeat, vt cum vir
in hæreditario vxoris fundo ædificat, l. vxor.
ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cum vir. ff. de
except. dot. Alciat. in l. impenſæ, num. 6. in fine,
ff. de verb. ſignific.

42 Aut non ædificat†de nouo, ſed vtiliter tan-
tum vltra id, quod eſt neceſſe impendit, & tūc
neq; meliorationes conſequitur, vt Rota te-
nuit in vna Surrina melioramentorum 9. De-
cembris 1589. coram Cardinale Seraphino, in
qua fuit dictum melioramenta lite pendente
facta deberi ſi ſint neceſſaria, non autem ſi ſint
ſolum vtilia; Sed hoc procedit, quo ad expenſa-
rum ęſtimationem, non quo ad abraſionē, quia
etiam poſſeſſori male fidei licentia datur ſine
læſione prioris ſtatus rei meliorationes aufer-
re, l. Domum, & l. 2. in fine C. de rei vendic. & l.
habitator, ff. eod. tit. Loriotus in l. fructus col.
6. verſ. impenſę vtiles de reg. iur. Dummodò ta-
men ex abraſione aliquam vtilitatem ſit con-
ſequuturus, & Dominus non offerat ruderum
æſtimationem, Caſtren. in d. l. domum; Vel niſi
eam impenſam Dominus eſſet facturus, aut rē
venalē tunc haberet per l. in fundo de rei ven-
dic. & l. niſi venalem, ff eod. tit. Aut res ipſa, in
qua fuerunt factæ meliorationes perierit, per
tex. in l. planè, ff. de pet. hæred. Alciat. in d. l. im
penſæ nu. 6. de verb. ſignific.

Illud prætereà admonendi ſumus pro de-
claratione huius limitationis, quòd ſi eo tem-
43 pore quis impenderit, †quo erat bonę fidei poſ
ſeſſor, licet mala fides poſtea ſuperuenerit, ad-
huc impenſa deducitur, vt bonæ fidei, Bart. in
d. l. in fundo, nu. 12. ff. de rei vendicat. E contra
verò impenſæ factæ tēpore male fidei non repe
tuntur, quamuis bona fides ſuperuenerit, & ra-
tio eſt, quia in his animus attenditur, & ſingu
la momenta ſpectātur, l. qui bonæ fidei, in prin
cip. verſ. Quæſtio in eo eſt, ff. de acquir. rer. do-
min. & licet Bart. in d. l. in fundo, nu. 13. in hoc
cogitandū relinquat, Attamen ego allego tex.

Digitized by Google

in l.Iulianus la 2. ff. de rei vendic. Vbi ei,qui
à principio fuerat bonę fidei ſuperueniẽte ma-
la fide pro huiuſmodi impenſis abraſio nõ ex-
ceptio de dolo conceditur. Idem puto obſer-
44 uandum in eo, † qui nec bonæ, nec malæ fidei
eſt,qualis eſt,qui dubitat; is enim meliorationes,& expenſas tanquàm bonæ fidei poſſeſſor
deducit,quæ ante dubitationem,vel poſt fecit,
illas autem,quas fecit tẽpore dubitationis deducit eo modo,quo malæ fidei poſſeſſor, Ita
Menoch.de recuperan.remed.15.num.549.qui
in hanc ſententiam adducitur, eo quòd dubitans habeatur,vt poſſeſſor malę fidei.

Impenſæ voluptuariæ,quæ ſint,& quando impẽdens illas conſequatur. Cap.CXI.

SVMMARIVM.

1 *Impẽſæ voluptuariæ ſunt,quæ ſpeciem dumtaxat exornant non etiam fructum augent.*
2 *Non deducuntur per modum æſtimationis, ſed ſolum per abraſionem.*
3 *Limita primo ſi Dominus offerat æſtimationem.*
4 *Limita 2. quando impenſa ſui natura eſt inſeparabilis, vel cum maximo rei incommodo, & nulla,aut modica vtilitate detrahentis ſeparationem admittit.*
5 *Limita 3.quando Dominus ipſe dictas impenſas fuiſſet facturus.*
6 *Limita 4.in impenſa facta in re venali,ad cuius æſtimationem Dominus tenetur.*
7 *Limita 5. in malæ fidei poſſeſſore, qui voluptarias impenſas non deducit,nec abradit quando ſunt inſeparabiles,ſecus ſi abſque detrimento rei ſeparari poſsint,& nu. 8.*

ALiæ ſunt impenſæ, quæ nec vtiles, nec
neceſſariæ ſunt, ſed ſolum voluptuariæ,
quæ ſpeciem dumtaxat exornãt non etiam fru
1 ctum augent†vt ſunt Viridaria,& acquæ ſaliẽtes,incruſtationes,hoc eſt tectoria parietum
ex cruſtis marmoreis,Item picturæ, de quibus
loquitur tex.in l.impenſæ, §. fin. & ibi Alciat.
num.9. ff.de verb. ſignific. In his itaque extat
2 talis regula, quod huiuſmodi † impenſæ nec à
marito,nec ab alio deducuntur per modum
æſtimationis, ſed ſolum per abraſionem, l.in
fundo,§.cenſuimus,de rei vendicat.& ibi Bar.
num.10.& l.pro voluptuarijs,ff. de impenſ. in
reb. dot.fact.Idem in colono,& detentore poſt
Caſtren.conſ.268.col.3.verſ. de expenſa verò
lib.2.tradit Menoch.remed.15.recuperan. nu.
556.& Peregr.de fideicom.art.30.nu.34. verſ.
Has etiam.
3 Sed hæc regula fallit primo ſi Dominus†offerat æſtimationem, quia tunc abraſio nõ permittitur etiam ſi aliter pacto eſſet conuentũ,
Bald. in d.l.in fundo in fine,de rei vendic. qui
loquitur in fortiori caſu,nempè quando impẽſa eſt vtilis,Idem tradit Marſil.ſingul.410.
4 Secundò fallit,quando†impenſa in re facta
ſeparationem ſui natura non admittit, vel cũ
maximo rei incommodo,& nulla, aut modica
vtilitate detrahentis,quia tunc nec abradere
poteſt poſſeſſor, nec æſtimationem conſequi d.
l.in in fundo,Præſertim ſi res ſit dotalis, aut
minoris licet conſenſerit ipſa mulier, vel minor,vt declarat Menoch.d.remed. 15. numero
535.& 536.
Tertio fallit, quando Domnus ipſe dictas
5 impenſas†facturus fuiſſet, quia tunc eo etiam
inuito ſoluenda eſt poſſeſſori æſtimatio, per d.
l.in fundo,Et ratio eſt,quia ſua volũtate quodammodo factæ dicuntur, quarè vt vtiles habentur l.3.§.proinde, ff. de in rem verſ. & ibi
Bart.num.10.
6 Quarro etiam fallit, quando†impenſa fit in
re promercali,hoc eſt, quam Dominus venalem habeat tũc enim vtilis reputatur, & ob id
ad illiđs æſtimationem Dominus tenetur d. l.
in fundo in fine,de rei vendic.& ibi Bart.num.
10.& eſt tex.in l.quod ſi ex res,ff.de impenſ.in
rebus dot. fact. Ex quo infert Alciat. in d. l.
impenſæ,num.9.de verb. ſignif Quod ſi in prędio Vrbano maritus cænacula,quæ locari ſolẽt picturis exornet,pictura erit vtilis nõ ſimpliciter voluptuaria,tanto enim pluris cænaculum locabitur,quia ornatius.
7 Quinto fallit in † malæ fidei poſſeſſore, nã
is voluptrarias impenſas nec deducit,nec abradit gloſ.fin.in fin.in d.l.in fundo,Vbi tamen
Bart. anxiè diſtinguit, & ſubdiſtinguit multa
cumulando.Tu dicas cum Alciat. in d.l.impenſæ, num. 11. Quòd aut impenſa à malę fidei
poſſeſſore facta ſeparationem ſui natura non
admittit, & tunc videtur donare, nec tollere
poteſt,§.ex diuerſo Inſtit.de rer diuiſ. Aut ta-
8 lis impenſa†ſui natura eſt ſeparabilis, & licitũ
eſt ei auferre ſine detrimento rei,cum non poſſit dici,quod donauerit id quod auferre poteſt
hoc probat tex.in l.vtiles,ff.de pet.hæred. ibi,
Nam prædoni probè dicitur non debuiſſe in
alienam rem ſuperuacuas impenſas facere,vt
tamen ei poteſtas fiat tollendorum eorum,quę
ſine detrimento rei tolli poſſunt. Supernacuas
enim impenſas intelligo voluptuarias, & ad
ornatum,vt ex eod.tex.paulo inferius colligitur in illis verbis;Videamus ne ad picturam
quoque marmorum, & cęterarum voluptuariarum rerum impenſas æquè próficiet nobis
doli exceptio,&c.& vtique proficiet, ſi modo
bonæ fidei poſſeſſores ſumus, Nã prędoni, &c.

An & quando pro impenſis,& meliorationibus retentio concedatur, accuratius quam hactenus factum ſit explicatum. Cap. CXII.

SVMMARIVM.

1 *Retentio rei regulariter datur impendenti donec expenſæ, & melioramenta ei perſoluantur.*
2 *Amplia etiam ſi ex aliqua alia cauſa res ipſa retineri non poſſit.*
3 *Procurator vel ſcriba poſſunt retinere acta, & proceſſus litis donec pro expenſis eis ſoluatur, quod debetur.*

4 Retentio

4 Retentio pro melioramentis datur etiam in rebus Eccleſiæ, & in beneficialibus.

5 Contrarium in re meliorata ex pecuniję patrimonialibus Clerici reprobata opinione Abbatis firmat Surd. conſ. 313. lib. 3.

6 Item pro melioramentis retentio datur contra tertium.

7 Ius retentionis tranſit etiam in ſucceſſores ſingulares.

8 Conductori datur retentio pro melioramentis, etiam ſi expellatur ob non ſolutam penſionem.

9 Poſſeſſori malæ fidei pro melioratione retentio datur, niſi in re aliena ædificauerit ſciēter nullam habens cauſam à Domino, ſecus ſi cauſam habeat, vel ante impenſam Domino denunciauerit, vt rem repeteret, & nu. 10. 11. & 12.

13 Idem eſt in impenſa neceſſaria, quam poſſeſſor non obſtante eius mala fide etiam notoria iure retentionis recuperat.

14 Emptor ſiue eius ſucceſſor ſingularis conuentus hypothecaria poteſt retinere rem, donec ei ſoluatur impenſa, aut prætium melioramentorum, quatenus ex eis res ipſa facta ſit pretioſior; Vel poteſt, ſi vult abſolui à dicta actione, actori ſoluere primam rei æſtimationem detractis melioramentis, ſecundum opinionem Bartoli, & aliorum, ſed contrarium defendit Couarruuias, num. 15. & 16.

17 Aeſtimatio rei melioratæ, quæ ab emptore hypothecaria cōuento perſoluitur, quomodo fieri debeat.

18 Retentio rei ex cauſa melioramentorum datur etiam in executione ſententiæ, vel rei iudicatæ.

19 Item in iudicijs etiam executiuis, & priuilegiatis, vt eſt actio ſpolij, vel quando agitur vigore obligationis Cameralis.

20 Item datur, quamuis valor melioramentorum non ſit plenè iuſtificatus, dummodò in genere conſtet de illorum exiſtentia.

21 Similiter melioranti retentio datur, quamuis ab eo, qui executionem petit offeratur cautio de ſoluendis melioramentis cum fuerint liquidata, reiecta opinione Gozzadini.

22 Declara, niſi in differendo ſubſit aliquod periculum, quia tunc cautio admittenda eſt.

23 Item declara non procedere in Regno Neapolis, vbi indiſtinctè fit executio ſententiæ cum fideiuſſione.

24 Maritus, vel eius hæres ſoluto matrimonio rem dotalem ex cauſa melioramentorum non poteſt retinere.

25 Retentio vnius rei non datur propter impenſas in alia re factas, niſi in iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis, vel fideicommiſſi, vel impenſa in vna re facta excedat valorem vtriuſque rei, & nu. 26. 27. & 30.

28 Clauſula (ſolutis prius melioramentis) adiecta in ſententia condemnante ad reſtitutionem rei quomodò intelligatur, quādo ſententia continet plures res ſeparatas, vel connexas, & numero 29. & 31.

32 Retentio ex cauſa melioramentorum non datur, quando intra terminum præfixum melioramenta ipſa non fuerunt liquidata.

33 Item nec datur, quando poſſeſſori fuit denunciatum ne ædificaret.

34 Item non datur, ſi poſt liquidationem Dominus petat cum melioramentis compenſari fructus à poſſeſſore perceptos.

35 Impenſa facta pro collectione fructuum cū fructibus perceptis compenſantur.

36 Melioramenta compenſantur etiam cum fructibus non perceptis culpa poſſidentis.

37 Poſſeſſor bonæ fidei tenetur fructus à ſe perceptos compenſare cum melioramentis, quando nullū habet titulum, vel inualidum, ita ut fructus tempore, quo percepti fuerunt ad ipſum non ſpectarent, ſecus ſi de dicto tempore res erat ipſius, licet eſſet reſtituenda in euentum alicuius conditionis, & nu. 38. & 39.

40 Emens rem dotalem à marito ignorāter fructus ex ea perceptos durante matrimonio facit ſuos, nec tenetur cum melioramentis compenſare.

41 Poſſidens iure dominij fructus ſuos facit, nec tenetur illos cum meliorationibus compenſare, etiam ſi poſteà per reſtitutionem in integrū titulus reſoluatur.

42 Melioramenta integra nulla facta compenſatione cum fructibus perceptis, debentur fauatario, emphyteutæ, & vſufructuario.

43 Item facta in re ſubiecta fideicommiſſo ante conditionis euentum integrè reſtituenda ſunt hæredibus grauati ſine vlla compēſatione fructuū ab ipſo grauato perceptorum.

44 Hæres grauati ſi non fuit moroſus in reſtitutione, ſed culpa à fideicommiſſario proceſſit, fructus perceptos poſt purificatum fideicommiſſū lucratur, nec illos compenſat cum melioramentis factis in bonis reſtituendis.

45 Limita, vt fructus non lucretur quotieſcumque reſtitutio fideicommiſſi fit ipſo iure.

46 Iura hæreditaria penes hæredes remanent inutilia, vbi dominium ipſo iure tranſit in fideicommiſſarium.

47 Fructus fideicommiſſi ab hærede percepti poſtquàm ceſſit dies reſtituendi ſunt Eccleſiæ, vel Hoſpitali, quorum fauore dominium tranſit ipſo iure etiam abſque interpellatione extraiudiciali reprobata opinione Cephali.

48 Mora fauore minoris ipſo iure contrahitur.

49 Hæres grauati non lucratur fructus perceptos poſt purificatum fideicommiſſum, quando fideicommiſſarius ignorauit fideicommiſſum extare, vel fuit abſens tempore purificati fideicommiſſi, & nu. 51

50 Fructus fideicommiſſi ſolum ad hæredem ſpectāt quando illos percepit negligentia fideicommiſſarij.

52 Fructus percepti ex melioramentis à poſſeſſore bonæ fidei factis non compenſatur cū ipſis ſumptibus, ſed pro melioramentis retentio rei illi eſt concedenda, reiecta opinione Menochij.

53 Habens prædium pignori, ſi illud meliorauit, fructus meliorationum cum melioramentis non compenſat.

54 Poſſeſſor bonæ fidei fructus ex proprijs melioramentis perceptos etiam poſt litem conteſtatam lucratur

Digitized by Google

lucratur, contra Peregrinum, cuius opinio reprobatur.

55 *Item fructus melioramentorum ſuos facit ſi Dominus rei ſit in mora reſtituendi quantitatem impenſam.*

56 *Emptor pro rata pretij ſoluti ex æquitate fructus lucratur.*

57 *Fructus pro vſu pecuniæ non debentur.*

58 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus conſumptos ante litem motam reſtituere non tenetur, nec cum melioramentis compenſare.*

59 *Declara, niſi ex fructibus ipſis ſit factus locupletior, etiam ſi fructus ſint induſtriales, dummodò in iudicio vniuerſali verſemur.*

60 *Poſſeſſor bonæ fidei in iudicio particulari fructus induſtriales ante litem motam perceptos, quatenus locupletior factus ſit, reſtituere tenetur ſecundum vnam opinionem; ſed contraria eſt magis communis, & in praxi ſeruatur, & numer. 61. & 62.*

63 *Limita, quando non acceſſoriè, ſed principaliter agitur ad ipſos fructus, quos quis principaliter petit tanquam ſpoliatus.*

64 *Spoliatus annua præſtatione poteſt petere in iudicio poſſeſſorio fructus ſubtractos.*

65 *Rota, vbi agitur principaliter ad fructus ſubtractos, actione ſpolij, ſolet ſpoliatorem condemnare etiam ad fructus perceptos antè litem motam.*

66 *Aequiparatio facta in §. & ſi hæreditas. Inſtit. de offic. iudic. locum habet in fructibus naturalibus, non autem in induſtrialibus.*

ILlud quoque explicandum eſt, quod ſæpè in controuerſiã venit, Videlicet quando nam pro expenſis deducibilibus, de quibus ſupra loquuti ſumus, poſſeſſori retentio concedatur. Circa quod regulam affirmatiuam cõſtituas,
1 vt ſcilicet retineri † res poſsit, donec impenſæ, & melioramenta ipſa ſoluatur per l. ſi in arca, de cond. indebit. gloſ. & Doct. in l. ſi non fortè §. ſi centum, & ibi Iaſ. num. 10. ff. eod. tit. Bald. in l. in fundo in 4. not. ff. de rei vendic. Rum. conſ. 100. n. 6. lib. 4. Neguſan. de pignor. 4. mẽbr. 5. par. n. 8. Capic. deciſ. 17. nu. 7. & paſſim tenet Rota, vt per Put. deciſ. 471. & 474. lib. 2. Peregr. deciſ. 16. lib. 2. in manuſcriptis, & fuit reſolutum in vna Romana Domus 18. Iunij 1602. coram Cardinale Pãphilio, & alias ſæpè.

Extenditur hæc concluſio, vt procedat etiã
2 ſi † ex aliqua alia cauſa res ipſa retineri non poſſet, vt cum quis reperit bouem alienum in fundo ſuo, & eum retinuit per aliquod tẽpus, & alimentauit, nam ſi vult retinere, vt ſoluatur ſibi damnum, non poteſt per tex. in l. quintus, & in l. Seij ff. ad leg. Aquil. ſi autẽ vult retinere, vt reſtituatur ſibi impenſa alimentorũ tũc poteſt, Alciat. de præſum. reg. 1. præſum. 50. & Plot. in l. ſi quando num. 87. C. vnde vi. Et ratio eſt, quia cum impendia conuertantur in vtilitatem ipſius rei, meritò debet poſſe res ipſa retineri, donec ſatisfiat l. in ſumma, & ibi
3 Salicet. de pignor. Sic etiam procurator, † vel ſcriba poſſunt retinere acta, & proceſſus litis donec pro expenſis eis ſoluatur, quod debetur Bald. in l. fin. C. commodat. vbi plura alia exẽpla refert, ſequitur Iaſ. in d. l. ſi non fortem §. ſi centum. n. 10. verſ. limita. ff. de cond. indebit. Boer. deciſ. 15. n. 3.

4 Secundò extenditur etiam in rebus † Eccleſiæ, & in beneficialibus, vt cum hæres Clerici mortui rem melioratam ex pecunia patrimoniali ipſius clerici vult retinere donec de impenſis ſatisfiat, nam hoc ſibi concedendum eſt ſecundum Abb. in c. de multa n. 14. de præben. quem ſequitur Iaſ. in d. l. ſi non fortem §. ſi centum n. 10. verſ. amplia iſtam fallentiam, de cond. indebit.

5 Sed reprobata † opinione Abb. contrarium firmat Surd. conſ. 333. nu. 35. cum ſeq. & per totum lib. 3.

Tertiò extẽditur, vt obtineat nedum contra
6 eum, † à quo impendens cauſam poſsidẽdi habet, ſed etiam contra tertium Socin. Sen. conſ. 15. n. 10. verſ. quinimmo lib. 1. per tex. in l. qui iniuriæ §. fin. ff. de furt.

7 Quartò extenditur etiam † in ſingularibus ſucceſſoribus, in quos, tranſit hoc ius retinẽdi, vt puta in emptore pro melioramentis à primo emptore factis Roman. ſingul. 177. incip. tu ſcis, quòd faciens, per tex. in l. in hoc iudicio §. impendia, verſ. ſed is, qui à me. ff. commun. diuid. Ripa in l. vbi pure, §. qui in diſtrahendis. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Boer. deciſ. 44. n. 14. & 19. Neguſan. de pignor. 4. membro in fine 5. part. princip. Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. num. 15. Aym. conſ. 248. in princ. Galeſ. ad form. oblig. Camer. in 4. partic. q. 2. n. 15.

8 Quintò extenditur, quamuis † conductor expellatur ob non ſolutam penſionem, quia nihilominus rem poterit retinere donec ſibi meliorationes reficiantur l. colonus, in princ. ff. locat qui tex. ſecundum Bart. procedit etiã quoad bona Eccleſiæ l. pen. ff. locat. Idem tradit Bald. in l. ædem col. 2. verſ. ſed nunquid colonus. C. eod. tit. & Socin. Sen. d. conſ. 15. nu. 10. lib. 1. Qui ſubiungit ſingularem ſucceſſorem hoc caſu teneri ſtare colono, licet alias non teneretur, per l. colonus. ff. de vi, & vi armat.

9 Sextò ampliatur, vt obtineat etiam † in malæ fidei poſſeſſore, cui datur retentio donec ſatisfiat Bart. in l. in fundo n. 11. verſ. tu dicas, & verſ. ſi vero. ff. de rei vendicat. Arct. in §. certè ſub n. 2. verſ. ſi autem eo tempore, Inſtit. de rer. diuiſion. Neguſan. de pignor. in 4. membro 5. partis princ. ſub n. 10. & fuit ſæpius deciſum per Rotam, & ſignanter in allegata Romana Domus coram Cardinale Pamphilio.

Limita quando notorie conſtat de mala fide impendentis Menoch. de recuperan. poſſeſ.
10 remed. 11. n. 21. Veluti cum quis † in re aliena ſcienter ædificat, nam præſumitur donare d. §. ex diuerſo Inſtit. de rer. diuiſ. gloſ. in l. in fundo. ff. de rei vendic. Corn. conſ. 212. n. 3. lib. 2. & conſ. 86. n. 2. lib. 4. Ideo dictas meliorationes

amit-

Digitized by Google

amittit,vt ex pluribus firmat Gabr. conſ.157.
lib. 1. & in eo, qui ſcienter rem fideicommiſſo
ſubiectam emit eſt tex. in l.fin.§. fin.vbi Iaſ.n.
3. & alij C. com. de legat.

Sublimita iſtam limitationem,ſi impendens
11 cauſam † à Domino habeat, quia tunc nedum
retentio, ſed etiã actio illi conceditur,tametſi
ſciat rẽ eſſe alienam,Cuman.conſ.57.Dec. cõſ.
518.Caſtren.conſ.237.lib.1.qnos in hunc pro-
poſitum citat Gabr.d.conſ.157.ſub n.6.

Secundò ſublimita, quando ante impenſam
12 poſſeſſor † malæ fidei denunciauit Domino,vt
rem repeteret ſi putaret eam eſſe ſuam,& ta-
men ille non repetijt, & poſſidens fecit me-
liorationes, quia tunc illas poteſt repetere,
& ei retentio datur l. aut ſi ante ff.de rei ven-
dic. Bart. in d.l. in fundo n.7.ff. eod. tit.

13 Tertiò etiam ſublimita in impenſa † neceſ-
ſaria, ſine qua res illa perijſſet, hoc enim caſu
non obſtante mala fide notoria poſſeſſor eam
recuperat iure retentionis officium Iudicis im
plorando, & non per viam exceptionis, ſecus
quando impenſa eſt tantum vtilis, quia tunc
meliorationem ſolum tollit ſi poteſt ſine lęſio-
ne rei,alias ſibi imputare debet,& ſi ſit volup-
tuaria illam abſolutè perdit, Ita Salicet. in l.
domum n.10. C. de rei vendicat.

Septimò dicta principalis concluſio exten-
14 ditur, vt procedat † etiam ſi emptor,qui fecit
melioramenta conueniatur hypotearia ab ali-
quo creditore, quia pro liberando ipſam rem
à dicta hypotheca,non cogitur ſoluere debitũ
ipſi creditori, vt cogitur alius poſſeſſor,qui nõ
fecit melioramenta in re iuxta l. quamdiu C.
de diſtract. pignor. Sed poteſt,ſi vult, retinere
rem donec ei ſoluatur impenſa, aut præcium
melioramentorum,quatenus ex eis res ipſa fa
cta ſit præcioſior, iuxta tex. in l.Paulus §.pen.
ff.de pignor. Vel ſaltẽ poterit abſolui ab actio-
ne iſta ſoluendo actori primam rei æſtimatio-
nem, videlicet valorem rei detractis meliora-
mentis,vt probat tex. in l.2.C.de præd.& om-
nibus reb.nau. lib. 11. vbi expreſsim hoc ad-
notarunt Bart. Io.de Platea,& Alex. in addit.
ad Bart.Ang.& Paul.de Caſtr.in l.ſi cõuenerit
§.ſi fundus ff.de pignor. act. Corſet. in ſingul.
verb. melioratio,Socin. Sen.conſ.224.lib.2. ad
fin. Brun. tract. de augment.5. concluſ. princ.
verſ.5.Neguſan.poſt alios de pignor. 4.mẽbro
5. part.nu.21. verſ. vndecima concluſio.

15 Contrariam ſententiam† quòd immo non
poſsit reus inuito actore,niſi integrum debitũ
ſoluat meliorationes retinere, nec ſatis ſit rei
ęſtimationẽ agenti hypothecaria ſoluere eiuſ-
dem rei attento ſtatu priuſquam meliorare-
tur ex plutibus defendit Couar. lib.1. var. re-
ſolut. cap.8.n.2.& ſequen.

Sed retenta prima opinione,quę communis
16 eſt,eam †declara procedere non tantum in ip-
ſo meliorante,ſed etiam in eius ſucceſſore ſin-
gulari, qui rem ipſam non meliorauit, ex his
quæ ſupra dixi in quarta ampliatione.

17 Rurſus declara,vt in hoc caſu ęſtimatio†rei
fiat deductis meliorationibus iuxta præſentis
temporis conditionem,perinde ac ſi meliora-
ta non eſſet,Neguſant. de pignor.d.4.membro
par.5. n.21.per not. in l.domos ff. de legat.1.
Couar. in loco ſupra citato ſub nu.3. verſ.cæ-
terum,Vbi aſsignat rationem, quia valoris ip
ſius rei intrinſecum incrementum cędit omni-
no in vtilitatem ipſius creditoris, cui res fuit,
& eſt obligata.

Octauo dicta cõcluſio ampliatur, vt proce-
18 dat,licet†qs in iudicio nõ allegauerit huiuſmo
di impẽſas,& meliorationes à ſe factas, ideoq;
Iudex illum cõdemnauerit rem reſtituere,nam
adhuc poteſt in executione ſentẽtiæ,vel rei iu-
dicatæ excipere de dictis melioramentis,& il-
la probare,& rem retinere,donec ei perſoluan
tur, cum talis exceptio non impugnet ſenten-
tiam,ſed reſpiciat illius executionem,quæ fie-
ri nõ debet,niſi ſolutis melioramẽtis,Ita Bart.
in d.l. in fundo n.16.ff.de rei vendic.Speculat.
in tit.de execut. ſent. §. poſtremo verſ.quid ſi
bona ędificaui,& ibi latẽ Io.Andr.in addit.Ri-
pa in l.vbi pure §.qui in diſtrahẽdis.ff.ad Tre-
bellian. Aym.conſ.148.n.2.Rolan.conſ.28.n.3.
lib.1. Tiraquel.de retract.conuent.§.7. gloſ.1.
nu.14. Neguſan.de pignor.d.4. membr.5.par-
tis n.10.verſ.2. concluſio,Benintend. deciſ.77.
n.1.Boer. deciſ.43. nu.9. & fuit reſolutum per
Rotam in d. cauſa Romana Domus corã Car-
dinale Pamphilio, & in alia Romana Saluiani
interdicti 19. Nouembris 1593. coram Penia,
In qua fuit dictũ, quòd ſi exceptio hæc in exe-
quutione non admittatur poterit legitimè ap-
pellari per conſ. Alexan. 85. num.6. verſ.præ-
terea etiam lib. 5.

Nono extenditur,vt locum habeat etiam in
19 Iudicijs† executiuis,& priuilegiatis,vt cum
agitur actione ſpolij Pont. de ſpol. lib.4.n.63.
& tenuit Rota in allegata Romana Domus;
Vel cum agitur executiuè vigore obligationis
Cameralis,& probatũ eſt extare melioramen-
ta, vt eleganter deducit,& comprobat Galeſ.
de obligat. Cameral. in 4. particula quæſt. 2.
num.12. quem refert,& ſequitur Burſat. conſ.
60. num. 3. lib. 1. Idem in iudicio attentato-
rum tradit Lancellot. de attent.par.3.cap.25.
quæſt.29. num. 10.

20 Decimò extenditur,etiam ſi valor † melio-
ramentorum nõ ſit plenè iuſtificatus,quia pro
habenda retentione ſufficit,quòd conſtet in ge
nere de illorum exiſtentia;Et iuxta ſtylum Ro
tæ ante executionẽ præfigi ſolet terminus pro
eorum liquidatione ne alias propter moram
liquidandi executio retardetur Put. deciſ.12.
de re iudic. & deciſ. 471. in fine lib.2. Peregr.
deciſ. 16. lib. 2. & fuit dictum in allegata Ro-
mana Domus coram Cardinale Pamphilio.

Idque procedit quamuis ab eo, qui execu-
21 tionem†petit offeratur cautio de ſoluẽdis me-
liorationibus,cum fuerint liquidatę,vt per Ca
pic.deciſ.17. Ruin.conſ.84. in fine lib.1. Tira-
quel.de retract. conuent.§.7. gloſ.1.n.13.Ga-
leſ.d.part.4. q.2. n.13. Et licet contrarium te-
neat

neat Gozzad.conſ.100.n.21. Benintend.deciſ.
77. n. 10. Neguſan.de pignor. part.5.memb.4.
n. 10.Nihilominus præcedẽs opinio verior eſt,
vt atteſtatur Menoch.de recuperan.poſſeſſ.re-
med. 15. nn.569. & eam amplexam fuiſſe Ro-
tam tradit Galeſ. in loco ſupra allegato, & eſt
deciſ.Put. 12.de re iudic. Et ita fuit tentum in
vna Terracinen. Paludum 17. Maij 1559.vt in
manuſcript. diuerſ. deciſ. 139. Vbi N. Cardi-
nalis habebat ſententiam reſtitutoriam exe-
quendã in paludibus poſſeſſis per Gottifredos,
in quibus facta erant multa melioramenta re-
ſtituenda ipſis Gottifredis , & certa pars erat
liquidata, & alia erat liquidanda,& Cardina-
lis inſtabat pro executione offerens dare ido-
neam cautionem banchariam de ſoluẽdis me-
lioramentis; Et Gottifredi volebant vti reten-
tione bonorum, donec ei reficerẽtur meliora-
menta,& fuit dictum,quod non ſufficiebat cau
tio , ſed erat danda retentio per allegatam
deciſ. Capic. 17.

22 Quod intellige verum , niſi in † differendo
ſubſit aliquod periculum, quia tũc cautio ad-
mittenda eſt, Caſtren.conſ.270. n. 3.verſ. Nec
enim ſubeſt lib.2.Capic.d.deciſ.17.in fine;Præ-
ſertim quando incontinenti probationes non
offeruntur Bald. conſ. 309. circa finem lib. 2.
23 In Regno† tamen Neapolis indiſtinctè fit exe-
cutio ſententię cum fideiuſsione,vt tradit Vin
cen.de Franch.deciſ.112.n.17.

Sed quãuis regulariter pro impenſis,& me-
liorationibus retentio concedatur , vt dictum
eſt; Nihilominus huic concluſioni dantur plu-
res limitationes ; Quarum prima eſt, vt non
24 procedat quoad melioramenta à marito † fa-
cta in bonis dotalibus, nã licet vir ſoluto ma-
trimonio ea petere poſsit,vel eius hęredes,re-
tinere tamen res dotales propter huiuſmodi
impenſas non poteſt , tex. eſt in l. vnica §. ſed
neque ob impẽſam C.de rei vxor.act.ſed quo-
modo hoc intelligatur cognoſces ex Alex.cõſ.
162. viſis narratis lib. 2.

Secunda limitatio eſt,vt non habeat locum
25 in re diuerſa , quoniam † vna res non poteſt
retineri pro impenſis in alia re factis,gloſ.in
l.planè in verbo deducat,& ibi Alberic.& An-
gel.notant ff.de pet. hæredit Idem Alberic.in
l. ſi in area, in fin.ff.de cond.indebit.facit tex.
in l.ſi non ſortem §.ſi centum, in fine,cum ibi
not. per Doct.ff. eod. tit.

Declara hanc limitationẽ,vt procedat tan-
26 tum in iudicio † particulari, puta cum agitur
rei vẽdicatione,ſecus in iudicio vniuerſali,hoc
eſt petitionis hæreditatis, vel fideicommiſsi ,
quia tunc vna res benè poteſt pro alia retine-
ri, d.l. planè, de pet.hæred. etiam ſi res fuerit
perempta, in qua meliorationes factæ ſunt,ſe-
cundum Bart. in l. in fundo ſub num. 6. ff. de
rei vendicat.

Rurſus declara,vt procedat,quãdo res ſunt
27 prorſus†ſeparatæ, ita vt impẽſa in vna re facta
aliam non reſpiciat, ſecus ſi ſunt cõnexæ,quia
tunc non fit reſtitutio aliarum rerum , niſi ſo-
lutis melioramentis factis in re illi annexa, vt
declarat Peregr. de fideicom. artic.50.n.69.&
ante eum Caſtren.d.conſ 270.lib.2.n.1. & ſeq.
Vbi loquitur de executione ſentẽtiæ condem-
28 nantis ad reſtitutionem † ſolutis prius melio-
ramentis,& concludit , quòd ſi ſententia plu-
res res ſeparatas contineat, & in aliquibus ap
pareant facta fuiſſe melioramẽta, in aliquibus
non , reſpectu earum rerum; in quibus nulla
ſunt facta melioramenta,ſit facienda executio
ſententiæ, etiam nulla præſtita fideiuſsione de
ſoluendis dictis melioramẽtis,reſpectu autem
rerum, in quibus apparent facta melioramen-
ta,executio ſuſpendatur,donec fiat liquidatio,
& melioramenta cum effectu perſoluantur: Se-
29 cus ſi ſententia rem vnicam contineat,vel plu
res , ſed adeo connexas,vt vna ſine alia ſtare
non poſsit , quia tunc ex mente Caſtren.non
fit reſtitutio priuſquã meliorationes actor re-
fundat,propter clauſulam,ſolutis prius,&c.iu-
ribus,& allegationibus per eum allegatis,quẽ
ſequitur concordãtes allegando Neguſant. de
pignor. 4.membr. 5.part.1.n.10. verſ.3.conclu-
ſio , Qui tamen non diſtinguit res ſeparabiles,
& non ſeparabiles , vt facit Caſtren. Sic quo-
que ſcribit,& Caſtrẽſem declarat Tiraquel.de
de retract. conuent.§.7. gloſ. 1.n.12.

Tertiò declara,vt non procedat,quãdo im-
30 penſa † in vna re facta excedit valorem vtriuſ-
que rei,quia tunc in omnibus retentio conce-
denda eſt,ſic limitat Boer. deciſ.44.n.19. verſ.
illud dictum Pauli .

Quarto declara,vt non obtineat,quãdo ver
31 ba † ſententia,ita ſunt concepta,vt etiam res,
in quibus nulla ſunt facta melioramenta com-
prehendant, tunc enim reſpectu earum non fit
executio , etiam ſi ſint ſeparabiles , niſi prius
ſolutis meliorationibus, vtputa ſi dictã ſit,nul
la bona eſſe relaxanda actori , niſi antea ſolu-
tis reo impenſis factis in aliquibus ex bonis
præfatis ; Ita declarat ipſe Caſtren.in d. conſ.
270. ſub n.2. verſ.aliter ſecus lib. 2.

Tertia affertur limitatio ad dictam princi-
palem concluſionem , vt non habeat locum ,
32 quando † intra terminum præfixum meliora-
menta non fuerunt liquidata,quia tunc ſtante
mora nõ eſt amplius locus retentioni,ne alias
ſit in poteſtate petentis propter moram liqui-
dandi retardare executionem ſententiæ , Put.
deciſ.472.n. 2.verſ. & tanto magis lib.2.

Quarta limitatio eſt,vt non procedat, quan
33 do poſſeſſori†fuit denunciatum,ne ædificaret,
quia tunc propter temeritatem retẽtio ei de-
negatur,ſiue is mala fide poſsideat, ſiue bona,
l.aut ſi ante denunciatum, ff. de rei vendicat.
Salicet.in d. l. domum,in fine C.de rei vendic.
Bald.cõſ.257. ſub n.3.lib.1.Boer.deciſ.44.n.8.
Gabr.conſ.157. n. 3. circa medium lib.1.

Quinta eſt limitatio, vt locum non habeat,
34 ſi † poſt liquidationem Dominus opponat de
fructibus ab ipſo poſſeſſore perceptis,petatque
illós cum melioramentis cõpenſari;tunc enim
compenſatio admittenda eſt,& retentio dene-

gatur,

gatur, ſic docuit Loriot. in l. fructus col. 24.
verſ. ſed quod de fructibus ff. de reg. iur. per
l.quod ſi artificem, de rei vēdicat. Adde Bald.
conſ. 309. in fine lib. 2. & Capic. deciſ. 93. nu.
12. Vbi inqnit, quod huiuſmodi compenſatio
fit etiam ſi non opponatur.

Extenditur primum hęc limitatio, vt proce-
35 dat etiam quo† ad impēſas, quæ fiunt pro col-
lectione fructuuum, nam hæ quoq; cum fructi-
bus perceptis compēſantur, nec pro illis reten
tio datur, vt dicunt omnes in l. fructus, vbi la-
tè Iaſ. n. 10. ff. de ſolut. matrim. Bald. conſ. 167.
in fine, & conſ. 305. ad euidētiam lib. 1. & pro-
batur in l. diuortio §. impendia ff. eod. tit. & in
l. 3. in fine, de impenſ. in reb. dot. fact.

Secundò extenditur, vt locum ſibi vendicet
36 etiam quo ad fructus† non perceptos, quos ta-
men poſſidens ſua culpa nō percepit cum per-
cipere potuiſſet, ad latè tradita per Menoch.
de recuperan. poſſeſsion. remed. 15. n. 606.

Tertiò extenditur, vt procedat etiam in poſ
37 ſeſsore bonæ fidei †, qui licet fructus interim
donec poſsidet regulariter ſuos faciat, l. bonæ
fidei, in princip. ff. de acquir. rer. domin. §.
ſi quis à non domino, Inſtit. de rer. diuiſ. ta-
men tenetur eos compenſare cum expēſis me-
lioramentorum, vt in cap. ad noſtram de reb.
Eccleſ. non alien. & in l. emptor, & in l. ſumptus
ff. de rei vendicat. Curt. Iun. conſ. 165. nu. 15.
vbi teſtatur de* communi Felin. in c. cum cau-
ſa nu. 29. de ſent. & re iudic. Gail. pract. ob-
ſeruat. lib. 1. obſeruat. 121. n. 14.

38 Sed iſtud intelligendum eſt, ſi poſſidens† nul
lum habeat titulum, vel inualidum, ita vt fru-
ctus tempore, quo percepti fuerunt ad ipſum
non ſpectarent, ſed ad illum, qui nunc agit ad
rē, tunc enim, ſicut ex æquitate fructus prop-
ter bonam fidem conceduntur bonæ fidei poſ-
ſeſſori, ita ex eadem æquitate debent in expen
ſis melioramentorū imputari, Felin. in d. c. cum
cauſa n. 29 Corn. conſ. 86. n. 8. lib. 4. Alex. conſ.
39 154. nu. 5. lib. 6. Secus ſi tēpore †, quo fructus
percepti fuerunt res erat percipiētis, licet eſſet
reſtituenda alteri in euentum alicuius condi-
tionis; Quia tunc poſſeſſor ratione dominij fru
ctus ſuos abſolutè facit, nec imputat cum im-
pēſis in re factis gloſ. in d. l. emptor, in princ. ff.
de rei vēdicat. in verbo, ſuperfluū, in fine, quam
ſequuntur Bald. Angel. & Imol. in l. in Inſulam
§. 1. ff. ſolut. matrim. Bald. & Alex. in l. domos
hæreditarias, vterque nu. 10. ff. de legat. 1. latè
idem Alex. d. conſ. 154. lib. 6. & conſ. 162. n. 3.
lib. 7. Socin. Iun. qui de* cōmuni atteſtatur cōſ.
182. n. 56. lib. 2. Afflict. deciſ. 87. n. 6. Natta
conſ. 256. n. 3. per totum lib. 2. Neguſan. de pi
gnor. 4. membro 5. part. n. 13. & 14.

40 Ex quo infertur, quod ſi quis † ignoranter
emerit à marito rem dotalem, & in ea fecerit
melioramenta, & poſtea ab vxore, vel eius hæ-
redibus cogatur illam reſtituere, fructus per-
ceptos durante matrimonio cum ſumptibus
compēſare non tenetur, quia ad maritum ſpe-
ctaſſent, Ita Alex. d. conſ. 154. lib. 6.

41 Rurſus infertur, quod etiam ſi † ex gratia
ſpeciali per reſtitutionem in integrum titulus
reſoluatur, tamen poſsidens iure dominij fru-
ctus ſuos facit, nec tenetur illos cum meliora-
tionibus compēſare, Curt. Iun. conſ. 6. ad finem
per tex. in l. intra vtile §. 1. ff. de minor. & in
reſtituto ex gratia ad bona confiſcata tradit
Ruin. conſ. 165. n. 7. lib. 4.

42 Tertiò etiam infertur, quòd feudatarius†, &
emphyteuta integra melioramēta conſequun-
tur ſine deductione fructuum ab ipſis percep-
torū, cum eo tempore, quo fructus perceperūt
eſſent domini, ſic ſcribit Caſtren. conſ. 250. col.
vlt. ante n. 4. lib. 2. Ruin. conſ. 132. n. 4. lib. 2. Iaſ.
in l. 2. n. 32. C. de iure emphyt. & omnes in c. 1.
§. ſi Vaſſallus tit. hic finitur lex Feder. Idem in
vſufructuario tradit Corn. conſ. 86. lib. 4. Et de
eo, qui ex pacto, vel lege tenetur retrouēdere
Ruin. conſ. 84. nu. 16. & ante eum Bald. conſ.
303. ad euidentiam, vterque lib. 1. Tiraquel. de
retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. n. 4.

43 Quartò deducitur, quòd melioramenta † in
re ſubiecta fideicōmiſſo facta ante conditionis
euentum integre reſtituenda ſunt hæredibus
grauati nulla facta compēſatione cum fructi-
bus interim per hæredem grauatū perceptis,
cum eo tēpore, quo res fuit apud eum eſſet do
minus, l. domos ff. de leg. 1. Rolan. cōſ. 28. n. 17.
Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. c. 26. nu. 14.
verſ. nec hoc caſu, qui cōcordātes allegat; Nec
euentus cōditionis trahitur retro quo ad ipſū
dominiū rei, & commodum fructuum ſecundū
Bart. & alios in l. fin. §. ſed quia C. commun. de
legat. per tex. in l. 1. §. 1. ff. ad Silanian.

Et iſtud quidem procedit etiam quoad fru-
44 ctus, perceptos† poſt purificatū fideicōmiſſum,
ſi tamen hæres non fuerit moroſus in reſtitu-
tione, ſed ipſe fideicommiſſarius, quia tūc hæ-
res fructus lucratur l. in fideicommiſſariam ff.
ad Trebell l. ſi quis bonorū §. 1. ff. de legib. nec
tenetur illos compenſare cum melioramentis
factis in bonis reſtituendis, vt ſcribit Cephal.
conſ. 49. n. 22. & 23. lib. 1. Ruin. conſ. 117. lib. 3.
Aym. conſ. 316. n. 2. Gabr. conſ. 121. nu. 58. verſ.
fructus autem perceptos poſt diem lib. 1.

Limita ſupradictam illationem quotieſcun-
45 que † reſtitutio fit ipſo iure, vt in caſibus, quos
enumerat gloſ. in l. pen. in fine C. ad Trebel.
& ita reſtringit Bart. in d. l. in fideicommiſ-
ſariam n. 4. ff. ad Trebel. & alij omnes ſequun
tur: Ratio eſt ſecundum Ripam ibid. nu. 14.
46 quia vbi dominium† tranſit ipſo iure in fidei-
cōmiſſarium, iura hæreditaria penes hæredem
remanent inutilia; Idem tenet Aret. conſ. 155.
n. 11. Capra cōſ. 32. n. 16. & 17. vbi dicit fructus
47 fideicommiſſi† ab hærede perceptos poſtquam
ceſſit dies reſtituēdos eſſe Eccleſiæ, vel hoſpita
li, quia fauore Eccleſiæ dominiū ipſo iure trāſit
l. vlt. C. de Sacroſ. Eccleſ. Card. Mātic. de cōiect.
vlt. volūt. lib. 7. tit. 10. n. 30. vbi reprobat Cepha
lū, qui in cōſ. 50. n. 10. voluit quod hoc caſu aliqua
ſaltē extraiudicialis interpellatio ſit neceſſaria
& ita etiā tenet Surd. deciſ. 25. n. 19. & 20. n. 32.

* vbi atteſtatur de communi * cõtra Ceſalum,
& plures alios citat. Sic etiam in minore di-
48 cendum eſt, quia † fauore minoris mora con-
trahitur ipſo iure l. in minorum. C. in quib.
cau.in integr.reſt.non eſt neceſſ. & ita intelli-
git,& declarat Gabr. d.conſ.121.n.58.in fine
& n.59.Mantic.d.tit.10.n.8.in fine.
Secundo limita, quando fideicommiſſarius
49 ignoranit † fideicommiſſum extare, puta ſi
agebatur de fideicommiſſo aui,cuius ignorã-
tiam nepotes iuſte poſſunt prætendere,Alciat.
conſ.777.in fin.Grat.conſ.132.n.7. & 8.lib. 2.
& facit tex.in l.mulier.§.ſi hæres, ff.ad trebel.
50 vbi dicitur,fructus † ſolum ad hæredem ſpe-
ctare,quãdo illos percepit negligentia fideicõ-
miſſarij:Vbi ergo ob iuſtam ignorantiam ceſ-
ſat negligentia,fructus remanent apud hære-
dẽ ſine titulo, & conſequenter reſtituẽdi ſunt,
& cũ meliorationibus compenſandi, Ita Surd.
deciſ.25.n.11.& 12. vbi alios plures allegat,
* & de cõmuni * teſtatur poſt Coſtam in c.ſi pa-
ter,in verbo,obliqua,n. 58. de teſtam. in 6. &
Grat.d.conſ.132.lib.2.
51 Tertio limita ſi fideicommiſſarius † abfue-
rit tẽpore purificati fideicõmiſsi, quia tũc nõ
dicitur negligẽs,& ideo hæres nõ facit fructus
ſuos,vt declarat Bart.in d.l. in fideicõmiſſariũ
n.1. verſ.qñ mora.ff.ad Trebel.& ſequũtur alij
oẽs ibi,vt inquit Ripa n.10.Grat.cõſ.132.n.7.
lib.2.Gabr.d.cõſ.121.n.58.verſ.fructus autẽ.
Sed hoc in loco oportune dubitatur,An bo-
næ fidei poſſeſſor teneatur fructus percæptos
ex melioramentis ab ipſo factis compenſare
cum ſumptibus, vel potius retentio ei conce-
52 datur? Et dicendum † eſt retentionem conce-
dendam, nec fructus cum melioramẽtis com-
penſari, ſed ad poſſeſſorem bonæ fidei ſpecta-
re,per tex.in l.cæterum,in fin.ff. de rei vendic.
quem dicit eſſe notandum Roman. ſingul.337.
& tradunt Bald.& Angel.in d.l.cæterum,Tira-
quel.de retract.conſanguin.§.15. gloſ.1.n.20.
Bero.in c.1.n.24. de vſur. Idem tenet Paul. de
Caſtr.conſ.386.viſis, & ponderatis omnibus,
&c.in antiquis impreſsis Papiæ, quod conſiliũ
nõ reperitur in vltimo impreſsis,vbi vult mu-
53 lierem, † quæ prædiũ pignori habebat,& me-
lius reddiderat,fructus meliorationũ non im-
putare: Sic quoq; cẽſuit Neguſant.de pignor.
4. membr,5.part.n.20.& eſt deciſ. Afflict. 87.
n.6.& 7.Vincẽt.de Franc.191.n.11. Surd.282.
n.30. Et quamuis contrariũ ſentiat Menoch.
poſt Couar.d.remed.15.recuper.n.610.&Gab.
* cõſ.151.n.9.lib.1. Attamẽ hæc opinio* cõmu-
nior eſt, & in praxi magis recepta, quam ſuo
tempore ſeruaſſe Rotam teſtatur Galeſ.ad for
mã obligat.Cameral.4.partie.q.2,n.13.in fine
& in terminis eſt deciſ.Put.276.in vna Roma-
na duorum Gallorum in fine lib.3.Hanc quoq;
tennit Rota in vna Romana fideicommiſsi de
Valle 21. Februarij 1575. coram Cardinale
Blãchetto,quę habetur in impreſsis diuerſ.de-
ciſ.294.par.1. in qua fuit dictum fructus eſſe
liquidandos ſecundũ priorẽ ſtatũ rei antequã
eſſet meliorata.Idẽ fuit reſolutũ in vna Bono-
nien.Terrarũ 4.Nouẽbris 1579.corã Cantuc-
cio,& in eiſdẽ impreſsis diuerſ.deciſ.112.par.
2. Vbi agebatur de interpretatione ſententiæ,
quæ mandabat cũ fructibus cõpenſari melio-
ramẽta pro cõcurrenti quantitate, & fuit di-
ctum,quod erat intelligenda de fructibus per-
ceptis ex re ipſa,non de fructibus prouenien-
tibus ex melioramentis.
54 Ex quo apparet † non bene loqnutũ fuiſſe
Peregrin. de fideicom. art.50. n.68. dũ inquit
bonæ fidei poſſeſſorem fructus ex melioramẽ-
tis perceptos poſt litẽ conteſtatã non lucrari;
Siquidem is,qui bona fide impendit ob ſuper-
uenientiã litis non deſinit eſſe Dominus me-
lioramentorum,cũ nõ animo donandi illa fe-
cerit;Vnde ædificium nõ cædit ſolo, vt probat
tex.in l.Senatus §.Marcellus.ff.de legat. 1. &
tradit Ruin.conſ.165. n.4.lib.4.Et conſequen-
ter cũ dicatur ex re propria,non aliena fru-
ctus percipere, pro rata melioramentorũ fru-
ctus lucrari debet,preſertim ſi Dominus rei ſit
55 in mora † reſtituẽdi quantitatẽ impẽſam,quia
tunc ſaltẽ ratione intereſſe veriſimilis hi fru-
ctus impendenti debẽtur, iuxta l.fin. §.fin.de
fundo dot. ſecũdum primum intellectum glo-
ſæ,quã rationẽ admittit etiam Gabr. d. conſ.
151.ſub n.9.verſ.demum,&c.Sicuti dicitur de
56 emptore, qui † pro rata precij ſoluti ex æqui-
tate fructus lucratur,Alex.cõſ.73.n.2 lib.2.&
notatur in l.curabit.C.de act.empt. Et quãuis
57 nullus fructus debeatur † pro vſu pecuniæ,quia
non eſt dare vſum in pecunia,vt inquit idem
Alex.conſ.21.lib.4. Secus tamẽ eſt vbi fructus
percipiũtur ex re,quæ effecta eſt fructuoſa pro
pter impẽſas,quia tũc recuperãtur expẽſæ in-
tegræ, & fructus cum illis nõ cõpenſantur, vt
poſt Angel.tradit Afflict.d.deciſ.87.n.7. cuius
opinionẽ ſequitur quoque, & verã eſſe dicit
Velaſc. de iure emphyt.q. 25. nu. 26. aſſerens
eã apud Luſitaniæ tribunalia admiſſam fuiſſe.
Subſequenter illud admonendi ſumus,quod
licet bonæ fidei poſſeſſori, qui fructus percepit
regulariter retentio pro melioramentis non
detur, cum teneatur fructus cum illis compẽ-
58 ſare,vt dictum eſt. Nihilominus † hoc nõ pro-
cedit in fructibus conſumptis ante tẽpus mo-
tæ litis, hos enim bonæ fidei poſſeſſor non re-
ſtituit, nec cum meliorationibus compenſat,
l. quæſitum,in fine,de acquir. rer. domin.l.ſe-
quitur §.lana. ff.de vſucapion. Bart.in l.& ex
diuerſo.ff.de rei vendicat.
59 Quod intellige verum, dummodo † ex fru-
ctibus ipſis non ſit factus locupletior, alioquin
tenetur illos omnino reſtituere, vt declarat
Menoch.d.remed.15.recuper.n.585.Quod ſane
in iudicijs vniuerſalibus cõcedunt omnes etiã
reſpectu fructuum induſtrialium,ex tex. claro
in l.item veniunt.§.eos autẽ.ff.de pet.hæredit.
Sed in iudicio particulari,puta rei vẽdicatio-
nis,An bonę fidei poſſeſſor fructus induſtriales
ante litẽ motã perceptos,quatenus locupletior
factus exiſtat,reſtituere teneatur,contradictio

non

non modica inter ſcribentes reperitur : Nam
Bart. in d.l.& ex diuerſo n.7. de rei vendicat.
60 partem † affirmatiuam eſt amplexus, eamque
ſequuti ſunt Angel. in l. illud §. prædio, circa
finem, de pet. hæredit. & conſ.160. num.5. &
alijs in locis,Alberic. in l.fructus num. 6. ver-
ſic. quare ergo non competat, in l. in Inſulam
num. 6. ff. ſolut. matrim. communemque opi-
* nionem *eſſe teſtantur Purpurat. & Alciat.re-
lati à Couar.var.reſolut. lib.1. c.3. nu.6. verſ.
tertia concluſio : Eamdem ſententiam tenue-
runt etiam Doct.quos citat Menoch.d.remed.
15.recuperand.n.598.Ratio autem huius.opi-
nionis fundata videtur in æquitate l. ſi me &
Titium ff.ſi cert. pet. l. ſi cum ſeruum,eod.tit.
l. nam hoc natura , de cond. indebit. Æquitas
enim ſuadet,vt fructus ex re mihi debita reſti-
tuantur gloſ.in §.& ſi hæreditas,in verbo,non
habetur, Inſtit. de offic.iudic. Propterea dice-
bat Socin.conſ.251.n.25.lib.2.huiuſmodi ſen-
tentiam maiorem æquitatem continere.

61 Sed iſtis non obſtantibus negatiua † opinio
amplectenda eſt, quàm firmarũt vtriuſque iu-
ris gloſſatores in d.l.& ex diuerſo ff.de rei ven
dicat. in §.ſi quis à non Domino Inſtit.de rer.
diuiſ.in c.grauis,de reſtit.ſpoliat.& alibi, Az-
zo in ſumma,de rei vendicat.n.2.Petr.& Cyn.
in l.certũ,n.4.C.eod.tit.in l.nõ eſt ambiguum
C.famil.herciſcun.Speculat.de fruct.& intereſ.
§.1. n.2. Et quamuis dicat non teneri, niſi ad
prçciũ tamẽ eſt corruptus,& legi debet,nec ad
prçciũ,vt animaduertit Lambertin.in loco iu-
fra citando, Bart. poſt Dyn.quem allegat in l.
quod Nerua, n.25. ff. depoſit. Bald. in d. l. &
ex diuerſo,in 2.lect. nu.5.verſ.tu diſtingue, &
in d.l.certum,n.3.cum alijs cõgeſtis per Lam-
bertiu. de contract. gloſ.1.in verbo,& in alie-
natione,n.234. & pluribus ſequen.aſſerẽs opi-
* nionem hanc hodie magis * communem eſſe ;
eamdemque opinionẽ tenet Gabr. de acquir.
re,domin. concluſ.2. Et quidem ex Doctorum
dinumeratione demptis tantũ aliquibus,nem-
pe Sũma Angel. in verbo fructus n.1. Silueſtr.
eod.verb.n.2.Armil.in verbo fructus, il 2.Qui
in foro conſcientiæ loquuntur,& materiã quo
ad forum contentioſum tractare omittunt,ſa-
* tis clare patet hanc eſſe magis * communem,
præſertim habito reſpectu ad auctoritatem il-
lam tenentium iuxta tradita per Alex.conſ.7.
n.2.lib.4.Natta conſ.130. n.5.lib.1.

Et tanto magis hęc opinio amplectenda eſt,
62 quia † ſeruatur in praxi,vt tradunt Pinel.in l.
2.part.2.cap.4. n.47.C.de reſcind.vẽdit.Ægid.
in d.c.grauis nu.8. in fine,de reſtit.ſpoliat.vbi
dicit,quod cõtrarium ponere,eſſet facere lites
inextricabiles,& n.40. circa medium affirmat
Rotam hanc opinionẽ ſeruaſſe,& ita fuit ten-
tum in vna Romana fructuum portarum 14.
Octobris 1585. coram Gypſio,vbi etiam dici-
tur ſic hodie ſeruari de ſtilo Rotæ , quæ non
condemnat poſſeſſorem bonæ fidei,niſi in fru-
ctibus poſt litem conteſtatam perceptis .

Sed iſtud debet intelligi,quãdo agitur prin-
cipaliter ad rem aliquã,cuius fructus veniunt
acceſſoriè reſtituẽdi iuxta deciſ.4.& 10.de re-
ſtit. ſpoliat.in nouis,& Caſſad.deciſ.1.de cauſ.
poſſeſ.& dropriet.Io.Paul.deciſ.36.& 120.Ca-
63 putaquen.deciſ.27. par.2. in impreſsis : Secus
quãdo † particulariter agitur ad ipſos fructus,
quos qs particulariter petit tanquã ſpoliatus,
prout fit in annuis præſtationibus , in quibus
64 ſpoliatus † poteſt petere iudicio poſſeſſorio ip-
ſos fructus ſubtractos Gig.de penſ.q.47.n.8.&
habetur in deciſ.3.de reſtit.ſpoliat.in antiquis.
65 Tunc enim Rota † condẽnare ſolet etiã ad fru-
ctus perceptos ante litẽ motã, vt fuit reſolutũ
in vna Mediolanen.fructuum 26.Maij 1589.co
ram Card. Platto, & tradit Paleot. deciſ.336.

Nec obſtat ſupradictæ opinioni, quòd ſicut
in iudicio vniuerſali , ita etiam in particulari
fructus reſtituendi veniant ſecundum ęquipa-
rationem factam in §.& ſi hæreditas,Inſtit. de
66 offic. iudic.Quia † huiuſmodi æquiparatio po
teſt locum ſibi vendicare in fructibus natura-
libus,non autem in induſtrialibus, vt ſentire
videntur Faber in d. §. ſi quis à non Domino
num.3. Inſtit. de rer.diuiſ. Aegyd. vbi ſupra
num.8.in princip.& Bald. in d.l. & ex diuerſo
n.5. ff. de rei vendicat.

An pro melioramentis actio concedatur, & qualis, non ineleganter diſcuſſum. Cap. CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta poſt factam reſtitutionem rei ab eo, qui iure proprij dominij rem poſsidebat extraordinario tantum remedio l. ſi me , & Titium ff. de pet. hæredit. actione ſcilicet factum, vel incerti condictione repetuntur .*

2 *Si ſint neceſſaria , vel vtilia actione negotiorum geſtorum poſſunt repeti, quando impẽdens rem poſsidebat iure alieno, niſi Dominus fuerit proteſtatus ne fierent .*

3 *Medicus poteſt ſumptus , quos fecit curando infirmum,actione negociorum geſtorum repetere, quãuis fuerint facti infirmo uolente,ſeu inuito.*

4 *Soluens pro condemnato ad pœnam corporalem poteſt actione negociorum geſtorum pecuniam repetare, non obſtante proteſtatione, ne illa ſolueretur .*

5 *Melioramenta,quãdo actione relatione ex eodem contractu repeti poſsint .*

6 *Maritus,qui in rem dotalem vtiliter,aut neceſſario impendit ſine voluntate vxoris,pro conſequendis melioramẽtis habet contrariam actionem de dote , vel negociorum geſtorum; ſi vero vxore volente,habet actionem mandati .*

7 *Impenſa ab alio facta de mandato viri in re dotali ſoluto matrimonio à viro repetuntur, ac ſi ab eo facta fuiſſent .*

8 *Retrahens rem ex pacto,vel ex lege ea ſibi reſtituta non ſolutis meliorationibus , iure actionis conueniri poteſt .*

9 *Hæres grati , qui rem fideicommiſſo ſubiectam à ſe melioratam ſine deductione impenſa-*

rum reſtituit, pro conſequendis meliorationibus condictionem incerti habet.
10 *Condictio incerti, quæ impendenti datur pro cõſequendis melioramentis, quid importet.*
11 *Competit generaliter, vbi ordinaria actio non datur.*

CONtingit ſæpennumero, vt poſſeſſor bonæ
fide: rem à ſe melioratã nulla exceptione
retentionis oppoſita reſtituat, velitq; poſtmo-
dum per viam actionis impenſas repetere; Id-
circo videndum eſt, an ſit audiendus, & qua
actione experiri poſsit. Etenim Iuriſconſul-
tus in l.ſi in area, in fine ff.de cond. indeb. di-
ſponit nullo alio modo, quàm per retentionem
impenſas eum ſeruare poſſe: Tex. autem in l.
qui exceptionẽ §.ſi pars. eod. tit.& in l. quod
ſi nulla ff.de leg. 1. vult incerti cõdictionem ei
competere, quaſi plus debito ſoluerit: Vlpia-
nus quoque ad conſequendas expenſas actio-
nem præſtat in l.ſi ſeruos ff.de pignor. act. ibi,
erit contraria actio; Et etiam Papinianus in l.
diuortio §.impendia, verſ.planè ff.ſolut.matr.
ibi, erit eius impenſæ petitio; Quę iura ex dia-
metro videtur pugnare cum d.l.ſi in area, quæ
ſolam retentionem tribuit.

Igitur pro declaratione ſic diſtinguendum
eſt. Aut tradens rem nulla retentione facta
iure proprij dominij poſsidebat exiſtimans
eã ad ſe pertinere irreuocabiliter, & tũc quia
rem meliorando neminem alium obligare vo-
luit, ad recuperandas huiuſmodi impenſas de
rigore iuris nullam habet actionem, ſed dum-
taxat exceptionẽ ex d.l.ſi in area, in fine, dum
loquitur de eo, qui rem hæreditariam melio-
rauit, cum exiſtimaret ſe hæredem eſſe, & ſic
Dominum perpetuum, ex quo reſtituere non
erat grauatus, & ita illum tex. intelligit gloſ.
ibid. in verbo, ſeruare poſſe, Bart. in fine, Sali-
cet.& Paul.de Caſtr.in primo notab.& Iaſ.nu.
1.Cyn.in l.ſi quis ſciens C.de rei vendicat. Idẽ
Caſtren. conſ. 270. col. 3. verſ.ſed in contrariũ
lib. 2. De æquitate tamen, quia Dominus, cui
res meliorata tradita eſt, non debet locuple-
1 tari cum aliena iactura, impendenti † ſuccur-
ritur extraordinario remedio l. ſi me, & Titiũ
ff.de pet. hæred. actione ſcilicet in factum, vt
tradit Caſtren. in d.l.ſi in area, cuius doctrina
* communiter * approbatur, & illam refert, & ſe-
quitur Iaſ. ibidem n. 1. Vel incerti condictio-
ne, vt infra dicam.

2 Aut vero ipſam rem poſsidebat † iure alieno
& in eam impendit neceſſario, vel vtiliter Do-
mino profuturus, & hoc caſu, quia vtile nego-
cium geſsit, dominumq; ſibi obligauit, pro me-
liorationibus actio ei negociorũ geſtorum da-
tur, niſi Dominus proteſtatus fuerit ne melio-
ramenta fierent, quia tunc hæc actio locũ non
habet, vt in l.fin.C.de negot.geſt. Quod intelli-
ge, niſi impenſæ intereſſe Reipublicæ, aut ſimi-
lem cauſam reſpiciãt, vt bene per Socin.conſ.
26.n.12.& 13.lib.1. vbi loquitur de impẽſis fa-
ctis pro defenſione Caſtri, quod alius occupa-
re volebat. qui ſumptus intereſſe publicũ con-
4 cernebant. Sic etiã Medicus † licèt quandoq; ſit
infirmo exoſus, poteſt ſumptus, quos fecit cum
curãdo repetere actione negotiorũ geſtorum,
vt dicit gloſ. in c. prouidendum diſtinct. 83. Et
ſoluens pro condemnato † ad aliquam pœnam
corporalem hac actione experiri poterit, non
obſtante proteſtatione, ne pecuniæ ſoluerẽtur,
vt not. Bart. in l. Stichus ff. de pec. legat. Io.
Andr. quem ſequũtur ibidem Gemin.& alij in
c. laicus, de foro compet. lib. 6. facit gloſ. in l.
apud antiquos C.de furt.& tex. in l.ſi quis mã
cipijs §. Proculus ff.de inſtit. per quæ iura ita
adnotauit Bald. in d.l. fin. C.de negot. geſt.

5 Aduertẽdum tamen eſt, quòd hoc caſu † im-
pendenti quandoque actio datur ex eodem
contractu, Vt in colono, qui agit ex conducto
aduerſus locatorem pro huiuſmodi impenſis
neceſſarijs, & vtilibus l. dominus horreorum
§. 1. ff. locat. Caſtr. conſ. 270. col. 3. n. 3. verſ.
ſed colonus lib. 2. Et in commodatario eſt tex.
in l. in rebus §. poſſunt, & ibi not. omnes ff.
commod. Et in creditore, qui in rem pignora-
tam neceſſarias impenſas fecit eſt text. in l. ſi
neceſſarias, & in l.ſi ſeruos ff.de pignor. act. Et
de eo, qui reſtituturum omnino nouerat rem
quam meliorabat, vt emphyteuta, late ſcribit
6 Rimin. Iun. conſ. 411. lib. 4. Et de marito †, qui
in rem dotalem, vtiliter aut neceſſario impen-
dit ſine voluntate mulieris, vt habeat contra-
riam actionem de dote, vel negociorum geſto-
rum, ſi vero muliere volẽte actionem mandati
tradit Alex. conſ. 162. col. 1. ante nu. 2. lib. 7.
& Bald. conſ. 341. in fin. lib. 1. Vbi plus dicit,
7 quod impenſæ † ab alio factæ de mandato viri
in re dotali ſoluto matrimonio à viro repetun
tur, ac ſi ab eo factæ fuiſſent: Sic etiam retra-
hens rem ex pacto, vel ex lege, vt ea ſibi reſti-
8 tuta non ſolutis meliorationibus † conueniri
poſsit iure actionis ſcribit Tiraquel. de retra-
ctat. conuent. §. 7. gloſ. 1. n. 7.

9 Similiter hæredem grauatũ, qui rem † fidei-
cõmiſſo ſubiectam à ſe melioratam ſine dedu-
ctione impenſarum reſtituit, condictionem in-
certi habere, quaſi plus debito ſoluerit, vult
tex. in d. l. qui exceptionem §. ſi pars ff. de
cond. indebit. & in d.l. quod ſi nulla de leg. 1.
* & tradit vtrobique Bart.& alij * communiter
Idem voluit Corn. conſ. 180. num. 8. lib. 4. &
Ruin. conſil. 38. num. 25. lib. 1. & conſ. 65.
10 num. 6. lib. 4. Quæ actio illud † importat, vt
res, quæ tradita fuit, pinguius ſcilicet cum
meliorationibus retradatur retinenda ite-
rum ab eo, qui tradiderat quouſque quid fieri
debeat iudicetur ſecundũ Paul. de Caſtr. in l.
ſed & ſi me putem §. cũ inter in princ. per illũ
tex. ff.de cond. indebit. & per l.ſi binarum ff.de
ſeruit. Vrban. præd. & conueniunt verba tex.
in d. §.ſi pars, & in d.l. quod ſi nulla, ibi, quaſi
plus debito ſoluerit. Quæ ratio militat tam in
bonis ſubiectis reſtitutioni. quã non ſubiectis;
Vnde exiſtimo quòd actio iſta generaliter cõ-
11 petat † vbi ordinaria actio pro melioramentis
prodi-

prodita non ſit iuxta doctrinam Bart. commu-
niter receptam in d.l.ſed & ſi me putem §.cum
inter num.6.de condit. indebit.

Aeſtimatio melioramentorum quomodo ſit facienda, & quod tempus inſpiciatur. Cap. CXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio melioramentorum (quando Dominus illam ſoluere non tenetur, ſed impendenti tantum cõceditur abraſio) fieri debet, ac ſi ab ædificio eſſent ſeparata, ſi autem Dominus teneatur ad illorum ſolutionem eſt facienda prout valent ædificio iuncta, & nu.2.*

3 *Facienda eſt inſpecto tempore, quo melioramenta facta fuerunt, quando eorum valor creuit ſecundum vnam opinionem.*

4 *Contrarium, quòd immo melioramenta ſint ſoluenda iuxta valorem currentem tempore reſtitutionis, non ſecundum tempus, quo facta fuerunt, tenent Bart. & alij, & eſt communis, & verior ſententia, num.5.*

6 *In æſtimatione melioramentorum (vbi minor, vel Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus contractum) attenditur tempus factæ meliorationis quamuis de tempore præſenti res ſit precioſior, ſecus ſi meliorationes ex tempore ſint attritæ, & minus valeāt, quàm fuerit impēſum, quia æſtimatio fit ſecundum tempus præſens, & nu.7.*

8 *Attenditur quod minus eſt, quando poſſeſſor ſolū eſt bonæ fidei, & nullum in re dominium habet.*

9 *Aeſtimatio melioramentorum fit ſolum reſpectu eius, quod eſt impenſum tempore meliorationis, nec attenditur incrementum, vel deterioratio precij, quando faciens melioramenta non pro ſe impendit, ſed pro Domino, qui fructus recipit.*

10 *Fieri debet inſpecto tempore reſtitutionis rei, quando ille, qui meliorauit eſt Dominus directus, vel vtilis.*

11 *Tex. in l. domos ff. de leg. 1. quomodo ſit intelligendus.*

12 *Aeſtimatio fieri debet rem totam ſimul æſtimando, non autem per partes.*

13 *In rebus immobilibus precioſis, quæ fructus non reddunt, vel minores iuſto valore fieri debet non ex redditibus, ſed conſiderata materia, & forma, id eſt qualitate, & quanti eo in loco eius qualitatis domus, ſeu bona communiter venduntur reprobata opinione Nattæ.*

14 *Periti electi ad æſtimandum ex eiſdem rebus iudicare debent, ex quibus teſtes teſtimoniū ferre.*

QVia dubitari ſolet ſæpiſsime, quomodo
debeant meliorationes, ſeu impenſæ
æſtimari, non ab re fore duxi, ſi pau-
cis rem alioqui in foro ſummæ vtilitatis expli-
cabo. Igitur communi calculo eſt receptum, vt
quando Dominus rei ad melioramentorum
ſolutionem non tenetur, ſed tantum impendē-
ti conceditur illorum abraſio, vt in caſu l. do-
mum C. de rei vendicat. & l. in fundo ff. eod. tit.
ſi Dominus offerat ruderum valorem, quod
1 poteſt, eorum † æſtimatio fiat, ac ſi ab ædificio
eſſent ſeparata, & ſic quantum habiturus eſſet
impendens illis detractis, nō quanti valet ædi-
ficium ipſum integrum, & incorruptum, vt de-
clarat d.l. in fundo in illis verbis, his rebus ſub
latis, & ibi not. Bal. in 3. not. & in c.1. §. ſi Vaſ-
ſallus tit. hic finit. lex & e. Iaſ. in l.2. nu.29. C. de
iure emphyteotico. Tiraq. de retract. conuent.
§.7. glo. 1. nu.6. Peregrin. de fideicomm. art.50.
nu.78. verſ. ſecundus caſus. Quod tamen quo-
modo intelligatur cognoſces ex Corn. conſ.86
circa primum, in fine primi dubij, lib.4.
2 Si autem Dominus † ad melioramentorum
ſolutionem teneatur, tunc melioramenta ſolui
debent prout valent ædificio iuncta, vt tradit
Bald. in d. c. 1. §. ſi Vaſſallus nu.3. vbi inquit,
quod ita ſeruat conſuetudo; Idem etiam dicit
Bald. in authen. excipitur poſt nu.2. C. de bon.
quæ lib. latè Clar. in §. fæudum q.88. num.2. qui
alios allegat, & repræhendit Berоum contra-
rium tenentem, ſubdens hanc opinionem eſſe
æquiorem, & in iudicijs ſeruandam; Hācquoq;
tenuit Rim. Iun. conſ.411. nu.2. lib.4. & Garſ.
de expenſ. & melioration. cap. vlt. nu.5.
Contradictio tamen non modica inter ſcri-
bentes reperitur in hoc caſu, Vtrum ſi creuerit
melioramentorum valor, æſtimatio ſit facien-
da inſpecto tempore, quo melioramenta facta
fuerunt, an vero inſpecto tempore, quo res ipſa
3 reſtituitur: Nam quòd † non habeatur ratio
valoris rei tempore reſtitutionis, ſed tantum
illius ſummæ, quæ verè impenſa fuit a princi-
pio, tenet Marzar. in Epitom. fideicom. q.65.
& latius cōſ.10. verſ. melioramēta, Vbi firmat
hanc concluſionem, vt id tantū debeatur, quod
impenſum fuit, non quanti res melior effecta
eſt; Et ita quoque tenet Caſtr. conſ.270. col.3.
lib.2. Burſat. qui plures allegat conſ.11. nu.40.
& conſ.71. num.13. lib.1. Cagnol. in l.2. num.
125 C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraq. de
retract. conuent. §.7. gloſ.1. n.8. Rimin. Iun. d.
conſ.411. n.51. & ſeq. & conſ.435. nu.77. lib.4.
Gabr. conſ.168. in 8. quæſt. n.111. lib.1. Capic.
deciſ.93 nu.9. Deciſ. Peruſina 58. n.15. Funda-
tur hæc opinio in l. in fundo. ff. de rei vendicat.
in illis verbis, ſolum quod impenſum eſt: Neq;
enim plus in rem Domini verſum eſt, niſi qua-
tenus impenſum fuit, etiam ſi res hodie plus
valeat. l. ſi fundum, de in rem verſ. Quam ſen-
tentiā tenuit etiam Felin. in c. cū cauſa n.28.
de ſent. & re iudicat. Neguſan. de pignor. 4.
membro 5. part. n.11. Petra de fideicom. q.15.
* n.271. dicens crebriori calculo* firmatam.
4 Contrariam opinionē, quod † immo ſoluen-
da ſint melioramenta iuxta valorem currentē
tempore reſtitutionis, non ſecundum tempus,
quo facta fuerunt, firmant Bar. & Bal. in l. Do-
mos hæreditarias. ff. de legat.1. vterque nu.1.
Angel. nu.2. Paul. de Caſtr. n.7. Alex. poſt prin-
cip. Iaſ. n.4. & ibi etiam Cuman. Ruin. conſ.14.
n.3. & conſ.38. n.25. lib.1. & conſ.217. ſub n.1.
lib.3. & conſ.165. num.6. lib.4. & eſt de mente
Corn. conſ.86. n.8. lib.4. & conſ.158. nu.8. lib.3.
Rol. conſ.28. n.14. & 15. lib.2. Cephal. conſ.311.
num.93. lib.3. Molin. de primogen. Hiſpan.

lib.1.cap.26.n.13. Ant. Gomeſ.ſuper leg. Tau-
4 ri n. 3. vbi de *cōmuni, Valſq. de iure emphyt.
q.25. n.28. verſ.decima concluſio;communem
5 etiam † dicunt Menoch.remed.15.recuperan.
n.557. & Gail. pract.obſeruat.lib.2. obſeruat.
121. nu.12. & veriorem eſſe teſtatur Theſaur.
deciſ.251. ſub n.4.Mouentur omnes ex tex. in
d.l. domos, ponderando verbum (extantibus)
iuxta communem lecturam, quod de præſen-
tibus ædificijs intelligitur, non de præteri-
tis: Quæ tamen inductio non videtur bona;
Nam, & ſi admittamus Papinianum eo loco
deſignare ædificiorum extantium æſtimatio-
nem faciendam, non tamen deſignat, ſecun-
dum quod tempus æſtimatio fieri debeat, vt
etiam animaduertit Menoch. in loco ſupra al-
legato num.558.

6 Vnde pro reſolutione nonnullos caſus ipſe
diſtinguo. Primus eſt, quando minor†,vel Ec-
cleſia reſtituitur in integrum aduerſus cōtra-
ctum, & tunc attenditur tempus factæ melio-
rationis, & fit ſolutio illorū tantum ſumptuū,
quos verè aduerſarius fecit, licet de tempore
reſtitutionis res fuerit facta præcioſior, quàm
ſit quantitas impenſa,vt tradit Alb. in cap.1.
n.4. de reſtit. in integr.& ibi Bero.n.38.cum
ſequen. Alciat. reſpōſ.23.in fine lib.3.& tenuit
Rota diuerſ.deciſ.186. n.3. par.2. vbi aſſignat
rationē, quia reſtitutio huiuſmodi omnia re-
ponit in priſtinum ſtatum: Vnde ſatis eſt,quòd
ille contra quem conceditur reſtitutio non ſit
in damno, tametſi minor, vel Eccleſia fiat lo-
cupletior arg. l.nam hoc natura ff.de cond.in-
7 debit. cum ſimilib. Secus † autem ſi meliora-
tiones ex tempore eſſent attritæ, & minus va-
lerent, quàm eſſet impenſum,nam eo caſu fie-
ret æſtimatio ſecundum tempus præſens, nec
damnum impendentis attenderetur,ne ſcilicet
Eccleſia,vel minor,quibus ſuccurratur per re-
ſtitutionem in integrum ad fauorem, & vtili-
tatem ſuam,damnum patiantur plus ſoluendo
quàm ad eos peruenerit,cum in concurſu tol-
leretur potius damnum aduerſarij, quàm ip-
ſius Eccleſiæ,vel minoris, Sic poſt alios decla-
rat Bero.in d. cap.1. n.4.verſ. præterea, de re-
ſtit. in integr. per l. quod ſi minor §. reſtitu-
tio ff. de minoribus.

Secundus caſus eſt,cum is,qui impendit eſt
8 ſolum † poſſeſſor bonæ fidei, nullū habens do-
minium in re, & tunc, vt reſtituatur æſtima-
tio melioranti, attenditur id quod minus eſt,
Vnde ſi impenſa fuerint cētum, fundus autem
ob id melior factus ſit in centum quinquagin-
ta,centū ſunt reſtituenda, ideſt tantum quan-
tum impenſum eſt à principio, non quanti res
præcioſior eſt de tempore reſtitutionis. Et ſi
è diuerſo impenſa ſunt centum, melioratio au-
tem appareat in quinquaginta,ea tantū quin-
quaginta ſunt in obligatione,ideſt id ſolum,
quod res valet de tempore præſenti,non quod
impenſum eſt per text.in d.l.in fundo in princ.
iuncta gloſ. in verbo, plus petitio, & ibi quo-
que Bart. & alij ff. de rei vendicat. Neguzan.
de pignor.4. membro 5. part.n.11. Felin. in c.
cum cauſa.nu.28. de ſent. & re iudic.Et quod
diſpoſitio d. l. in fundo procedat ſolum in bo-
næ fidei poſſeſſore, qui à Domino cauſam non
habeat poſt Bald.& Paul.de Caſtr.tradit Corn.
conſ. 86. lib.4. verſ. vel alias in ſimili, Rolan.
conſ.28. ſub n.18. lib.1. Et tenuit Rota d. de-
ciſ.186. n.5. part.2. diuerſ. Et in his terminis
intelligi debet deciſiones factæ 20.Iunij 1586.
coram Cardinale Blanchetto in illa Placenti-
na bonorum pro Cardinale Albano contra Pu
teabonellos, & in illa Romana Viridarij 25.
Nouembris 1593. corā Cardinale Seraphino.

9 Tertius caſus eſt, quando is†, qui meliora-
menta fecit nō pro ſe impendit, nec ad ſui vti-
litatem, ſed pro domino, qui fructus percipit,
& tūc ſolum fit æſtimatio eius,quod eſt impen
ſum tempore meliorationis, nec attēditur in-
crementum,vel deterioratio in prætijs rerum
contingens, vt eſt caſus in l. ſed an vltro §. 1.
ff. de negot. geſt. & in l.ſi neceſſarias,in prin-
cip. ff. de pignor.act. & in l.3. §.ſuſtineat in ae
coi tr. & vtil. act. Socin. conſ.36.n.9.lib.1.

10 Quartus,ac vltimus caſus eſt †, vbi ille,qui
rem meliorem reddidit eſt Dominus,vel dire-
ctus, vel vtilis,vel reuocabiliter, & tunc æſti-
matio fieri debet inſpecto tempore reſtitutio-
nis rei ſecundum diſpoſitionem d.l. domos de
leg.1. vt tradit Menoch. d.remed.15. recupe-
ran.nu.565.Ruin.conſ.14. col.3.in fine,& col.
ſeq.lib.4.Rolan.conſ.28.n.18.lib.4. Verum hoc
eſt temperandum, vt talis æſtimatio fiat non
ſimpliciter ſecūdum tempus præſens, ſed con-
ſideratis omnibus temporibus ſequendo verā,
& germanam Florentinarum Pandectarum le-
ctionem in d.l.domos à cunctis ex recentiori-
11 bus approbatam, quæ†vt atteſtatur Antonius
Auguſtinus lib.3.emendat cap.1.circa mediū,
Ita ſe habet (Et ædificiorū ætatibus examina-
tis;) Ætas enim eo loco pro antiquitate ſumi-
tur,vt tradit Theſaur.d.deciſ.251. ſub n.4. &
n.ſequen.qui propterea cauſam arbitrariam
iudicat,quod & cenſuit Menoch. in loco ſupra
citato n.565. & de arbitr iudic.caſu 258.

Eſt præterea aduertendum ad vnum neceſ-
12 ſarium in hac materia, quòd in † æſtimatione
facienda res debet æſtimari tota ſimul, non
autem per partes,l.Mæuius §.fin.ff.famil.her-
ciſcund. l.1. C.commun. diuid.Felin.in c.cum
cauſam n.1. verſ.item adde quòd quando, de
teſtib.Surd. deciſ.155. n.5. Ideo Rota in vna
Romana Palatij 5. Maij 1610. coram Ortem-
bergo tenuit in palatijs,& rebus immobilibus
præcioſis, quæ fructus non reddunt,vel mino-
res iuſto valore,æſtimationem eſſe faciendam
13 non ex redditibus, † ſed conſiderata materia,
& forma, ideſt qualitate, & quanti eo in loco
eius qualitatis domus communiter vēduntur,
non autem, vt domus æſtimetur quanti mate-
ria, & opere conſtant nulla habita relatione
quāti communiter res eius qualitatis vendan-
tur, vt male videtur ſentire Natta conſ. 322.
nu.4. Nam id præcipue conſiderandum venit
etiam

etiam in domibus præcioſis iuxta regulam,
quòd res tanti valet, quanti vendi communi-
ter poteſt; Ideoque Periti diligenter quidem
materiam, & formam inſpicere debebunt, ſed
præterea etiam inueſtigare quanti eiuſmodi
14 domus vendi communiter ſoleāt, quia † ex eiſ-
dem rebus iudicare debent, ex quibus teſtes
teſtimonium ferre, Gabr. cōſ. 168. n. 114. verſ.
quando vero, & duob. ſequen. lib. 1.

Sentētia lata ex breuitate temporis, quando ſuſtineatur, paucis declaratum. Cap. CXV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſubrogatus alteri Iudici, corā quo fuerit cauſa inſtructa, poteſt ſtatim cauſam expedire, abſque noua dilatione, dummodo interceſſerit tantum tempus, vt veriſimiliter inſtrui potuerit, licet non plenè.*

SEd illud quoque adnotare placuit, quod in
praxi multoties contingit, videlicet, quòd
quamuis ex breuitate tēporis ſentētia redda-
tur nulla, tanquā præſumatur ſine cauſæ cogni-
tione lata, gloſ. in l. prolata C. de ſent. & inter-
locut. omn. iud. Calc. de re iudic. cōſ. o. tamen
hoc non procedit in Iudice ſubrogato alteri Iu-
dici, corā quo fuerat cauſa inſtructa, tūc enim
dilatio non requiritur pro inſtructione cauſæ,
1 ſed Iudex ſubrogatus † poteſt ſtatim illam ex-
pedire, quia ſufficit, quòd potuerit inſtrui, licet
non plenè, vt ſentētia non reddatur nulla, Dec.
in c. Eccleſ. S. Mariæ n. 23. verſ. & cōcluſio Bart.
de conſtit. Et eſt in terminis deciſio Putei 4. de
Iudic. Et ideo in Rota ſubrogatus poteſt eadē
die tenere terminum, & ſententiare, quia ſuf-
ficit, quòd veriſimiliter potuerit eſſe inſtru-
ctus, nam tunc breuitas temporis non conſi-
deratur, ſic tenuit Rota 17. Iunij 1560. coram
Caputaquen. vt ipſe dicit in deciſ. 233. lib. 1.
in manuſcriptis.

Poſſeſsio defuncti quando in hæredem cōtinuetur breuis expoſitio. Ca. CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio defuncti nō continuatur in hæredem ſine apprehenſione, quando ipſe defunctus corpore, & animo ſuo poßidebat, & nullum extet ſtatutum continuas poſſeßionem.*

2 *Tranſit in hæredem per ſolam continuationem coloni hæredis nomine, quando defunctus animo ſuo, & corpore alieno poßidebat.*

3 *Item tranſit in hæredem ſine aliquo facto, quādo defunctus alieno animo, & corpore poßidebat.*

4 *Tranſit ipſo iure, quādo adeſt ſtatutum de continuanda poſſeßione defuncti in hæredem.*

5 *Interdictū retinendæ competit hæredi contra turbantem poſſeßionem defuncti abſque actualis apprehenſione, vbi ſtatutum mādat eius poſſeßionem continuari.*

6 *Statutum mandans continuari poſſeßionē defuncti in hæredem, non habet locum in bonis, quæ à defuncto naturaliter tantum poſsidebantur.*

7 *Item non habet locum, quādo poſſeſsio erat apud defunctum ex cauſa de ſui natura non tranſitoria ad hæredes.*

8 *Item nec procedit, quando poſſeſsio naturalis fuit medio tempore ab initio occupata, niſi fuerit vera turbatio.*

9 *Hæres poteſt proſequi iudicium, & obtinere manutentionem à defuncto petitam, & qua ratione ciuilis poſſeſsionis ei debita fuiſſet ſi vixiſſet.*

SI quæratur, An poſſeſſio defuncti in eius
hæredem continuetur duo caſus ſunt di-
ſtinguendi. Primus eſt, quando nullum extat
ſtatutum continuans poſſeſſionē. Et tunc ſub-
diſtingue ſecundum Rotam in Vrbeuetana Ca
ſtrorū de Ceruaria 18. Maij 1569. coram Car-
1 dinale Seraphino; Quòd aut defunctus † cor
pore, & animo ſuo poſſidebat, & talis poſſeſſio
nōn continuatur in hæredem ſine apprehēſio-
2 ne; Aut † animo ſuo, & corpore alieno poſſi-
debat, & hoc caſu ſufficit continuatio coloni
hæredis nomine ſecundum opinionem Iacobi
de Racēna, quem ſequuti ſunt Angel, & Alex.
in l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, de
3 acquiren. poſſ. Aut alieno † animo, & corpo-
re poſſidebat, & per eius mortē non interrum-
pitur poſſeſsio, ſed in hæredem ſine aliquo fa-
cto tranſit, vt per gloſ. in l. ſi quis pro empto-
re, in verbo, non habere. ff. de vſucapion.
Secundus caſus eſt, quando adeſt ſtatutum
de continuanda poſſeſsione defuncti in hære-
dem, quod ſtatutum viget Bononiæ, & Medio-
4 lani, & tunc † vera, & cōmunis opinio eſt, quòd
poſſeſsio ipſo iure tranſeat, Tiraquel. in tract.
le mort ſaiſit le vif. in præfatione, in 6. decla-
ratione, n. 5. & ſequen. & n. 13. vbi reprobat
contrarium tenentes: Ex quo infertur, quòd
5 hæredi competit † interdictum retinēdæ con-
tra turbantem poſſeſsionem defuncti abſque
aliqua actuali apprehenſione, vt tradit Me-
noch. in 3. remed. retinendæ num. 59. Et talis
poſſeſsio dicitur vera, licet modus acquirendi
ſit fictus, Ripa reſponſ. 80. nu. 79. Tiraquel. in
prælleg. declarat. 1. n. 4. & 6.
Aliquoties tamen hæc continuatio ſtatuti
non habet locum. Et primò quidem locum
6 non habet in bonis, quæ † à defuncto natura-
liter tantum poſsidebantur, Imol. conſil. 26.
col. 2. Iaſ. in conſ. 147. n. 3. lib. 1. & in terminis
bonorum feudalium, & emphyteoticorū tra-
dunt Corn. conſ. 173. in vlt. dubio lib. 2. Iaſ.
conſ. 152. circa princip. & col. vlt. lib. 4. Rub.
Alexand. conſ. 121. & fuit deciſum in Imolen.
bonorum 20. Aprilis 1592. coram Cardinale
Pamphilio.
Secundò prædictū ſtatutū non habet locum,
7 quando poſſeſsio erat apud † defunctū ex cauſa
de ſui natura non trāſitoria ad hæredes. Alex.
cōſ. 159. n. 4. lib. 2. & cōſ. 153. n. 4. lib. 6. Riminal.
Iun. cōſ. 545. n. 35. & 36. lib. 5. Menoch. cōſ. 139.
n. 18. & in terminis ſtatuti Mediolanen. fuit re-
ſolutum

Digitized by Google

ſolutum in vna Mediolanen. bonorum, 28. Martij 1594. coram Cardinale Millino.

8 Tertiò non procedit, quando poſſeſsio† naturalis fuit medio tempore ab initio occupata, Iaſ. in l. ſi ſorori n. 2. verſ. limita C. de iur. delib. Alex. in l. ſi hæredes n. 4. de acquir. poſſeſ. & d. conſ. 153. ſub n. 4. circa med. lib. 6. Tiraquel. vbi ſupra in declarat. 8. Rota deciſ. 27. n. 13. parte prima. diuerſ.

Quòd intellige verum, niſi mera fuerit turbatio, quæ defunctum non priuauit ſua poſſeſſione, ſi non habuit ſe pro ſpoliato, ad notata per eumdem Tiraquel. in d. tract. in 3. declarat. parte 2. num. 15. Hinc eſt, quòd ſi defunctus dum vixit ſuper tali turbatione litem introduxerit, & mandatum de manutenendo petierit,
9 poſſunt poſt † eius obitum ipſius filij, & hæredes (cum quibus eadem lis, & inſtantia continuatur, l. hæres abſens ff. de iudic. notãt Doct. in cap. quia licet, eod. tit.) proſequi dictum iudicium, & obtinere manutẽtionem, quæ ratione ſuæ ciuilis poſſeſsionis debita fuiſſet defuncto ſi vixiſſet, iuxta notata per Menoch. in d. remed. 3. retinendæ n. 262. qui alios citat, Et ita fuit reſolutum in vna Bononien. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. coram eodem Cardinale Pamphilio.

Cætera ad materiam huius ſtatuti ſpectantia videas apud Menoch. in d. remed. 3. retinen. n. 56. & ſequen. & Tirequel. in loco ſupra citato; Nam omnia referre nõ eſt mei inſtituti.

In iudicio Saluiani interdicti, quid ſit probãdum, & an propter moram debitoris poſſint liquidari damna, & intereſſe; Itẽ an pignus diſtrahi poſſit. Cap. CXVII.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio Saluiani interdicti duo extrema ſunt probanda, ſcilicet creditum cum hypotheca, & poſſeſſio debitoris de tempore obligationis, vel poſtea, alias vno horum deficiente non eſt locus dicto interdicto.*

2 *Saluianum interdictum nõ habet locum ceſſante hypotheca.*

3 *Super fundo dotali exerceri non poteſt.*

4 *Fundus dotalis à viro nõ poteſt obligari, nec hypothecari etiam accedente conſenſu vxoris, ſiue expreſsè res fuerit data pro fundo dotali, ſiue tacitè de mente partium appareat, & n. 5.*

6 *Amplia etiam ſi fundus dotalis fuerit æſtimatus dummodo æſtimatio non fuerit facta tempore conſtitutionis dotis, aut paulo poſt, ſed ex interuallo.*

7 *Saluianum interdictum nõ competit ſuper mercibus venalibus poſtquam diſtracta ſunt.*

8 *Declara verum in mercibus particularibus apotheca, quæ quotidie venduntur, vel permutantur, ſecus ſi vendatur tota hypotheca, vel eius pars, ita vt penes emptorem non deſinat eſſe corpus vniuerſale.*

9 *Hypotheca datur in grege, quæ durat etiam eo vendito, & alienato.*

10 *Non datur pro bonis extra dotalibus niſi expreſsè, vel tacitè mulier cõſentiat, quod vir illa adminiſtret, quia tunc efficiuntur paraphrenalia, & num. 11.*

12 *Mulier pro bonis paraphrenalibus habet tacitam*

13 *Saluianum interdictum non datur ſuper bonis emphyteoticis expreſsè prohibitis alienari etiam large alienationis ſumpto vocabulo.*

14 *Hypotheca, ſeu obligatio rei emphyteoticæ de iure communi non cenſetur prohibita, niſi adſit expreſſa hominis prohibitio.*

15 *Emphyteuſis non venit ſub generali obligatione bonorum, quando prohibetur eius alienatio ſub pœna caducitatis, vel apponatur pactum, quod in caſu alienationis ſine Domini conſenſu ſolum cum melioramentis ad ipſum Dominum directum reuertatur, & n. 16.*

17 *Expreſſum dicitur, quod venit in neceſſarium antecedens expreſſi ſui, & virtualiter ineſt rationi prolatæ.*

18 *Clauſula (ſine Domini conſenſu) adiecta in prohibitione alienationis rei emphyteoticæ, intelligitur eo volente, & declarante, non autem, vt ſuper tali re poſsit validè imponi hypotheca.*

19 *Saluianum interdictum non datur ſuper melioramentis in re emphyteotica factis, quando melioramenta ipſa ſunt expreſsè alienari, & hypothecari prohibita.*

20 *Limita; niſi emphyteuta ſit pauper, & hypotheca conſtituatur ad effectum ædificandi in ſolo ad meliorandum conceſſo.*

21 *Primum; extremum in Saluiano interdicto, hoc eſt creditum cum hypotheca, plenè, & concludenter eſt probãdum, niſi eſſemus in re antiqua quo caſu ſufficit leuior probatio, etiam per indicia, & conjecturas, & n. 22.*

23 *Secundum extremum Saluiani, hoc eſt poſſeſſio rei conuenti, per leuiores, & ſemiplenas probationes probatur.*

24 *Amplia, vt etiam ſufficiat ſubſtentatio litis vna cum adminiculo aliquo ſecundum obſeruantiam Rotæ.*

25 *Actio ex vtili Saluiano interdicto datur pro recuperatione damnorum, & intereſſe, quãdo pro illis competit hypotheca.*

26 *Remedium Saluiani interdicti aſſumit naturã iudicij, & cauſæ ſuper qua agitur.*

27 *Damna, & intereſſe regulariter propter moram debentis ſoluere veniunt in quocunque iudicio.*

28 *Eorum liquidatio non poteſt fieri in iudicio Saluiani, quãdo pro illis nulla competit hypotheca.*

29 *Opinio Couarruuiæ, quod debitor in Saluiano poſsit cogi ad ſolutionem alioquin, quod pignus detrahatur, reprobatur.*

30 *Per Saluianum interdictum ſola poſſeſſio auocatur, non autem dominium.*

31 *Hypothecaria, & Saluianum interdictum quomodo differant.*

32 *In hypothecaria creditor poteſt obtinere, vt pignus diſtrahatur, in Saluiano autem ſecus.*

33 *Declara, niſi impetretur commiſſio, per quam debitori præfigatur terminus ad ſatisfaciendum*

de for-

de ſorte principali cum damnis, & intereſſe, quia tunc eo elapſo proceditur ad ſubbaſtationem.

VVlgata eſt iuris concluſio, quòd ad obti-
nendum in Saluiano interdicto actor
1 duo extrema debet probare, videlicet† credi-
tum ſuum cum hypotheca, & poſſeſſionem de-
bitoris de tempore obligationis, vel poſtea,
alioquin altero ex ijs deficiente non eſt locus
huic remedio, iuxta notata per Bart. in l.1. ff.
de Saluian. interdict. Rolan.conſ.14.n.13. lib.
1.Natta conſ.532.n.1.lib.3.& conſ.474.nu.34.
lib. 2.Neguſ.de pignor. 3. membr.8.part. n.19.
verſ.ſeptima concluſio, Menoch.de adipiſcen.
remed.3.n.162.& ſequen. Put.deciſ.207. nu. 2.
lib.1.Et fuit dictum in vna Romana Saluiani
interdicti 25. Iunij 1599. coram Penia, & in
quampluribus alijs cauſis.

Dixi creditum cum hipotheca eſſe proban-
2 dum, quoniam ceſſante hypotheca † ſaluianū
interdictum non intrat, Corn.conſ.190.nu.2.
lib.1.Natta d.conſ.474. n.34.Ex quo infertur,
3 quòd ſuper† fundo dotali iſtud remediū exer-
ceri nequeat, cum non poſsit obligari, nec hy-
pothecari, l.fi.C.de reb.Eccleſ.nō alien.l.vni-
ca §. & cum lex.C.de rei vxor.act.gloſ.Inſtit.
quib.alien.lic.vel non in princip. & ibi Angel.
n.6.Neguſ.de pignor.in 2.membro 2.par.prin.
n.58.Surd.de alim.tit.8.priuil.36.n.2. etiam,
4 accedente † conſenſu vxoris: Quia fundus do-
talis nedum à viro obligari poteſt, ſed nec ab
ipſa muliere; imò neque ab vxore, & marito ſi-
mul, vt per Neguſ. & Surd. ſupra allegatos,
Pract. Papien.in forma libel. quo vxor agit ad
dotem gloſ.1.n.3.Et ad hunc effectum ſufficit,
5 vt conſtet nedum † expreſſe, ſed etiam tacite
de mente partium, quod voluerunt rem dare
pro fundo dotali, l.ſi æſtimatis, cum ibi nota-
tis. ff. ſolut. matrim. Aret. conſ.84. Sed quā-
do eſt dubium lib.2.Socin.Iun.conſ.41. nu.11.
lib.1.Couar.pract.quæſt. cap.28.nu.2.verſ.ſed
ex contrario, Et ita fuit reſolutum in vna Ro-
mana Saluiani interdicti 4. Decembris 1600.
coram Horatio Cardinale Lancellotto, Non
obſtante, quòd in eo caſu fundus dotalis fuiſ-
ſet æſtimatus, & receptus pro ſcutis 800.
6 quia cum dicta æſtimatio † non fuiſſet fa-
cta de tempore conſtitutionis dotis, aut paulo
poſt, ſed ex interuallo, fuit dictum, quòd illa
non faciebat emptionem, & venditionem ad
effectum, vt intraret Saluianum, cum non eſſet
veriſimile contrahentes à priori contractu vo-
luiſſe recedere, nec eſſet inducenda donatio
rei dotalis, aut alienatio, quæ ex dicta exti-
matione, quæ emptionem faciebat ſequi po-
tuiſſet, iuxta not.per Bald.& alios.in l.ſi ex cō-
uentione.C.de pact Aret.vbi ſupra, verſ. præ-
terea dicit Bald.Socin.Iun.d.conſ.41.num.14.
Barbat.conſ.19.col.fin lib.4.Couar.d.c.28 nu.
10.verſ. Vndecimo illud: Sed talis æſtimatio
cenſebatur facta, vel vt rei valor probari poſ-
ſet, vel vt cognoſceretur pro, qua quantitate
bona viro conſignabantur, vel ad alium effe-
ctum, vt tradunt Doct. in d.l.ſi ex conuentio-
ne, Aret.& alij ſupra allegati, Rolan.conſ.92.
nu.6. lib.2.

Secundo ex eadem concluſione infertur:
7 Quòd non poteſt agi Saluiano † ſuper merci-
bus venalibus, poſtquam diſtractæ ſunt, cum in
eis non cadat hypotheca, l.cum tabernam, vbi
Bald. & Salicet. n.7. ff.de pignor Bart. in l.ſi
conſtante n.73. ff. ſolut.matrim & ibi Alex.&
Grot.in 2. lectura n.139. & ſequen. Ripa in l.
1.n.8.de pignor.Neguſan.eod. tit.in 2.memb.
2.par.prin.in 6.ampliat.n.23.Gomeſ.in §.itē
Seruiana n.22. Inſtit.de action. Couar.var.re-
ſolut.lib. 2.cap.5.n.2.Put.deciſ.297.lib.2.
8 Quod intellige verum † iuxta terminos d.
l. cum tabernam, in mercibus particularibus
tabernæ, ſeu apothecæ, quæ quotidie vendun-
tur, vel permutantur, & ad illū vſum ſunt ſim-
pliciter deſtinatæ; Iſtæ namque, ne comercium
impediatur, cenſentur tantum obligatæ ſecun-
dum ſuam deſtinationem, & ſic cum qua-
litate, quatenus non reperiantur alienatę. Ideo
illis diſtractis ceſſat hypoteca, & conſequēter
Saluianum interdictum; Secus autē ſi aliena-
retur tota taberna, vel eius pars itaut penes
emptorem non deſineret eſſe corpus vniuerſa-
le, nam hoc caſu bene intraret dictum reme-
dium, quia manente eodem corpore durat ea-
dem hypotheca, vt ſentit Bald.in l.vbi adhuc
n.19.C.de iure dot. Bald.nouell. in d.l.ſi con-
ſtante n.72.Ripa in d.l. 1.n.9. ff.de pignor. Sic
etiam videmus, quòd quando ex pluribus ani-
malibus fit vnius grex, & ſic vnum corpus na-
tura aptum reddere fætus, & alios producere
9 fructus, per alienationem † huiuſmodi gregis,
& corporis non extinguitur prior hypoteca,
vt declarat Neguſ.de pignor.par.2. n.20.cum
ſequen.Et ideo eſt locus Saluiano, vt fuit ten-
tum in vna Romana pecudum 26. Iunij 1596.
coram Gipſio, quæ fuit confirmata die 24.
Maij 1600. coram Cardinale Millino, reiecta
alia deciſione facta coram eodem Gipſio ſub
die 24.Aprilis 1598.in qua pro maiori parte
Dominorum contrarium fuerat reſolutum.

Tertio deducitur Saluianum interdictum
non dari pro bonis extradotalibus, cum pro
10 illis nulla † competat tacita hypotheca, quæ
non inducitur, niſi in caſibus à iure expreſſis
gloſ.fin.in fin.in l.2.ff.de priuil.credit. Bald.in
l.2.ff.ex quib.cau.pign.vel hypotheca contra-
hitur, Ripa in l.dabimus n.9. ff. de priuil.cre-
dit.Roman.conſ.454. Surd.deciſ.471.n.10. In
iure autem non habetur, quòd competat vxo-
ri tacita hypotheca pro bonis extradotalibus,
prout ſunt illa, quæ obuenerunt poſt contra-
ctum matrimonium, Iacob. de Sancto Georg.
in l.dotis fructus n.1.verſ. puta.ff.de iur. dot.
Bertrand.conſ.19.n.11.par.3. Guid.Pap.deciſ.
468.n.5 Afflict.deciſ.44.n.1.Papien. in forma
libel. Quomodo vxor agat ad dotem, in ver.
tanquam n.3. Decian. reſponſ. vlt. vbi multos
11 congerit lib.4. nu.5. Niſi expreſſe, † vel tacite
mu-

Digitized by Google

mulier conſentiat, quòd vir bona adminiſtret,
quia tunc efficiuntur parafrenalia Iaſ. in l. ſi
maritus n.12.C.de procurat. Guid.Pap. d.de-
ciſ.468.n.8. Afflic.d.deciſ.44.nu.3. Caſſan.in
conſuetud. Burgund.rub.4. §.24. n. 6. & per
conſequens datur Saluianum, cum pro bonis
12 parafrenalibus † mulier habeat tacitam hy-
pothecam, l.vlt.C.de pact. conuen. quam ibi
Bald.ſub princ. dicit vnicam, & alibi non re-
periri l.vbi adhuc, in princ.C.de iure dot. Az-
zo. in ſum.C.in quib. cau. pign. vel hypothe.
Bald.conſ.478. ſub n.1.lib.5.Iaſ.in §. fuerat n.
41.Inſtit.de action.Dec.conſ.521.nu.6.Neguſ.
de pignor.in 4.membr.2.par. n.63.Couar.var.
reſolut.lib.1.cap.7.n.1. & fuit tentum in vna
Bononien. pecuniaria 11. Decembris 1600.
coram Coccino.

Quarto etiam deducitur, quòd ſuper bonis
13 emphyteoticis † expreſſe prohibitis alienari,
etiã large alienationis ſumpto vocabulo Sal-
uianum non poteſt exerceri, cum prohibita
cenſeatur omnis hypotheca, gloſ.in l.fin. verſ.
vel hypotheca. C.de reb.Eccleſ non alien. So-
cin.Sen.conſ.75.n.2.verſ. ſed his non obſtanti-
bus lib.1. cũ alijs, de quibus in Romana Do-
morũ 3.Iunij 1577.corã bo.me.Cardinale Lã-
cellotto quæ eſt diuerſ.425.nu.8.par. 1. in im-
preſſis, & in terminis Saluiani fuit reſolutũ co
rã Litta in Romana Saluiani interdicti 17.Maij
1602.Quamuis enim de iure communi non ſit
prohibita obligatio, ſeu hypotheca rei emphi-
teoticæ, quia non eſt proprie alienatio, vt per
Clar.in §.emphiteuſis q.18. & 21. Grat.conſ.
54.n.5. lib.1. Ruin.conſ.150. n.14. lib.3.Cap-
pel.Toloſ deciſ.462. & tenuit Rota coram Iu-
ſto in vna Romana cenſus 17.Martij 1600.Ni-
14 hilominus vbi adeſt expreſſa hominis † prohi-
bitio cum dicta clauſula, hypotheca etiã pro-
hibita cenſetur per prææallegatos & per Ripã
in l.obligatione generali n.4.ff.de pignor.

Idem eſt ſi prohibeatur alienatio rei em-
phiteoticæ ſub pæna caducitatis, quia neque
15 hoc caſu † emphiteuſis venit ſub generali
obligatione bonorum, Bart.in l.Codicillis §.
inſtitutio nu.5.de legat.2.cum alijs per Gabr.
de reg.iur. concluſ. 12. n.12. Et conſequenter
non eſt locus huic interdicto, vt tenuit Rota
coram Coccino in Romana Saluiani interdi-
cti 2. Decembris 1601. & coram Penia die 9.
16 Iunij 1603. Vbi pactum, † quod ſi emphiteuta
alienaret ſine Domini conſenſu, ſolum cum
melioramentis ad Dominum directum reuer-
teretur, fuit interpretatum quod ſaltem vir-
tualiter ipſam prohibitionem ſub pæna cadu-
citatis continebat, cum ſatis expreſſum dica-
17 tur † quod venit in neceſſarium antecedens
expreſſi ſui, & virtualiter ineſt orationi pro-
latæ l. Prætor ait §. interdictum vbi gloſ. in
verbo expreſſum, & Bart.in princ.hoc notat.ff.
de oper.nou.nunc. l.cum quid vbi gloſ.in ver-
bo pro tacito. ff. ſi cert. pet.cum alijs per Ti-
raquel. de legib.connub. gloſ.7.§.7.nu. 179.&
per Gail.pract.obſeruat. lib.1.obſeruat.2.n.2.
& 4.Similiter clauſula (ſine Domini conſen-
18 ſu) fuit † intellecta ad effectum tantum deuo-
lutionis, & caducitatis, quæ intereſſe Domini
directi cõcernit, & quæ re vera nõ incurritur
niſi eo volente, & declarãte, vt pluries fuit re-
ſolutum, non autem ad effectum, vt ſuper tali
re per concedentem expreſſe prohibita aliena-
ri poſſit valide imponi hypotheca, maxime in
præiudicium poſſidentis rem ipſam, qui dictæ
hypothecæ non conſenſerit, ad deciſ.Caputaq.
17.parte 1.in impreſſis, & fuit in ſimili tẽtum
in Romana Vineæ 2. Iulij 1598. coram Cardi-
nale Seraphino.

Amplia, vt neque ſuper melioramentis
19 in † re emphiteotica factis detur Saluianum
quando melioramenta ipſa ſunt expreſſe alie-
nari, & hypothecari prohibita, niſi emphiteuta
ſit pauper, & hypotheca fuerit conſtituta ex
20 cauſa ædificandi † in ſolo ad meliorandum
conceſſo, nam hoc in caſu potius dicendũ eſt
hypothecã permiſſam eſſe, cum ſit vtilis domi-
no, vt dixi ſupra in hoc lib.cap.75.n.30. & fuit
deciſum in vna Romana deuolutionis domorũ
21 Februarij 1575.coram Cantuccio.

Illud præterea ſumus admonendi, quod pri-
21 mum extremum † præſentis iudicij, hoc eſt
creditum cum hypotheca, plene, & concluden-
ter eſt probandum, Caputaquen.deciſ.328.nu.
6.& deciſ.368.par.2.in impreſſis, qui ita in Sa-
cro Rotæ Auditorio ſeruari atteſtatur, Sarnen.
in regul.de infirm.reſign.q.36.Creſcent.deciſ.
* 302.Achil.deciſ.vlt.de teſtib.Et hãc* crebrio-
rem, & veriorem ſententiam dicit Menoch. in
22 5.remed. adipiſcen. n.678.Niſi eſſemus † in re
antiqua, quia tunc ratione difficilis probatio-
nis ſufficit leuior probatio, Caſſad. de procu-
rat.deciſ.3.n.3. etiam per indicia, & coniectu-
ras, vt per Curt.Sen.conſ.76.nu.4. Pariſ. conſ.
104.n.42. lib.1.late Menoch. de arbitr. iudic.
caſ.115.n.2.& 3.

In probatione autem ſecundi extremi, vide-
23 licet poſſeſſionis rei conuenti † ſufficiunt pro-
bationes ſemiplenæ, & leniores, Rota in nouis
deciſ.117.ſeu 8.de reſtit.ſpoliat.Caputaq. de-
ciſ.400. lib.1. in manuſcript. vbi quod ſufficit
reum conſtituiſſe procuratorem ad locãdum,
& fructus exigendum, hæc enim poſſeſſorium
concernunt Socin.Sen.conſ.205.nu.5. lib.2. &
videtur fateri ſe poſſeſſorem arg.l generaliter
in fin.C.de non numer.pecun. & ſic talis qua-
lis exaduerſo aſſeritur l. ſi proponas §. 1. vbi
24 Bal.ff.de inoffic.teſtam.Quinimo paſsim † Ro-
ta tenet, quod ſubſtentatio litis vna cum ad-
miniculo aliquo ad huius extremi probationẽ
ſufficiat, vt per Cæſarem de Graſ.deciſ.1.n.2.
de reſtit.ſpoliat.Caputaquen. deciſ.369.nu.1.
parte 2.in impreſsis, & fuit dictum in vna Re-
gien.bonorum de anno 1576.coram Cardina-
le Blanchetto, & alias ſæpius.

Sed ab hoc loco non alienum videtur per-
quirere, An in iudicio Saluiani, quando debi-
tor eſt in mora, poſsint liquidari damna, & in-
tereſſe? Et pro reſolutione diſtingue duos ca-
ſus.

25 ſus. Primus eſt quando † pro damnis, & inte-
reſſe competit hypotheca, & tunc pro illorum
recuperatione intrat actio ex vtili Saluiano,
maxime cum hoc remedium aſſumat naturam
26 Iudicij † & cauſæ ſuper qua agitur gloſ. pen.
in l. 1. de interdict. ſiue extraordin. act. & ita
tenuit Rota in vna Romana damnorum, & in-
tereſſe 21. Febr. 1591. coram Card. Seraphino.

Alius caſus eſt, quando pro damnis, & in-
tereſſe nulla competit hypotheca; Et tunc li-
27 cet regulariter † in quocunque iudicio pro-
pter moram debentis ſoluere veniant damna,
& intereſſe, vt per Anchar. conſ. 150. n. 3. Ni-
28 hilominus in iudicio Saluiani † non poteſt fie-
ri huiuſmodi liquidatio, ex quo fructus com-
putantur in ſortem l. 1. de diſtract. pignor. c.
conqueſtus, de vſur. Neguſan. de pignor. 5.
membr. 5. part. princip. Niſi de iure probare-
tur, quod in hoc iudicio debitor teneretur ſol
uere, & in euentum non ſolutionis poſſit cre-
ditor obtinere, vt pignus diſtrahatur, & ſibi
adiudicetur, quoniam ſi hoc fieri poſſet, tunc
bene poſſent liquidari damna, & intereſſe, ſed
veritas eſt in contrarium; nam fundamentum
29 illud † quod in Saluiano debitor poſsit cogi
ad ſolutionem alioquin, quod pignus diſtraha-
tur, vt per Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap.
18. n. 4. & pract. Papien. in tit. de libel. in hy-
pothecaria in verſ. cum fructibus non eſt tu-
30 tum, cum per Saluianum † auocetur ſola poſ-
ſeſsio iuxta notata per Doct. in l. 1. de Saluia-
no interdicto Iaſ. in §. item Seruiana, nu. 85.
Inſtit. de action. Ideo non poteſt illius vigore
procedi ad ſubhaſtationem, & deliberationem
per quam auocatur dominium, vt fuit reſolu-
tum in cauſa Romana 80. millium coram Ru-
beo 15. Iunij 1576. & in vna Senogalien. Præ-
dij 5. Nouembris 1594. coram Cardinale Se-
raphino, reprobata opinione Couar. quæ ſo-
lum procedit in actione hypothecaria non in
31 Saluiano interdicto, quod multum differt †
ab hypothecaria, cum iudicium hypothecariæ
ſit petitorium; Saluianum vero poſſeſſorium in
primo datur appellatio in ſecũdo denegatur;
In primo admittitur exceptio, in ſecundo ex-
cluditur ſaltem quando requirit altiorem
indaginem; In primo præſupponitur pignus,
in ſecundo minime; Quæ omnia ſunt clariſsi-
ma in iure, vt per Neguſant. in 1. membr. 2.
part. nu. 1. cum plurib. ſequen. Corn. conſ.
190. nu. 3. & 7. lib. 1. Ang. Iaſ. & alij in d. §.
item Seruiana, Inſtit. de act. Ripa in rubr. de
pignor. nu. 19. Menoch. in remed. 10. adipi-
ſcen. nu. 7. vbi alios recenſet, & nu. 180.

Et quamuis vigore hypothecariæ auocetur
poſſeſſio, ſicut vigore Saluiani interdicti, non
propterea hypothecaria deſinit eſſe petitoriũ
prout videmus in rei vendicatione, qua me-
diante quis conſequitur poſſeſsionẽ, & tamen
iudicium eſt petitorium l. is qui deſtinauit, &
ibi Bart. ff. de rei vendicat. Ex quibus non
32 eſt mirum † ſi in hypothecaria creditor poteſt
obtinere, vt pignus diſtrahatur, in Saluiano au
tem ſecus, quia in Saluiano nõ diſcutitur prin
cipaliter de validitate crediti, ſed eius diſcuſ-
ſio reſeruatur in petitorio, poſtquam credi-
tor conſequutus eſt poſſeſsionem bonorum,
quo fit, vt creditor nõ poſsit petere qđ pignus
vendatur, quia debitor poteſt opponere de in-
ualiditate crediti, & ſic de neceſsitate deue-
niendum eſt ad petitorium, vt bene per Nat-
tam conſ. 532. colum. 1. & 2. Alioquin ſi in
Saluiano pignus diſtrahi poſſet, debitor ipſe
multum grauaretur, nam vltra quod in Sal-
uiano de inualiditate crediti opponere non
poſſet in diſtractione etiam pignoris ab iſta
exceptione nullitatis, ſeu inualiditatis exclu-
deretur quod non eſt dicendum. Et licet Sal-
uianum interdictum ſit in fauorem credito-
ris, cum ſit iudicium ſummarium, & poſſeſſo-
rium nõ admittens exceptionem diſcuſsionis,
neque appellationem, vt ſupra dictum eſt, non
propterea in odium ipſius redundat, quod pi-
gnus vendi non poſsit, ex quo eſt in eius facul
tate auocare poſſeſsionem bonorum a debi-
tore, & ſtatim agere in petitorio, & docere
de validitate ſui crediti, & obtenta victoria
in petitorio, poſtea agere ad diſtractionem pi-
gnoris, vt ſibi ſoluatur. Sed aduerte nam, vt
fuit dictum in allegata cauſa Senogalien. præ-
33 dij, neceſſarium † eſt hoc in caſu impetrare
commiſsionem, per quam ipſi debitori termi-
nus præfigatur ad ſatisfaciendũ de ſorte prin-
cipali cum damnis, & intereſſe, quo elapſo
proceditur ad ſubhaſtationem.

Bona inuecta, & illata per conductorem in re locata quando ſint Domino tacite hypothecata pro penſione ad effectum, vt ſit locus Saluiano interdicto. Cap. CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum qualiter locatori prouideat.*

2 *Illata, & inuecta in prædium Vrbanum per conductorem regulariter ſunt Domino tacite hypothecata pro penſione.*

3 *Idem eſt quoad inuecta, & illata in prædium ruſticum, licet Menoch. & alij contrarium teneant, & num. 4.*

5 *Amplia, vt illata, & inuecta in prædium vrbanum ſint tacite hypotecata ne dum Domino ipſius prædij ſciente, ſed etiam ignorante; ſecus quoad inuecta, & illata in prædium ruſticum quia ſcientia Domini eſt neceſſaria, & n. 6.*

7 *Amplia 2. vt etiam inuecta, & illata per minorem conductorem ſint tacite hypothecata ſecundum vnam opinionem, ſed contraria eſt communis, & verior, & nu. 8.*

9 *Amplia 3. vt inuecta, & illata per colonum partiarium ſint etiam tacite hypothecata, & pro illis detur Saluianum interdictum.*

10 *Amplia 4. vt etiam bona coloni, qui pro penſione non ſoluit pecuniam, ſed aliquam ſpeciem*

ſint

ſint tacite obligata .

11 *Amplia 5. vt etiam illata . & inuecta per ſub conductorem ſint tacite obligata licèt ſint inuecta in prædium ruſticum .*

12 *Amplia 6. vt inuecta, & illata ſint hypotecata ne dum pro penſione domus , ſed etiam pro eius deterioratione .*

13 *Amplia 7. vt ſemel inuecta, & illata remaneãt tacite hypothecata, etiã quod deinde amoueãtur & in aliam partem tranſportentur .*

14 *Amplia 8. vt etiam inuecta, & illata per amphiteutam ſint tacite hypothecata .*

15 *Amplia 9 . vt etiam illata , & inuecta in porticu, ſeu area rei locata ſint tacite hypothecata.*

16 *Amplia 10. etiam quoad illata , & inuecta in naui conducta .*

17 *Amplia 11. etiam quoad inuecta , & illata in molendinum, licet nonnulli contrarium teneãt.*

18 *Amplia 12. vt inuecta, & illata ſint tacite obligata, etiam quod Dominus ſibi ſpecialiter proſpexerit de obligatione certarum rerum.*

19 *Amplia 13. etiam quoad illata, & inuecta per conuuctorem , qui finita locatione illam continuat .*

20 *Limita 1. in inuectis, & illatis non eo animo vt ibi toto tempore locationis ſint permanſura.*

21 *Limita 2. in nominibus debitorum.*

22 *Limita 3. in rebus alienis illatis inuectisuè per conductorem, quod tamen declara diſtinguendo nonnullos caſus, & nu. 23. 24. 25. 26. & 27.*

28 *Limita 4. in mercibus venalibus inuectis , & illatis in re locata, ſed quomodo hoc ſit intelligendum per diſtinctionem nonnullorum caſuũ declaratur nu. 29. 30. 31. 32. & 33.*

34 *Limita 5. in pecunia inuecta, & illata in prædium vrbanum eo animo , vt dietim pro vſibus quotidianis expendatur, ſecus ſi ibi ſit recondita, vt ſit loco peculij; Illata vero in prædium ruſticum nunquàm est hypothecata & num. 35. & 36.*

37 *Limita 6. in inuectis , & illatis , quæ non veniunt in generali obligatione, & in quibus non poteſt fieri executio, niſi in re locata non adſint alia bona, in quibus Dominus poſsit ſatisfieri , & num. 38.*

SAluianum interdictum prouidet locatori,
vt pro pẽſione rei locatæ adipiſcatur à co-
lono, ſeu inquilino poſſeſſionem rerum nedum
1 expreſſe obligatarum, ſed etiam tacite † puta
earum, quæ in re locata illatæ inuectæve fue-
runt, vt tradit Menoch. in 3. remed. adipiſcen.
poſſeſſ. n. 3. & Nouell. regul. 127. in princip. Vi-
dendum eſt igitur quando bona inuecta, & il-
lata per conductorem vt ſupra, cenſeantur ta-
cite hypothecata pro penſione , quia ex hoc
etiam cognoſcetur , an & quando in iſto caſu
competat, vel non competat Saluianum inter-
dictum .

Et primo quatenus attinet ad inuecta, & il-
lata per conductorem in prædium vrbanum,
2 dicas ea † regulariter eſſe Domino tacite hy-
pothecata per tex. in l. eo iure, in princip. ff. in
quib. ca. pign. vel hypot. tacit. contrahi. & con-
ſequenter ſuper illis datur vtile Saluianum
interdictum, vt tradit idem Menoch. vbi ſu-
pra nu. 51. & ſequen. licet aliqui ibi per eum
relati nu. 46. contrarium tenuerint.

Quatenns vero attinet ad inuecta, & illata
3 in prædium ruſticum , dicas ſimiliter † quod ea
ſunt tacite hypothecata , & quod ſuper illis
competit ſaluianum, ſecundum magis receptã
* opinionẽ * de qua teſtatur Menoch. in d. 3.
remed. nu. 33. & 41. in fin. & eſt gloſ. in §.
item ſeruiana, in verbo coloni, Inſtit. de act.
quam ſequuntur Iaſ. ibi nu. 29. Gomeſ. n. 13.
& 30. Miſing. nu. 12. Neguſan. de pignor. in
4. membr. 2. par. nu. 147.

4 Contrarium † diſputando defendit ip-
ſe Menoch. in loco ſupra citato nu. 33. & ſe-
quen. vbi nu. 36. allegat concordantes, qnod
videlicet bona inuecta, & illata in fundum ru-
ſticum nõ ſint tacite hypothecata, & hanc con
* trariam opinionem ſequitur , & dicit * com-
munem Aldobran. in additio. ad ſummam Ro-
lan. pag. 116. a tergo par. 1. ſub verſ. noua ad-
ditio .

Regulã igitur ſic firmatam, quod illata , &
inuicta per colonum, ſeu, inquilinum ſint taci-
te hypothecata Domino pro eius penſione , &
quod pro illis competat ſaluianum interdictũ
amplia, & limita pluribus modis.

Et primo amplia, vt inuecta, & illata in præ-
5 dium vrbanum † ſint tacitè hypotecata ne-
dum Domino ipſius prædij ſciente , ſed etiam
ignorante gloſ. in d. l. eo iure §. ſtabula, in ver.
non multum ff. in quib. cau. pign. vel hypot.
tacit. contrahit Menoch. vbi ſupra n. 35. Franc.
Marc. deciſ 501. nu. 18.

Limita hanc ampliationem non procedere
6 in inuectis †, & illatis in prædium ruſticum,
quia iſto caſu ad inducendem hanc tacitam
hypotecatam eſt neceſſaria ſcientia Domini il
lius prædij gloſ. in d. §. item Seruiana, in verbo
coloni, & in d. l. eo iure in verb. obſeruatur, Sa-
lic. in l. certi iuris ſub nu. 2. verſ. ſecundo, quia
* C. locat. Menoch. qui de magis * communi te-
ſtatur d. remed. 3. adipiſcen. n. 35. Afflict. deciſ.
184. Franc. Marc. d. deciſ. 501. n. 118.

7 Secundo amplia, vt etiam inuicta † & illata
per minorem conductorem ſint tacite hypo-
tecata Bald. in l. item quia n. 3. verſ. ſecundum
hoc ff. de pact. & ibi Iaſ. n. 20. verſ. iſta ſecunda
opinio, & tenuerunt multi relati a Tiraquel.
* de legib. connbial. pag. 548. n. 189. & eſt * cõ-
munis teſte Aldobrand. in addit. ad Summam
Roland. par. 1. pag. 116. ac teſte eod, Menoch.
vbi ſupra n. 70. & ſequen, vbi etiam refert cõ-
cordantes, relati etiam a Simoncel. de decret.
lib. 2. tit. 5. n. 8. & ſequen. vbi de communi , &
ibi etiam adducuntur rationes huius opinio-
nis, quam etiam communem dicit, & late tue-
tur Surd. deciſ. 287. n. 24.

8 Contrarium † tenuerunt multi relati ab eo-
dem Tiraquel. d. pag. 548. n. 193. & hanc opi-
nionem

Digitized by Google

aionem dicit veriorem, & ſequitur ipſe Me-
noch. vbi ſupra num. 65. & ſequen. vbi alle-
gat concordantes, & Simoncel. de decreto
vbi ſupra num. 8. & ſequen. reprobatis con-
trarijs hanc quoque ſequitur vti communem,
& concordantes citat. Et hæc quidē ſententia
negatiua procedit, etiam quod minor condu-
xerit domum ſuo ſtatui cōuenientem Simon-
cel. ibidem nu. 17. Item locum habet etiam in
bonis inuectis in prædium ruſticum ibidem
num. 19. Econtra vero hæc eadem ſententia
limitatur, quando locator haberet poſſeſſio-
nem rerum inuectarum per minorem in do-
mum conductam, nam tunc datur ei retentio
Simoncel. vbi ſupra num 20. Rurſus limitatur
in bonis inuectis per ſcholarem minorem in
domum cōductam, cuius bona ſunt tacite ob-
ligata pro penſione exceptis libris & veſtimen
tis, Simoncel. ibidem num. 21. & ſeqnen. Item
limitatur in bonis mobilibus, quæ ſeruando
ſeruari non poſſunt, idem Simoncel. vbi ſupra
nu. 7. vbi hanc vltimam limitationem decla-
rat procedere in adulto ſecus in pupillo.

Aliæ fuerunt in hac re Doctorum opinio-
nes, & diſtinctiones, de quibus te remitto ad
Menoch. vbi ſupra nu. 79. & ſeqnen. & Simon-
cel. ibid. nu. 16.

9 Tertio amplia, vt etiam inuecta † & illata
per colonum partiarium ſint tacite hypothe-
cata, & pro illis competit Saluianum interdi-
* ctum ſecundum * communem de qua per Me-
noch. d. 3. remed. adipiſcen. n. 82. & ſequen.

10 Quarto amplia, etiam in colono † qui pro
penſione non ſoluit pecuniam, ſed aliquam
ſpeciem, puta decem ſaccos frumenti, quia
etiam eius bona erunt tacite obligata, & pro
illis competit Saluianum interdictum ſecun-
* dum communem opinionem * de qua teſta-
tur Addit. ad Roman. ſingul. 236. Aldobrand.
in loco ſupra citato, Menoch. ibid. num. 88. &
ſeq. vbi etiam reſpondet ad contraria.

11 Quinto amplia † vt etiam illata, & inuecta
per ſubconductorem in prædium vrbanum ſint
tacite obligata pro eius penſione, & pro eis
competit Saluianum interdictum, ſecundum
* cōmunē * de qua teſtatur Menoch. vbi ſupra
nu. 96. & ſeq. Aldobrand. in addit. ad ſummam
Rolan. par. 1. d. pag. 116. a tergo. Item additio
ad Roman. ſingul. 391.

Et hæc ampliatio procedit etiam in bo-
nis inuectis, & illatis per ſub conductorem
* prædij ruſtici ſecundum magis * communem
opinionem, de qua ibidem per Menoch. n. 99.
& ſeqnen. vbi reſpondet ad contraria.

12 Sexto amplia †, vt inuecta, & illata ſint hy-
pothecata nedum pro penſione domus, ſed
etiam pro eius deterioratione l. 2. ff. in quib.
cauſ. pign. tacit. contrahat Iaſ. in l. Item quia
ſub num. 1: in fin. ff. de pact. Menoch. vbi ſupra
n. 101. & ſeq. Aldobrand. vbi ſupra d. pag. 116.
a tergo verſ. noua additio.

13 Septimo amplia †, vt ſemel inuecta, & illa-
ta ſint tacite hypothecata, etiam quod deinde
per conductorem fuerint amota, & in aliam
partem trāſportata, Menoch. in loco ſupra ci-
tato n. 103. & ſequen. Aldobran. vbi ſupra dict.
pag. 116. à tergo.

14 Octano amplia, vt etiam † inuecta, & illata
per emphyteutam ſint tacite hypothecata, &
pro illis competit Saluianum interdictum, vt
per Bald. in authen. ſi quas ruinas ſub n. 5. pro-
pe fin. C. de ſacroſ. eccleſ. Iaſ. in §. item Seruia-
na n. 53. inſtit. de action. Neguſ. de pignor. in
4. membr. 2. part. n. 127. in fine, Surd. deciſ. 32.
Menoch. vbi ſupra n. 107.

15 Nono amplia †, vt etiam illata, & inuecta
in porticu, ſeu area rei locatæ adhuc ſint taci-
te hypotehecata, Neguſ. d. 4. membr. par. 2. ſub
n. 138. ver. quinto amplia, & nu. 139. Menoch.
vbi ſupra nu. 146. & ſeq. & Aldobrand. d. pag.
116. a tergo.

16 Decimo amplia †, vt etiam inuecta, & il-
lata in naui conducta ſint tacite hypothecata
pro penſione nauis, Neguſ. d. 4. membr. par. 2.
n. 140. Bald. in d. l. certi iuris ſub n. 7. C. de lo-
cat. Veronen. de ſeruit. Vrban. prædior. rub. 12.
verſ. quod de naui Menoch. vbi ſupra nu. 150.
& ſeq. Aldobran. d. pag. 116.

17 Vndecimo amplia †, vt etiam inuecta, & il-
lata in molendinum cenſeantur tacite hpo-
thecata pro illius penſione, Menoch. in loco ci-
tato nu. 152. & ſequen.

Contrarium tenet Aldobrand. in addit. ad-
ſum. Rolan. parte 1. pagin. 116. à tergo, verſ.
noua additio.

18 Duodecimo amplia †, vt inuicta, & illata
ſint tacite hypothecata, etiam quod Dominus
ſibi ſpecialiter proſpexerit de obligatione cer
tarum rerum, Bald. in d. l. certi iuris nu. 13. C.
locat. & poſt Fabr. tenet Aret. in §. itē Seruia-
na ſub n. 4. verſ. quod ſi locator, vbi Zaſ. nu. 68.
Inſtit. de actio. Surd. conſ. 209. n. 12. lib. 2.

19 Decimotertio amplia †, vt etiam tacite hy
pothecata cenſeantur inuecta, & illata per cō-
ductorem, qui finita locatione illam cōtinuat,
Menoch. vbi ſupra n. 157.

Limita primo ſupradictam regulam, vt
20 non cenſeantur tacite hypothecata † inuecta,
& illata in prædio non eo animo, & ibi perpe-
tuò, hoc eſt, toto tempore locationis eſſent
permanſura, l. in prædijs, in fin. ff. in quib. cauſ.
pig. vel hypotheca tacit. contrah. Iaſ. in §. item
Seruiana n. 40. & ibi Zaſ. nu. 18. Gomeſ. nu. 19.
Bellon. n. 29. inſtit. de action. Salicet. in d. l. cer-
ti iuris, in princ. verſ. oppono C. locat. Menoch.
d. remed. 3. adipiſc. n. 126. & 143. Affl. deciſ. 184.

21 Secundo limita †, vt nomina debitorum, pu-
ta inſtrumenta crediti, non ſint tacite obliga-
ta Iaſ. in d. §. Item Seruiana n. 41. qui de com-
* muni * atteſtatur Bellon. n. 30. verſ. item infer-
tur, Salic. in d. l. certi iuris n. 5. Menoch. vbi ſu-
pra n. 143. & ſequen. Aldobr. in addit. ad ſum-
mam Rolan. d. pag. 116. a tergo.

22 Tertio limita †, vt res alienæ inuectæ, &
illatæ per conductorem non ſint tacite hypo-
thecatæ, vt per Aldobrand. vbi ſupra pag. 116.

a tergo in verſ.noua additio par. 1.

Verum quia hęc limitatio plures recipit declarationes, ideo diſtinguas plures caſus.

23 Primus ſit caſus † in bonis alienis inuectis poſſeſſis à conductore bona fide, & iſta bona, dicas eſſe tacite obligata, & ſuper illis competere Saluianum interdictum, gloſ. in l. item, quia, in verb. illata. ff. de pact. Angel. in d. §. itē Seruiana n. 3. Iaſ. n. 53. in fine, Mſinger. n. 15. Menoch. d. 3. remed. adipiſcen. n. 108.

Secundus ſit caſus in bonis alienis inuectis
24 mala † fide à conductore poſſeſsis Domino illorum ignorante, & tunc dicas, quòd iſta non ſunt tacite hypothecata pro pēſione Menoch.
* vbi ſupra n. 109. vbi de veriori, & magis * cōmuni opinione atteſtatur.

25 Tertius caſus † ſit in bonis alienis inuectis mala fide à conductore poſſeſsis Domino illorum ſciente, & tunc ſimiliter dicas, quòd nec ſunt tacite hypothecata, ſecundum magis communē, de qua ibid. per Menoch. n. 110. licet aliqui ibi per eum relati tenuerint contrarium, qui ſimiliter teſtantur de magis communi.

26 Quartus † ſit caſus, quando Dominus illorum bonorum inuectorum, & illatorum eſt in dolo, & patitur, vt conductor ex eorum tranſportatione decipiat locatorem, & tunc tacite hypothecata intelliguntur, Menoch. ibidem n. 112.

27 Quintus † ſit caſus in bonis depoſitatis, ſeu cōmodatis ipſi conductori, & per cū inuectis, & illatis in re cōducta, & tūc dicas talia bona eſſe tacite hypotecata, vt per Nouel. reg. 127.

28 Quarto limita † regulam principalem in mercibus venalibus inuectis, & illatis in re locata, quæ pro penſione eius non ſunt tacite hypothecatæ, ſecundum Aldobrand. vbi ſupra pagin. 116. à tergo; Verum quia hæc etiam concluſio patitur plures declarationes, ideo pariter plures caſus ſunt diſtinguendi.

29 Et primus quidē caſus † eſt in mercibus venalibus illatis, & inuectis in prædiū ruſticum, & tunc dicas eas non eſſe aliquo pacto tacite hypothecatas pro penſione, Menoch. vbi ſupra n. 126.

30 Secundus eſt caſus † in prædio vrbano, puta domo conducta ab eo, qui licet negocietur, eam conduxerit non vt ibi negocietur, ſed ſolum vt inhabitet, & tunc dicas, quòd merces venales per iſtum conductorem inuectæ in hāc Domum nō ſunt tacite hypothecatę, Menoch. in loco citato n. 127. & fuit opinio Conani lib. 4. comment. iur. ciuil. cap. 14. n. 8.

31 Tertius eſt † caſus in prædio Vrbano conducto à mercatore ea intentione, vt ibi negocietur, & vendat, puta in aurifice conducente Domū cū hypotheca, In cōducente horreū ſeu magazenū, itē in cōducente tabernā. Horū inquā, & ſimiliū merces venales in prædiū conductum inuectæ & illatæ ſunt tacite hypothecatæ pro eius penſione Menoch. vbi ſupra nu. 128. & ſequen.

32 Quartus eſt † caſus in domo cōdncta à Patre familias, qui nedum in ea cum ſua familia inhabitat, ſed etiā ibi reponit ſuos redditus, puta vinum, & frumentum, quorum pars deſeruit victui ſuæ familiæ, partem vero vendidit, & dicas, quòd iſtæ merces licet venales ſunt tamen tacite hypothecatæ pro penſione, Menoch. vbi ſupra n. 132. & ſeq.

33 Quintus † eſt caſus, quando in Domo cōducta non adſunt alia bona, quā merces venales, & tūc dicas eas eſſe tacite hypothecatas Villalob. in lit. O. n. 6. vbi etiam alia in materia.

34 Quinto limita † eamdē regulam in pecunia inuecta, & illata in prædium vrbanum, quę ſi fuit inuecta ea intentione, vt dietim in quotidianos vſus expendatur, non eſt aliquo pacto hypothecata pro penſione Iaſ. in d. §. item Seruiana n. 47. Gomeſ. n. 20. Zaſ. n. 22. Inſt. de act.

33 Si vero pecunia eſt illata in prædium vrbanum, & recondita in arca non vt dietim expendatur, ſed vt loco peculij ſit, & tunc cenſetur hypothecata pro penſione, Gomeſ. in d. §. item Seruiana n. 24. Menoch. vbi ſupra n. 135. Dec. conſ. 472. n. 7. verſ. & ad idem, Corn. cōſ. 49. n. 11. lib. 3.

36 Pecunia † vero inuecta in prędium ruſticum indiſtincte, & ſemper non erit hypothecata, Menoch. ibid. d. nu. 135.

37 Sexto limita, † vt ea omnia, quæ non veniūt in generali obligatione, & in quibus non poteſt fieri executio, ſimiliter illata, & inuecta, non dicantur tacite hypothecata, Angel. in d. §. item Seruiana ſub n. 1. in fin. & ibi Iaſ. n. 63. Zaſ. n. 22. Menoch. d. remed. 3. adipiſcen. n. 139. vbi infert ad lectum, libros, & ad arma militis, Aldobrand. d. pagin. 116. à tergo. Nouel. d. reg. 127. vbi infert ad boues, & alia inſtrumenta ruſtica ad agriculturam neceſſaria.

38 Sublinita hanc limitationem non † procedere, quando in re locata non adſunt alia bona, in quibus dominus poſſit ſatisfieri, quia, tunc, & iſta hypothecata erunt, Gomeſ. in d. §. itē Seruiana n. 22. in fin. Petra Sanct. ſingul. 35. Menoch. vbi ſupra n. 140.

Creditor habens rem debitoris, quando poſſit illam pro ſuo credito retinere.
Cap. CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poßidens ſine vitio rem debitoris, non tenetur illam reſtituere, niſi ſibi offeratur ſuū creditum, ſiue illud creditum habeat hypothecam, ſiue non.*

2 *Amplia procedere in debitore cuiuslibet rei tam Chirographario, quàm ſine Chirographo.*

3 *Poßidens rem non tenetur illam reſtituere, quādo ex rationabili aliqua cauſa poteſt retinere, etiam ſi in re illa hypotheca, aut pignoris ius non habeat.*

4 Am-

4 *Amplia, vt nec in iudicio ſpolij ſit facienda reſti-
tutio ſine idonea cautione, quando ex reſtitu-
tione poſſet ſequi damnum irreparabile credito-
ri, & illi non ſit cautum in petitorio.*

APud omnes eſt receptum, quod creditor,
qui reperitur in poſſeſsione ſine vitio
non tenetur reſtituere rem, niſi ſibi offeratur
1 ſuum † creditum, & hoc ſiue illud creditum
habeat hypothecam, ſiue non l. vnica C. etiam
2 ob. Chirogr. pet. qui tex. procedit tam † in
debitore pecuniæ, quam alterius cuiuslibet
rei, tam in debitore Chirographario, quam
ſine Chirographo, vt late declarat, & pro-
ſequitur Neguſ. in tract. de pignor. & hypo-
thec. in prima parte tertij membri 5. partis
princip. num. 45. vſque ad num. 50. Et gene-
3 raliter traditum eſt, eum qui † poſsidet non
teneri reſtituere cum ex rationabili aliqua
cauſa poſsit retinere, etiam ſi in re illa hypo-
thecæ, aut pignoris ius minime habeat, vt
pluribus exemplis oſtendit Franc. Bal. in tra-
ctat. de pignor. & hypoth. cap. 13. vbi circa
finem ponit exemplum de eo, qui rem com-
modatam ex iuſta cauſa negat reſtituere,
quia propterea non videtur Dominis poſſeſ-
ſionem interuertere, per text. in l. ſi quis rem
de acquiren. poſſeſ. Quod ſane multo fortius
habet locum in caſu, in quo adſunt lites, &
controuerſiæ ratione aliorum creditorum, ex
quibus licet facile ſuſpicari debitorem habi-
ta bonorum ſuorum poſſeſsione haud facilem
futurum in ſolutione, vnde ſatis iuſta oritur
cauſa retinendi, & pignori incumbendi, do-
nec ſaltem præſtetur cautio, quamuis credita
ſint in diem, l. quæſitum, ff. de pignor. vbi
gloſ. & Salicet. in dict. l. vnic. quæſt. 14. fa-
ciunt tradita per Afflict. deciſ. 108. Et iſtud
procedit quamuis ageretur ſpolio, quia ſi ex
reſtitutione ſequi poſsit damnum irreparabi-
4 le creditori †, & illi non ſit cautum in petito-
rio, non eſt facienda reſtitutio, niſi ſaltem
idonee caueatur, Abb. in c. veniens, il ſecon-
do, colum. 2. de teſtib. tradunt Doct. in l. na-
turaliter, §. nihil commune vbi latè Salicet.
colum. 3. verſ. limitabam, Alexan. num. 149.
ff. de acquiren. poſſeſ. Pariſ. conſ. 22. num. 103.
lib. 1. Grat. conſ. 10. num. 31. lib. 1. Gozzad.
conſ. 9. n. 69. & conſ. 10. nu. 42. Boer. deciſ. 232.
colum. fin. Et ita deciſum fuit in vna Romana
cationis bancharię 9. Martij 1586. coram Car-
dinale Pamphilio.

Vtrum pater ſoli primogenito poſsit relin-
quere fæudum, in quo omnes filij æqua-
liter ſuccedunt. Cap. CXX.

SVMMARIVM.

1 *In fæudo de iure communi omnes filij æqualiter
ſuccedunt.*
2 *Tex. in cap. 1. de ſucceſ. fæud. prohibens de fæu-
do teſtari an ſolum intelligatur de diſpoſitione
qua ſit inter extraneos, an vero etiam de ea
quæ ſit inter liberos, & nu. 17.*
3 *Fæudum iuriſdictionale magis regi debet per
vnum quam per plures.*
4 *Propter vtilitatem publicam tollerari debet, vt
quis iure ſuo priuetur.*
5 *In fæudo iuriſdictionali de conſuetudine primo-
genitus tantum ſuccedit.*
6 *Pater poteſt fæudum vni ex filijs relinquere
itaut ceteri reuocare non poſsint, dummodo ce-
teris liberis relinquat legitimam ſecundum
vnam opinionem, ſed contrarium defenditur
infra nu. 7. & ſeq.*
7 *Pater feudatarius non poteſt alterare natu-
ram fæudi in præiudicium agnatorum, ad
quos fæudum eſt reuerſurum, niſi ipſi conſen-
tiant.*
8 *Non poteſt de fæudo teſtari Domino non con-
ſentiente, niſi fæudum ſit francum, & liberum
& nu. 9.*
10 *Item ſine Domini conſenſu non poteſt fæudum
vni filiorum prælegare, licet ſit fæudum no-
uum, niſi lex, vel pactum fæudi aliud ſuadeat,
& nu. 11. & 12.*
13 *Item vbi viuitur iure francorum non poteſt ſe-
cundo genito fæudum dare, niſi primogenitus
fuerit ingratus.*
14 *Similiter in fæudo, in quo omnes filij æqualiter
ſuccedunt non poteſt diſponere, vt vnus filio-
rum habeat duas partes in fæudo, alter vero
tertiam.*
15 *Poteſt fæudum nouum, & etiam antiquum
dummodo ſit hæreditarium vni ex filijs in to-
tum legare cum conſenſu Domini, ſecus ſi fæu-
dum ſit ex pacto & prouidentia, & nu. 16.*
18 *De fæudo in quo omnes filij æqualiter ſuccedunt
non poteſt diſponere in præiudicium alterius
filij.*
19 *Frater, qui cum alijs in fæudo ſuccedit non po-
teſt alteri partem ſuam legare.*
20 *Diſpoſitio teſtamentaria nulla valet in præiu-
dicium eorum, qui ex lege fæudi ſuccedũt, niſi
eis conſentientibus.*
21 *Alienatio fæudi per contractum ſolum inter
viuos permittitur inter agnatos, non inter ex-
traneos.*

VAlde controuerſa eſt illa quæſtio, An
pater poſsit diſponere, quod ſolus pri-
mogenitus ſuccedat in fæudo, in quo omnes
filij deberent ſuccedere, puta, quia eſſemus in
terminis iuris communis, vel viueretur iure
longobardo: Etenim Paul. de Caſtr. conſ. 179.
incip. in cauſa quam magnificus colum. 3.
verſ. ſed in contrarium, lib. 1. tenet, quod licet
1 omnes † filij debeãt ęqualiter ſuccedere de iu-
re cõmuni fæudorũ c. 1. in fi. qui fęud. dat. poſſ.
tamen pater poſsit in teſtamento diſponere ꝙ
2 ſolus primogenitus ſuccedat, quia † c. 1. de ſuc
ceſ. fæud. dũ prohibet ordinationem teſtatoris
in fæudo, intelligitur de extraneo, in quem
non poteſt fæudatarius diſponere, non autem

de perſona filij, maxime ſi hoc faciat ob bo-
num publicum,veluti quando fæudum eſt iu-
3 riſdictionale, quod † expedit magis regi per
vnum,quàm per plures l. 1. §. nouiſſimè.ff.de
orig. iur. Nam ratione communionis oriun-
tur diſcordiæ l. cum pater. §. dulciſſimus. ff.
de leg. 2. Vnde ſubiungit Caſtren. quod li-
cet æquum non ſit, quod alij filij eorum iure
priuentur l. 2. §. 1. de his, qui ſunt ſui, vel
4 alien. iur. tamen propter bonum † quod inde
ſequitur tollerari debet iuxta notata in l. 1.
in princ. ff. de iuſt. & iur. præcipue ob con-
ſuetudinem, quæ ſolet eſſe in dominijs terra-
5 rum, & fæudorum † iuriſdictionalium, quod
primogenitus ſuccedat arg. l. venditor. §. ſi
conſtat. ff. com. præd. Hanc eamdem ſenten-
6 tiam, quod † pater poſsit fæudum vni ex fi-
lijs relinquere itaut cæteri reuocare non poſ-
ſint, tenent Alexand. conſil. 12. numero 14.
lib. 5. Iaſ. poſt Caſtren. conſil. 236. col. fin.
verſ. pro eadem parte lib. 2. & conſ. 107.col.
2. verſ. ad idem bene facit, lib. 4. Speculat.
tit. de locat. §. nunc aliqua, verſic. 78. Ia-
cob. Ardiz in ſumma tit. quib. mod. fæud.
amit. pag. 12. §. ad prædictum, verſ. verum
licet non poſsit, Bald. in auth. ſi quas ruinas
col. 4. verſ. iuxta hoc quæro. C. de Sacroſ. Ec-
cleſ. & conſ. 451. incipien. Nobilis Marchio
in fi. lib. 1. dũmodo (inquit) cæteris liberis re-
linquat legitimam, Anchar. conſ. 114. pro Do-
mina Paula in 1. dubio Gozzad. conſ. 25. in
hac cauſa col. 1. verſ. ſeptimo: tametſi aliqui
ex prædictis loquantur in emphyteuſi.

7 In contrarium autem facit †, quod fæuda-
tarius non poteſt alterare naturam fęudi in
præiudicium agnatorum, ad quos fæudum
eſt reuerſurum, niſi ipſi conſentiant text. eſt
ex quo id notat Aluarot. in c. 1. col. 4. Ana-
gnat. Ad idem facit cap. primum. §. præterea
quib. mod. fæud. amit. Item quod ius teſtan-
8 di † in fæudis non competit; Nã formam, &
originem fæudi fæudatarius non poteſt mu-
tare c. 1. de ſucceſ. fæud. & cap. 1. §. donare
vbi Bald. num. 3. qualiter fæud. alien. poſſit.
Niſi fæudum ſit francum, & liberum, vt vo-
luit Bald. in authen. niſi rogati in fin. C. ad
trebellian. vel niſi Dominus conſentiat, idem
Bald. in d. §. donare nu. 2. ad fin. & in cap. Im-
perialem in princ. col. 6. de prohib. alien. per
fæder. Et propterea refert Martin. Lauden. in
c. 1. in princ. col. 1. qui fæud. dar. poſſ. quod cum
eſſet in via accedendi ad Papiam, & deceſsiſ-
ſet Marchio Mantuæ, fuit ab eo quæſitum, an
valuerit teſtamentum dicti Marchionis, in
quo hæredem vniuerſalem primogenitum
inſtituerat, & dicit ſe reſpondiſſe negatiue,
9 quia † in bonis fæudalibus non licet facere
teſtamentum, per tex. in d. c. 1. de ſucceſ. fæud.
quod dictum refert, & ſequitur Iaſ. in l. de
quibus, column. 22. C. de legib.

Præterea accedit quod voluit Bald. in l.
item videndum §. item videamus num. 2. ff. de
pet. hæredit. & Angel. in l apud Iulianum. §. ſi
quis alicui. ff. de legat. 1. qui dicunt, quod
10 pater † non poteſt legare fæudum vni ſuo-
rum filiorum, quia ius, quod habet eius mor-
te finitur, argum. l. vxor patrui. C. de legat.
Idem voluit Barbat. in rubr. de fæud. col. 4.
vbi refert de hoc fuiſſe arduam quæſtionem
in Vrbe inter Dominos de Sabellis, & quod in
iſta in quæſtione conſuluerunt præſtantiores
Doctores Italiæ, aliqui pro vna parte, aliqui
pro alia, & quod ipſe cõſuluit pro parte nega-
tiua, quod ſcilicet fæudum nullo modo pote-
rat prælegari vni filiorum; Hoc etiam voluit
idem Barbat. in fæudo antiquo dicens iſtam
* eſſe communẽ* opinionem in cõſ. 55. quod ha-
betur inter conſ. Alex. col. pen. n. 17. verſ. & per
cõſequens cõmunis eſſe videtur cõcluſio lib. 4.

Quinimo Andr. de Iſern. in cap. 1. de natur.
11 ſucceſ. fæud. col. 6. voluit quod pater † neque
etiam fæudum nouum poſsit vni ex filijs re-
linquere ſine conſenſu Domini, per rationem
ſupradictam, quia ſine Domini conſenſu nulla
valet ordinatio in fæudo; Et dicit idem
Andr. in c. omnes filij, ſi de fæud. fuer. con-
trouer. quod Vaſſallus non poteſt aſsignare
12 fæudum vni ex hæredibus ſuis, niſi lex † & pa-
ctum fæudi aliud ſuadeat, & ſubdit quod vbi
viuitur iure francorum non poteſt pater ſe-
13 cundo genito fæudum dare, niſi † primogeni-
tus fuerit ingratus. Et ſimiliter in fæudo in
quo omnes filij ęqualiter ſuccedunt, non po-
teſt pater diſponere, vt vnus filiorum habeat
14 duas partes in fæudo † alter vero tertiam, &
ſi ipſe hoc diſponeret adhuc filij vocarentur
æqualiter ad fęudum, vt per eumdem Iſern.
& clarius per Aluar. in d. c. 1. in princip. de ſuc-
ceſ. fęud. Vbi refert ſic conſuluiſſe Cardin. Flo-
ren. & credo quod ſit conſ. incip. Redemptoris
noſtri inuocato ſuffragio, Ad primum.

Et licet Bald. in c. 1. §. decedenti qui fæud.
dar. poſ. referens Iacob. de Ardiz. dicat quod
15 poteſt pater † vni filiorum totum fæudum
hæreditarium aſsignare, de quo dicto meminit
Alex. conſ. 12. perſpectis his lib. 5. tamen hoc
debet intelligi cum conſenſu Domini, alias ſe-
cus, vt expreſſe determinat Andr. in d. c. 1.
col. 6. de nat. ſucceſſ. fæud. & Aluarot. in d. c.
omnes filij, & Alex. conſ. 28. in cauſa & lite
verren. circa fin. lib. 5. Vbi ita conſuluit in
cauſa Antoninæ Tomacellæ filię q. Greci To-
macelli, in qua idem conſuluerunt quãplures
famoſiſsimi Doctores, & audiui pro iſta parte
ita alias fuiſſe votatũ in Sacro Cõſilio Neap.
Sed ſecus eſſet in fęudo ex pacto, & prouidẽtia
ſecundum eum ibi, & voluit Bald. & Angel. in
d. l. itẽ videndum §. fin. & in d. cap. Imperia-
lem col. 5. in princip. de prohib. alien. per Fe-
16 dericum. Ex quo reſultat † vera concluſio, quod
pater fæudum nouum, & etiam antiquum dũ-
modo ſit hęreditarium poſsit vni ex filijs in
totum legare cum conſenſu Domini, ſecus ſi
fęudum ſit ex pacto & prouidentia, vel ſi Do-

mini

ſi Domini conſenſus non interueniat, & ita alias fuit deciſum Neapoli in cauſa Baronis Bonatorum cum Oriſtella nepte contra Dominum Matthęum de Afflictis tunc Aduocatum.

17 Nec eſt verum † quod diſpoſitio d. c. 1. de ſucceſ.fæud.debeat intelligi,& reſtringi ad diſpoſitionē, quæ fit inter extraneos non autem ad eam,quæ fit inter liberos proximè ſucceſſuros, prout dicit Paul.de Caſtr.in conſ. allegato, quoniam contrarium determinant expreſſe Doctores ſupra citati; & maxime Andr. de Iſern. in d. cap. 1. de nat. ſucceſ. fæud.Aluar. in d. cap. omnes filij ſi de fæud. fuer. controu. Alex. d. conſ. 28.lib.5. Idem videtur tenere And.in Cōſtit.hac ędictali la ſecōda vbi repræhendit gloſ ibi volentē valere teſtamentū in fæudo,dū generaliter dicit,nulla ordinatione teſtatoris in fæudo manente inter eos, qui eſſent alias ſucceſſuri per tex.in d.c.1. de ſucceſ.fæud. & ſic vult,quod talis diſpoſitio in teſtamento non valeat, etiam inter eos,qui ſunt ſucceſſuri;Hāc eandē concluſionē firmat idem Andr.in Cōſtit. Regn.conſtitutionem in princ.
18 dū firmat quæſtionē,quod in fæudo,in†quo viuitur iure longobardo,& ſic in quo omnes filij æqualiter ſuccedunt,nō poteſt pater diſponere ſine conſenſu Regis in præiudicium alterius filij.Idem etiam voluit Bald.in cōſ.397.præmittendum eſt ad euidentiam lib.4.vbi dicit,quod legatum fæudi non valet etiam in proxime ſucceſſorum ſine conſenſu Domini. Idem etiam voluit Bald.conſ.259.alias 161.incip. cū eſſent plures fratres lib. 3. vbi conſuluit,quod ſi plu-
19 res fratres † ſucceſſerunt in fæudo non poteſt vnus eorum alteri partem ſuam legare, quia nulla ordinatio teſtamenti in fæudo valet in præiudicium eorū, qui ex lege fæudi ſuccedūt
20 niſi eis† conſentientibus d.c.1.de ſucceſ.fæud. in princip.c.1.qualiter olim pot.fæud.alien. & cap.1.de grad.ſucc.in fæud.& reſpondet ad id
21 quod dicitur,alienationem fæudi† inter agnatos permiſſam eſſe,licet nō inter extraneos per tex.in c.1.de alien.fæud.pater,& in c.1.§.ſed ſi res,p quos fiat inueſtit.Quod procedit in alienatione inter viuos, non in diſpoſitione teſtamentaria,& hoc clarius conſuluit Ludouic.Roman.conſ. 476. Chriſti nomine repetito &c.Et ſic concludendū eſt,quod nō interuēiente conſenſu talis diſpoſitio non valeat,& conſequenter ſicut ipſe diſponēs poſſet eam reuocare,pariformiter,& eius hęredes Andr.de Iſern.in d. §.donare col.7.Vide late diſputantem, Card. Alex. in cap. 1. col.6.verſ.quæro poſt Bald.de prohib.fæud. alien. per Federic. & Loffredum conſ. 11.num. 39.

Executio quando, & quibus exceptionibus impediatur non in eleganter explicatum; Cap. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ impeditur per tertium contradictorem ratione ſolius poſſeſſionis rei per ſententiam alteri adiudicata.*

2 *Item impeditur,ſi tertius de cuius intereſſe agitur non fuerit citatus, licet tres ſententiæ ſint latæ.*

3 *Tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe non impedit executionem, ſeu expeditionem ipſius cauſæ, ſi non poſſideat.*

4 *Succeſſor non impedit executionem ſententiæ contra eius auctorem latæ, quando hæreditario iure ſuccedit, ſecus ſi alio iure ſuccedat, & numero 5.*

6 *Probationes contra auctorem factæ non nocent ſucceſſori in maioratu,niſi in proſequutione litis fuerit citatus ſaltem per proclama, vel aliquos actus fecerit, per quos ſibi præiudicauerit.*

7 *Tertius, qui ſciuit cauſam agitari, ſi poſt ſententiam compareat pro ſuo intereſſe ad retardandam illius executionem,non auditur, etiam data cautione de reſtituendo.*

8 *Fideiuſſor iudicij dicitur, qui pro principali debitore coram Iudice, & in loco iudicij, & apud acta, aliquid promiſit.*

9 *Sententia lata contrà principalem ipſi etiam non citato præiudicat.*

10 *Executio ſententiæ, ſeu exequendi ius ſpacio 30. annorum præſcribitur.*

11 *Retardatur donec acta fuerint integre tranſportata.*

12 *Item ſuſpenditur pendente cauſa reſtitutionis in integrum, etiam ſi cōmiſſa cauſa reſtitutionis, aduerſarius obtineat commiſſionem cum clauſula, quod Iudex ad legitimam executionem procedat, & num.13.*

14 *Executio ſententiæ quando eſt cæpta, per reſtitutionem in integrum non retardatur, quamuis reſtitutio competat de iure communi, vt in minore, & Eccleſia.*

15 *Item,quamuis non ſit cæpta non retardatur per reſtitutionem in integrum obtentam à minore, vel Eccleſia,vbi viget vehemens præſcriptio calumniæ.*

16 *Vt dicatur cæpta ſufficit literas executoriales fuiſſe decretas, & relaxatas.*

17 *Clauſula(ſi quid exequendum in primis,& ante omnia exequatur) poſita in commiſſione executionem ſuſpendit.*

18 *Intelligitur prout de iure.*

19 *Suſpendit ſolum, donec de iuſtitia ſententiæ cognoſcatur.*

20 *Debet iuſtificari ex eiſdem actis ab eo,qui illius vigore executionē petit,ſecus,quandò reus vult executionem impedire, quia tunc ſufficit, quòd detegatur iniuſtitia ſententiæ etiam ex nouiter deducendis.*

21 *Probationes etiam poſt ſententiam admittuntur, quando tendunt ad corroborationem probationum antiquarum.*

22 *Exceptio dotis,quæ obijcitur ab vxore bona mariti poſſidēte cōtrà creditores eiuſdē mariti,impedit executionem ſententiæ ad eorū fauorē latæ, etiā ſi vxor ſit hæres mariti,dūmodo hæreditatē*

adiuerit cum beneficio inuentarÿ, & n. 25.

23 *Habens hypotecam anteriorem cæteris creditoribus præferri debet.*

24 *Exceptio, quæ non impugnat ſententiam ad impediendam eius executionem, etiam poſt ſententiam opponi poteſt.*

26 *Creditoris iura confunduntur, vbi ipſe debitori ſuo ſuccedit, niſi adiuerit hæreditatem cum beneficia legis, & inuentarÿ.*

27 *Inuentarÿ beneficium operatur, vt actiones, quæ competunt hæredi in effectu non confundantur.*

28 *Item operatur ſolum, vt quis damnum non patiatur, non autem, vt lucrum faciat.*

29 *Vxor poſſidens bona mariti habet electionem, in quibus bonis vellit dotem retinere.*

30 *Hæres, qui fecit inuentarium poteſt citatis citandis officium iudicis implorare, vt ſibi res aliquas pro ſuo credito aſſignet.*

31 *Vxor pro dote non agit contrà tertios poſſeſſores bonorum mariti, niſi in ſubſidium, & facta prius diſcuſſione aduerſus eius hæredes, et n. 32*

33 *Exceptio etiam obligationis cameralis retardatur, quando ex ventre inſtrumenti, cuius vigore agitur oritur defenſio, et nullitatis exceptio.*

34 *Inſtrumentum, in quo locus deficit dicitur nullum.*

35 *Secundùm conſuetudinem* Neapolitanam *quando debeat eſſe ſubſcriptum à* Iudice, *& teſtibus.*

36 *Executio obligationis* Cameralis *retardatur per exceptionem nullitatis naſcentis ex ventre inſtrumenti, etiam ſi altiorem indaginẽ requirat.*

37 *Item retardatur, quando inſtrumentum in forma Cameræ fuit vulneratum per ſententiam, etiam quod aliter de nullitate opponi nõ poſſet,*

38 *Item executio ſententiæ retardatur, quando nullitas ex eiſdem actis deducitur, dummodo ſit ex defectu citationis, iuriſdictionis, vel mandati, & nu. 39.*

40 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis impedit executionem ſententiæ, etiam ſi requirat altiorem indaginem.*

41 *Opponi poteſt, quamuis à ſtatuto probibeatur dari de nullitate.*

42 *Exceptio nullitatis impedit executionem ſententiæ, quando incidenter proponitur, ſecus ſi principaliter, quia tunc ſit executio firmo manente iudicio nullitatis, niſi* Iudex *nullitatis præuenerit inhibendo antequàm actor executionẽ petat, & nu. 43. 44. & 45.*

46 *Exceptio melioramentorum executionem ſententiæ retardat, etiam ſi verſemur in iudicio poſſeſſorio, & executiuo.*

47 *Actio pro melioramentis non datur, ſed ſolum retentio.*

48 *Exceptio retentionis ob melioramenta opponi poteſt etiam poſt ſententiam in illius executione, & ſi non admittatur poteſt appellari, aut actio ſpolÿ intentari, ſeu via nullitatis, quamuis ageretur* Saluiano *interdicto & nu. 49.*

50 *Argumentum de toto ad partem valet, etiam reſpectu temporis.*

51 *Exceptio retentionis ob melioramenta non retardat executionem, niſi de illorum exiſtentia in genere ſaltem conſtet.*

52 *Exceptio compenſationis, vbi debitum eſt liquidum, ad retardandam executionem opponi poteſt, etiam poſt ſententiam.*

53 *Non admittitur contra obligationem Cameralẽ, Item nec contra alias obligationes iuratas, niſi creditum, quod quis compenſare intendit, ſuperuenerit poſt promiſſionem iuratam de ſoluendo & nu. 54.*

55 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

56 *Attentata ſunt purganda antequàm ad executionem ſententiæ procedatur, etiam reſpectu fructuum qui non ſunt liquidi.*

57 *Exceptio attentatorum ſuſpendit omnia iudicia quantumuis priuilegiata, etiam ſpolÿ.*

58 *Fallit ſi notorie conſtet de non iure petentis reuocari attentata reſpectu negocÿ principalis.*

59 *De non iure alicuius notoriè quando dicatur conſtare.*

60 *Tertius non exiſtens in lite ad impediendam executionem non poteſt dare de attentatis in dicta lite commiſſis per alterum ex collitigantibus, nec ipſe dicitur attentare ſi faciat aliquid in præiudicium alterius ipſorum, dummodo non habeat cauſam ab altero ex collitigantibus, alias ſecus, & n. 62.*

61 *Priuilegium reuocationis attentatorum non egreditur perſonas, inter quas illa fuerunt commiſſa.*

63 *Exceptio attentatorum non retardat executionem ſententiæ, vbi ex actis conſtat de deſertione appellationis.*

64 *Attẽtata cõmiſſa durãtibus decẽ diebus datis ad appellandum per viam nullitatis reuocantur ex ſtylo Rotæ etiam lite deſerta, non obſtante re iudicata.*

65 *Executio ſententiæ* Iudicis *à quo, qui lapſo tempore ad docendum de proſequutione appellationis præfixo executus fuit, non dicitur attentata.*

66 *Impedimentum ad proſequendam appellacionem appellanti ſolum ſuffragatur ad effectum ne cauſa dicatur deſerta, ſed non, vt executio facta poſt lapſum termini ad docendum de proſequutione dicatur attentata.*

67 *Exceptio adminiſtrationis tutelæ non impedit executionem, quæ fit a muliere pro reſtitutione dotis contra bona mariti, niſi conſtet ad eius manus perueniſſe magnam ſummam pecuniarum, ex qua ſibi præſumatur ſatisfeciſſe, & nu. 68.*

69 *Item non admittitur contrà obligationem Cameralem.*

70 *Exceptio ſupplementi legitimæ non retardat executionem, neque immiſſionem, quæ fit vigore* Saluiani *interdicti.*

71 *In iudicio* Saluiani *interdicti exceptiones altiorem indaginem requirentes non admittuntur.*

72 *Filio pro legitima datur retentio, non autem pro ſupplemento illius.*

73 *Pro ſupplemento legitimæ non datur hypothecaria, aut actio ex teſtamento, ſed condictio ex lege, & fit actio perſonalis.*

74 *Ex-*

74 Exceptio diſcuſſionis in iudicio executiuo non admittitur.

75 Exceptio dominij executionem non retardat, niſi dominium eſſet iam probatum, vel incontinenti probetur.

76 Non admittitur in iudicio recuperandæ, quamuis incontinenti probari poſſit.

77 Fallit in tertio ſe dominum aſſerente, qui in iudicio recuperandæ impedit reſtitutionem, non obſtante ſuſpenſione petitorij.

78 Exceptio dominij incontinenti probata opponi poteſt etiam contra agentem remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.

79 Agnatus poſſidens bona feudalia, & docens de iure ſuo incontinenti, & ſe comprahenſum eſſe in inueſtitura feudi, dicitur legitimus contradictor, & impedit ne alius immittatur.

80 Factum vbi eſt probatum, diſputatio iuris non facit, quòd exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, niſi in diſcuſſione iuris vertatur ſubtilitas, vel magna difficultas, & n. 81.

82 Dubium iuris intricati, & controuerſi æquiparatur dubio facti.

83 Exceptio periurij repellit agentem à limine iudicij quando agitur ex eodem contractu cuius vigore intenditur periurium.

84 Non retardat executionem obligationis præſertim cameralis, niſi ſit liquida, & n. 86.

85 Qualibet cauſa etiam leuis excuſat à periurio, ſicut etiam excuſat à dolo.

87 Compenſatio de liquido ad illiquidum non admittitur.

88 Liquidum perfectè non dicitur, quod per ſententiam non fuerit liquidatum.

89 Exceptio compromiſſi non retardat executionem obligationis cameralis, ſi compromiſſum ſit voluntarium, ſecus ſi ſit neceſſarium, videlicet factum vigore ſtatuti, & n. 91.

90 Arbitri electi ſecundum ius commune non ſuſpendunt iuriſdictionem, ſed altera partium poteſt redire ad iudicem ordinarium, tametſi aduerſus eum pœna adiecta in compromiſſo committatur.

91 Compromiſſum neceſſarium, vt pote factum vigore ſtatuti iuriſdictionem Iudicis non ſuſpendit.

92 Exceptio non adimplementi impedit executionem etiam aduerſus obligationem cameralem.

93 Intrat quamuis in minori parte verificetur.

94 Item habet locum, quamuis ſtatutum prohibeat omnem exceptionem.

95 Intrat etiam contra ceſſionarium.

96 Exceptio, quæ cedenti obſtat, repellit etiam ceſſionarium.

97 Impedit executionem ſi à parte opponatur, aliàs iudicium valet, præſertim in contractibus nominatis, niſi ex officio Iudicis fuerit ſuppleta, & num. 98.

99 Opponi poteſt etiam poſt ſententiam, & in illius executione.

100 Executio ſententiæ retardatur per appellationem, quotieſcumque ea venit admittenda ſecus ſi appellatio non ſit permiſſa.

101 Appellatio de iure ciuili in iudicio momentaneæ poſſeſſionis non datur.

102 Delatio appellationis facta per Iudicem in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, aut alia executiua, non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum deuolutiuum.

103 Reuerentiales in forma dati, intelliguntur ſub conditione, quatenus ſcilicet ſententia appellationem admittat, & quoad illam tantum partem, quæ admittitur.

104 Executio ſententiæ generaliter retardatur, vbicumque conſtat de nouo iure agentis, quamuis agatur in mero poſſeſſorio.

105 Laicus ſpiritualia poſſidere non poteſt.

106 Agenti ſpolio in cauſa beneficiali obſtat exceptio ſpecialis reſeruationis beneficij, etiam quòd ſpoliatus ipſe iuſtificaſſet prouiſionem ſuam titulo colorato.

107 Reſeruatio Apoſtolica inficit titulum, & poſſeſſionem.

108 Exceptio intruſionis in beneficialibus repellit agentem interdicto recuperandæ.

109 Agenti interdicto recuperandæ in beneficialibus non obſtat exceptio notorij criminis, ſed tantum defectus proprietatis.

110 Spoliatus vxore agens interdicto recuperandæ repellitur exceptione proprietatis propter peccatum.

111 Item repellitur exceptione affinitatis, & conſanguinitatis in tali gradu exiſtentis, ſuper qua Papa diſpenſare non poterat.

112 Debet probare titulum matrimonij, ſi negetur.

113 Nō repellitur propter exceptionem frigiditatis, & impotentiæ, ſed bene per exceptionem publicæ honeſtatis, dummodo excipiens ſe offerat paratum illam incontinenti probare.

114 Impedimentum publicæ honeſtatis dirimit matrimonium etiam contractum.

115 Spoliatus vxore agens ad illius recuperationem repellitur exceptione minoris ætatis tempore contractus matrimonij, ſeu quo prætenditur factum in Eccleſia.

116 Amplia, vt ætas debeat eſſe perfecta, nec ſufficiat probare, quòd mulier, ſeu virgo à decimo quarto anno diſtaret tantum per duos menſes.

117 Maritus agens interdicto recuperandæ quid debeat probare remiſſiue traditur.

118 Exceptiones, quæ opponi poſſunt à principali ad retardandam executionem, poſſunt etiam opponi à fideiuſſore, etiam ipſo principali inuito, & n. 119.

120 Fideiuſſor, qui ſcienter & doloſe omiſit opponere exceptiones tam ſibi, quàm principali competentes, nō poteſt ſolutum à principali repetere, ſecus ſi ignoranter.

121 Scientia exceptionum principali competentium in fideiuſſore non præſumitur, ſed illam principalis probare debet.

REgulariter executio ſententiæ per tertiū contradictorem impeditur ratione ſolius
1 poſſeſſionis rei † per ſententiam alteri adiudicatæ gloſ. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, in verbo, controuerſia fiat, & ibi Iaſ. n. 9. qui atteſtatur

* teſtatur de* communi.ff.de re iudic. Quinimo
2 executio † etiam trium conformium impedi-
tur ſi tertius, de cuius intereſſe agitur nō fue-
rit citatus, vt ſcribunt Card. in Clem. vt calū-
nijs & Vitalin. ibid. nu. 89. & ſeq. eod. tit. per
tex. in c. veniens de teſtib. il 2. Alex. conſ. 83. n.
12. lib. 3. Rota deciſ. 13. de re iudic. in anti-
quis, Et fuit tentum in vna Burgen. de Elines
26. Nouembris 1588. coram Orano.
3 Dixi (ratione ſolius poſſeſſionis) quia † ter-
tius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe non
impedit eius expeditionem, & multo minus
executionem ſententiæ, quando ipſe non poſ-
ſidet, cum ſua non interſit rem ſuper qua lis
pendet eſſe magis penes actorem, quām reum,
Bart. in l. penult. in 1. not. ff. de petit. hæredit.
Innoc. in c. cum ſuper col. 3. ſub n. 4. vbi Felin.
n. 17. de re iudic. Biſignet. deciſ. 4. de iudic. &
dixit Rota in vna Bononien. ſucceſsionis 10.
Nouembris 1597. coram Corduba.
4 Similiter ſucceſſor † licet executionem ſen-
tentiæ latæ contra eius auctorem regulariter
nō impediat l. heres abſens, & l. ſi ijs. ff. de iu-
dic. impedit tamen ſi ſuccedat alio iure, quām
hæreditario, puta maioratus, niſi in diſcuſsio-
5 ne † cauſæ fuerit citatus ſaltem per procla-
ma, cum hoc caſu ſententia, & res iudicata ip-
ſum afficiāt, Bart. in l. 1. ff. de pign. Achil. deciſ.
3. de re iudic. Alex. in l. ſæpe nu. 125. eod. tit. &
tenuit Rota in illa Hiſpalen. decimarū de Vil-
lalua 18. Iunij 1582. coram Cantuccio, & in
Calagurltana panis 10. Nouembris 1597. corā
Cardinale Seraphino, in qua hac materia fuit
6 vētilata, & fuit dictū † probationes cōtra au-
ctorem factas non nocere ſucceſſori in maio-
ricatu, niſi in proſequutione litis fuerit cita-
tus, vel aliquos actus fecerit, per quos ſibi
præiudicauerit.
7 Idem eſt ſi tertius † ſciuit cauſam agitari, &
poſt ſententiam comparuit pro ſuo intereſſe,
quia tunc ad retardandam executionē non au
ditur, etiam data cautione de reſtituendo, l.
is a quo vbi Bart. & Doct. de re iudic. Boer.
deciſ. 79. n. 3. Fel. in d. c. veniens n. 10. verſ. 2. fal-
lit de teſtib. Item quāuis ipſe quoq; poſsideat,
Alex. in d. l. a diuo Pio §. ſi ſuper rebus n. 24. ff.
de re iudic. Natta conſ. 417. n. 2. lib. 2. Honded.
conſ. 25. n. 19. lib. 1. Rota Peruſina deciſ. 26. ſub
n. 6. Veſtr. in praxi lib. 5. cap. vlt. n. 25. Couar.
pract. quæſt. cap. 13. n. 2. Sic quoque dicendum
8 eſt de fideiuſſore iudicij, hoc eſt, qui † pro prin-
cipali debitore corā Iudice, & in loco iudicij,
& apud acta aliquid promiſit Bar. in l. 1. ff. iud.
ſol. Ruin. conſ. 98. n. 4. lib. 5. Surd. conſ. 326. nu.
25. lib. 3. & conſ. 271. n. 39. & 46. lib. 2. Senten-
9 tia † enim lata contra principalem ipſi quoq;
etiam non citato præiudicat, cum fingatur
vna cum principali condemnatus Bart. & alij
in loco ſupra citato, Alex. in l. ſæpe ſub nu. 17.
ff. de re iudic. Guid. Pap. deciſ. 26. Surd. d. conſ.
271. n. 3. & ſequen. & conſ. 22. & fuit tentum
per Rotam in cauſa Romana fideiuſſionis
20. Nouembris 1602. coram Coccino.

Præterea executio ſententiæ impeditur ſi
lapſi ſint triginta anni à die, quo illa fuit rela-
10 xata, ratio eſt, quia tunc † ius exequendi præ-
ſcriptum cenſetur Bald. in l. debitori num. 11.
C. de pact. per l. ſicut. C. de præſcript. triginta,
vel quadraginta annorum. Eo enim tempo-
re lapſo omnis actio, & officium Iudicis con-
quieſcit. Idem tenet Lanfranc. de Oriano in
repetitione l. admonendi n. 26. ff. de iur. iuran.
Addit. ad Speculat. in tit. de executione ſent.
§. poſtremo in verb. contrarium, vbi inter ca-
ſus, in quibus executio ſententiæ non eſt con-
cedenda, iſte etiam enumeratur. Idem tenet
Abb. in c. fin. n. 32. verſ. in contrarium facit, de
præſcript. Balb. de præſcript. in 4. part. 4. part.
princ. q. 31. n. 1.
11 Pari ratione executio † impeditur, vbi acta
non fuerunt integre tranſportata, vt fuit deci-
ſum per Rotam in vna Licien. Abbatiæ 19.
Nouembris 1593. & 22. Maij 1595. corā Car-
dinale Pamphilio.
12 Similiter † pendente cauſa reſtitutionis in
integrum regulariter executio ſuſpenditur
gloſ. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſ. l. vnica. C.
nil nouari in integr. reſt. pend. Doct. in l. 4. §.
* condemnatum, vbi Iaſ. n. 26. de * cōmuni atte-
ſtatur. ff. de re iudic. Decian. conſ. 45. nu. 23. &
ſeq. lib. 1. Afflict. deciſ. 356. n. 3. Capic. deciſ. 53.
13 n. 1. Quod procedit † etiam ſi commiſſa cauſa
reſtitutionis aduerſarius obtineat commiſſio-
nem cum clauſula, quod Iudex procedat ad
legitimam executionem, nam adhuc illa im-
peditur, vt ſcribit Odd. de reſtit. par. 1. quæſt.
43. nu. 8.
14 Limita tamen, nam † reſtitutio in integrū
non impedit executionem, quando eſt iam cæ-
pta Alex. conſ. 123. n. 6. lib. 6. Put. deciſ. 10. de
reſtit. in integr. Quamuis reſtitutio competat
de iure communi, vt in minore, & Eccleſia,
quia licet talis reſtitutio regulariter impe-
diat executionem, vt per Doct. in c. ſuſcitata
de reſtit. in integr. Mohed. deciſ. 177. non ta-
men impedit executionem inchoatam, Put. d.
deciſ. 10. de reſtitut. in integr. & deciſ. 285.
incip. die 1. Iunij lib. 2. Alex. d. conſ. 223. lib.
6. num. 6.
15 Secundo limita, vbi vigeret † vehemēs præ-
ſumptio calumniæ, quia tunc neque minor,
vel Eccleſia per reſtitutionem in integrum
executionem impediunt Afflict. deciſ. 356. nu.
5. Caſſad. deciſ. 1. ſub num. 3. de reſtit. in
integr. Odd. d. q. 43. num. 68. & ſequen. Vn-
de ſi aduerſus minorem, vel Eccleſiam duæ
ſententiæ conformes eſſent latæ, contra quas
nihil ex eiſdem actis deduceretur, nec proba-
tiones in promptu afferrentur, ex quibus con-
ſtare poſſet de illarum iniuſtitia, hoc caſu
ſatis calumnioſè reſtitutio in integrum
petita videretur ad effectum impediendi vl-
teriorem executionem dictarum ſentētiarum.
Ita fuit reſolutum per Rota in vna Burgen.
decimarū de Scalāte 29. Octobris 1586. corā
Bubalo, & in vna Cartaginen. Decanatus 18.

De-

Decembris 1587. coram eodẽ, in qua fuit di-
16 ctum ad hunc effectum † ſatis dici cæptam exe-
cutionem, quando litteræ executoriales fue-
runt decreæ, & relaxatæ.

Sed illud quoque non recipit dubitationem
17 quod clauſula † ſi quid exequẽdum in primis,
& ante omnia exequatur, poſita in cõmiſsio-
ne executionem retardat, vt tradit Odd. iu lo-
co ſupra citato, & Lancellot. de attent. part. 2.
18 cap. 18. n. 54. Cum enim hæc clauſula † intel-
ligatur prout de iure Iaſ. in l. cauſas n. 7. C. de
tranſact. Creſcent. deciſ. 42. prius eſt cogno-
ſcẽdum de exceptionibus oppoſitis antequam
ad executionem procedatur, Rota diuerſ. de-
ciſ. 487. n. 7. lib. 3. part. 3. Paleot. deciſ. 69. Hon-
ded. conſ. 29. n. 24. lib. 2. Vnde talis clauſula
19 ſolum ſuſpendit † donec de iuſtitia ſententiæ
cognoſcatur Paleot. deciſ. 133. Caputaquen.
deciſ. 180. in fin. lib. 1. in manuſcriptis.

20 Eſt tamen aduertendum, quod qui † vigore
huius clauſulę executionem petit tenetur eam
iuſtificare ex eiſdem actis, Abb. in c. inter cæte-
ras n. 8. & ibi Felin. de re iudic. & fuit reſolu-
tum corã Cardinale Pamphilio in vna Roma-
na cenſus 4. Decẽbris 1595 Secus ſi reus vult
executionem impedire, quia tũc ſufficit, quod
detegatur iniuſtitia ſententiæ etiam ex noui-
21 ter deducendis, cum id tendat † ad corrobora-
tionem probationum antiquarũ, quod poteſt
fieri etiam poſt ſententiam Bald. in c. in princ.
de fid. inſtrum. & in authen. ſi quis in aliquo
n. 2. & ſeq. C. de edend. faciunt not. per Gabr.
de teſtib. concluſ. 21. n. 38. & fuit late deductũ
coram Horatio Cardinale Lancelotto in cau-
ſa Tudertina officij Cancellariæ 19. Ianuarij
1598. & in vna Romana Saluiani interdicti 8.
Februarij 1602. coram Coccino.

Subſequẽter videndum eſt, An exceptio do-
tis, quæ obijcitur ab vxore bona mariti poſsi-
dente contra creditores eiuſdem mariti, impe
diat executionem ſentẽtiæ ed eorum fauorem
22 latæ? Et affirmatiuè † eſt reſoluendum, præ-
ſertim ſi vxor anteriorem habeat hypothecã,
23 quo caſu cæteris † præferri debet l. 2. l. ſi fun-
dum, & l. aſsiduis §. & ideo verſ. exceptis C.
qui pot. in pign. habean. Et huiuſmodi excep-
tio, quæ non impugnat ſententiam ad retar-
24 dandam eius executionem etiam † poſt ſenten
tiam opponi poteſt l. ex diuerſo §. ſi in iudicio,
& ibi Bart. Paul. Roman. Alex. & alij ff. ſolut.
matrim. Gozzad. conſ. 86. n. 25. Neguſ. de pi-
gnor. part. 5. membr. 4. n. 10. Tiraquel. de re-
tract. conuent. §. 7. n. 14. & ſeq. Roland. conſ.
25 28. n. 3. in princ. Quod procedit etiam ſi † vxor
ſit hæres mariti, dummodo hæreditatem adi-
uerit cum beneficio inuẽtarij: Quia licet, quan
26 do creditor † ſuccedit debitori fiat confuſio l.
2. §. vlt. ſeu pen. ff. de hæred. vel act. vend. &
l. 1. §. pen. in fin ff. ad leg. Falcid. tamen hoc fal-
lit, quando hæres adiuit hæreditatem cum be-
neficio inuentarij, quia tunc cõſtituitur in eo-
dem ſtatu, in quo futurus eſſet, ſi non adiuiſſet
hæreditatem, & facit cenſeri iacentem ipſam
hæreditatem, vt not. Bald. in l. vlt. §. in compu-
tatione n. 3. & Iaſ. n. 4. C. de iur. delib. Qua ra
27 tione † beneficiũ Inuentarij operatur, vt actio-
nes, quæ competunt hæredi in effectu non con-
fundantur, idem Bald. in l. irritum C. ad leg.
Falcid. & in l. ſi vxor nu. 2. C. de bon. auct. iud.
poſsid. Roman. cõſ. 176. n. 2. Iaſ. in l. more n. 33.
de acquit. hæred. Et licet iſtud nõ videatur ha
bere locum, ſi apparear hæreditatem eſſe ſul-
uendo, ita vt vxor, quæ eſt hæres cum benefi-
cio inuentarij poſsit creditoribus, & ſibi ipſi
pro dote ſatisfacere, quo caſu non videtur, ꝙ
inuentarium poſsit ei prodeſſe, vt lucrum fa-
28 ciat, ſed † ſolum vt damnũ non patiatur Bart.
in l. cum emptor in fin. & ibid. Alex. ff. ad leg.
Falcid. Bald. in d. l. vlt. §. in computatione n. 9.
Paul. n. 1. & Iaſ. n. 8. C. de iur. delib. Socin. Iun.
conſ. 108. n. 42. lib. 2. Nihilominus contrarium
29 eſt verius, quia † vxor adhuc habet electionem
in quibus bonis velit dotem retinere d. l. vlt.
§. in computatione verſ. ſi vero ipſe C. de iur.
30 delib. Nam † hæres, qui fecit inuentarium po
teſt citatis citandis à iudicibus officium im-
plorare, vt ſibi res aliquas pro ſuo credito aſ-
ſignent Bald. in l. debitori n. 1. cum ſeq. & ibi
Iaſ. n. 3. C. de pact. Et ita tenuit Rota in vna Ci
uitatis Caſtelli cenſus 10. Maij 1565. corã Car
dinale Mantica: In qua fuit dictum, quod ſen-
tentia per quam in Saluiano interdicto fuerat
pronunciatum creditores mariti immittendos
eſſe in poſſeſsionem eius bonorũ, quæ ab vxo-
re poſſidebantur, non poterat executioni de-
mandari etiam ſi hæreditas eſſet opulẽta, vxo-
re ſcilicet ſe opponente, quæ poterat in dictis
bonis dotem officio iudicis retinere ſaluo iu-
re dictis creditoribus agendi cõtra quoſcum-
que alia bona poſſidentes: Secus tamen eſſet
31 dicendum ſi poſſeſsio eſſet † penes tertium, quia
tunc vxor deberet contra mariti hæredes ex-
periri l. dotis actione ff. ſolut. matrim. Bald. in
l. pen. ſub n. 1. C. de non numer. pecun. Dec. in
l. dotis n. 3. C. de collat. Socin. conſ. 131. nu. 7.
verſ. amplius dico lib. 1. Rolan. conſ. 77. nu. 35.
lib. 1. Burſat. conſ. 4. lib. 1. Nam in ſubſidium
32 tantum † vxori datur vtilis rei vendicatio con-
tra bona mariti penes tertios poſſeſſores exi-
ſtentia pro recuperatione ſuæ dotis probato
ſcilicet, quod non adſint alia bona, vt in l. in re-
bus, & ibi Bald. n. 18. C. de iur. dot. Rolan. conſ.
92. n. 22. & ſeq. lib. 2. Marſil. ſingul. 191. Iaſ. in
§. actionum n. 84. Inſtit. de act. Bald. Nouel. in
tract. de dote part. 7. priuil. 23.

Pręterea ſciendũ eſt, quod executio obliga-
tionis, ſeu iudicium executiuum illius vigore
33 intentatum retardatur quotieſcũque † ex ven-
tre inſtrumenti, cuius vigore agitur oritur de-
fenſio, & exceptio nullitatis, quamuis obliga-
tio ſit in forma Cameræ, quæ licet non admit-
tat, niſi exceptionem falſitatis, ſolutionis, & pa
cti de non petendo, vt not. Caſſad. deciſ. vnica
de mut. petit. tamen fallit, quando ex vẽtre in-
ſtrumẽti oritur defenſio, & nullitatis exceptio
Bart. in l. 1. §. & pauci n. 3. ff. quod vi, aut clam.

Alex.

Alex.conſ.20. n.2.& 3. lib.6.Sarnen.in cōpēd. ſignat.n.84.Achil.deciſ.3.Felin.in rubr.de except.n.2.Socin.conſ.27. n.3.verſ.ſecundo compulſus lib.4. Iaſ. conſ. 170. verſ.& ſi diceretur lib.2. Caſſad. deciſ.10. de reſcript.Et ratio eſt quia nullitas inſtrumenti reddit probationem nullā, qua ſublata non poteſt dici conſtare de obligatione Afflict.deciſ.285.n.1. Roman.cōſ. 42.Et ita fuit deciſū in cauſa Romana Domus & nullitatis corā Cardinale Paleotto del 61,& rurſus in vna Neapolitana nullitatis inſtrumēti 4.Iulij 1574.coram Cotta;Vbi in inſtrumento,cuius executio petebatur,apparebat de nul

34 litate †,quia non aderat locus ad Rot.deciſ.5. & 6.de fid.inſtrumen. in antiqu. Et inſtrumentum ſecundum conſuetudinem Neapolitanam

35 nō erat† ſubſcriptum à Iudice, & Teſtibus Afflict. deciſ.160. Capic. deciſ.29. n.2.& ſic fuit deciſum quod obligatio in forma Cameræ impediebatur.

36 Et aduerte,quod dicta obligatio† retardatur etiam ſi exceptio nullitatis oriens ex ventre inſtrumēti altiorem indaginem requirat, quia talis exceptio admittitur in quocumque iudicio Caſſad. deciſ. 10. de reſcript. Sarnen. in compen. ſignat. n.89. & 85. Bald. in l.ex prædijs n.1. C.de euict. Roman.conſ.42.n.3.Dec. conſ. 8. n. 7. cum ſimilibus.

37 Idem eſt ſi inſtrumentum † obligationis in forma Cameræ iam fuiſſet vulneratum per ſententiam, etiam quod aliter nullitas opponi non poſſet Felin. in c. inter Monaſteriū limit.8. de re iudic.Ripa in l. naturaliter §.nihil cōmune nu.72. de acquir. poſſeſ.

38 Hinc etiam eſt quod executio ſententiæ† impeditur, quando eius nullitas ex eiſdem actis deducitur, cum dicatur euidens, & notoria,l. 4.§. condemnatum, ff. de re iudic. Abb. conſ. 44. nu.3. verſ. ſed his non obſtantibus part.1. Roman. conſ.51.ſub num.1. verſ. Secus, Oldr. conſ.106. num.4. Corn. conſ.204, nu.5. lib.2. Cephal. conſ. 263. num.15. lib. 2. Afflict. deciſ.283. num. 2. Contard. de moment. poſſeſ. limit. 9. num. 33. cum alijs per Couar. pract. quæſt. cap. 25. num.2.

39 Declara dūmodo† ſecundū Bullas Pōtificiū nullitas proueniat ex defectu citationis,& mā

40 dati, ſeu etiā iuriſdictionis,quæ impedit† executionem, quamuis altiorē indaginem requirat,Alex. in d.l. 4.§. condemnatum, nu.22. & Iaſ.n.19.Menoch.de adipiſcen.remed.4.n.889.

41 & quamuis à ſtatuto ſit prohibitum dari † de nullitate,vt per Socin. conſ.83.n.26.lib.4.poſt Anchar. conſ.271. n.5. Dec. conſ.8.nu.7.verſ. ſecundo reſpondetur,Couar.d c.25.nu.4.

Et hoc nullam habet difficultatem, quando

42 vna ex præfatis nullitatibus incidenter † proponitur, ex allegatis per Vant. de nullit. tit. quot,& quibus mod. nu.34. verſ. ſed nullitas, Rota deciſ. 5. in princip. de except. in nouis, Alex. conſ.33.n.9. lib.1. Afflict.deciſ.283. n.2.

43 Secus ſi principaliter †,quia tūc verior,& ma-

* gis communis * opinio eſt, quòd nullitas executionem non impediat, vt per Contard. de moment. poſſeſ. limit.7. n. 19. & hanc tenent, Innoc.in cap.cū in iure n.1.&3.de offic.de leg. Bald. in l.1. n.1. C. ne lic.tertio prouoc.Rom. in l.ſi feriatis in fin.de ferijs Alex.conſ.83.n.9. lib.5. Paul.de Caſtr. conſ.260. n.5. verſ. circa quod,& verſ.ex quibus lib.1. Ruin. conſ.61.n. 8.lib.5. Grat. conſ.163. n.41.lib.2. Vant. vbi ſupra n.19. Menoch.de adipiſcen.remed. 4.nu. 882. Lancelott. de attent.part.2.cap.17.n. 60,

* & n.90. qui de communi * atteſtatur.

44 Vnde hoc in † caſu ſemper fit executio firmo manente iudicio nullitatis,vt docet Vant.

45 vbi ſupra n.29. in fine, Niſi Iudex † nullitatis præueniſſet inhibendo antequam actor executionem peteret, quia tunc executio ſuſpēditur iuxta doctr. Caſtren. in authen. quæ ſupplicatio nu.3.verſ.ant incipit à nullitate C. de precib. Imper. offer. quam ſequitur Menoch.in loco citato n.883.& Ripa in d.l.4.§. condemnatum ſub nu. 28. ff. de re iudic. & licet Vant.d. tit. quot,& quib.mod. n.30. contrariū tenuit, tamen verius eſt, quod facta inhibitione executio impediatur, quam opinionē firmat Lancelot. in loco citato n.64. verſ. ego tamen firmiter;Præſertim ſi inhibitio ſit Rotalis,quæ ſiue iuſta,ſiue iniuſta ſemper eſt timenda Achil. deciſ.29. de appellat. Accorambon. deciſ.52. Put.deciſ.395.n.1.lib.2.Caputaquen.deciſ.93. n.1.par.2. & fuit dictum in cauſa Romana Saluiani interdicti 14. Decembris 1598.coram Horatio Cardinale Lancelotto.

46 Sed explorati quoque iuris eſt, quòd † exceptio melioramētum retardat executionem ſententiæ,cum pro illis detur retentio,l. ſi in area ff.de condit. indebit.Aret.in §.ex diuerſo, Inſtit. de rer. diuiſ. Neguſ. in tract. de pignor. memb.4. part. 5. nu.8. Peregr.deciſ. 16. lib.2.Quod procedit etiam in iudicio poſſeſſorio, & alijs executiuis, quia cum pro recupe-

47 randis melioramentis † non competat actio, ſed tantum retentio d.l. ſi in area ff. de cond. indebit. Bart. in l.2. nu.3.verſ.& ideo, de appellat. recip.Dec. conſ.18. n.2.Sequitur,quòd etiam in poſſeſſorio propter præiudicium irreparabile, executio ſit ſuſpendenda: Hinc eſt quòd exceptio retentionis ob melioramenta

48 etiam † in executione opponi poteſt,& niſi admittatur poteſt legitimè appellari Alex. conſ. 85.n.6.verſ.præterea lib.5.Quinimmo niſi per retentionem,vel ſaltem per cautionem melioramenta prætendenti ſuccurratur, poteſt ille nedum remediū appellationis, ſed etiā actionem ſpolij, & viam nullitatis intentare, Contard. in l. vnica C.ſi de moment. poſſeſ. q.24. n.32. & ita in foro Capitolino ſeruandum teſtatur Lucas.Pet. in pract. Capitolina tit. de cauſ. nullit. nu.2.verſ. & ex rationibus,& fuit deciſum in vna Romana Saluiani interdicti 19. Nouembris 1593.coram Penia;In qua fuit dictum,quòd ſupradictum præiudicium non ceſ

49 ſabat ex eo, quòd ageretur † Saluiano interdicto,in quo ſatisfacto creditore,Domus cum

melio-

melioramentis reuerſuræ erant ad primos poſ
ſeſſores: Nam licet iſta ratio ſuaderet non eſſe
perpetuum prçiudicium, medio tamen tempo-
re non tollebatur præiudicium, ex quo credi-
tor iure ſibi competente priuabatur, quod ſa
50 tis erat, cum valeat † argumentum de toto ad
partem, etiam reſpectu temporis, Bald. in l. ſi
cui ff. de leg. 1. Iaſ. in l. diuortio, §. quod in
animo notab. 2. ff. ſol. matrim. Gomeſ. in re-
gul. de trien. q. 8. n. 3.

Ad effectum tamen, vt impediatur executio
51 propter iſtam exceptionẽ † debet conſtare de
melioramẽtis ſaltẽ in genere, quo caſu ex ſtylo
Rotç prçfigi ſolet terminus pro illorũ liquida-
tione Put. deciſ. 471. in fin. lib. 2. Peregrin. de-
ciſ. 16. lib. 2. & fuit dictum in cauſa Romana
Domus, 18. Iunij 1602. coram Cardinale Pam
philio, & alias ſæpe, & dicto termino trãſacto
ſi melioramenta non fuerint liquidata proce-
ditur ad executionem Socin. cõſ. 62. n. 3. lib. 1.
Put. d. deciſ. 471. n. 2. Accorambon. deciſ. 8. Ro
ta diuerſ. deciſ. 112. in fine part. 2. Cætera, quç
ad hanc exceptionẽ ſpectant, vide ſupra in hoc
lib. c. 112. vbi plenè hanc materiã tractauimus.

Præterea illud etiã dubitatione caret, quod
52 exceptio † compenſationis executionem retar
dat, cum etiam poſt ſententiam opponi poſſit,
vt ex multis probat Sebaſt. Medices in tract.
de compenſ. n. 25. per totum, & quæſt. 31. n. 9.
part. 1. quibus Adde Afflict. deciſ. 121. n. 3. &
deciſ. Florent. 42. n. 8. Surd. deciſ. 191. num. 7.
Rota diuerſ. deciſ. 253. num. 3. & 257. num. 5.
lib. 2. parte 3. & deciſ. 708. ead. parte lib. 3.
vbi dicitur quod iſtud procedit quando debi-
tum eſt liquidum, alias ſecus.

53 In obligatione tamen camerali † hæc excep-
tio non admitteretur ad retardandam illius
executionẽ, cum iuramentum, quod in ea con-
tinetur in forma ſpecifica impleri debeat c. ad
noſtram, de iure iuran. Galeſ. ad quartam par
tic. oblig. cam. q. 2. n. 6. in fin. vbi atteſtatur,
ita etiam vſu receptum eſſe. Et hanc opinio-
nem in obligationibus iuratis eſſe magis cõ-
munem, & melioribus rationibus fundatam
dicit Natta conſ. 54. n. 5. & de magis cõmuni
atteſtatur quoque Surd. conſ. 82. n. 15. lib. 1. Ti-
raquel. de retract. lign. §. 1. gloſ. 3. n. 6. Iaſ. in
l. eum qui n. 5. de iure iur. late Senat. Pedemõt.
deciſ. 92. n. 19. vſque ad 35. Et licet multi con-
trarium tenentes recenſeantur ibi nu. 5. & ſeq.
& per Surd. d. conſ. 82. num. 6. tamen eorum
54 opinio poteſt procedere, quando † creditum,
quod quis compẽſare intendit, ſuperuenit poſt
promiſſionẽ iuratam de ſoluendo, ſecus ſi prç-
ceſſit, quia tunc non admittitur compenſatio
Abb. in d. cap. ad noſtram n. 3. verſ. quod di-
cendum, Afflict. deciſ. 381. n. 3. & 4. Capic. de-
ciſ. 167. n. 8. Surd conſ. 246. n. 15. lib. 2. Burſat.
conſ. 106 n. 1. in fin. lib. 1. Galeſ. vbi ſupra n. 9.
& ratio diuerſitatis eſt, quia cum quis promi-
ſit medio iuramẽto ſoluere tempore, quo iam
ipſe erat creditor, videtur ſe obligaſſe ad non
compenſandum, ſecus ſi debitũ poſtea ſit con-
tractum, quia tũc cenſetur illud feciſſe animo
55 compenſandi, cum iuramentum † intelligatur
rebus ſic ſtãtibus, cap. quemadmodum, de iu-
re iuran. Pariſ. conſ. 121. num. 4. lib. 1. & alij
proxime allegati.

Sed neque eſt omittendum, quòd exceptio
attentatorum ſuſpendit executionem, cum
56 eorum purgatio in primis †, & ante omnia fie
ri debeat, etiã reſpectu fructuum, etiam quòd
non ſint liquidi, quia quicquid dixerit Mohed.
deciſ. 312. non ſufficit oblatio cum depoſitio-
ne vnius iulij pro non liquidis, ſed debet fieri
realis, & actualis reſtitutio, iuxta doctrinam
Bald. in cap. conquerente de reſtit. ſpoliat. Ca
putaq. deciſ. 170. par. 1. n. 7. & deciſ. 270. n. 4.
part. 2. & 224. lib. 1. in manuſcript. Paleot. de-
ciſ. 369. in fin. Peregrin. 246. lib. 2. Put. 143. in
vna Oueten. lib. 1. & fuit reſolutum 16. Octo-
bris 1592. in cauſa Panormitana Archidiaco-
natus corã Penia, & per prius in vna Regien.
bonorum de Gonzaga 27. Maij 1579. coram
fel. rec. Clemente Papa Octauo, tunc Audito-
re; Quæ licet loquatur in ſpolio, multo tamen
57 magis procedit in attentatis, quæ omnia † alia
iudicia ſuſpendunt quantumuis priuilegiata,
etiam ſpolij cap. nõ ſolum, in fine, de appellat.
in 6. Rota deciſ. 1. de ordin. cognit. in antiquis
Caputaq. deciſ. 231. lib. 1. in manuſcript.
58 Limita, niſi notoriè † conſtet de non iure
petentis reuocare attentata reſpectu negocij
principalis, quia tunc talis exceptio nõ ſuſpen
dit Rota deciſ. 2. de reſtit. ſpoliat. in nouis: Et
59 notoriè dicitur conſtare de non iure † per ſen
tentiam, quæ tranſierit in rem iudicatam, vel
per confeſſionem partis, Caſſad. deciſ. 3. de re-
ſtit. ſpoliat. in fin. Put. deciſ. 203. lib. 1. vbi in-
quit, aliam probationẽ reſpectu non iuris non
excludere contrariam probationẽ: Idem tradit
Ægyd. deciſ. 103. & ita quoq; declarauit Rota
in cauſa Romana beneficiatus S. Petri 2. Maij
1569. coram Cardinale Seraphino, & in Nuce
rina hæreditatis 13. Nouẽb. 1595. corã Iuſto.
60 Secundò limita † reſpectu tertij non exiſten-
tis in lite, nam is non poteſt dare de attenta-
tis commiſſis in dicta lite per alterum ex col-
litigãtibus, nec ipſe dicitur attentare, vbi ali-
quid in præiudicium alterius eorum faciat,
Ant. Auguſt. in Epitom. tit. vt lit. pend. in princ.
n. 16. qui allegat Peregr. deciſ. 97. lib. 1. Achil.
61 deciſ. 28. de appellat. Et ratio eſt, quia † priui-
legium reuocationis attentatorum non aggre
ditur perſonas, inter quas illa fuerunt cõmiſ-
ſa, Ruin. conſ. 75. n. 9. lib. 5. & fuit tentum in
cauſa Vlixbonen. beneficij 24. Nouẽbris 1597.
coram Horatio Cardinale Lancelotto: Dum-
62 modo tamen tertius † non habeat cauſam ab
vno ex collitigantibus, alias ſecus, vt per Af-
flict. deciſ. 354. n. 21. Peregrin. deciſ. 96. lib. 1.
& fuit dictum in cauſa Vrgellen. Archidiaco-
natus 24. Nouembris 1581. coram Gypſio.
63 Tertio limita †, vbi ex actis conſtat de de-
ſertione appellationis, Lancelot. de attent. in
2. par. cap. 12. ampliat. 1. num. 1. & 2. iuncto
nu. 8.

n.8.& 20. Rota deciſ.1. de appellat. in nouis, & deciſ.76.cod.tit. in antiq.Quod intellige de attẽtatis commiſſis lapſis dotem diebus datis
64 ad appellandum;Secus ſi illis durantibus† fuiſſent commiſſa, quia tunc de ſtylo Rotæ etiam lite deſerta non obſtante re iudicata per viam nullitatis reuocantur, Cæſar de Graſſ. deciſ. 2. de appellat. & fuit reſolutum in vna Arien. Parrochialis 1.Iulij 1596.coram Penia,
65 & alias ſæpe. Et quod † attentata non dicatur executio ſententiæ Iudicis à quo,qui lapſo tempore ad docendũ de proſequutione appellationis præfixo,exequutus fuit, tradit Feder. de Sen.conſ.27.n.2.Idem tenuit Rota deciſ.13. & 25. de appellat. in nouis, & fuit deciſum in cauſa Abulen. Capellaniæ 17. Decẽbris 1589. coram Cardinale Seraphino, in qua dictum
66 fuit quòd allegatio † impedimenti ſuffragatur quidem ad effectum, vt appellans excuſetur à deſertione cauſæ, ſed nõ vt executio facta poſt lapſum terminum ad docendum de proſequutione dicatur attentata.

Cæterum in hac materia dubitatio exoritur, An exceptio redditionis adminiſtrationis tutelæ impediat executionem,quę fit à muliere pro reſtitutione dotis contra bona mariti?
67 Et non impedire † eſt reſoluendum iuxtà communem * Doctorum ſententiam, quos citat Neguſ. de pignor. 1. membr. quintæ part. princ.n. 36.reprobatio cõſilio Socini 180.lib.2. Idẽ voluit Dec.conſ.552.Viuius deciſ.317.n.1. lib.2. Et hanc quoque ſentẽtiã tenuit Rota, vt per Sarnen.deciſ.65. licet in deciſ.Put.146.lib. 1.iſte articulus non fuerit deciſus; Sed hoc idẽ fuit reſolutũ in Romana Saluiani interdicti de Columna 19.Nouẽb.1599. corã Horatio Cardinale Lãcelotto. Nec facit quod exceptio iſta fuerit alias per Rotã admiſſa in alia Romana hęreditatis de Beuilaqua die 15.Maij 1591. corã Orano, Nam hoc ideo factũ fuit,quia in ea
68 facti ſpecie cõſtabat† ad manus mulieris perueniſſe notabiles pecuniarũ ſummas, ex quibus iuxta deciſ.Afflict.13.n.16.de ſua dote vel aliun de ꝑ pupillũ debitis ſibi præſumebatur ſatisfeciſſe:Hoc autẽ ceſſante hæc exceptio nõ admitteretur,pręſertim concurrẽte obligatione Ca-
69 merali,cõtra quã† nõ admittitur exceptio requirens altiorẽ indaginẽ, vt in terminis huius exceptionis tenuit Rota in cauſa Romana tutelæ 12.Februarij 1603.coram Card. Seraphino.
70 Præterea ſciendum eſt, † quod neque exceptio ſupplementi legitimæ retardat executionem,aut immiſſionem, quæ fit vigore Saluiani
71 interdicti,cum in hoc iudicio† pariter reijciantur exceptiones altiorem indaginem requirentes l. fin.C. quor. bonor.& l.2.cum ibi not.C. de ædict.Diui Adr.tollen.qualis eſt iſta,in qua venit prius liquidandum quantum remanſerit in hęreditate deducto ære alieno,vt tenuit Rota in alia Romana Saluiani interdicti 3. Iulij 1606. coram ſupradicto Cardinale Lãcelotto.
72 Nec facit, quod filio † competat retentio ratione legitimæ Gabr. conſ.36. n.11.lib.2. & quod pro ea detur hypotheca, quia pro ſupplemento non poteſt competere aliqua retentio, cum illud debeat capi de manu hæredis
73 Alex. conſ.134.n.4. lib.4.Neque † pro ſupplemento legitimæ datur hypothecaria,aut actio ex teſtamẽto,ſed condictio ex lege,& ſic actio perſonalis, vt per Rimin. Iun. conſ.539. n.35. Et ſupplementum petitur contra voluntatem teſtatoris, vt in his terminis habemus deciſ. Put.137. lib.2. vbi reprobãtur conſilia Decij, & Fulgoſij,qui contrarium tenuerunt.
74 Similiter in eodem iudicio Saluiani† exceptio diſcuſsionis non admittitur cum illa quoque altiorem indaginẽ requirat, vt per Gabr. de fid. inſtr.concluſ. 1. n.108.
75 Idem dicas de exceptione dominij † ſecundum communem * opinionem,de qua teſtatur poſt alios Franc. Sarmien. de reddit. Eccleſ. par.3.cap.2. n.23.& tenuit Rota in cauſa Romana cenſus 22.Decẽbris 1596.& in alia Sarzanen.bonorum 28.Iunij proxime ſequẽtis coram Card. Seraphino, & coram Orano in alia Romana Saluiani interdicti 18. Maij 1598.

Quod intellige, niſi dominiũ eſſet iam probatum,vel incontinenti probaretur,quia tunc executio,ſeu immiſſio bene ſuſpendenda eſſet, Gozad.conſ.7. nu.2. & Paleot.deciſ.321. Put. deciſ.54. lib.2. & deciſ. 233. & 243. lib.3. Et iſtud procedit in quocumque remedio adipiſcendæ,quia ſi quando agitur interdicto recuperandæ, quod eſt fauorabilius,quàm interdi-
76 ctum adipiſcendæ, cum in eo † non admittatur exceptio dominij etiam incontinenti probanda,vt per Doct. in l.ſi vi de iudic.reprobata ibi gloſ.in fin. vt ibi per Paul. de Caſtr.n.4. cum multis alijs, qui cumulari poſſent; Ter-
77 tius,† qui aſſerit ſe Dominum impedit reſtitutionem, vt per Gabr. qui plures congerit de reg.iur.conclui.1.n.45. non obſtante etiam ſuſpenſione petitorij, vt fuit reſolutum in cauſa nullius Caſtrorum coram Oradino, multo fortius hoc procedit in poſſeſſorio adipiſcendæ: Nam licet in hoc remedio actor non teneatur probare dominium,ſed tantum poſſeſsionem, non propterea ſequitur,quòd volens ex aduerſo dominium incontinenti probare,vel docere de non iure agentis,non ſit admittendus,cum iſta ſint ſeparata,& diuerſa,& magnũ eſt commodum actoris,qui releuatur ab hoc onere,& illud transfert in aduerſarium.
78 Hinc eſt, quòd exceptio † dominij incontinenti probata opponi poteſt etiã contra agentem remedio l.fin.C. de ædict. Diui Adr. tollen. & conſequenter impedit immiſsionem, vt per Bart. in d.l.fin. n.21. verſ. ſi vero allegat, & ibi Dec.n.43.Put.deciſ.316. incip.per obitũ lib. 1. Et hoc præſertim procedit in materia fæudi,in qua ſi fœmina petat immitti in poſſeſ-
79 ſionẽ vigore dictę l.fin.Agnatus† poſsidens,& docens de iure ſuo incontinenti,& ſe eſſe comprehenſum, dicitur legitimus contradictor, & impedit immiſsionem, vt per Bart. in d.l. fin. n.20. & ibi Dec.nu.48. Brun.inter conſ.fæud,

conſ.

conſ 28.n.12.Gozzad.conſ.50.n.26.Put. deciſ.
229.Aloyſia Pallauicina lib. 1. Dec. conſ.517.
n.8.Abb.conſ.78.nu.16. & fuit reſolutum per
Rotam in vna Ariminen. bonorum 27. Octo-
bris 1586.coram Bubalo; Non obſtante quod
talis exceptio tanquam requirens altiorem
indaginem videretur reſeruāda in petitorio,
vt per Doct. in d.l. fin. Ruin. conſ.27.num.7.
lib.5. Socin.Iun. conſ.75.num.18. & ſeq.lib.1.
Pedemont.deciſ.26. num.6. Quia fuit dictum,
80 quòd quando † factum eſt probatum diſpu-
tatio iuris non facit, quòd exceptio dicatur
requirere altiorem indaginem per Franc.in c.
primo.verſ.limita de lit.conteſt.in 6.Nat. cōſ.
502.nu.10.Socin.Iun.conſ.67.n.9.&.ſeq.lib. 4.
81 Quod intellige verum,niſi † in diſcuſsione iu-
ris vertatur ſubtilitas, & magna difficultas,
Rota deciſ.103. part.1. diuerſ. in impreſsis,
Odd. de reſtit.in integr.quæſt.8.num.44.Tunc
82 enim ſuccedit, quod dicitur, † dubium iuris
intricati, & controuerſi æquiparari dubio fa-
cti, Capic.deciſ.10.num.19.Et in his terminis
fuit tentum per Rotam coram Cardinale Se-
raphino in cauſa Romana de Salamonibus
4. Nouembris 1575. & in Tudertina officij
Cancellariæ 19. Ianuarij 1598. coram Hora-
tio Cardinale Lancellotto.

Verum in hac materia controuerti etiam
ſolet, An exceptio periurij impediat executio-
nem obligationis Cameralis. Et dicendum
83 eſt, quòd licet iſta exceptio † repellat agentē
à limine iudicij,quando agitur ex eodem cō-
tractu,cuius vigore per urium intenditur, l. ſi
quis maior.C.de tranſact.Roman. ſingul.493,
& fuit dictum coram bon.mem. Lauretano in
vna Romana deuolutionis Molendini die 23.
84 Februarij 1579.Non †tamen retardat execu-
tionem dictæ obligationis,niſi ſit liquida,nam
vbi non adeſt perfidia, aut dolus,neque periu-
rium poteſt intelligi,c.quærelam de iur.iuran.
Alex.& Iaſ.in l.qui iuraſſe n.3.ff.eod.tit.Alex.
in l.vlt.nu.6. ff.qui ſatiſdare.cogan. Felin.in c.
1.nu.28. de iure iurand. Ripa in c.ex parte n.
85 23.cum ſeq.de reſcript. Vnde † quęlibet cau-
ſa etiam leuis excuſat à periurio, ſicut excu-
ſat à dolo, Grat.conſ.50. n.75.lib.1. & nu.ſeq.
Et generaliter vbi ex actis hæc exceptio red-
ditur dubbia,ita vt requirat altiorem indagi-
nem,donec per tres ſententias conformes, ſeu
86 rem iudicatam de periurio non liqueat,†exe-
cutio obligationis Cameralis, quæ eſt certa
non debet retardari, quia de liquido ad illi-
87 quidum † compenſatio non admittitur, l.vlt.
C.de compēſat.Nec poteſt dici perfecte liqui-
88 dum, † quod per ſententiam non fuerit liqui-
datum,Bald. in l.item quia in 2.lect.n.1.ad fi.
verſ.nō poteſt dici.ff.de pact. & ita fuit reſolu-
tū per Rotam in vna Romana Affictus 2.Apri-
lis 1593. coram Cardinale Mantica.

89 Pari ratione † exceptio compromiſsi exe-
cutionem dictæ obligationis non retardat, vbi
90 compromiſſum fuit factum voluntarie, quia
90 Arbitri † electi ſecundum ius commune non
ſuſpendunt iuriſdictionem,ſed altera partium
ad Iudicem ordinarium redire poteſt, quāuis
aduerſus eā pœna adiecta in compromiſſo cō-
mittatur,l.ſi quis rē.ff.de arbitr. gloſ. & Doct.
91 in Clem.quamdiu,de appellat.Secus autem † ſi
compromiſſum ſit neceſſarium, videlicet factū
vigore ſtatuti, quia tunc Iuriſdictio Iudicis
Ordinarij, & conſequenter illius exequutio ſu
ſpenditur,Blanc.de compromiſ.n.17. in princ.
& fuit dictum in allegata Romana affictus.
92 Exceptio autem non implementi † impedit
executionem etiam aduerſus obligationem
Cameralē,l.Iulianus §.offerri,ff. de act. empt.
Corn.conſ.29.n.17.lib.1.Aym.conſ.151.n.10.
Put.deciſ.357.lib.3.Caputaq.deciſ.117.par.3.
Galeſ.de oblig.Camer.4.par.quæſt.1.n.7.Et ta
93 lis † exceptio intrat etiam ſi in minori parte
verificetur, Dec. in l.cum proponas la 2. n.5.
verſ.4. ampliatur.C.de pact.Rolan.conſ.53.n.
23.lib.1.Surd.conſ.101.n.1.& ſeq.lib.1.& cōſ.
400. n.28.lib.3.Pur. deciſ.340.n.1. lib.1.& de-
ciſ.357.circa fin.lib.3.Caputaq.deciſ.316.n.2.
94 part. 3. Item † procedit quamuis ſtatutū pro-
hibeat omnē exceptionē.Bal. in l.prædijs n.1.
de euict.Rom.conſ.244.ſub num.5.verſ.primo
enim,Aym.d.conſ.151.n.10. Rolan.conſ.54.n.
33. lib.1.& conſ.69.n.11.lib.4.Et intrat etiam
95 contra ceſsionarium,ad tex.in l.cum res.C.de
donat.Bal.in l.etiam n.1.ff.de execut.rei iud.
Socin.Sen.conſ.236.n.1.lib.2.Salicet.in l.quo-
ties ante n.2.verſ.oppono ad extra. C.de don.
quæ ſub mod.late Surd.conſ.4.n.6.& ſeq.lib.1.
facit tex.in l.apud Celſum.§.de auctoris. ff. de
dolo mal. & quod tradit Tiraquel. de retract.
96 lign.§.1.gloſ.9.n.130.& ſeq. † Exceptio nam-
que,quæ cedēti obſtat repellit quoque ceſsio-
narium,Bēro.conſ.32.n.46.lib.2. Surd. d.conſ.
4.n.6.& ſeq. & in terminis huius exceptionis
tenuit Rota in cauſa Romana præcij fundaci
die 1.Iunij 1607.coram Manzanedo.

Intellige tamen,vt exceptio non implemen-
97 ti executionem impediat † ſi à parte opponा-
tur, alias tenet iudicium,præcipue in contra-
ctibus nominatis, vt tradit Roman. in l. filiæ
licet numer.8.& ibi Alexand.n.3.verſ.ſed iſta.
C. de appellat. Felin. in c. tamen numero 4.
verſ.prima eſt,de ſimon.plura refert Tiraquel.
de retractat. lign.§.1.gloſ.17.numero 4.& te-
nuit Rota diuerſ.deciſ.810.numero 6.part. 1.
& fuit dictum coram Cardinale Blanchetto
in vna Romana Venæ ferri 24.Februarij 1592.
Quod eſt verum, niſi ex officio Iudicis hæc
98 exceptio fuerit ſuppleta, prout † ſupple-
ri poteſt, iuxta Doct. ſupra relatos,& tradit
Roman. conſ.244.ſub n.5.verſ.breuiter reſpō-
detur,& Aym. conſ.151. n.10.verſ.& adeo;Et
99 quòd iſta exceptio opponi † poſsit etiam poſt
ſententiam,& in illius executione tradit idem
Aym. vbi proxime n. 10. Menoch. conſ.1.nu.
397. & conſ.65.n.4.lib.1.Corn.conſ.79.ſub n.
6.lib.1.Gemin.conſ.149.n.1. verſ. quia immo,
& fuit receptum in dicta Romana præcij fun-
daci, in qua fuit dictum,quòd ſicut in execu-

tione mandati poterat præfata exceptio oppo
ni, ita etiam poterat offerri implementum, ea
ratione, quia exceptio non implementi non
impedit ortum actionis, & obligationis, ſed
tantum exercitiũ ipſius actionis, & illius exe-
cutionem, vt tradit Aym. dict. conſ. 151. n. 10.
circa med. not. Iaſ. in l. itèm quia n. 21. verſ. li-
mita concluſioné, ff. de pact. & Bald. in l. ſi
execntione, n. 25. C. de non numer. pecun. & in
l. arbitrorum n. 3. C. do arbitris, Vndè impedi-
ro tantummodò per exceptionem non imple-
menti executio actionis impedita dicitur, qua
exceptione ceſſante per ſuperueniens imple-
mentum, ceſſabit etiam impedimentum dictæ
actionis, & executionis.

Illud porrò eſt indubitatum in hac materia
100. quod executio ſententiæ retardatur † per ap-
pellationem, quotieſcunque ea venir admitten
da, ſecus ſi appellatio non ſit permiſſa, vt in iu-
dicio momentaneæ poſſeſſionis, in quo† de iu-
101 re ciuili non appellatur l. 1. vbi Cyn. Bart. &
communiter *Doct. C. ſi de momẽt. poſſeſ. tũc
* enim executio non ſuſpenditur, quamnis Iudex
detulerit appellationi per conceſsionem reue-
rentialium. Nã Rota in vna Romana damno-
rum, & intereſſe 10. Iunij 1591. coram Penia
interpretata fuit hanc delationem † vt non
102 operetur effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolum de-
uolutiuum per Beniten. deciſ. 17. Item quia re-
uerentiales in forma † dati intelliguntur ſub
103 conditione, quatenus ſcilicet ſententia appel-
lationem admittat, & quo ad illam tantũ par-
tem, quæ admittitur, Socin. Iun. conſ. 18. lib. 1.
& ſic quo ad lites, & expẽſas, vt per Achil. de-
ciſ. 8. de appellat.

Sed neque omittendum eſt, quod generali-
ter † executio retardatur, vbicumquè conſtat
104 de non iure agentis, quamuis agatur in meró
poſſeſſorio Caſſad. deciſ. 1. ſub n. 10. de reſtit.
ſpoliat. Rota diuerſ. deciſ. 140. lib. 3. par. 3. exẽ-
plum datur in materia beneficiali, in qua agen
ti ſpolio obſtat exceptio, quod ſit laicus quæ
exceptio cõcludit tam quo ad proprietatem
105 quàm quo ad poſſeſsionem, cum laicus † ſpiri-
tualia poſsidere non poſsit c. cauſam, de præ-
ſcript. Ripa in l. naturaliter §. nihil commune
n. 81. ff. de acquir. poſſeſ. Item ei obſtat exce-
106 ptio † ſpecialis reſeruationis beneficij, etiam
quod ſpoliatus ipſe iuſtificaſset prouiſionem
ſuam titulo colorato; & ratio eſt quia reſerua-
107 tio Apoſtolica † inficit titulum, & poſſeſsio-
nem c. ſi eo tempore de elect. in 6. Ita ex pluri-
bus concludit Socin. ſen. in l. rem quæ nobis n.
19. ff. de acquir. poſſeſ. vbi plene examinat hũc
* articulum, quem ſequitur de cõmuni* atteſtã-
do Ripa in loco ſupra citato n. 82. verſ. ego nõ
puto: Cũ enim papalis reſeruatio inficiat titu
lum, ſequitur quod ſpoliatus dicatur intruſus
ex eo quod titulum non habeat ab habente po
teſtatẽ conferendi ſecundũ Panormit. in c. quia
diuerſitatem, de conceſ. præben. Et quod in be-
108 neficialibus † exceptio intruſionis repellat agẽ
tẽ interdicto recuperandæ probatur etiam in
c. parет 3. q. 1. & facit gloſ. in Clem. vnica de
cauſ. poſſeſ. & propriet. Vbi inquit, quod exce-
ptio defectus proprietatis huic agenti obſtat
109 etiã quod ei non obſtaret † exceptio notorij cri
minis, ea ratione, quia tale crimen non inducit
priuationem ipſo facto Abb. in c. ex parte n. 21
de reſtit. ſpoliat. per tex. in c. referrẽte de præb.
110 Simili quoque modo vxore ſpoliatus † agens
interdicto recuperandæ repellitur exceptione
proprietatis propter peccatũ c. literas de re-
ſtit. ſpoliat. gloſ. in c. 1. eod. tit. Vbi habetur
quod talis ſpoliatus agẽs repellitur exceptio-
111 ne † affinitatis, & conſaguinitatis in tali gradu
exiſtentis, ſuper quo Papa diſpenſare non po-
terat: Vnde contrarium videtur concludendũ,
vbi opponatur de tali conſanguinitate, ſuper
qua Papa diſpenſare poſsit: Sed tu dicas alia
ratione actorem repelli hac exceptione, quia
ſcilicet poſſeſsio habet adeò admixtam cauſã
proprietatis, vt ſinè ea ſtare non poſsit ad tex.
in l. 1. ff. de lib. hom. exhiben. Et ideo neceſſe eſt
112 ex parte ſpoliati † probare titulum matrimonij
ſi illud negetur c. ex tranſmiſſa, & c. ex parte
vbi late Abb. n. 19. de reſtit. ſpoliat. Ripa in d.
l. naturaliter §. nihil commune n. 83. ff. de ac-
quir. poſſeſ. Et quod non ſit concedenda reſti-
tutio vxoris, vbi illam petens confiteatur con-
ſanguinitatem, vel illa ſit notoria eſt tex. in
c. ad decimas de reſtit. ſpol. in 6. cum alijs per
Abb. in d. c. ex parte n. 21. verſ. & ideo ſi pe-
113 tens eod. tit. ſic etiam huic agenti licet † non
obſtet exceptio frigiditatis, & impotentiæ, vt
per Abb. vbi ſupra num. 25. verſ. Item ſecun-
dum Innoc. obſtat tamen exceptio publicæ
honeſtatis, dũmodo excipiens ſe offerrat para-
tum illam incontinenti probare d. c. litteras
114 de reſtit. ſpoliat. Et ratio eſt, quia eſt † im-
pedimentum dirimens matrimonium etiã con
tractum c. ſponſam de ſpõſal. & tradit. Gemin.
115 conſ. 24. n. 4. Pari ratione taliter agenti † obſtat
exceptio minoris ætatis tẽpore contractus ma
trimonij, ſeu quo prætenditur factum
in Eccleſia, vt eſt tex. in d. n. ex parte M. de re-
ſtit. ſpoliat. Et ratio eſt, quia propter defectum
conſenſus ratione minoris ætatis, non fuit poſ-
ſeſsio matrimonialis translata. Ita Gemin. d.
conſ. 24. n. 2. iuncto n. 8. qui ſubdit nõ ſufficere
ſi probetur, quod illa à 14. anno diſtet tantum
116 per duos menſes, quia † in hac materia ætas de-
bet eſſe perfecta ex ibi allegatis per eum.
117 Quid autem in hoc † caſu probare debeat
vir agens interdicto recuperandæ vide per
Abb. in d. c. ex parte n. 25. & ſeq. de reſtit.
ſpoliat. qui benè loquitur.

Poſtremo notandum eſt, quod exceptiones,
118 quæ opponi † poſſunt à principali ad retar-
dandam executionem, poſſunt etiam opponi
a fideiuſſore l. 2. ff. quæ res. oblig. poſſ.
Bald. in l. tam mandatori, numero 15. C. de
non numer. pecun. Pariſ. conſ. 121. numero
9. & 10. lib. 1. & conſ. 96. numero 39. lib. 3.
Marſ. in rubr. de fideiuſ. numero 268. Surd.
119 conſ. 20. numero 1. l. 1. Et talis † oppoſitio

fieri

fieri poteſt etiã inuito ipſo principali, vt de-
claraut Bal, Pariſ.Surd. in locis ſupra citatis.
Et ſiue dictæ exceptiones certæ fuerunt ante,
vel poſt fideiuſsionem præſtitam l.defenſiones
C.de except.Pariſ.d.conſ.131.nu.8.

Bene verum eſt, quod fideiuſſor dolo omiſe-
120 rit opponere † exceptiones tam ſibi quã prin-
cipali competentes nõ poterit à principali re-
petere l.ſi fideiuſſor.ff.mand.l.exceptione, vbi
Bart.Paul.& omnes de fideiuſſor.Alex.cõſ.59.
n.1.lib.1.Pariſ.conſ.104.n.1.lib.3. Et hoc con-
currẽte in fideiuſſore ſcientia exceptionis ſibi
vel principali competentis: nam illa ceſſante
nihil illi poteſt imputari iuxta diſtinctionem
tex.in d.l.fideiuſſor quam ſequitur Bal.in l.cõ-
ſtitutionem,n.2.C.de vſur.Salic.in l.fin.n.2.&
13.C.mãd.& approbauit Rota deciſ.113.n.12
par.1.diuerſ.& in illa Romana Saluiani inter-
dicti 1.Iunij 1609.coram Manzanedo. Quod
in tantum eſt verum, vt eadem l.ſi fideiuſſor in
verſ.potuit dicat: Potuit enim atq; debuit reus
promittendi certiorare fideiuſſorem ſuum ne
forte ignorans ſoluant debitum. Vnde ſciẽtia
121 nõ † præſumitur in fideiuſſore,& illã probare
debet aduerſarius, cũ ſit ſuũ fundamentum,&
cõſiſtat in facto, cuius ignorantia præſumitur
l.in bello,§.facta.ff.de capt.& poſt lim.reuerſ.

Sotor in Regno Neapolis, quando à ſuc-
ceſsione fœudi excludatur. Cap. CXX.

SVMMARIVM.

*1 Soror in Regno Neapolis nõ excluditur à ſucceſ-
ſione faudi, niſi ſit maritata, & dotata de bonis
fratris, de cuius ſucceſsione agitur, & nu.6.*
*2 Faeudum ſecundum conſtitutiones Regni perue-
nit ad fratrem cum onere maritandi ſororem.*
*3 Amplia, vt fratre differrente ſoror poſsit petere
vt portio faudi, ſibi pro ſua dote aſsignetur.*
4 Habẽs actionem in rẽ dicitur rẽ ipſam habeere.
*5 Statutum excludens ſororem dotatam à fratre à
ſucceſsione ipſius fratris nõ habet locum, ſi fra-
ter dotauit de bonis ipſius ſororis.*
*7 Soror, vbi ſunt plures fratres viuentes iure lon-
gobardo, quorum vnus eam dotauit, an cenſea-
tur excluſa ab hæreditate dotantis tantum, vel
potius omnium, remiſsiue traditur.*

IN Regno Neapolis ſoror à ſucceſsione fæu-
di excluditur, quando duo copulatiue con-
currunt iuxta conſtitutionem, vt de ſucceſ-
1 ſionibus, Videlicet, quod † ſit maritata,&
quod ſit dotata de bonis fratris, de cuius ſuc-
ceſsione agitur, vt declarat Andr.in dicta co-
ſtit.in ver.coniugatę,& dotatę, Idem Andr.in
conſtit.In aliquibus,col.9. verſ.non obſtat lex
ſi pater, Vnde ſi dos data à fratre non deriuat
ex ſubſtantia fratris, non poteſt dici excluſa
vt poſt alios declarat Iaſ.in l.1.§.ſi veteres,de
acquir.poſſeſ.

Nec dicatur, quod ſatis videtur dotata de
bonis fratris, quia ſuccedendo patri dicitur
factum patrimonium fratris, l.ſed ſi plures,§.
in arrogato.ff.de vulg.& pupillar.Quia ſecun-
dum aliam Cõſtitutionem Regni, quæ incipit
2 In aliquibus, fæuda † perueniũt ad fratrem cũ
onere maritandi ſororẽ,& conſequenter onus
inhæret ipſi fæudo, vt per Andr.in dictis Con-
ſtitutionibus,& in Conſtit.poſt litem, ad quam
dotem petendam datur actio, in tantum, vt
3 fratre differente etiam † portio fæudi peti,&
aſsignari poſſit, vt declarat idem Andr. in d.
Conſt.In aliquibus,col.4.ver.ſi ergo valet. Igi-
tur quantũ adeſt æris alieni, tantũ abeſt a pa-
trimonio,& ab hæreditate,& bonis l. qui man
dato de negot.geſt. l. rem in bonis, de acquir.
rer. domin. Et ſic iſta dos ſoluta dicitur pro-
prium patrimonium filiæ, & æs alienum ei
debitum, & per conſequens non effectum pa-
trimonium filij. Quod etiam cõprobatur, quia
4 ſoror † quæ habet actionem in rem dicitur ip-
ſam rem habere. l.qui actionem.ff. de reg.iur.
l.bonorum.§.in bonis, ff. de verb. obligat. Et
ideo medullitus intelligendo dicitur de ſuo
proprio dotes accepiſſe, non de fratris ſubſtã-
tia. Vnde dicebat Bald. in l. neque mater in
5 fin. C. de iur.dot. quod ſtatutum † excludens
ſororem dotatam à fratre à ſucceſsione ipſius
fratris, ſi frater dotauit de propria portione
ſororis, ſoror non excluditur, ſed fratri ſucce-
dit, ſequitur Corn.conſ.171.verſ.itẽ huiuſmo-
di ſtatuta, lib.4.& Campeg.in tract.de dote in
vlt.part.q.35.incip.ſi ſtatuto. Et aſsignatur ra-
tio, quia cauſa excluſionis eſt dos: Ergo ad hæ-
reditatem dotantis reſtringitur, ita Campeg.
in d.vlt.part.q.64. an filia.

Non immerito itaque in Regno facta fuit
alia lex per Reginam Ioannam II. quæ vul-
6 go dicitur la Flingeria, per quã † declaratur,
quod ſoror viuens iure Francorũ, tunc exclu-
ditur à ſucceſsione fratris, quando fuit mari-
tata, & dotata de bonis illius, alias vbi de bo-
nis fratris dotata non fuit, non excluditur à
ſucceſsione bonorum fratris,& ponderanda
ſunt verba, de bonis fratris, quia bona dicun-
tur deducto ære alieno, vt ſunt iura vulgaria.
Ergo ſi paragium eſt tanquam æs alienum
ſubmouendum, vt dixi, ſequitur, quod ad effe-
ctum, vt ſoror excludatur, requiratur dos de
propria ſubſtantia fratris: Et ita deciſum fuit
Neapoli in cauſa Comitatus Mignani pro Do
mina Portia Ferra Moſca ex ſententia in Ca-
mera lata de anno 1550. Et pro iſta quæſtione
in terminis vide Lucam de Penia, in l.fin.col.
pen.C.quando,& quib.quarta pars lib.10. Et
7 ſi ſint † plures fratres viuẽtes iure longobar-
do,& vnus dotauerit; An ſoror tantũ cẽſeatur
excluſa ab hæreditate dotantis, vel omnium.
Vide Corn.conſ.134.lib.2.& conſ.121.eodem
libro,& de reſeruatione facta per ſororẽ, vide
quæ dicit Ruin.conſ.99.n.10.lib.1.& conſ.40.
n.7.& per Aym.conſ.70. nu.60.

Legatum certæ quantitatis frumenti an-
nuatim ſoluendæ de horreo teſtatoris,
an ſit præſtandum ſi frumentum in hor-
reo non ſit reconditum. Cap. CXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatum certa quantitatis frumenti annuatim ſoluenda de borreo teſtatoris ab bærede præſtari debet, ſi culpa, vel dolo ipſius frumentum in borreo non reperiatur.*

2 *Non eſt perſoluendum ad bærede, quando ſine eius culpa borreum eſt exhauſtum.*

3 *Declara, vt bæres teneatur etiam pro tempore præterito, quando borreum exhauſtũ impletur.*

4 *Item declara, vt legatarius poſſit agere etiam ratione introituum vberrimorum, qui fuerunt in præteritum, quando borreum, vel Camera fuit in præteritum ſatis plena, & in ſequentibus annis exhauſta.*

TEſtator legauerat Mæuio decẽ modia frumenti annuatim ſoluenda de horteo ipſius teſtatoris, euenit, quod culpa, vel dolo hæredis, ne ſolueret legatum, frumentum in horreo nõ reperiebatur, dubiũ fuit, An hæres te-
1 neretur? Et affirmatiue † dixi reſoluendum argum. l. ex diuerſo §. fi. ff. ſolut. matrim. l. Neſſenius §. pen. ff. de re iudic. Secus ſi ſine culpa hęredis horteum fuiſſet exhauſtum, quia tunc
2 legatũ nõ † fuiſſet perſuluendũ, cum hęres eſſet tantum obligatus, quando frumentum eſſet in horteo. Et propterea legatarius expectare debebat, vt ibi eſſet tãta quãtitas frumẽti, ex qua poſſet legatum ſolui: Quia illa verba (de horreo ipſius teſtatoris) ſtabant taxatiue; Ex quo enim dixerat de tali loco, de illo, & nõ de alio actũ videbatur, niſi probatum fuiſſet contrariũ, l. 1. ff. de exercit. act. l. non abſtet. §. igitur in re dubia, ff. de leg. 3.

Intelligebã tamen iſtud cum tẽperamento,
3 Videlicet, † quod quando horreum exhauſtum fuiſſet repletum, hæres teneretur etiam pro tẽpore præterito, quo non potuerat ſoluere legatum, §. fin. ff. de annuis legat. l. ex eo, ff. de vin. & oleo legat. debet enim recompenſari ſterilitas cum fertilitate, l. ſi vno in princ. ff. locat. Vnde ſi horreũ, vel Camera fuiſſet in præteritum ſatis plena, & in ſequẽtibus annis exhauſta, & teſtator dixiſſet, quod legatũ de primis introitibus ſolueretur poterat legata-
4 rius † agere ratione introituum vberrimorũ, qui fuerunt in præteritum, quia eadem ratio eſt de augumẽto, & repletione præterita, ſicut de futura, vt probat tex. in d. l. ex eo, & tenet gloſ. in d. l. legatum. §. fin. & in terminis voluit gloſ. fin. in c. vobis 12. q. 2. Et ita in penſione ſoluenda per Prælatum tenet Felin. in c. ad audientiã il ſecondo, col. 6. verſ. ſexta cõcluſio de reſcript. Et iſta etiã allegaui in alio caſu occurrenti, in quo vẽditi erãt certi introitus percipiendi ex quodam territorio, allegabatur non fuiſſe percæptos fructus propter ſterilitatem; Ego dicebam, quod cum maiores fructus eſſent in præteritum collecti, ex hoc tunc tenebatur, quamuis ibi eſſent duæ rationes, ſcilicet venditio introituum, & demum ad maiorem cautelam eſſet facta promiſsio de ſoluẽdo in Ciuitate Viterbij, & ſic non gratia taxationis, vt late probat Dec. conſ. 224. & Felin. in loco ſupra citato; Vide Gozad. conſ. 82. & eumdem Dec. conſ. 183.

De requiſitis ad conſtituendum debitorẽ in mora ſuper his, quæ Bart. Alex. Iaſ. & Dec. ſcripſerunt plena declaratio.

Cap. CXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mora requiſita quæ ſint.*

2 *Mora per debitorem non committitur, niſi fuerit, interpellatus.*

3 *Amplia, vt vna etiam interpellatio ſufficiat.*

4 *Amplia 2. vt etiam ſufficiat vna interpellatio extraiudicialis in bis, quæ debentur iure actionis, vel obligationis, ſecus in bis quæ debentur officio iudicis nobili, & nu 5. & 6.*

7 *Mora non committitur per debitorem ante litem conteſtatam, quando creditor prius fuit moroſus, Videlicet, quia noluit recipere pecuniam ſine iuſta cauſa, ſed an iſtud ſit verum, vide in fin. n. 8. & 9.*

10 *Interpellatio extraiudicialis non conſtituit debitorem in mora, quando debitor antea fuerat in mora, & poſt dictam moram creditor non interpellauit, ſed contrarium tenuit Iaſ. & eſt verior opinio, vt infra n. 11.*

12 *Sufficit ad conſtituendum debitorem in mora etiam ſi ſit facta per verba enunciatiua.*

13 *Interpellatio non requiritur ad effectum moræ, quando reus tenetur ex delicto.*

14 *Requiritur ſolum in contractibus innominatis ſecus in cõtractibus bonæ fidei, ſeu ſtricti iuris.*

15 *Non requiritur in extraneo, qui mulieri dotem promiſit.*

16 *Item nec requiritur in debitore obligato minori 25. annis per contractum bonæ fidei, vel per fideicommiſſa, aut legata.*

17 *Idem eſt in obligato Eccleſiæ, vel alijs locis pijs nomine legati, vel fideicommiſsi.*

18 *Item non requiritur in obligato pupillo.*

19 *Item nec interpellatio eſt neceſſaria in obligato Fiſco.*

20 *Item nec quando quis promiſit ſe aliquid facturum, & curaturum, licet contrarium Decio magis placeat.*

21 *Similiter interpellatio non requiritur, quando fuit promiſſum aliquid conſiſtens in faciendo quod habet tractum ſucceſsiuum.*

22 *Idem eſt, quando debitor ante interpellationem dixit, nolo adimplere quod promiſi.*

23 *Idem eſt etiam, quando quis obligatur cum iuramento, & ſcit creditorem indigere.*

24 *Declara niſi debitor promiſerit ad diẽ incertum.*

25 *Debitor excuſatur à mora propter difficultatẽ, quando promiſit aliquid, quod in faciendo conſiſtit.*

26 *Amplia etiam ſi interpoſitum eſſet iuramentum.*

27 *Limita in eo, qui tenetur ad ſiſtendum, vel ad repræſentandum aliquem in iudicio, niſi caſus mortis acciderit in eo, qui repræſentari debebat, & n. 28.*

29 Li-

29 *Limita 2. quando factum debet explicari mediante pecunia.*

30 *Debitor, qui promiſit dare aliquam ſpeciem propter difficultatem à mora excuſatur, dummodo difficultas ſit magna, ita vt quodammodo caſui fortuito æquiparetur, & n. 31.*

32 *Perdit beneficium excuſandi ſe à mora propter difficultatem negando debitum, ſi poſtea de mendacio conuincatur.*

33 *Contrarium tenet Alex. cuius opinio an ſit vera, vide infra n. 34.*

35 *Debitor quantitatis non excuſatur à mora propter difficultatem.*

36 *Contrarium tenet Salicet. & alij nonnulli, quorum opinio reprobatur.*

37 *Difficultas excuſat à mora, quando naſcitur à iuſta cauſa, vel impedimento.*

38 *Idem eſt, quando debitor fecit quantum potuit, et fuit impeditus à caſu fortuito, vel ab aliquo, cõtra quem non poteſt habere regreſſum.*

39 *Item excuſat, quando debetur quantitas reſpectu certæ ſpeciei.*

40 *Debitor poſt interpellationẽ debet ſcire, et intelligere ſe dêbere, alias in mora non conſtituitur.*

41 *Quãdo dicatur ſcire, vel ſcire debere tradũt Bart. & alij remiſſiuè allegati.*

VSu frequentiſſima eſt, & maximè vtilis diſputatio de mora: Ideo pro pleniori eius cognitione primo eſt videndum de requiſitis ad ipſam moram contrahendam, & de hoc agemus in præſenti capite: Secundò vidẽdum eſt de illius purgatione, & de hoc in ſequenti pertractabimus.

Circa primum caput dicas ad conſtituen-
1 dum debitorem in mora † tria eſſe neceſſaria. Primum eſt, quod debitor fuerit interpellatus. Secundum, quod habeat facultatem dãdi poſt interpellationem, vel dolo deſinat habere. Tertium, quod poſt interpellationem ſciat, vel intelligat, vel ſcire, aut intelligere debeat ſe debere.

Quod attinet ad primum requiſitum, quod
2 debitor † debeat interpellari, Ita tenet gloſ. in l. quod te, & ibi Bart. in 3. col. verſ. venio ad ſecundum, & ibid. Alex. n. 8. Iaſ. nu. 58. & 59. ff. ſi cert. pet. & eſt tex. in l. Titiæ textores §. fin. de leg. 1. & in l. ſi ex legati cauſa, & in l. nemo rem ſuam §. fin. de verb. obligat.

3 Amplia hanc concluſionem, vt † vna etiam interpellatio ſufficiat, & plures non requirantur tex. eſt in l Seia §. vſuras, & ibi not. Bar. de legat. 2. idem Bart. in l. mora ff. de vſur. & in l. qui Romæ §. ſeia cauit, de verb. obligat. Idem voluit Imol. in cap. ex litteris col. 2. verſ. quæ-
* dam vero, de conſtit. Et eſt communis* opinio de qua teſtatur Iaſ. in d. l. qui Romæ §. cohæredes nu. 8. cum ſeq. de verb. obligat. & tenet etiam Dec. in d. l. quod te n. 42.

4 Secundò amplia, nam ſufficit etiam vna † interpellatio extraiudicialis, Ita tenet gloſ. in d. l. qui Romæ §. cohæredes in verbo, teſtato, & ibi Bart. in princ. Alex. nu. 6. & Iaſ. nu. 10. Item gloſ. in l. fideiuſſor obligari §. fin. & ibi Bart. ad finem ff. de fideiuſſor. Item gloſ. 4. in l. amplius, & ibi Bart. in 2. oppoſit. ff. rem rat. haberi; Item gloſ. magna in princip. in l. vinum ff. ſi cert. pet. Idem tenet Bart. in l. ſi ex legati cauſa, & in l. ſi decem cum petiero verſ. quæro an iſta, de verb. oblig. & in l. qui vxori ff. de adult. & in l. non ſolum §. morte col. 12. verſ. item an ſit neceſſe ff. de nou. oper. nunc. & in l. cum poſtulaſſem ff. de dam. infect. idem voluit Iaſ. in d. l. quod te n. 21. ff. ſi cert. pet.

5 Declara, & intellige iſtam † ampliationem ſolù procedere in his, quæ debẽtur iure actionis, vel obligationis, ſecus in his, quę debentur officio Iudicis, ita tenet Bart. in l. ſi ex legati cauſa ad finem de verb. obligat. & ibi Alexan. num. 6. per tex. in d. l. cum poſtulaſſem, quem dicit ibi in princip. Bart. eſſe ſingularem ad hoc ff. de damn. infect.

Ratio eſt, quia cum naſcitura ſit actio ex officio Iudicis, à Iudice poſtulari, & impetrari debet, qui partẽ cogat hoc facere, & ſic neceſſaria eſt interpellatio iudicialis, ita dixit Bart. in l. 1. col. 4. in fin. ff. de iuriſd. omn. iud.

6 Intellige tamen de officio † Iudicis nobili, & non mercenario, quia cum iſtud deſeruiat actioni intentatæ, ſola interpellatio extraiudicialis conſtituit in mora, ſecundum Iaſ. in l. vinum n. 15. ff. ſi cert. pet.

Et adeo verum eſt, quod ſit neceſſaria interpellatio iudicialis, quando debetur aliquid officio Iudicis nobili, quod non ſufficit libelli oblatio, ſed requiritur litis conteſtatio, ita notant Bart. & Alex. in rubr. C. de in ius voc. Et facit ad hoc, quod dicit idem Bart. in l. qui vxori, §. quid ergo, & in l. 1. ff. de adulter.

Secundo declara, & intellige eamdem am-
7 pliationẽ non procedere, quãdo ipſe † creditor prius fuit in mora, videlicet, quia noluit recipere pecuniam ſine iuſta cauſa, & poſtea interpellat debitorem extra iudicium, nam iſto caſu requiritur conteſtatio litis, eſt bonus tex. in l. ſed ſi alia. ff. de conſtit. pecun. tenet Iaſ. in d. l. vinum n. 16. de verb. obligat. & in l. ſi ex legati cauſa n. 17. ff. eod. tit.

8 Contrarium † voluit Bart. in l. item illa, col. 3. verſ. & eodem modo, ff. de conſtit. pecun. dicens, quod ſi actor fuit in mora recipiendi debet ire ad domũ debitoris, & ita purgabit moram ſuam; Idem tenet Alex. in l. qui Romæ §. cohæredes n. 6. de verb. obligat. per l. Celſus §. fin. cum l. ſeq. ff. de recept. arbitr. Idem notat Alex. in d. l. qui Romæ, numero 2. & latius in d. l. vinum numer. 11. ff. ſi cert. pet. Et dicit quod in d. l. ſed ſi alia, in qua Iaſ. ſe fundat, non fuerat facta aliqua interpellatio ante litis conteſtationẽ, & ideo expectatur litis conteſtatio; ſed ſi fuiſſet facta, alia interpellatio non expectaretur.

9 Quidquid dicat † Alex. mihi placet opinio Iaſ. quia tex. in d. l. ſed ſi alia, dicit, quod quidquid fecerit actor ante tempus iudicij ipſi nocet; Ergo dici poteſt, quòd etiam ſi facta fuiſſet alia

Digitized by Google

interpellatio,ei nō prodeſſet, & per hoc teneo
cū fal.qui reſpondendo ad l.Celſus dicit,quòd
illa lex loquitur in pœna,& nō in mora, & fa-
cilius quis excuſatur à mora,quàm à pœna,
vt ipſe tradit in d.l. vinum n. 16.Et ſic vera eſt
hæc ſecunda declaratio ſecundæ ampliationis.
10 Declara tertio modo dictam † ampliationē
non procedere, quando debitor fuerat in mo-
ra,& poſt iſtam moram creditor non interpel-
lat, nam iſto caſu non ſufficit, quod interpellet
extraiudicialiter; Nā ex eo,quòd per illā mo-
ram creditor interpellauit, videtur remittere
morā, quæ præcedebat,l.Æmilius,in verſ.di-
cebam, & ibi Bart. not. col. 2. in princip.ff. de
minor.& in l. non ſolum,§.morte,col.7. in fin.
verſ.circa primum,ff.de noui oper.nunciat.
11 Contrarium † tenuit Iaſ. in d.l. vinum,n.16.
verſ. 3. principaliter.ff. ſi cert. pet. & in l.ſi ex
legati cauſa,nu.18.de verb. obligat. Quia ge-
minata mora diuerſo tēpore facta magis gra-
uat moram, & vbi alias admitteretur pur-
gatio moræ, ſi interueniat geminata interpel-
latio non admittitur; Ita probat tex. in l.
traiectitiæ, ibi,interpellare inſtituerat, iuncto
§.de illo,ibi,interpellatus.ff.de action.& obli-
* gat. Et iſte intellectus ad illā legem eſt * cō-
munis,vt demonſtrat Iaſ. in l.ſi Inſulam n.15.
ff.de verb. obligat. Et ad l. Æmilius, in qua
Bart. ſe fundat reſpondetur tribus modis per
Iaſ.in d.l.ſi ex legati cauſa; Et ſic iſta tertia li-
mitatio ſecundæ ampliationis non eſt vera.
Amplia ſupradictam ſecundam ampliatio-
12 nem,vt ſufficiat † vna interpellatio extraiudi-
cialis etiam ſi facta eſſet per verba enunciati-
ua, Videlicet egerem illa pecunia quā debes;
Vel ſcio te habere diſcretionem de pecunia,
quam mihi debes; Vel ſcio, quòd es diſcretus
in ſoluendo,& ſimilia; Ita tenet Bart.in l.etiā
hoc modo, per illum tex. ff. de legat.1. Et la-
tius in l.ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi man-
dauerit, alias incipit Pater ſcio, ff. de acquir.
hæredit. vbi dicit,quod huiuſmodi verba enun
ciatiua habent vim verborum diſpoſitiuorum:
Idem tenuit Iaſ. in d.l.vinum nu.16. vbi teſta-
* tur de communi * opinione, & in d. l.qui Ro-
mæ, §. cohæredes num.10. de verb. obligat.&
Bart. in l.non ſolum §. morte col.12. verſ.ſed
quid ſi, ff. de nou. oper. nunciat: Quidquid
Iaſ. ſibi contrarius dicat in l.ſi ex legati cauſa
n.15. de verbor. obligat.
Limita ſupradictam principalem concluſio-
nem,quòd debitor debeat interpellari, vt non
13 procedat †, quando reus tenetur ex delicto l.
merito, & ibi gloſ. quæ allegat concordan. ff.
de vi,& vi armat. Ratio eſt,quia fur,& moro-
ſus æquiparantur cum fur ſemper dicatur eſſe
in mora l. inter ſtipulantem §. penult. & ibi
gloſ. 2. ff. de verbor. obligat. & Bart. in d. l.
quod te col. 2. verſ. aut loquimur,& Alexan.
num.8. ff. ſi cert. pet.
Secundò limita,vt procedat in contractibus
innominatis, in quibus quando pars adimple-
uit pro parte ſua,non per hoc alter contrahēs
conſtituitur in mora, ſed requiritur interpel-
14 latio: Secus eſt † in contractibus bonæ fidei,
& in contractibus ſtricti iuris habentibus in-
ſtar bonæ fidei, in quibus implemētum ab vna
parte factum conſtituit in mora alteram par-
tem l.curabit C. de act. empt. Ita tenet Iaſ.in
d.l.quod te n.13.per l. in minorum C.in quib.
cau. in integr. reſt. non eſt neceſ. Idem tenet
ibi Alex. num.8.per l.Iulianus.ex vendito.ff.de
act. empt. Ratio quare implementum in con-
tractibus innominatis non conſtituat in mora,
& in nominatis conſtituat eſt iſta ſecundum
Iaſ.præallegat.Quia idem actus non poteſt in-
ducere obligationem, & conſtituere in mora
l.quod dicimus ff. de ſolut. declarat etiam
Bart. in l. quoties, & in l. ita ſtipulatus ſum
te ſiſti in 2. quæſt. princip.verſ.3. videndum
de verb. oblig. Idem Bart. in l. ſi inſulam in 4.
opposit. & ibi Alex. n.22. & 17. eod.tit.At in
contractibus innominatis implementū eſt cau-
ſa inducendæ obligationis, & actionis l.ex pla
cito C.de rer. permutat. Ergo iſtud implemen
tum non poteſt etiam cauſare moram, ſed in
contractibus nominatis implementum non eſt
cauſa inducendæ obligationis l.iuris gentium
ff. de act. & obligat. Ergo poteſt cauſare mo-
ram: Ad hæc vide quæ dicam infra,vbi agam
de purgatione moræ ex parte rei in 2. limita-
tione ſecundi caſus.
15 Tertio limita † in extraneo,qui mulieri do-
tem promiſit,nam per lapſum biennij abſque
interpellatione conſtituitur in mora tex. eſt in
l.fin. C.de iur. dot. & Alexan. in d.l. quod te
num. 8. & latius Bart. Alex. & alij in l. de di-
uiſione ff. ſolut. matrim.
16 Quarto limita † in debitore obligato mino-
ri 25.annis per contractum bonæ fidei,vel per
fideicommiſſa,aut legata: Nam tunc ex ſola
tarditate ſolutionis conſtituitur in mora l.Ti-
tia Seio §. vſuras, & ibi gloſ. 2. & in l.minorū
C. in quib.cauſ.in integr.reſt. non eſt neceſ.
17 Quinto limita † in obligato Eccleſię,vel aliis
venerabilibus locis nomine legati, vel fideicō-
miſſi: Nam tunc ſine interpellatione conſtitui-
tur in mora ex ſola tarditate ſolutionis, Ita
voluit gloſ. in verbo Iudicium in §. ex male-
ficijs verſ. idem mixta,Inſtit. de action. quam
ſequitur Alexan. in d. l. quod te n.8. qui alle-
gat concordantes.
18 Idem † eſt in obligato pupillo ſecundū Ang.
Aret. in d. §. ex maleficijs nu. 33. qui allegat
multas gloſas pro ſua opinione.
19 Sexto limita † in obligato Fiſco, qui abſq;
interpellatione cōſtituitur in mora l.cum qui-
dam §.ex locato ff. de vſur.& ibi gloſ.in verbo
infertur, quam ad hoc dicit ſingularem eſſe,
ibi Bologn.in addit. ſuis,quamuis eam reſtrin
gat,Idem tenet indiſtinctè Alex.in d.l.quod te
n.8.qui dicit idem tenuiſſe Bald. & Roman.
20 Septimo limita † quando quis promiſit ſe
aliquid facturum,& curaturum;Nam tunc nō
requiritur interpellatio; Ita tenet Alexan. in
d.l.quod te nu.8.qui dicit idem tenuiſſe Bald.
Quia

Quia intelligitur quamprimum poteſt.

Contrarium magis placet Decio ibid. ſub n.44. qui pro ſe allegat plurimas auctoritates ſcribentium, quem vide omnino.

21 Octauo limita † quando fuit promiſſum aliquid conſiſtens in faciendo, quod habet tractũ ſucceſſiuum, videlicet Domum ædificare, & ſimilia; Nã iſto caſu adeſt tacita dies infra quã cõmodè poterit fieri quod promiſſum eſt, qua die tranſacta debitor eſt in mora per tacitam interpellationem illius diei tex. eſt in l. ſi inſulam, vbi Alexan. num. 3. & Iaſ. etiam nu. 3. de verb. oblig.

22 Nono limita † quando debitor ante interpellationem dixit, nolo adimplere. quod promiſi; Ita dicit Alex. in d. l. quod te in fine 4. colum. per ea quę notãt gloſ. & Bart. in l. tres denunciationes C. quom. & quand. Iud. qui dicunt, quod ſi reus citatus dixit, nolo venire, non citabitur vlterius: Sed aduerte vtrum iſta illatio fieri poſſit ex illo dicto, gloſ. & Bart. qui dicunt ſi reus citatus dixit, nolo venire; Vnde vt termini ſint ęquales illatio debet fieri, ſi debitor monitus vt ſoluat, dixit, nolo adimplere. Vnde non procedit hæc illatio Alexand. Niſi dicas, quod Alexan. non infert ex dicto gloſ. & Bart. ſed allegat pro ſimili, & intentionem ſuam non fundat in illo dicto, ſed in §. ad hæc quem ipſe ibi allegat. Et pro Alexan. faciunt ea, quæ ipſe tradit in l. qui Romæ in princip. de verb. obligat.

23 Decimo, ac vltimo limita † quãdo quis obligatur cum iuramẽto. Quia ſciens iſte debitor creditorem indigere, & non ſoluens dicitur eſſe in mora ex vi iuramẽti, ita voluit Speculat. in tit. de aduocat §. 1. colum. 6. in fin. verſ. ſed nunquid is, qui iurauit. Idem tenet Abb. in c. breui n. 5. & clarius Imol. col. 2. de iure iuran. Idem placuit Iaſoni in d. l. quod te n. 22.

Contrarium tenuit Alex. ibi n. 8. verſ. idem vbi quis iurauit, & multi alij, quos enumerat, & confutat Dec. ibid. n. 43. & deteſtatur cõmunem eſſe opinionem Speculatoris, & aliorum.

Addo hanc limitationem nõ procedere, niſi
24 data ſcientia in debitore; Ideo † non habet locum in eo, qui promiſit ad diem incertã, Corn. conſ. 26. lib. 1. Gozzad. conſ. 1. nu. 39. Bauer. in inſtit. de minor. in 2. par. num. 20. Bart. in l. ita ſtipulatus in 2. quæſt. ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 2. num. 5.

Circa ſecundum requiſitum, videlicet quòd debitor per interpellationem debeat habere facultatem dãdi, vel dolo deſierit habere; duo caſus ſunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt, quando ſumus in debitore
25 faciendi, & tunc nulli dubiũ eſt, quòd talis † debitor debet habere faciendi facultatem, alias difficultas excuſat eum à mora, ita tenet Bart. in d. l. quod te, col. 3. ff. ſi cert. pet. per tex. in l. ſi vehenda §. pen. ff. ad leg. Rhod. de iactu, & per l. 1. §. iubet, in verſ. ſi frater, ff. de collat. bonorum. Ratio eſt, quia difficilius eſt facere, quàm dare, Ita notat Bart. in l. 4. §. cato, in 8. oppoſit. de verb. obligat.

26 Amplia † iſtam concluſionem procedere etiam ſi interpoſitum eſſet iuramentum, Ita Bart. in d. l. quod te, per c. breui, vbi idem vult Imol. de iure iuran. cum Bart. tenet Alex. in d. l. quod te, nu. 9. Ratio eſt, quia in quolibet iuramẽto intelligitur ſi potero, vt notatur per gloſ. 22. q. 2. in cap. beatus, quam ſimpliciter allegat Alex. in loco citato ſub n. 11.

Limita primo ſupradictã concluſionem non
27 procedere † in eo, qui tenetur ad ſiſtendum, vel ad repreſentandum aliquem in iudicio; Nam iſto caſu difficultas non excuſat à mora, ita dixit Alex. in d. l. quod te n. 11. & Iaſ. n. 32. per l. ſancimus C. de fideiuſſor. Ratio ſpecialitatis eſt, quia habuit tempus ſex menſium ad purgandum moram, & ideo nõ excuſatur amplius ob difficultatem, vt habetur in d. l. ſancimus, & notat Dec. in d. l. quod te n. 53.

28 Et hoc eſt verum, niſi † caſus mortis acciderit in eo, qui repreſentari debebat, vt in d. l. ſancimus, ibi, ab hac luce fuerit ſubtractus; Ad hoc faciunt notata per Bart. in l. 2. §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis cautionibus.

29 Secundo limita † ſupradictam cõcluſionem non procedere, quando factum debet explicari mediante pecunia, quia tunc de illo facto iudicatur pro vt de quãtitate l. 1. §. fin. de verb. oblig. Niſi factũ debeat impleri reſpectu vnius, pecunia autem debeat præſtari alteri tertio: Nam tunc licet reſpectu tertij dicatur debitũ in quãtitate, tamen reſpectu eius, cuius gratia præſtatur, dicitur debitum in facto. Ita declarat Iaſ. in d. l. quod te n. 33. per l. liber homo §. fin. ff. de verb. obligat.

Secundus caſus eſt, quãdo ſumus in debitore dandi, & diſtingue ſic; Aut debet dari ſpecies, & Bart. in d. l. quod te, per illum text. & per l. cum ſeruus, & l. cum res de leg. 1. tenet
30 quod † difficultas excuſet à mora. Cum Bart. conſentiunt Alex. Iaſ. & Dec. in d. l. quod te, & Imol. & Abb. in cap. breui de iure iuran.

31 Limitatur iſta concluſio, vt vera ſit, qñ † adeſt tanta difficultas, quod quodammodo caſui fortuito æquiparetur, vt in l. quoties §. Prætor, verſ. in poteſtate ff. de noxal. action. Alias ſecus l. ſi ſeruũ verſ. ſi autem alienus, de verb. obligat. Ita voluit Alex. in d. l. quod te n. 11. in fine, & ante eum Imol. vt ipſe refert, & ſequitur Dec. ibi n. 54.

32 Secundo limitatur, vt non procedat † in debitore, qui negaſſet debitũ, & poſtea illud fuerit probatum, & debitor ſit de mendacio conuictus; Nam iſto caſu perdit beneficium excuſandi ſe à mora propter difficultatem, Ita tenuerunt Salic. Angel. & Roman. in l. vinũ ff. ſi cert. pet. vt refert Iaſ. in d. l. quod te n. 30. argum. l. contra negantem C. de leg. aquil.

33 Contrarium † tenuit Alex. in d. l. vinũ n. 12. dicens, quod d. l. contra negãtem, quæ imponit pœnam dupli contra negantem illud damnum dediſſe, quod probatur, non debet extendi ad caſum iſtum; cum in pœnalibus regulariter nõ

fiat

fiat extẽſio l.cum quidam,& ibi Bart.de liber. & poſthu. cum ſimilib.

34 Iſta reſponſio† Alex.non euacuat contrariũ ſecundum Iaſ. in d.l.quod te n.30. & Dec.54. Quia etiam in pœnalibus lex ſi non ſit correcta extenditur, vt per plura quæ adducit ibi Iaſ. apparet: Ideo ipſe tenet cum Alexan. ſed alia ratione, videlicet,quia niſi lex ſpecialiter hoc dicat,quod quis perdat beneficium propter negationẽ,non debet fieri extenſio per notab. tex. in authen. de non eligen. ſecund. nuben.§. cum igitur,ibi,nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens.Idem tenuit Alex. in l.etiam filios §. licet nu.7. ff. ſolut. matrim. per d. §. cum igitur. Huic rationi reſpondet Dec.in d. l. quod te num.55. quod diſpoſitio d.§.cum igitur eſt vera in tollendo iure quæſito, & caſus noſter eſt de tollendo iure quærendo,quod facilius tollitur.

35 Aut debet dari †quantitas,& dic quod difficultas non excuſat à mora, Ita Bart. in d.l quod te col.3. per l. incendium C. ſi cert.pet. arguendo à caſu fortuito ad moram, & per l. continuus §.illud ff.de verb.obligat. Idem placet Imol. & Abb. n.4. in d.c. breui de iure iuran. Alex.in d.l. quod te n.9. & Iaſ.32.qui te-
✻ ſtatur de * cõmuni,& pro opinione Bart. allegat l.cum filius familias,de verb. obligat. & l. mora §. in bonæ fidei.ff.de vſur.

36 Contrarium † tenuerunt Salic. Paul.de Caſtr. & Florian. quos refert,& confutat Alex.& Iaſ. in loco præallegato.

37 Limita quod difficultas †excuſet ſi naſcitur à iuſta cauſa,vel impedimẽto,Ita notanter voluit Alex. in d.l. quod te n.9.ad med. per tex. in l. ſciendum ff. de vſur.

38 Secundo limita † quando debitor fecit per quantũ potuit id quod debebat, & poſtea fuit impeditus à caſu fortuito,vel ab aliquo,cõtra quem non poteſt habere regreſſum: Iſto enim caſu difficultas excuſat à mora, vel ſaltem reſtituitur ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, Ita dicit, & probat Abb.in d. c.breui n.4.de iure iuran.quem ſequitur Alex. in d.l.quod te num.9.ad fin. Sed iſta limitatio mihi videtur eadem cum ſuperiori.

39 Tertio limita, quando † debetur quantitas reſpectu certæ ſpeciei, Ita tenet Abb. præallegat. ſed non allegat aliquam legem; Ego dico pro hoc facere quod notat Bart. in d. l. quod te in 1.oppoſit.& ibi Alex.n.5.& Dec. n.25.

Circa tertium requiſitũ, ideſt quod debitor per interpellationem ſciat, vel intelligat, aut ſcire, vel intelligere debeat ſe debere dic in-
40 trepidanter, quod poſt † interpellationem debitor ſcire, vel intelligere debet ſe debere, ita dicit tex. in d.l. quod te,vbi Bart.col.3. ad finem Iaſ.n.5. & 8.& Dec. n.16. cum ſequen.

41 Quando autem † debitor dicatur ſcire, vel debere ſcire tradit Bart. in d.l.quod te col.fin. & ibi Iaſ. idem Bart. & ſcribentes latius in l. non ſolum §. morte, quando tractat de tertia ſpecie proteſtationis ff.de noui oper.nunc. Alijs qua tradit Alex. in l. de pupillo §.qui procuratorio ff.eod.tit.Et hæc de requiſitis ad conſtituendum debitorem in mora dicta ſufficiãt.

Mora quando purgari poſſit, ex Bart. & alijs diligenti ſtudio enarratum atque explicatum. Cap. CXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Mora purgatio non admittitur in reo, quando fuit commiſſa propter factum momentaneum.*
2 *Admittitur in facto ſucceſſiuo, dummodo iura actoris ſint integra.*
3 *Limita,niſi debitor ex facto ſuo ſibi abſtulerit facultatem purgandi moram.*
4 *Item limita,quãdo res principalis debet præſtari ſtipulatori,pœna autem tertio.*
5 *Contrarium tenent Imola, Cuman. & Paul. de Caſtr.*
6 *Limita 3. quando renunciatum eſſet facultati purgandi moram.*
7 *Mora commiſſa propter non factum, et negligentiam purgari poteſt,vſque ad litis cõteſtationẽ.*
8 *Limita, niſi creditor ex mora debitoris paſſus fuiſſet damnum excedens æſtimationem facti promiſſi.*
9 *Mora purgatio ex æquitate fuit introducta.*
10 *Beneficium legis non intelligitur conceſſum in præiudicium alterius.*
11 *Mora purgatio admittitur etiã ſi creditor damnũ ſit paſſus ex non facto,quando debitor damnum illud vult reficere, & factum adimplere etiam ſi mora ſit commiſſa,circa deciſoria iudicij, & num. 12.*
13 *Non admittitur,quando ius actoris factum eſt deterius in ſtipulationibus extraiudicialibus,ſecus in iudicialibus concernentibus ordinationem litis,non autem ſubſtantiam obligationis, & num. 14.*
15 *Item non admittitur vſque ad litem cõteſtatam, quando ſtatur per ſubterfugium rei quominus lis conteſtetur.*
16 *Item non admittitur in Iudæis.*
17 *Similiter non admittitur, quando inſtante actore reus ſoluit pœnam, vel intereſſe, & executio fuit facta.*
18 *Idem eſt quando executio ipſo iure facta eſſet.*
19 *Limita niſi ipſa lex vlterius procedat diſponendo moram purgari poſſe.*
20 *Limita 2. quando mora ad nullius damnum tenderet,niſi moroſi.*
21 *Limita 3. quando executio legis eſt medicinalis.*
22 *Mora purgatio nõ admittitur in hærede,qui monitus à Iudice, vt voluntatem defuncti impleret,intra annum non impleuit.*
23 *Item non admittitur in hærede,qui intra tempora ſtatuta à l.fin.C. de iure delib. non fecit inuentarium.*
24 *Item nec admittitur in matre, quæ non fecit dare tutorem filio,cum primum potuit Prætorem adire.*
25 *Similiter non admittitur, vbi appoſitum eſt iuramentum ſuper promiſſione pœna.*

26 Limi-

26 *Limita de iure canonico, ſecundum quod etiam vbi adeſt iuramentum admittitur purgatio moræ, quãdo ius alterius nõ eſt factũ deterius.*

27 *Moræ purgatio regulariter non admittitur poſt litis conteſtationem.*

28 *Limita niſi poſt litis conteſtationem offeratur id quod petitur.*

29 *Limita ſecundo ſi in fideiuſſore, qui non tenetur ex facto ſuo; ſed ex ſua promiſſione propter factum alienum.*

30 *Limita 3. quando ante litis conteſtationem nulla mora præceſſit, ſed contrahitur in ipſa litis conteſtatione, quia tunc moræ purgatio admittitur vſque ad ſententiam, vel etiam ſtatim lata ſententia, imò pendente etiam iudicio in ſecunda inſtantia, & nu. 31. & 44.*

32 *Moræ purgatio regulariter non admittitur, quando cum certa die, & certa pœna aliquid fuit promiſſum.*

33 *Limita 1. in ſtipulationibus prætorijs, & iudicialibus quoad præparatoria tantum iudicij ſecus quoad deciſoria, & nu. 34.*

35 *Limita 2. vbi in teſtamentis, & vltimis voluntatibus dies adijcitur cauſa multiplicandæ obligationis, licet in contractibus ſecus ſit.*

36 *Limita 3. in die tacita, quam promiſſor non potuit intelligere, & prævidere.*

37 *Limita 4. quando dies eſt adiecta in pacto nudo, et poſtea fuit promiſſa pœna per ſtipulationẽ*

38 *Limita 5. quando appoſita eſſet dies tantum à partibus, & lex ſubintelligeret pœnam ideſt, intereſſe, quod ex parte debitoris pœna eſt. Sed Iaſ. contrarium tenet, nu. 39.*

40 *Limita 6. quando dies adiecta eſſet cauſa demonſtrationis.*

41 *Limita 7. in die incerta quamuis expreſſa.*

42 *Limita 8. ſi debitum non erat liquidum.*

43 *Moræ purgatio admittitur ante litem conteſtatam intra modicum tempus, quando cum die, & non pœna aliquid fuit promiſſum.*

45 *Item admittitur, quando ſine die, & cum pœna aliquid promiſſum eſt adhibita tamen diſtinctione.*

46 *Actor poteſt purgare moram ad conſeruandam actionem iam conſtitutam.*

47 *Amplia etiam ſi in ſtipulatione eſſet appoſita dies, & pœna.*

48 *Limita non procedere, niſi intra modicum tempus, & quando rei non intereſt.*

49 *Declara, vt actori concedatur modicum tempus, quando ipſe tenetur aliquid offerre, ſecus ſi non tenetur offerre, ſed recipere, nam tunc ſemper poteſt purgare moram, dummodo res non ſit perempta.*

50 *Actor etiam ſi tractaretur de libertate adipiſcenda, non poteſt moram purgare ad actionem quærendam principaliter, ſed tantum acceſſoriè, niſi reus conſenſerit actorem purgare moram, & nu. 51. 52. & 53.*

REſtat ſecũdum propoſitæ materiæ caput, nempe de ipſius moræ purgatione; pro cuius abſolutione videndum eſt, quando mora poſsit purgare ex parte rei: Deinde quando poſsit ex parte actoris.

Quoad primam inſpectionem pro faciliori explicatione quatuor caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt, quando ſimpliciter, & ſine diei adiectione aliquid promiſſum eſt, & diſtinguẽ ſic. Aut mora eſt commiſſa propter factum, & tunc, aut loquimur in facto momentaneo, &
1 dicas quod ſi propter hoc factum † commiſſa eſt pœna, & conſequenter mora, non admittitur purgatio moræ Bart. in l. ſi inſulam in 6. quæſt. de verb. obligat. per text. in l. 1. §. ſi rem depoſitam. ff. depoſit. Ratio eſt, quia in facto momentaneo delictum, ſeu malefactum eſt perfecte conſumatum.

2 Aut loquimur † in facto ſucceſsiuo, & tunc ſi infra paucos dies quis contrafecit admittitur purgatio moræ, dũmodo iura actoris ſint integra, & ex eo maleficio nullum damnum ſenſerit actor. Ita Bart. ſn d. l. ſi inſulam in q. 6. quem ſequuntur Alex. ibi nu. 39. & Iaſ. 36. Ratio eſt, quia quando eſt malefactum, quod habet durationem, & tractum ſucceſsiuum, cum non ſit perfecte conſumatum, & adhuc superſit tempus, admittitur purgatio moræ, vt per Iaſ. ibi nu. 36.

3 Limita primo, vt non procedat †, quando debitor ex facto ſuo ſibi abſtulit facultatem purgandi moram; Videlicet, quia occidit rem nam tunc non poteſt purgari mora ad euadẽdum pœnã, & ita intelligitur tex. in l. ſi ſeruus §. ſequitur in princ. & ibi gloſ. in verbo conſtitutio, de verb. obligat. Ratio eſt, quia hoc caſu ceſſat æquitas, in qua fundatur purgatio moræ d. §. ſequitur in fine, vt per Iaſ. in d. l. ſi inſulam, nu. 37. ad finem. Et hanc opinionem defendit ibidẽ Alex. n. 42. verſ. vel poſſeſ. Si vero aliter periret res infra tempus conceſſum ad purgandã moram, tũc ſi debitor offerrat æſtimationem rei prædictæ, liberabitur ab omni alia pœna, ſicut ſi rem ipſam offerret Bart. ibi in quæſt. 1. quem ſequuntur Alex. & Iaſ. ſupra proxime citati.

4 Secundo limita †, vt non procedat, quando res principalis debet præſtari ſtipulatori, pœna autem tertio, vt in l. 3. §. 1. ff. de adimen. legat. Nam tunc ſi verba contrahentium ſint clara, quod intellexerunt, ſi non dabis, ideſt, ſi fueris in mora dandi, tunc nõ admittitur purgatio moræ, ita tenet Bart. ibi in q. 8. arg. l. fin. C. de tranſact. & l. 3. C. de nouation. In dubio autem, quando dictum eſt ſimpliciter, ſi non dabis Titio dabis Seio mora purgari poteſt, vt per eumdem Bart. ibi, Quia illa verba, ſi non dabis, intelliguntur, ideſt, ſi dare non poteris d. l. 3. §. 1. ff. de adimen. legat. Et ſic non eſt omnino certum, quod voluerint à Titio auferre per moram debitoris.

5 Contrarium, ideſt †, quod indiſtincte poſſit mora, purgari, tenuerunt Imol. Cuman. & Paul. de Caſtr. quos refert, & ſequitur Alex. ibi ſub n. 41. & Iaſ. n. 38. Ratio, quam aſsignãt hæc eſt, quia illi tertio, in quem eſt collata

pæna

pæna non acquiritur ius ſimpliciter,ſed in ca-
ſu quo non purgetur mora;Vnde pæna acqui-
ſita tertio propter moram illius,cum ſit ei ac-
quiſita nõ irreuocabilis,vt procedit l. id quod
noſtrum. ff. de reg.iur. ſed cum modificatio-
ne ideſt,mora non purgetur ideo debet con-
cedi purgatio morę.

Poſſet tamen reſponderi per Bart.quod quã
do verba contrahentium ſunt clara dicendo
ſi non dabis,ideſt,ſi fueris in mora, videntur
voluiſſe cõtrahentes ob ſolam moram pænam
eſſe acquiſitam illi tertio, ergo non debet ſine
facto ſuo ea priuari d.l.id quod noſtrum.

Niſi ſubtiliter reſponderes, quod illa verba
ſi fueris in mora,interprætantur, & eam non
purgaueris, Ad hoc facit dictum Iaſ. in d. l. ſi
inſulam n.38.de verb.oblig. quòd nõ ſequitur,
commiſſa eſt ſtipulatio,ergo mora non poteſt
purgari. Adhoc etiam facit quod notat Dec.
in conſ.7.nu.3. quod de diſpoſitione ab initio
pura, & de ea quæ facta eſt ſub conditione,
quæ extitit,idem iudicium habetur.

6 Tertio limita † quando renunciatum eſſet
facultati purgandi moram l.pen. C.de pact.&
l.ſancimus,ibi,niſi pacti tenor. C.de fide inſſor.
per quem tex.ita tenuit Alex.in d.l.ſi inſulam
n.23.de verb.obligat.

7 Aut mora † eſt commiſſa propter non factũ
& negligentiam,& facias duas regulas. Prima
regula ſit,quod poteſt purgari mora vſque ad
litis conteſtationem tex.eſt in d.l.ſi inſulam,&
ibi Bart.in 1.notab. & Iaſ.n.4.

8 Primo limita hanc regulã quando † credi-
tor ex mora debitoris paſſus fuiſſet damnum
excedens extimationem facti promiſſi tex. eſt
in l.ſi cum dies §. fin. cum l.ſeq. ff. de recept.
arbitr.gloſ.2.in d.l.ſi Inſulam,& ibi Bart.in 1.
9 oppoſit.Ratio eſt,quia cum ex æquitate† pur-
gatio moræ ſit introducta l.ſi ſeruum §.ſequi-
tur de verb. oblig. non videtur ęquum,cum
actor damnum receperit ex mora rei, quod
reus admittatur ad moram purgandam. Ita
Alex.in d.l.ſi inſulã n. 9. Item purgatio moræ
10 eſt quoddã beneficium legis, at † beneficium
non debet intelligi permiſſum in præiudicium
alterius, Ergo, &c. Ita Iaſ. in d. l. ſi Inſulam
n.10. per l.impuberi.ff de adminiſtrat.tut.

Sublimita, & intellige ſupradictam limita-
11 tionem non procedere,quando reus † omnem
indemnitatem præſtare vellet actori, videlicet
adimplere factũ, & præſtare, quod actoris in-
tereſt gloſ.in l.vtique.ff. de recept. arbitr.quæ
* communiter* approbatur,vt per Alex.in d.l.ſi
inſulam n. 9.& Iaſ.n.10.Rip.n. 23.

Amplia hanc ſublimitationem nedum ſi eſt
commiſſa mora in extraiudicialibus, ſed etiã
12 ſi commiſſa † ſit circa deciſoria iudicij. Ita
Alex.præallegat. qui dicit idem tenere gloſ.in
d.l.vtique de recept.arbitr.

13 Secundo limita,non admitti †purgationem
moræ,quando ius actoris factum eſt deterius
ſicut quando ipſius actoris intereſt moram
fuiſſe commiſſam,vt ſupra in proxima præce-
denti limitatione: Nam paria ſunt actoris in-
tereſſe,& ius actoris deterius factum fuiſſe,ita
ſenſit gloſ.fin.in d.l. ſi inſulam & ibi ſcribẽtes.

Sublimita, & intellige hanc limitationem
14 procedere † in ſtipulationibus extraiudiciali-
bus,ſecus in iudicialibus concernentibus or-
dinationem litis, vt ſtipulatio de ſiſtendo, &
huiuſmodi: Nam ſi in iſtis ſtipulationibus iu-
dicialibus factę ſint expẽſæ,& ſic intereſt acto-
ris,non per hoc impeditur purgatio moræ,Nã
eas conſequetur officio iudicis, qui reum non
audit niſi reſecatis expenſis, ſed ſi ius actoris
factum eſt deterius, & deterioratio concernit
ſubſtantiam actionis, & obligationis tũc mo-
ra non purgatur: Rationem vide ſupra in pri-
ma limitatione huius regulæ. Ita ſubobſcure
Bart. in d. l.ſi Inſulam in 1. oppoſit.& clarius
Alex.n.10.Iaſ.n.11.

15 Tertio limita non admitti † purgationem
morę ad litis conteſtationem, quando ſtatur
per ſubterfugium rei quominus lis conteſte-
tur;Nam iſto caſu non expectatur conteſtatio
litis,ſed lis habetur pro conteſtata ſecundum
Angel.in d.l. ſi inſulam quẽ refert, & ſequitur
ibi Alex.num. 12. Ne aperiatur via fraudi:Ad
hoc facit dictum Bald.in l.morę.C. de vendic.
Videlicet,quod mora litis conteſtandæ eumdẽ
effectum operatur quæ lis conteſtata, Et ad
hoc faciunt notata per Iaſ. in d l. ſi Inſulam
n.13.verſ.Item pro iſta ſolutione,& in iſto ca-
ſu intelligenda ſunt verba Bart.ibi in 2.oppoſ.

16 Quarto limita † in Iudeis, quibus non eſt
concedenda purgatio moræ: Nam cum eis nõ
æquitas,ſed rigor ſeruãdus eſt,Ideo nõ permit
titur purgatio moræ, quæ fundata eſt in æqui-
tate l.ſi ſeruum.§. ſequitur de verb. obligat.
late proſequitur Iaſ. in d.l.ſi inſulã n. 5.& 23.

17 Quinto limita † quando inſtante actore
reus ſoluerit pænam,vel intereſſe, & executio
facta fuerit l.qui ob rẽ,& ibi Bart.ff.de cond.
indebit.& ſequitur Alex.in d.l.ſi inſulã nu.32.
* & Iaſ.n.30.qui teſtatur de * communi opinio-
ne: Ratio eſt ſecundum Bart.in d.l. ſi inſulam
q.3. quia ſolutio habet vim litis conteſtatio-
nis tex.eſt in l.amplius. ff.rem ratam hab. At
poſt litis conteſtationem non admittitur mo-
rę purgatio,vt dicit tex.in d.l.ſi inſulã,& dicã
infra in 2.regula.Ergo nec poſt ſolutionem.

18 Sexto limita † quando ipſo iure facta eſſet
executio, tunc enim non purgabitur amplius
mora,verbi gratia,Teſtator legauit centum
Titio,& ſi centum hæres non daret,legauit ei-
dem Titio fundum: tunc ſi hæres non dedit,ip-
ſo iure dominium fundi, tranſit in Titium.
Ita exemplificat Bart.in d.l. ſi inſulam q.4. &
ita tenet per l.ſi is illi legatus,& ibi etiam de-
clarat illum tex.de leg.2 idem voluit Bart. in
l.qui ob rem.ff.de cond.indeb.Alex.in d.l.ſi in-
* ſulam n.33.qui teſtatur hãc eſſe* communem
opinionem & Iaſ.n.31.

19 Sublimita primo modo hanc † limitationẽ
vt poſt executionem factam à lege poſſit mo-
ra purgari, quando ipſa lex vlterius procedit
diſpo-

diſponendo moram purgari poſſe, ſic tenet Alex.in loco præallegato.

Sublimita ſecundo modo,nam poſt execu-
20 tionem † factam à lege poteſt adhuc mora purgari,quando mora ad nullius damnum tẽderet,niſi moroſi,exemplum ponitur in l.mancipiorum.ff.de opt.legat.& tenet Alex.præallegatus.Ad hoc facit,quod purgatio moræ fundata eſt in æquitate d.l. ſi ſeruũ §. ſequitur de verb.obligat.Et æquum eſt,vbi nullius damnũ interuenit,admitti purgationem moræ.

21 Sublimita tertio † modo dictam limitationem, quando executio legis eſt medicinalis, vt dicit Iaſ. in d.l.ſi Inſulam n.32. Verbi gratia in ſententia excommunicationis, quæ trahit ſecum executionem c.paſtoralis de appellat. & tamen quãdocumque vellit excõmunicatus purgare moram,eſt audiendus,& abſoluendus, c.1.de ſent.excommun.

22 Septimo limita † in hærede,qui monitus à Iudice,vt voluntatem defuncti impleret intra annum nõ impleuit tex.eſt in authen. hoc amplius, & ibi Doct.C.de fideicommiſ. Nam ei non conceditur purgatio moræ.

23 Octauo limita † in hærede, qui intra tempora ſtatuta à l.fin.C.de iure deliberan.non fecit inuentarium:Namque ei non conceditur amplius poſſe moram purgare Alex.in d. l. ſi inſulam n.35.& Iaſ.n.31.

24 Nono limita † in matre,quæ non fecit dare tutorem filio cum primum potuit Prætorem adire l.2.§. ſi mater,iuncto verſ.confeſtim.ff.de Senatuſconſ. Tertulian.

25 Decimo limita † quando appoſitum eſt iuramentum ſuper promiſſione pœnæ, quod certe impedit purgationem moræ Bart. in d.l.ſi inſulam quæſt. per l.ſi quis maior annis, & ibi idem Bart.ad fin.C.de tranſact.cum Bart. concordat Alex. præallegat.n.37. qui teſtatur
* de * communi.

26 De iure tamen canonico † etiã vbi adeſt iuramentũ purgatio moræ admittitur,vbicumq; ius alterius non eſt factum deterius,c.ſuam de præben. c. apud miſericordem 32. q. 1. & ibi gloſ. Hoſtienſis c.dilecti n.13. verſ. ſi aliqua partium,& ibi Butr.& Imol.de arbitr. Alex.in l.ſi quis maior n.7.in fin.& ibi Iaſ.n.26.etiam in fin.C.de tranſact.Grat.conſ.79. n.11.lib.1. Bero.conſ.120.n.20. lib.1. Caputaquen. deciſ. 230.lib.2.& ita tenuit Rota deciſ.277.n.5.par. 2.diuerſ. & in vna Anconitana fideicommiſſi 26.Iunij 1598.corã Horatio Card.Lancellotto.

27 Secunda regula fit quod poſt litis† cõteſtationẽ nõ admittitur purgatio moræ tex. eſt in d.l.ſi Inſulam, & ibi omnes ſcribentes: Ratio eſt ſecundum Bart.ibi in q.1. quia duplex mora magis nocet,quam vna,quaſi vellit dicere quod ante litis conteſtationem ſit alia mora. Hanc rationem reprobat ibi Alex. n.29. verſ. item ſecundum Bart.& Iaſ.n.26.qui dicit hoc ideo eſſe,quia mora iudicialis, quæ contrahitur per litis conteſtationem, grauior eſt propter contemptum iudicis, & partis,ſed non probat hanc ſuam rationem aliqua lege.Alex. in loco citato tradit hanc rationem,quam puto veriorem,videlicet, quia per litis conteſtationem quaſi contrahitur inter partes, Ideo non poteſt reus inuito actore recedere ab eo ſuper quo facta eſt litis conteſtatio arg. l. ſicut.C.de act.& obligat.

28 Primo limita † & intellige,vt ſupradicta regula procedat,quando ab actore petitur, ac lis conteſtatur ſuper vnum, videlicet intereſſe, & reus offert aliud,videlicet factum: Nam iſto caſu bene verum eſt,quod non admittitur purgatio moræ poſt litis conteſtationem, & ita procedit d. l.ſi inſulam ſecundum Bart.ibi in op 1.2.part.faciunt notata ibi per Alex.n.1.& Iaſ. n.1. Sed quando ab actore petitur in conteſtatione litis intereſſe,vel factum,& à reo offertur factum vel intereſſe,tunc per iſtam ſolam obligationem factam per litis conteſtationem admittitur purgatio moræ poſt ipſam cõteſtationem litis tex.eſt in l.ſed ſi alia. ff.de conſtit. pecun. ſicut ſi ante litis conteſtationẽ obtuliſſet,quod actor petierat moram purgaſſet l.ſi ſeruum §. ſequitur de verb. obligat.

29 Secundo limita † in fideiuſſoribus, qui cum non teneantur ex facto ſuo, ſed ex ſua promiſſione propter factum alienum, eis conceditur purgatio moræ,Alex.in d.l. ſi inſulam n.28.ſed Bart.ibi non admittit hanc limitationem in omnibus fideiuſſoribus. Verum contra Bart. tenet etiam Iaſ.in d. l. ſi inſulam n.25. verſ. tu tamen alio modo per l. fideiuſſor euictionis. ff.de dol.mal.except.intelligendo illam legem loqui in purgatione moræ, quod non placet Bart.in 3.oppoſ. 2.part.

Mihi placet opinio Alex.& Iaſ.contra Bart. Quia cum moræ purgatio fundetur in æquitate d.l.ſi ſeruum,§.ſequitur,de verb.obligat. Æquum mihi videtur, vt longius tempus concedi debeat fideiuſſori, quam principali, cum ipſe teneatur ex facto alieno.

30 Tertio limita,† & intellige dictam regulam procedere, quando ante litis conteſtationem præceſſit aliqua mora, & ita debet intelligi d. l.ſi inſulam, ſecus eſt ſi ante litis conteſtationem nulla mora præceſſit, ſed contrahitur in ipſa litis conteſtatione, de quo tradit exemplũ Bart.in d.l.ſi Inſulam,in 1.quæſt.& Iaſ.ſub n.27.Nam tunc poteſt mora purgari vſque ad ſententiam,ſic tenet Bar.vbi ſupra per l.ſi quis maior,C.de tranſact.& per gloſ.fin.ad med.in l.ſiue apud acta, eod. tit.quem ſequitur Alex. præallegatus ſub n.29.verſ. in quantum tamẽ, & Iaſ.n.27.Ripa n.78.Iacob.de Nigris.n.234.

31 Et quòd vſque ad ſententiam mora † purgari poſſit,tenet etiam Gabr.conſ.75.n.7.lib.2.vbi ampliat procedere etiam ſtatim lata ſententia celeri ſatisfactione,& ita tenuit Rota in multis cauſis, & præcipue in vna Romana præcij fundaci 1. Iunij 1607. coram Manzanedo, in qua fuit dictum moram purgari poſſe nedum poſt ſententiam, ſed etiam pendente iudicio in 2.inſtantia.

32 Secun-

32 Secundus caſus eſt, quando enim† certa die,
& certa pœna aliquid promiſſum eſt, & non
admittitur purgatio moræ ſecundum magis
* communem * opinionem, de qua teſtatur
Alex. in d. l. ſi Inſulã n. 15. & Iaſ. n. 17. Ita tenet
Bart. ibi in 3. oppoſit. per l. traiectitiæ §. de il-
lo, & l. magnam. C. de contrahen. & commit-
ten. ſtipulat.

Limita primo, & intellige, vt iſta magis cõ-
munis opinio procedat in ſtipulationibus cõ-
33 uentionalibus, ſecus † in prætorijs, & iudicia-
libus tex. eſt in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau-
tion. & ibi gloſ. fin. prope finem, & Bart. in d. l.
ſi inſulam in 3. oppoſit. de verb. obligat. quem
ſequitur ibi Iaſ. i. u. 17. Ratio diuerſitatis eſt,
quia ſtipulationes conuentionales iudicantur
ex mente contrahentium, l. in conuentionali-
bus, de verb. obligat. Et ſic inuito actore nihil
immutatur; Secus eſt in ſtipulationibus præ-
torijs, quæ iudicantur ex mente Prætoris, qui
cum ſemper habeat æquitatem ante oculos l.
quod ſi Epheſi, in fin. ff. de eo quod certo loco
Videns, quod ius actoris non eſt factum dete-
rius, admittit purgationem moræ intrà paucos
dies, vt habetur in d. l. & ſi per tres, ſi ſit reus
principalis; Ita dicunt Bart. & Iaſ. præallegati,
ſecus ſi ſit fideiuſſor de iudicio Siſti, cui con-
ceditur purgatio moræ per multos dies.

34 Sublimita, & intellige hanc † limitationem
procedere in prætorijs, & iudicialibus quoad
præparatoria, ſecus quoad deciſoria, & ita
procedit tex. in l. Cælſus, ff. de recept. arbitr. ſe-
cundum Bart. in d. l. ſi inſulam, in 8. appoſit. qui
aſſignat rationem iſtorum dictorum, ſed eius
ratio non eſt vera ſecundum Iaſ. ibi num. 21.
Vnde ipſe refert aliam, quam per te vide.

35 Secundò limita, † vt hæc magis communis
opinio non procedat in die adiecto cauſa mul-
tiplicandæ obligationis, tex. eſt in l. 1. verſ. quod
ſi in annos, ff. de pen. legat. Quod eſt verum in
vltimis voluntatibus, & in his terminis loqui-
tur dicta l. 1. Sed in contractibus, vel appona-
tur dies cauſa multiplicandæ obligationis, ſeu
differendæ ſolutionis, ſemper idem iuris eſt, Id-
eſt ſemper conſtituitur in mora: Ratio diuerſi-
tatis hæc eſt, quia in contractibus, in quibus
annuum quid promittitur ſtatim naſcitur actio
& obligatio pro omnibus annis, & ſic eſt vna
promiſsio, & vna ſtipulatio, l. ſi Stichum, §. 1. ff.
de donat. cau. mort. Et ideò terminus cuiuſli-
bet anni non facit naſci actionem, & obliga-
tionem: Ergò poteſt conſtituere in mora; Sed
in vltimis voluntatibus, & legatis ſecus eſt;
Nam pro primo anno ſtatim naſcitur obliga-
tio, & actio; pro ſequentibus autem annis non
eſt nata, neque actio, neque obligatio, ſed eſt
conditionalis, vt in l. ſi in ſingulos, ff. de annuis
legat. Et ideò lapſus cuiuſlibet anni facit vnã
obligationem; Ergò non poteſt in mora con-
ſtituere; Namque idem tempus non debet in-
ducere natiuitatem obligationis, & actionis, &
etiam conſtituere in mora; Ita declarat Bart.
in d. l. ſi inſulam in 4. appoſit. & ibi Alex. num.
22. & nu. 17. & Iaſ. n. 17. Idem Bart. in l. quoties,
& in l. ita ſtipulatus ſum te ſiſti in 2. quæſtio.
princip. verſ. 3. eſt videndum de verb. oblig.

36 Tertiò limita, vt dicta communis † conclu-
ſio non procedat in die tacita, quam promiſſor
non potuit intelligere, & præuidere, vt in l. ſi
eum dies, §. fin. & l. qui Romæ, §. Flauuius de
verb. obligat. Quia tunc Prætor ex æquitate
admittit purgationem moræ l. ſi ſeruum, §. ſe-
quitur de verb. obligat. ita Bart. in d. l. ſi inſu-
lam in 5. oppoſit. approbatus ab Alex. ſub nu.
15. & a Iaſ. nu. 18. Qui tenet etiam, quod ex quo
reus diem intelligere non potuit, non conſti-
tuatur in mora; Secus ſi illam tacitam diem
promiſſor potuit præuidere, & intelligere ex
natura obligationis; Et in iſtis terminis debet
intelligi l. 1. ibi, niſi forte, ff. de pen. legat. Nam
tunc idem operatur dies tacita, & expreſſa l.
idem erit, & ſi. ff. de verb. oblig.

37 Quarto limita, † quando dies eſt adiecta in
pacto nudo, & poſtea fuit promiſſa pœna per
ſtipulationem; Quia tunc non conſtituitur de-
bitor in mora per euentum diei, ſed per litis
conteſtationem; Ita notat Alex. in d. l. ſi inſu-
lam nu. 22. per l. nuda C. de cõtrah. & commit.
ſtipulat.

38 Quintò limita, † quod dicta communis con-
cluſio non procedat, quãdo eſſet appoſita dies
tantum a partibus, & lex ſubintelligeret pœ-
nam, ideſt, intereſſe, quod ex parte debitoris
pœna eſt, nam tunc admittitur purgatio moræ;
Ratio eſt, quia firmius eſt, quod quis habet
prouiſione ſua, quàm alterius, l. ſi filius, §. erit,
ff. de fideicommiſſ. libert. cum ſimil. adductis
per Bart. in d. l. ſi inſulam in 6. oppoſit. qui aſ-
ſignat duas alias rationes; Sed Iaſ. ibid. nu. 19.
39 † oppugnat rationes Bart. & refert iſtam: Quia
intereſſe eſt pœna incerta, quia debet liquidari
per Iudicẽ, l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo quod
int. profer. Et ideò non debet impedire moræ
purgationem, ſicut dies incertus non impedit,
vt apparet in 8. limitatione huius caſus; Sed
pœna appoſita a partibus eſt certa, & limitata,
& non indiget probatione l. fi. ff. de prætor ſti-
pulat. Ideò talis pœna, cum die bene impedit
moræ purgationem.

40 Sextò limita non † procedere, quando dies
adiecta eſſet cauſa demonſtrationis, vt in l. li-
ber homo, §. decem, de verb. obligat. ſecundùm
Alex. in d. l. ſi inſulam nu. 17.

41 Septimò limita † in die incerta quamuis
expreſſa, Nam non impedit moram purgari,
cum nõ interpellet, ſicut dies certa, l. magnam
ibi, certo tempore, C. de cõtrahen. & committ.
ſtipulat. Verbi gratia, promiſi ſub pœna, quòd
quando Titius erit legitimæ ætatis ratificabit
illum contractum, poſt diem legitimæ ætatis
adhuc poſſum moram purgare, cum error talis
diei ſit probabilis; Ita voluit Alex. in d. l. ſi in-
ſulam, num. 16. & Iaſ. nu. 18. Dec. conſ. 2. nu. 5.
Soc. conſ. 109. num. 4. lib. 1. Ad hoc faciunt quæ
dixi in 3. limitatione præſentis caſus.

42 Octauò limita † non procedere, ſi debitum
non

non erat liquidum, nam tunc admittitur pur-
gatio moræ, Ad hoc facit notabilis tex. in l.
ſeruus §. Imperator. ff. de ſtatulib. & nota-
ta per Bart. in l. fin. ad fin. de diſtract. pi-
gnor. & tenet Alex. præallegatus ſub n. 20.

Tertius caſus eſt, quando cum die, & non
pæna aliquid promiſſum eſt, & tunc diſtingue
43 ſic. Aut lis † non eſt conteſtata, & admittitur
purgatio moræ, vt per Bart. in d. l. ſi inſulam
ad fin. per l. ita quis §. ſeia, de verb. obligat.

Intellige quando rei non intereſt, & infra
modicum tempus, ita Bart. præallegat. in 2. &
3. oppoſit. & in col. fin. ad fin. Ad hoc faciunt
ibi notata per Iaſ. n. 19. verſ. ſed aduerte.

Aut lis eſt conteſtata, & tunc ſubdiſtingue.
Aut poſt litis conteſtationem offertur id quod
petitur, & dic, vt dixi ſupra in primo caſu in
prima limitatione ſecundæ regulæ.

44 Aut vnum petitur, & aliud offertur, & † tūc
admittitur purgatio, ſi ante litis conteſtatio-
nem nulla alia mora fuerat commiſſa, alias
ſecus, vt per Bart. in loco præallegato, & vide
etiam quod ſcripſi ſupra in vltima limitatio-
ne dictæ ſecundæ regulæ primi caſus.

Adde, quòd etiam fideiuſſoribus cōceditur
purgatio moræ poſt litis conteſtationem, vt
dixi in 2. limitatione ſecundæ regulæ dicti pri-
mi caſus.

Quartus caſus eſt, quādo ſine die, & cū pæ-
45 na aliquid promiſſum eſt, Et dic, † quod admit
titur purgatio moræ, vt in l. 1, ff. de pen. legat.
Quod intellige cum diſtinctione ſupra proxi-
me facta.

Vltimo tractandum eſt, quando mora pur-
gari poſſit ex parte actoris, & quando non;
Circa quod diſtingue hoc modo. Aut actor
vult purgare moram ad conſeruandam actio-
nem iam conſtitutam; Aut vult purgare morā
ad actionem de nouo quærendam.

46. Primo caſu dicas, † ꝙ regulariter poteſt l. ſi
ita quis §. ſeia, & ibi Bar. & alij de verb. oblig.

47 Amplia etiam ſi † in ſtipulatione eſſet ap-
poſita dies, & pęna. Ita dicit Bart. in d. §. ſeia
per illum tex quem approbat Alexan. in d. l. ſi
inſulam n. 50. & Iaſ. ibid. n. 39.

48 Limita † non procedere, niſi intra modicū
tempus, & quando rei non intereſt ita dicit
tex. in d. §. ſeia, & notat Alex. n. 47. in d. l. ſi in-
ſulam.

49 Sublimita, & intellige † quod actori cōcedi-
tur modicum tempus, quando ipſe actor tene-
tur aliquid offerre, quia offerre debet infra
modicum tempus, & ita procedit d. §. ſeia, vt
per Alex. vbi proxime, ſecus ſi nō tenetur offer
re, ſed recipere, nā tūc ſemper poteſt purgare
morā, dūmodo res nō ſit perempta l. Celſus §.
fin. cum l. ſequen. vbi gloſ. ff. de recept. arbitr.

Secundo caſu, quando actor vult purgare
moram de actionem ad nouo quærendam,
eſt etiam diſtinguendum: Nam aut de actionē
50 principaliter quærendam, † & non poteſt mo-
ra purgari, l. Thais. §. intra certa tēpora. ff. de
fideicommiſ. libert. l. ſi intra. ff. de ſtatu lib.

51 Amplia hoc eſſe verum † etiam ſi tractare-
tur de libertate adipiſcenda, vt habetur in d.
l. Thais & in d. l. ſi intra.

Limita hanc ampliationem, quando ſeruus
debebat facere, vel dare aliquid quod de faci-
li, & cito poterat dari, vel fieri videlicet ra-
tiones reddere, & ita loquitur d. l. Thais. §. me-
ra, ſecus ſi deberet facere quod eſt difficile, &
haberet longā durationē tēporis, videlicet, da-
re operas ſeptē annorū, vt in l. Stichum, §. dā-
na, & in l. ſeruus qui teſtamento. ff. de ſtatulib.

52 Limita ſupradictam † concluſionē non pro-
cedere, quando reus conſenſit actorem purga-
re moram, Ita tenet Alex. in d. l. ſi inſulam nu.
45. per l. Celſus. ff. de recept. arbitr. facit ad
hoc l. poſt diem. ff. de leg. commiſſor.

53 Aut actor † vult purgare moram ad actio-
nem acceſſorie quærendam, & poteſt, Ita dicit
Bart. in d. l. ſi inſulam in quæſt. 9. per d. l. Cel-
ſus §. fin. cum l. ſequen. ff. de recept. arbitr.

Hypothecam per contractum præcedentē creditori quæſitam, ex ſubſequenti contractu non tolli, ex facto breuiter demonſtratur. Cap. CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Contractus praecedens non tollitur per ſubſequētem in præiudicium eius, cui ex primo contractu eſt ius quæſitum.*
2 *Hypotheca extinguitur ſi res obligata pereat.*
3 *Ceſsio nomen non extinguit.*

OCtauius emerat merces à Iacob hębreo, &
ſic die 19. Maij 1597. Octauius fuerat
effectus debitor Iacob. in aureis 400. pro precio
dictarū mercium, quod nomen Octauij fuerat
obligatum Stefano creditori Iacob antiquio-
ri, cum obligatione bonorū iuxta l. nomen.
cū ibi not. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Verum
quia 5. Iunij del 97. idem Octauius promiſe-
rat hanc pecuniam Zacchariæ ſub prætextu,
quòd dictas merces habuiſſet ab ipſo per
manus Iacob, Dubitabatur, An per hunc cōtra-
ctū vltimū factum cū Zaccharia cēſeretur re-
ſciſſus contractus venditionis, & emptionis cō-
tractæ inter Iacob, & Octauium, itant eſſet
præiudicatum hypothecæ Stephani.

Reſpondi per contractum cum Zaccharia
non fuiſſe reſciſſum contractum factum
1 cum Iacob per Octauium, quia † per contra-
ctū, qui fit poſt ius quæſitum alteri per alium
contractū præcedentem, non poteſt tolli con-
tractus antea factus in præiudiciū eius, cui ex
illo primo contractu eſt ius quæſitum, ad l. ſi
vnus §. ante omnia l. fideiuſſoris. ff. de pact. nec
enim ius vni quæſitum poteſt ei auferri ſine
eius facto l. id quod noſtrum, de reg. iur.

Nec obſtat, quod ex ceſſione nominis obli-
gati extinguatur hypotheca l. 3. C. de nouat.
quia hoc efficit peremptio rei, vt quia nomen
2 extinguatur, rei enim obligatæ † perem-
ptione perit hypotheca, l. ſicut in princip. ff.

quib.mod.hipot.tol. ſed donec nomen durat,
nulla ratione poteſt fieri, vt hypotheca nõ du-
ret, & is qui illam habet præferratur, & pecu-
niam debitam debitori ſuo non conſequatur:
Idcirco etiam ſi cedatur nomen ipſum alteri,
adhuc præfertur is, qui hypothecam anteriorẽ
3 habet, quia ceſſio† nomẽ non extinguit. Alex.
cõſ. 15. n. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 107. n. 7. lib. 3. Paul.
conſ. 182. n. 5. lib. 1. & ſic concludo non fuiſſe
vllo modo hypothecæ priori præiudicatum.

Error in qualitate perſonæ, in quam delictum committitur, an & quando excuſet à delicto. Cap. CXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Delictum ſine conſenſu, & voluntate non committitur.*

2 *Percutiens clericum, credens illum eſſe laicum non incurrit ſententiam canonis, ſi quis ſuadente.*

3 *Offendens mediatorẽ rixæ, quos non intendebat offendere non punitur.*

4 *Cognoſcens ſororem vxoris ſuæ errans in conditione perſonæ, non cogitur legitimam vxorem dimittere, neque committit ſtuprum.*

5 *Item cognoſcens coniugatam credens ſolutam nõ committit adulterium.*

6 *Bartoli diſtinctio, quòd error in perſona, in quam delictum committitur à delicto excuſet, reprobatur.*

7 *Error in qualitate perſonæ excuſat a delicto quando qualitas in qua erratur eſt illa, quæ facit eſſe delictum, & qua ceſſante nullum eſt delictum.*

8 *Nihil operatur quando qualitas in qua erratur non facit ceſſare delictum, nec eſſe, & hoc reſpectu pœnæ impoſitæ a iure communi. ſecus ſi agatur de pæna à ſtatuto impoſita. & n. 10.*

9 *Non excuſat à delicto, quando qualitas in qua erratur eſt talis, quæ alterat ſpeciem delicti, & quæ vnum delictum facit tranſire in aliud.*

11 *Pæna ſtatutaria non incurritur, niſi adſit dolus in ſpecie.*

Controuerſa admodũ eſt iuris quæſtio, An error in qualitate eius, in quem delictum
committitur faciat ceſſare delictum, itaut de-
linquens non puniatur. Pro affirmatiua enim
1 facit, quia cum delicta† dependeant à conſen-
ſu, & voluntate delinquentis, c. non eſt cuiquã,
& c. merito 5. q. 1. error impediens voluntatẽ
facit ceſſare delictum; Secundo allegantur plu-
ra iura, nempe tex. in l. ſi ignorans. ff. locat. ibi,
non enim contemnit diſciplinam, qui ignora-
uit militem, & tex. in l. item apud labeonem,
§. ſi quis virgines. ff. ad leg. Iuliam de adult. fa
cit etiam tex. in c. ſi vero, il 2. de ſent. excom-
2 municat. vbi error † in qualitate perſonæ cle-
rici, in quem laicum reputatum aliquis ma-
nus iniecit violentas, facit ceſſare ſententiam
canonis, ſi quis ſuadente, & idem tenuit gloſ.
in verbo, putabatur, & ibi Bald. not. in l. ſi qua
per calumniam, C. de epiſcop. & cleric. facit
etiã tex. in l. ſi cum ſeruo, & ibi per gloſ. ff. de
iniur. vbi volens percutere Seium, ſi percuſſit
alium, non punitur, & per illum tex. not. ibi
3 Aret. quòd offendens † mediatores rixæ, quos
non intendebat offendere, non punitur; Item
facit tex. in c. in lectum 34. q. 2. vbi cognoſcẽs
4 ſororem † vxoris ſuæ errans in conditione
perſonæ, non cogitur legitimam vxorem di-
mittere, neque committit ſtuprum, & dicit ibi
5 Gloſ. quòd cognoſcens † coniugatam credens
ſolutam, non committit adulterium.

Contrariam partem, quòd error non faciat
ceſſare delictum, videtur tenere gloſ. fin. in l. ſi
pater, C. de hæred. inſtituen. per tex. in l. eum,
qui nocentem §. ſi iniuria. ff. de iniur. Vbi ſi
quis putat me Luciũ Titium eſſe, cum ſim Ca-
ius Seius, præualet quod principale eſt, videli-
cet iniuriam mihi facere velle; & per illum
tex. dicit Bald. in l. reſpiciendum §. delinquũt.
ff. de pen. quòd ſi dum vellem percutere Titiũ
percuſſi Seium, debeo puniri, ex quo dabam
operam rei illicitæ.*

6 Bart. † vero in d. l. ſi cum ſeruo, ff. de iniur.
per gloſ. ibi diſtinguit hoc modo: Aut quis dat
operã rei licitæ, & tunc error excuſat, & ita lo
quitur tex. in d. l. ſi ignorans. Aut dat operam
rei illicitæ, & tunc error non excuſat, & ita
procedit text. in d. l. eum, qui nocentem, §. ſi
iniuria, quam opinionem videtur approbare
Bald. in d. l. reſpiciendum §. delinquunt, ff. de
pæn. Sed diſtinctio hæc confunditur per tex.
in c. ſi quis cũ matre, & in c. ſi quis cũ duabus,
& in c. qui dormierit 34. q. 2. & in c. ſi vero, de
ſentent. excommunic. vbi dabatur opera rei
illicitæ, & tamen error excuſat. Vnde Bart. in
l. diuus, ff. ad leg. Corn. de ſicar. aliter diſtin-
guit. Quod aut agitur de pæna ſpirituali im-
ponenda, & tunc cum inſpiciatur animus er-
ror excuſat, per tex. in d. c. ſi vero. Aut agitur
de pæna temporali, & tunc cum inſpiciatur
euentus, error non excuſat, & ita dicit proce-
dere tex. in d. l. eum, qui nocentem. §. ſi iniu-
ria; Quæ tamen diſtinctio eſt contra gloſ.
in d. c. ſi vero, quæ vult errorem non excuſare
vbi agitur de incurrenda excommunicatione
Et contra eamdẽ facit, quia vbi agitur de pæ-
na temporali, cum ſimus in pænalibus mitius
eſt agendũ l. in pænis. ff. de reg. iur. In pæna ve-
ro ſpirituali, cum illa ſit medicinalis c. cum
medicinalis de ſent. excom. lib. 6. durior pars
* eſt eligenda, ſecundũ gloſ. final.* communiter
approbatam in c. 1. de ſcrutin. per tex. in c. cum
deſideres de ſent. excommunicat. Et bene facit
tex. in c. ſignificaſti de homicid. & ibi Abb. in
4. not. dicẽs quod in dubio, vbi agitur de pæna
corporali nõ præſumitur delictũ, vbi vero agi-
tur de ſpirituali, tũc in dubio præſumitur de-
lictũ per illum tex. & in c. ad audientiã eod. tit.

Igitur pro reſolutione huius quæſtionis
nonnullos caſus ipſe diſtinguo. Primus eſt;
7 quando qualitas †, in qua erratur eſt illa,
quæ facit eſſe delictum, & qua ceſſante nul-

lum

ſu eſt delictũ, & tunc error in qualitatr excu-
ſat à delicto, & iſte eſt caſus d.l.ſi ignorans.ff.
ff. locat. & d.l. itẽ apud labeonẽ §. ſi quis vir-
gines, ff. ad l.Ial. de adulter. & l. ſi cũ ſeruo iũ-
cta gloſ. ff. de iniur. & c. ſi veto il 2. de ſent. ex-
cõmnnicat. & ibi gloſ. 1. ſecundũ opinionẽ Tã-
credi; Vbi licet deficiente qualitate clerica-
tus ſit delictũ inijcere manus in laicũ, nihilo-
minus reſpectu ſententiæ canonis, ſi quis ſua-
deuer, quæ non incurritur, niſi ex iniectione
manus in clericum, deficiente clericatu ceſſat
omnino qualitas inductiua delicti.
8 Secundus eſt caſus, † quando qualitas non
facit ceſſare delictum, nec eſſe, & tunc error
nihil operatur, & ita loquitur tex. in d. l. cum
qui nocentem §. ſi iniuria. ff. de iniur. Nam ſi-
ue ſim Titius vt ſum, ſiue ſim Caius, vt me pu-
tas eſſe, ſemper eſt iniuria, ſi tu iniuriam infer-
ras; Vnde error tunc nihil operatur.
9 Tertius eſt caſus, † quando qualitas in qua
erratur eſt talis, quæ alterat ſpeciem delicti,
& quæ vnum delictum facit tranſire in aliud;
& tunc error in qualitate bene operatur, &
iſto modo loquitur gloſ. fin. in d.l. ſi ignorans,
ff. locat. & in l. ſi qua per calumniã, C. de Epiſc.
& cleric. & gloſ. in c. in lectum, 34. q. 2. Et pro-
batur per tex. in d.c. in lectũ, & in d.c. ſi quis
cũ matre, & c. ſi quis cum duabus, & c. quidã,
ead. cauſ. & quæſt. Error enim qualitatis ibi
facit, vt nõ remaneãt ſine ſpe cõiugij, qui alias
ceſſante errore remanerent, Et iſto modo pu-
to prædicta iura reduci poſſe ad concordiam.
Eſt tamen aduertendum, nã illud quod in 2.
caſu dictum eſt, quòd vbi qualitas, in qua er-
ratur non facit de non delicto delictum, neque
alterat, nihil operetur, intelligi debet reſpectu
10 pœnæ impoſitæ à iure communi, ſecus † ſi aga-
tur de pœna à ſtatuto impoſita, quia cum er-
rans non ſit in dolo, punietur ſolum arbitrio
Iudicis propter culpã, ita limitat Angel. in d.l.
reſpiciendum §. delinquunt. ff. de pœn. & in d. l.
ſi cũ ſeruo. ff. de iniur. Bald. in l. 4. §. quæcunq;
ff. eod. tit. Iaſ. in l. ſi per errorem col. 4. ff. de iu-
riſd. omn. iudic. vbi dicit ſe ita in facto obti-
nuiſſe Et quãuis Bald. in l. ſi quis non dicã ra-
pere colum. pen.... tenuerit contrarium ex eo,
quòd in delictis ſufficit dolus in genere, licet
ſit erratũ in corpore; Ego tamẽ ſequor primã
opinionẽ: Quia licet ſufficiat dolus in genere,
tamẽ illud eſt verum, vt puniatur alias de illo
11 delicto; Sed ad incurrendam † pœnã ſtatuti, cũ
ſtatuta maxime pœnalia ſint ſtricte interpretã-
da, requiritur dolus in ſpecie, per l. cũ autẽ §.
excipitur, de ædilict. ædict. Bart. in l. quid ergo
§. pœna grauior col. 3. de infam. Bald. in l. om-
nes populi col. 1. de iuſtit. & iur. & in l. data
opera col. 4. C. qui accuſar. nõ poſſ. bene Paul.
de Caſtr. in l. & ſi ſeuerior col. 2. C. de infam.
vbi dicit, quod habuit caſum in facto de quo-
dã, qui proijciẽdo lapidẽ occidit trãſeuntem;
Nam cum Iudex inhærendo verbis ſtatuti, qui
occiderit decapitetur, vellet eũ ad mortẽ cõ-
dẽnare, fuit per eum liberatus, & idem refert,
& ſequitur Iaſ. in l. 1. §. quod prætor in princip.
ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt.

Ex vulnere ſibi illato, quando quis mortuus præſumatur. Cap. CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vulneratus in rixa ex eo vulnere mortuus præ-*
ſumitur quando vulnus fuit mortiferum.
2 *Idem eſt, quando neſcitur an vulnus ſit mortale*
ſi intra octo menſes mors ſequatur, ſecus ſi po-
ſtea, niſi vulnus non ſanatum durauerit vſque
ad mortem. & n. 3.
4 *Durante vulnere ex illo quis mortuus præſumi-*
tur, licet alia ſuperuenerit infirmitas, niſi im-
peritia, vel negligentia medicantium, vel cul
pæ vulnerati id attribui poſſit, & n. 5.
6 *Idem eſt etiam ſanato vulnere, vbi ex poſt lan-*
guor & ſtimulus eiuſdem vulneris redundarit
ex quo ille poſtea moriatur.
7 *Vulnerans de homicidio non tenetur, licet vulnus*
fuerit mortiferum, ſi vulneratus ab alio poſtea
occidatur vel aliqua ruina ſuffocetur.
8 *Idem eſt ſi cum baculo, vel claui non mortifero*
ſecundum fidem medicorum vulnerauerit, licet
vulneratus poſtea febri conceptus obierit.
8 *Maleficium ex propoſito diſtinguitur.*

ALiquando dubitari ſolet, an ex vulnere
recepto in rixa, vel aliter aliquis mor-
1 tuus præſumatur? Et quidem † ſi vulnus erat
mortale dubitationi non eſt locus l. ait lex §.
quid ſi mortifere. ff. ad leg. aquil. & l. ita vulne
ratus in princip. eod. tit. Sed difficultas eſt quã
do neſcitur, an vulnus ſit mortiferũ; Hoc enim
caſu varij varia dixerunt, vt per ſcribẽtes in c.
præsbiterorũ, de homicid. Verumtamẽ in c. 2.
2 de cleric. percuſ. dicitur, † quòd ſi quis poſt
octo mẽſes moriatur, propter tẽporis prolixi-
tatẽ, nõ ex vulnere illo mortuus præſumitur;
Vnde à contrario ſenſu cõcludi poteſt, quòd ſi
infra octo mẽſes ſequatur mors, ex d. vulnere
illato præſumatur ſequuta, maxime quia con-
trariorũ eadem eſt diſciplina, l. 1. ff. de his qui
ſunt ſui, vel alieni iur. Quod autẽ dicatur mo-
dicum tẽpus, & non modicum in hac materia
relinquitur arbitrio Iudicis, l. 1. C. de iur. deli-
beran. & l. 2. §. 1. ff. de offic. eius, ſicque conclu-
dit Odofred. in tract. de percuſſionibus n. 6. di-
3 cens prædicta eſſe vera, vbi vulnus † nõ ſana-
tum durauit vſq; ad mortem: Durante autem
vulnere prædicto, licet alia ei ſuperuenerit in-
4 firmitas adhuc † mortuus ex illo vulnere præ-
ſumitur; Ratio eſt, quia vulnus ad alia accidẽ-
tia videtur cauſã præbuiſſe, c. præsbiterorũ c.
ad audientiã, & c. de cætero de homicid. l. ni-
hil. ff. ad leg. corn. de Sicar. l. qua actione §. Cel-
5 ſus. ff. ad leg. aquil. Quod † intellige verum,
quando imperitiæ, vel negligentiæ medican-
tium, vel incuriæ, ſeu culpæ vulnerati id attri-
bui nõ poſſit l. qui occidit § vlt. & l. quas actio
nes §. vlt. ad leg. aquil. c. tua nos, & c. exhibi-
6 ta de homicid. Et quod dixi, durante † ipſo
vulnere, procedit eo etiam ſanato, vbi ex poſt
languor, & ſtimulus eiuſdem vulneris redun-

 darit,

darit, eumque adeo affligit, vt redeuntibus alijs humoribus ille moriatur, & ratio eſt, quia prima cauſa ſemper perſeuerare, & mortem cauſare videtur, licet ad tempus vacauerit, d.c.ad audientiam de homicid.

7 Aduertendum tamen eſt, † quòd ſi quis mortifere fuerit vulneratus, mox ab alio occidatur, vel aliqua ruina ſuffocetur, vulnerans non tenebitur de homicidio l. huic ſcripturæ §. 1.
8 ff. ad leg. aquil. Et † idem eſt vbi quis cum baculo, lapide, vel claui non mortifere ſecundum fidem medicorum fuerit vulneratus, quia ſi fuerit correptus febri, quæ eum tenuerit vſq; ad mortem, & medici deponant, quod ſi febris non superueniſſet, ille mortuus non fuiſſet, tũc ille, qui vulnus intulit de homicidio non tenetur, ſed tantum de vulnere, l. qui occidit, & d. l. huic ſcripturæ in fine & l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. ratio eſt, quia † maleficiũ ex propoſito diſtinguitur, l. 1. C. de Sicear. nec eſt veriſimile, quod percutiens aliquem baculo voluerit eum occidere, d. l. 1. §. diuus. C. ad leg. Corn. de Sicear.

Barones Regni Neapolitani poſſe cognoſcere de delictis clandeſtinis, & pro illis agere contra vniuerſitates locorũ nõ ineleganter defenditur. Cap. CXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Barones Regni Neapolis habentes merum imperium poſſunt cognoſcere de delictis Clandeſtinis, & n. 4.*
2 *Dicuntur Iudices ordinarij ſuorum Vaſſallorum in ſummaque poteſtate conſtituti, & poſſunt pænam omnium bonorum imponere, & n. 6.*
3 *In primis cauſis Vaſſallorum Baronis Rex Neapolis ſe non intromittit.*
5 *Confiſcatio bonorum ſub mero imperio comprahenditur.*
7 *Delictum debet puniri in loco, in quo cõmittitur.*
8 *Barones Regni Neapolis etiam habentes merum imperium non poſſunt cognoſcere de crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, & falſæ monetæ.*

IN Regno Neapolitano extat conſtitutio ſuper damnis, & maleficijs, quæ clam, & nocturnis temporibus committuntur, diſponens, quòd ſi malefactores inueniri non poſſint, aut ſicut multoties accidit per locorum incolas occultentur, homines locorum ipſorũ ad damnorum reſtitutionem teneantur; Finge igitur, quòd commiſſum ſit homicidium, aut rapina in territorio Baronis, & neſcitur malefactor, dubitatur an Curia Baronĩs poſſit agere pro huiuſmodi delicto contra Vniuerſitatem ſecundũ terminos dictæ conſtitutionis?

Pro negatiua facit, quia Imperator in fine d. conſtitutionis dicit, per officiales ſuos debere procedi & inquiri; Item quia in c. Regni, Clandeſtinis maleficijs, dicitur, noſtro applicanda ærario, & ſic videtur illam pænam debere fiſco applicari, & per conſequens cognitionem ad Regem ſpectare.

Ego tamen ſemper fui in opinione, quòd
1 hodie † Barones habentes merum imperium prout communiter omnes habent poſſint cognoſcere de delictis clandeſtinis; Primo moueor, Nam habens Caſtrum cum territorio, & pertinentijs, & cum mero imperio, & iuriſdictione in Vaſſallos, prout eſt communis inueſtitura Baronum in Regno, poteſt cognoſcere
2 in ſuos ſubditos, quia dicitur † ordinarius Iudex ſuorum Vaſſallorum, vt not. Andr. de Iſern. in c. 1. §. præterea ſi inter duos col. 9. de prohib. alien. per Federic. Et in conſtit. Regni officiorum, &c. Ergo Rex non poteſt, nec debet
3 ſe intromittere de primis cauſis † Vaſſallorum Baronis, vt poſt Bald. firmat Iacobin. in tract. de Roydis col pen. & Laudẽ. in tract. de Princ. in 1. rubr. concl. 138. incip. Dux Mediolani. Et conſuluit Curt. Iun. conſ. 2. poſt tract. de feud.

Secundo moueor, quia ſi datum eſt merum imperium, & ſic, vt poſſint condẽnare ad mortẽ, multo fortius videtur conceſſa iuriſdictio, vt poſſint imponere pænam pecuniariã; Nam etiam quando Barones non habebant merum imperium, condemnationes pecuniariæ erant Baronis, multo igitur magis, quando merũ im-
4 periũ fuit conceſſum, vt decidit † Andr. in c. 1. verſ. hæreditatẽ de pac. ten. vbi videtur implicite decidere caſum iſtũ, dum diſtinguit, quod ex quo Barones non habent merum imperiũ, quãdo condẽnatio fit ratione delicti, & perſona condẽnatur, bona, ſeu pæna ſpectabũt ad fiſcũ; ſecus ergo eſſet ſi merũ imperiũ conceſſũ eſſet Baronibus, ratione cuius ſecundũ vnam
5 opinionem † venit poteſtas confiſcandi bona, vt cõſuluit Fulgoſ. cõſ. 1. Et tetigit Iacob. in d. tract. de Roydis col. 3. in fine, & in trac. feud. in verſ. cũ vero col. 2. in fine, & in ſpecie ſequitur Lucas de Penna in l. 1. col. 8. in fine. C. de priuil.
6 ſcolar. lib. 12. Et dicũtur Iudices cõſtituti † in sũma adminiſtratione, & poſſunt pęnã omniũ bonorũ imponere, vt tenet Andr. in cõſtit. pęnã.

Tertio moueor, nã etiam ratione territorij
7 delictum † debet puniri in loco, in quo cõmittitur, Auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. Et ſic Iudex Territorij, qui dicitur à terrẽdo, debet de hoc cognoſcere, nã, vt declarat Andr. in d. §. præterea, territorium exponitur, id eſt, iuriſdictio, ſeu Caſtrum cum iuriſdictione, & territorio.

Quarto principaliter me monet, nã in multis priuilegijs, imò in omnibus conceduntur quattuor literæ arbitrariæ, de quibus in capit. cart. 79. cũ ſeq. Et in illis datur poteſtas cõponẽdi delictũ clandeſtinũ, fruſtrà enim daretur iſta facultas, ſi cognitionẽ Baro nõ haberet; Nã ſecundũ terminos illius capit. datur poteſtas cõponendi etiam poſt impoſitas pænas, & ſic poſt condemnationẽ, quod non licebat ſine licẽtia Principis, quia poſt condẽnationem, non poterat pæna commutari, vt decidit Andr. in c. 1. in verbo, & bona col. 3. quæ ſint regalia.

Nec dicatur, quòd illud capitulum, ſeu litera loquitur in perſona Iuſtitiarij, & lo-

quitur

quitur de pæna applicanda fiſco : Nam pri-
mo dico, & hæc reſponſio facit pró reſolutio-
ne contrariorum, quòd loquitur in tempore,
quo tantū Barones habebant ciuilem iuriſdi-
ctionem, vt notat Andr. in locis præallegatis;
Nimirum itaque, ſi verba diriguntur ad Iuſti-
tiarium, & ſic tunc tractabatur de pæna appli-
canda fiſco; Secus tamen eſt, quando merū im-
perium fuit conceſſum: Item ſi Rex conceſſit
Baroni, vt poſſit in dānis clandeſtinis poſt ſen-
tentiā commutare pænā, ſatis videtur cōcede-
re cognitionem homicidij clandeſtini, quia di-
citur eſſe cōceſſum neceſſariū antecedēs, iuxta
plene notata in l. 2. ff. de iuriſdic. omn. iudic.

Quinto eſt clara determinatio in alia litte-
ra incipien. Ne tuorum cart. 81. Vbi in ſpecie
datur facultas procedendi ex officio in homi-
cidijs clandeſtiuis, Ergo ſi talis littera conce-
ditur Baroni, clare videtur data poteſtas in
clandeſtino maleficio procedendi.

Sexto hoc probo, nam Rex concedendo me-
rum, & mixtum imperium, & ſic faciendo eū
ſupremum Iudicem, vt dicit Andr. in d. conſtit.
pænā, &c. in quibuſuis priuilegijs excipit cri-
8 men† hæreſis, læſæ maieſtatis, & falſę monetæ;
Vnde per iſtam exceptionem datur intelligi,
quòd omnia præter iſta dicuntur conceſſa, vt
declarat Dec. in c. cum dilecta col. 3. de con-
firmat. vtil. vel inutil.

Dilatio data debitori quando proſit fide-iuſſori. Et an fideiuſſor propter moram interpellandi principalem liberetur. Cap. CXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio data principali fideiuſſori non prodeſt quando eſt obligatio dandi, ſi autem ſit obliga-tio faciendi, & factum ex ſui natura cohæreat perſonæ principalis tantum prodeſt, ſecus ſi fa-ctum cadat in obligatione fideiuſſoria.*

2 *Fideiuſſor in obligationibus non faciendi nun-quam tenetur reſpectu facti principalis.*

3 *Dilatio duorum menſium, quæ reis condemnatis de iure datur ad ſoluendum iudicatum, intelli-gitur etiam conceſſa eorum fideiuſſoribus.*

4 *Reus principalis poteſt accipiendo defenſionem fideiuſſoris ex perſona ſua opponere beneficium dilationis, licet dilatio ei conceſſa alias fideiuſ-ſori non proſit.*

5 *Neceſſarius defenſor poteſt iuuare reum princi-palem ex iure proprio.*

6 *Mora creditoris in interpellando principalem non liberat fideiuſſorem principaliter obligatū.*

7 *Beneficium Authen. præſente. C. de fideiuſſor. ceſ-ſat vbi fuit renunciatum omni legum auxilio.*

6 *In obligatione Camerali renunciatur omnibus beneficijs, & legum auxilijs.*

QVotidie vſu venit, vt diſputetur, An de-
bitori dilatio data proſit fideiuſſori:
Qua in re negatiuè eſt reſoluendum
1 ſi ſit † obligatio dandi, quia eſt perſonalis l. 1.
ff. de pact. ſi autem ſit obligatio faciendi, tunc
ſic diſtingue ex theorica Petri in d. l. 1. quem
ſequitur, Bald. in l. 2. n. 4. C. de precib. Impe-
rat. offerren. Quod aut factum cohæret per-
ſonæ principalis tantum ex facti natura, vt
quia principalis ſeruire teneatur, vel quia ſit
factum induſtriale, quo caſu illius induſtria
tantum videtur electa, & tunc prodeſt fideiuſ-
ſori non per ſe, ſed per accidens, quia in tali
contractu fideiuſſor non tenetur ad intereſſe
niſi poſt moram rei: Vnde cum reus non poſ-
ſit dici in mora ex dilatione obtenta, fideiuſſor
non tenetur. Aut verò factum cadit in fideiuſ-
ſoria obligatione, & tunc dilatio data princi-
pali non prodeſt fideiuſſori, ſicut in obliga-
tione dandi, ſubdit tamen Bald. in l. 2. num.
6. quod Petrus vbi ſupra dicit hoc verum in
obligationibus faciendi, ſed quod in obliga-
2 tionibus † non faciendi puta non petere, non
impedire, non agere, non erit diſtinguendum
de facto induſtriali, vel non induſtriali, quia
nunquam fideiuſſor tenetur reſpectu facti prin
cipalis, ſed demum ex mora rei: Et ratio eſt
ſecundum eum, quia licet fideiuſſor non fa-
ciat, tamen principalis non liberatur l. cum
filius §. ſi ſtipulatus ff. de verbor. obligat. Nec
huic concluſioni obſtat l. fin. §. fin. C. de vſu.
3 rei vend. Vbi habetur † quod dilatio duorum
menſium, quæ reis condemnatis de iure da-
tur eſt etiam conceſſa eorum fideiuſſoribus
de iudicatum ſoluendo, quia reſpondetur ſe-
cundum Bald. in d. l. 2. num. 4. quod dilatio illa
non conceditur perſonæ, ſed ipſi cauſæ iudi-
cati, Et ideo fideiuſſor de iudicatum ſoluen-
do gaudet eodèm beneficio, non autem lo-
quitur ille text. de fideiuſſore contractus, &
iſtam eſſe veram reſponſionem dicit Bald. vbi
ſupra, ſubdens tamen ibi ſub numero 5. ex
mente Cyni, quod vbi fideiuſſori non prodeſt
dilatio rei, prodeſt tamen eius oppoſitio, quia
4 reus principalis † tanquam procurator in
rem accipiet defenſionem fideiuſſoris ex ſua
perſona, & opponet beneficium dilationis,
cum ſpeciale ſit in neceſſario defenſore, quod
5 poſſit iuuare † reum principalem ex iure pro-
prio ipſius defenſoris l. idemquè §. generali-
ter, & l. ſi fideiuſſor §. quædam cum gloſ. ff.
mand. & l. procurator §. 1. ff. rem ratam ha-
beri, late Surd. conſ. 345. nu. 12. lib. 3. & deciſ.
301. num. 16.

Præterea illud te ſcire volo, quod ſicut di-
latio data debitori regulariter fideiuſſori non
prodeſt, ita nec ei prodeſſe poteſt mora inter-
pellandi ipſum † principalem ad effectum, vt
liberetur ſi ſit principaliter obligatus per tex.
in l. ſi fideiuſſor creditori. ff. de fideiuſſor. vbi
bene Paul. de Caſtr. & fuit reſolutū in vna Ro-
mana triū milliū 18. Aprilis 1588. corā Card.
Blanchetto in qua ad l. ſi fideiuſſores eod. tit.
quæ in contrariū allegabatur, fuit reſponſum,
ꝙ procedit in caſu ſuo, nō autē quādo fideiuſ-
ſor ſe principaliter, & tanquā principalis obli-
gauit, vt diſtinguit Rui. cōſ. 45. n. 5. lib. 5. Quod
multo magis ꝓcedit ſtāte renūciatione oī legū

Non eſt tamen omittenda illa quæſtio, quan
[illegible], & vſque ad quod tempus plus petens deſi-
[illegible]re poſſit ad hoc, vt pænam euitet. Etenim
variæ † ſunt Doctorum opiniones: Prima eſt
gloſ. in d. cap. 1. de plus petit. quæ decidit quod
plus petens vſque ad litis conteſtationem pæ-
nitere, & per hoc pænam euitare poſſit, poſteà
non item, per tex. in l. vnica, C. de plus petit, &
in l. amplius, ff. rem rat. haberi, & facit tex. in l.
quamuis, ff. de in ius vocan.

Alia opinio eſt, quod ſtatim poſt petitionem
inchoatã inciderit in pænam, & quod amplius
penitere nõ poſsit, quia regula eſt, † quod poſt
factum conſumatum pænitentia non habet lo-
cum, l. ſi quis ſit fugitiuus in princ. ff. de edilit.
ædict. & facit l. eum qui temere, ff. de iudic. &
Inſtit. per tot. de pæn. temere litigan. Sed poſt
inſtitutam actionem vtique petitio in plus eſt
conſumata. Ergo &c. Et facit ad hoc text. in l.
ſi quis maior, C. de tranſact. vbi habetur, quod
per ſolam Iudicis interpellationem, vel ſuppli-
cationem committitur pæna: Et hanc opinio-
nem in effectu tenet Hoſtien. in d c. 1. de plus
petit, qui expreſsè concludit, quod etiam ante
litem conteſtatam pænitere non poſsit, niſi ſol-
uat aduerſario intereſſe. Idem tenet Ant. de
Butr. ibid. Ang Aretin. in d. §. ſi quis agens In-
ſtitut. de actio. Alex. in d. l. quamuis, ff. de in ius
vocan.

Tertia opinio eſt Abb. in d. c. 1. de plus pe-
tit. qui concludit, quod pænitentia habeat lo-
cum vſq; ad ſententiam, & quod pænitens ante
ſententiam euitet pænam; Et hoc probat pri-
mo per tex. in d. c. 1. dum dicit, quod plus pe-
tens tunc demum incidit in pænam, ſi duxerit
in iudicio perſiſtendum eſſe: Dicitur autem
iudicium, dum cauſa diſcutitur, & ſic vſque ad
ſententiam cap. forus verſ. cauſa, de verbor. ſi-
gnif. Quare ſequitur quod is non dicitur in iu-
dicio perſiſtere, qui ſententiam non expectat,
& per conſequens non dicitur in pænam inci-
11 diſſe. Secundò probatur, quia certũ eſt † quod
is accuſare dicitur, qui vſque ad ſententiam in
accuſatione perſeuerat; ſi autẽ ante quieuerit
accuſare non videtur per tex. in l. qui cũ maior
§. accuſaſſe, ff. de bon. libert. Tertio videtur ex
12 hoc clauus probari, quod illud † verbum (pe-
tere) ita demum verificetur, ſi duret vſque ad
ſententiam per tex. expreſſum in l. ſeruitutem,
§. petijſſe, ff. de oper. libert. Quare videtur in-
conuincibiliter ſequi, quod is non dicitur plus
petere, qui ante ſententiam abſtinuit, & pro
hoc optime facit tex. in l. Papinianus, §. memi-
niſſe, ff. de inoff. teſtam. in l. alia, C. de his quib.
vt indign. & in l. conductores, C. locat. in qui-
13 bus iuribus expreſsè habetur quod † reſpectu
penæ a iure impoſitæ verba legis intelliguntur
cum effectu, vt quia perſiſtit vſque ad ſenten-
tiam, quod optimè conuenit cum tex. in d. c. 1.
de plus petit, qui dicit eum tantum in pænam
incidere, qui iudicio duxerit perſiſtẽdum, quod
intelligendum eſt vſque ad ſententiam, quod
optimè conuenit cum tex. in d. cap. 1. de plus
petit, qui dicit eum tantum in pænam incidere
qui iudicio duxerit perſiſtendum, quod intelli-
gendum eſt vſque ad ſententiam. Et hanc opi-
nionem tenet Bart. in l. in criminali, C. de iu-
14 riſd. omn. Iudic. vbi expreſsè dicit, quod † in
pænis legalibus locus ſit pænitentiæ vſque ad
ſententiam allegat d. l. ſi quis maior, §. accu-
ſaſſe, Idem decidit Dyn. in d. l. amplius, ff. rem
rat. haberi.

15 Ego in hac opinionum diuerſitate † ſoleo
duos caſus diſtinguere, ex quibus elici poteſt
reſolutio totius quæſtionis. Primus caſus eſt
quando dolus eſt duplicatus, vt pote quod de-
bitum ab initio doloſe contractum eſt, & po-
ſtea quoque plus petitum, & hoc caſu arbitror
veriorem eſſe opinionem gloſ. in d. c. 1. de plus
pet. quod ſcilicet admittatur pænitentia tan-
tum vſque ad litem conteſtatam, & in hoc ca-
ſu proprie loquitur tex. in d. l. vnica, C. de plus
petit. Ibi enim actor deliquit in duobus, quia
primum exegit doloſe cautionẽ de pluri, Item
doloſe plus petijt, quam in doloſa cautione
comprehenderetur, & hoc quoque ſentit Bart.
in d. l. in criminali, C. de iuriſdict. omn. iud. &
in d. l. vnica in fin. Excipiuntur tamen in d. l.
vnica duo caſus.

Primus eſt ſi actor poſt litem conteſtatam
ante ſententiam tranſegit cum reo: Secundus
eſt, ſi actor in iudicio plus petijt, & reus in iu-
dicio confeſſus eſt ſe totum debere. Tertium
caſum ponit Io. Andr. in d. c. 1. de plus petit. &
gloſ. & Bart. in d. l. vnica, C. eod. tit quando ſci-
licet actor poſt litem conteſtatam, antequam
conuincatur de maiori quantitate, confitetur
ſe plus petijſſe. Quartũ caſum vide apud Abb.
in d. c. 1. de plus petit.

16 Secundus † caſus principalis eſt, quãdo do-
lus non eſt duplicatus; Et tunc ſi doloſe tan-
tum ab initio contractum fuit, vt quia cautio
doloſe petita ſit, non tamen ſit plus petitum
in iudicio, & hoc caſu ſi actor deſiſtat habet lo
cum pænitentia vſque ad litem conteſtatam, ſi
non deſiſtat habet locum pæna criminis ſtel-
lionatus, ſi dolus in aliam ſpeciem delicti non
cadit, vt ff. per tot. de crimin. ſtellio. Si verò ab
initio doloſe non fuit contractum, actor tamen
in iudicio plus petijt doloſe, & hoc caſu puto
opinionem Abb. in d. cap. 1. veriorem eſſe, quod
ſcilicet habeat locum pænitentia vſque ad ſen-
tentiam, idem ſentit Bart. in d. l. vnica in fin. C.
de plus petit. & ita intelligendus eſt tex. in d.
c. 1. eod. tit.

Quod autem hoc caſu ad expenſas litium
17 attinet, ſiquidem † reus in ipſa litis conteſta-
tione veram ſummam debiti confeſſus eſt, &
tantum negauit illa, quæ in plus petita ſunt, &
puto actorem condemnandum eſſe in expenſis
quia in plus temere litigauit l. eum quem te-
mere, ff. de iudic. Si autem reus etiam verum
debitum negauit tunc arbitror faciendã com-
penſationem expẽſarum, quia vterq; litigauit
temere, d l. eũ qui temere, & cap. calumniã de
pæn. & facit tex in l. ſi dolo, ff. de dolo malo.

Nec

Nec obſtat huic diſtinctioni tex. in d.l.quã-
uis, ff. de in ius vocan. qui vult quod libertus
ſtatim cogitur pænitere, nec admittitur vſque
ad ſententiam: Quia ibi non agitur de perſi-
ſtentia in toto iudicio, ſed imponitur pœna pri-
mo actui iudiciali, ſcilicet citationi; Quare ſta
tim poſt citationem incidit in pænam, ſi actio-
nem non remittit.

Pater dotans filiam de bonis paternis, & maternis, ſi non expreſſit quantum dederit de bonis paternis, & quantum de bonis maternis, An de ſuo in totum dotaſſe præſumatur. Cap. CXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Pater dotans filiam in dubio de ſuo in totum dotaſſe cenſetur, & non pro medietate de bonis maternis, dummodo ſubſtantia illius ſufficiat ad illam dotem, & tot bona non ſuperſint quæ ſufficiant ad legitimam aliorum filiorum, & numero 6.*

2 *Amplia etiam ſi filia, quando fuit nupta renunciauerit bonis paternis, & maternis.*

3 *Item amplia, quamuis ſubſtantia patris ad dandam eamdem dotem alijs filiabus non ſufficiat.*

4 *Limita, niſi pater eſſet negotiorum geſtor filiæ.*

5 *Solutum per patrem pro reddimendis delictis filij, ſi filius habeat bona aduentitia, quorum pater eſt adminiſtrator, ſolutum præſumitur de bonis filij, & non de proprijs, & in portionem filij eſt computandum.*

7 *Præſumptio non debet capi, per quam actus reddatur nullus.*

PAter, qui dotauit filiam de bonis paternis,
& maternis, & nõ expreſſit in ſpecie quan-
tum dederit da bonis paternis, & quantum de
bonis maternis, An præſumatur de ſuo dotaſ-
ſe in totum, non exigua videtur dubitatio. Sed
pro reſolutione eſt dicendum, quod ſi ſubſtãtia
1 † patris ſufficiat ad illam dotem, in totum de
ſuo dotaſſe cenſeatur, & non pro medietate de
bonis maternis iuxta l.fi. C.de dot.promiſ.cu-
2 ius diſpoſitio locũ habet, etiam † ſi filia, quan-
do fuit maritata a patre renunciauerit bonis
paternis, & maternis, vt per Afflict.deciſ.178.
3 in nono dubio: Item procedit † quamuis ſub-
ſtantia patris non ſufficiat ad dandam eãdem
dotem alijs filiabus, quia nihilominus pater
præſumitur in totũ dotaſſe de bonis proprijs,
& non de bonis filiæ dotatæ, vt per eumdem
Afflict. deciſ.179. Quod intellige niſi pater
4 eſſet negotiorum † geſtor filiæ ſuæ, quia tunc
eſſet præſumendum de bonis filiæ dotaſſe ſe-
cundum Bart.in l.Neſenius, in princip.ff.de ne-
got.geſt.& in l.cum poſt mortem, §.1, ff.de ad-
miniſtr. tut. de cuius tamen veritate vide per
Iaſ.in l.1.col.5.ff. ſolut.matr. & Socin.conſ.57.
in fine, & conſ.100.lib.1. Et bene facit, quia vi-
5 demus in ſimili, quod † ſoluta per patrem pro
redimendis delictis filij, ſi filius hẽat bona ad-
uentitia, quorum pater eſt adminiſtrator l.1.
C.de bon.mater. ſoluta præſumuntur de bonis
filij, & non de proprijs, & quod ſoluitur eſt cõ-
putandum in portionem ipſius filij per doctri-
nam Bart.in l.Stichus de pecul.legat.nu.2. per
tex in d.l.Neſſenius, de negot.geſt.Bald.in au-
then.ex teſtamento, quæſt.5.C. de collat. Alex.
in l.in quartam, num.23. ad leg. Falcid. Ruin.
conſilio 149.num.14.lib.3.Anton. Gomez in l.
29.Tauri, nu.20. Et fuit reſolutum per Rotam
in vna Spoletana legitimæ 15. Nouemb.1596.
coram Cardinale Serafino.

Ego tamen limitarem præcitatam deciſio-
6 nẽ Afflicti 179.quãdo † non ſupereſſent tot bo-
na patris, quæ ſufficerent ad legitimam alio-
rum filiorum, iuxta tradita per eumdem Af-
flict.deciſ.86. Et licet ibi dicatur, quod mor-
tuo viro dos poteſt repeti, tamen ſi ex poſt fa-
cto, ergo fortius a principio non debet capi
7 præſumptio, † per quam actus ſit nullus, l.pa-
tre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.
Et ſic ſi non poteſt ſaluari actus dotationis, ne
inualidetur, ſcilicet præſumendo patrem do-
taſſe de bonis filiæ, non debemus capere viam,
qua actus irritetur, nempè, vt in totum præſu-
matur dotata de bonis patris, l. quoties.ff. de
reb.dubijs, cum vulgaribus.

Vſuram non dari niſi in ſolo contractu mutui veri, vel palliati demonſtratur, & ibidem contractus quidam à labe vſuraria deffenduntur. Cap. CXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Vſura non datur, niſi in ſolo contractu mutui veri, vel palliati ſecundum communem tam Theologorum, quàm Canoniſtarum ſententiam, & n.8.*

2 *Contractus talis iudicatur, qualis à partibus verbis expreſſis denominatur.*

3 *Simulatio de perſona ad perſonam debet fieri cũ ſuis qualitatibus.*

4 *In contractu mutui dominium de neceſſitate in accipientem debet transferri.*

5 *Simulatio præſumi non poteſt, niſi data cauſa ſimulandi, quæ ſit rationabilis.*

6 *Locatio inter ſocios de iure non eſt prohibita.*

7 *Vſura in locatione non poteſt dari, niſi dominiũ rei in conductorem trasferratur, & n. 9.*

10 *Mutuum contrahitur ſolum in rebus conſiſtentibus in pondere, numero, & menſura, & quæ in genere ſuo recipiunt functionem.*

11 *Vſusfructus non recipit functionẽ in genere ſuo.*

12 *Contractus ex ſola ſimultaneitate non dicuntur vſurarij.*

13 *Simulatio ex continuatione poſſeſſionis non præſumitur, vbi quis remanſit in poſſeſſione ex titulo conductionis.*

14 *Vſura ex ſola intentione contrahentium, nõ data executione voluntatis, non committitur in foro exteriori.*

15 *Pactum, quod penſio debeat eſſe libera, & exempta ab omnibus expenſis, in contractu locationis licite apponi poteſt.*

Non

16 *Non comprehendit damnum, ſeu periculum ex natura rei proueniens.*

17 *Caſus fortuitus in locatione nunquam excluditur, niſi expreſſe dicatur, etiam ſi conductor ſuſcipiat in ſe omnem damnum, & periculum.*

18 *Periculum amiſſionis rei locatæ ad locatorem ſpectat, non autem ad conductorem, quamuis conductor caſus omnes fortuitos in ſe ſuſceperit.*

19 *Palliatio de contractu mutui ad contractum locationis quomodo fiat.*

20 *Diminutio penſionis in locatione ſupplet omnia grauamina, quæ conductor poteſt prætendere.*

21 *Pactum aſſecurationis capitalis inter ſocios fieri poteſt, etiam eodem contextu, quando pars lucri remittitur.*

22 *Locatio rei fructiferæ pro certa penſione, & aſſicuratione capitalis valet.*

23 *Penſio iuſta, item pretium iuſtum rei quod dicatur.*

24 *Valoris rei æſtimatio, item mercedis quomodo ſit facienda.*

25 *Læſio in contractu non datur, quando ex dubio euentu poteſt eſſe lucrum, & damnum.*

SCio nonnullos, qui iudicandi munere funguntur, ita eſſe iuris ſcientia ignaros, vt contractus, qui ſolum ſunt iniuſti, vſurarios vocent, terminoſque iſtos nulla adhibita diſtinctione confundant. Igitur pro declaratione
1 iſtius rei eſt ſciendum: Quod vſura † non datur, niſi in ſolo contractu mutui veri, vel palliati, Archid. in cap. 1. 14. quæſt. 3. Hoſtien. & Goffred. in ſum. tit. de vſur. Abb. conſ. 62. nu. 4. lib. 1. Corn. conſ. 1. num. 21. lib. 4. Et ideo ſi aliquod lucrum ex alio cõtractu fiat, ſiue ſit contractus iuſtus, ſiue iniuſtus, non dicitur cõtractus vſurarius, ſed ex capite iniuſtitiæ quod actum eſt veniet reſcindendum: Et hæc eſt receptiſſima omnium tàm Theologorum, quàm Canoniſtarum ſententia, a qua nemo prorſus diſentit, vt fuit late deductum per Rotam in cauſa Romana montium 14. Decembris 1576. coram fel. record. Clemente Papa Octauo tunc temporis Auditore, & in alia Romana prætenſæ vſuræ 12. Maij 1603. coram Cardinale Melino. Et ideò tradita eſt regula generalis, quæ nullam patitur exceptionem, vt inquit Molin. de contract. diſputa. 303. num. 7. quòd ad iudicandum de vnoquoque contractu, an vſurarius ſit, attendendum eſt, an in eo mutuum formaliter, aut virtualiter interueniat, & ex eo lucrũ intendatur; talis enim cõtractus eſt vſurarius, & lucrum vſura; ſin minus vſura eſſe non poteſt, ſiue contractus ſit iuſtus, ſiue iniuſtus.

Et ex hac concluſione ab vſurariæ prauitatis labe defendebam duos contractus initos per N. quorum primus erat ſocietatis, alter locationis; Quia cum non prætenderetur, nec prætendi poſſet priorem contractum eſſe contractum mutui formalis, dicebam quod nec etiam ex coniecturis poterat dici contractus mutui palliati; ſiquidem coniecturis eo caſu locus eſſe non poterat, cum de rei veritate liquidiſſimè conſtaret.

Primò enim conſtabat illum eſſe cõtractum
2 ſocietatis, quia † a partibus verbis expreſſis, & ſæpius geminatis ita denominabatur, Bart. in l. 1. num. 3. C. de iur. cal. Socin. conſ. 264. nu. 1. lib. 2. Et habebat omnia ſubſtantialia cõtractus ſocietatis, nã & vterque ex ſocijs aliquid in commune contulerat, & ſicut lucrum erat commune, ita etiam periculum, ſeu damnum pro medietate ſpectabat ad N. Quæ omnia demonſtrabant illam fuiſſe ſocietatem, & N. ſibi voluiſſe acquirere dominium in illa parte l. pignus, C. de pignor. act. Quòd ſi dominium non fuiſſet illi quæſitum, vtique ſtolidus fuiſſet ſuſcipere in ſe eius periculum, neque potuiſſet de dicta pertinere diſponere locando illam, neque penſiones exigere, neque alia facere, quæ ſolis Dominis permiſſa ſunt.

Immo ſi fingebamus illum fuiſſe contractum mutui, non autẽ ſocietatis, vtique neceſſe erat dicere etiam, quòd periculum ſortis in totum ſpectaret ad alterum ſocium; Nam iſta ſimu-
3 latio † de perſona ad perſonã debet fieri cum ſuis qualitatibus, quod tamen euidenter erat falſum, quia, vt in inſtrumento legebatur, huiuſmodi periculum pro medietate ſpectabat ad N. l. 4. §. ſi ab ignoto, de manumiſ. l. cum propterea, C. ſi quis alt. vel ſibi, Bald. in l. cũ præcipibus, C. de proba. Ideò non poterat eſſe mutuũ, quia eſt contra ſubſtantiam iſtius contractus, quod periculum ſpectet ad mutuantem, cum
4 dominium † in accipientem transferratur, l. 2. in princip. vbi Doct. ff. ſi cert. petat. Aym. conſ. 145. num. 17.

Quæ res meo iudicio excludebat omninò omnem vſuræ ſuſpicionem: quia N. certus eſſe non poterat ſaluum ſibi futurum eſſe capitale quod tamen omninò ſaluum eſt in mutuo ſiue vero, ſiue palliato.

Prætereà me plurimum mouebat, quòd ſi-
5 mulatio † præſumi non poteſt, niſi data cauſa ſimulandi, quæ quidem debet eſſe rationabilis, Bal. conſ. 389. nu. 1. verſ. & in contrarium, lib. 4. Bart. conſ. 65. incip. factum tale, n. 4. Alex. conſ. 111. nu. 1. lib. 3. Rota deciſ. 1. nu. 2. de donat. in nouis, & fuit ſæpius alias concluſum, & præſertim in vna Romana donationis de Grãdis 27. Aprilis 1592. coram Penia.

Sed in illo caſu nulla ſimulandi cauſa conſiderari poterat, quia cum licitè totum illud negotium tranſigi poſſet, nempè ineundo contractum ſocietatis, & alium locationis, quænam ratio ſuadere poterat, vt N. vellet ſimulare contrahere, & ex contractu licito illicitum facere, & ſe ſubijcere peccato mortali, & periculo amiſſionis ſuarum pecuniarum in eũdem effectum circa lucrum, cum illud poſſet conſequi medio iuſto, & licito, & ſecuriori, nempè veræ ſocietatis, & non ſimulatæ?

Hoc igitur facto fundamento, quod prior contractus ſocietatis eſſet verus, & non ſimulatus, facilè oſtendebatur contractum locationis,

nis,non fuiſſe illicitum,nec vſurarium,cùm ſo-
6 cius † nullo iure prohibeatur locare alteri ſo-
cio portionem ſuam ; & cum dominium dictæ
portionis , quod fuerat communicatum N. ex
primo contractu , non reperiretur in ſecundo
locationis tranſlatum in conductorem,non po-
terat eſſe locus vſuræ , quia non data dominij
7 † tranſlatione in conductorem non datur mu-
tuum in ipſa locatione,l.2.in princ & ibi Bart.
Iaſ.num.5.Dec.nu.6.& 7.ff.ſi cert.pet.Gloſ.Io.
de Plat.Aret.Faber & alij in §.item ſi cui Inſt.
quib.mod. re contrahi.oblig. Iaſ.conſ.175.lib.
2. & fuit tentum per Rotam in dicta cauſa Ro
mana prætenſæ vſuræ coram Cardinale Mili-
no,in qua fuit allegatus Abb.conſ.15. lib.1. Et
8 ceſſante mutuo ceſſat vſura , quia vſura † non
cadit niſi in mutuo vero, vel palliato, vt ſupra
firmatum fuit ex Archidia.& alijs, quibus ad-
do D.Thom.2.2.quæſt.78.artic.1.& artic.2. ad
7. & Nauar.in Manual.cap.17.numero 206.in
fine.

Militat enim in hoc caſu ratio particularis,
quia ſequuta dominij tranſlatione in condu-
ctorem neceſſario fructus ſoluuntur pro vſu
pecuniæ mutuatæ, & non pro vſu rei , quæ fuit
effecta propria ipſius ſoluentis; quæ ratio ceſ-
9 ſat vbi dominiũ † remanet penes locatorem ,
quia iſta non erat locatio rei , quæ conſiſteret
in pondere, numero, & menſura, & qua in ge-
10 nere ſuo reciperet functionem, in qua † ſolum
mutuũ contrahi poteſt d.l.2.§.1.& 2. & l.cum
quid,ff.ſi cert.pet.Sed erat locatio vſusfructus
rei , de qua nemo dubitabat , quod nec conſi-
ſtebat in numero , pondere, ſeu menſura , nec
11 etiam † recipiebat functionem in genere ſuo ,
cũ alius eſſet vſus, & vſusfructus vnius menſis,
ab vſu,& vſusfructu alterius, ſeu vt alter alteri
poſſet ita ſubrogari , vt fungeretur vice alte-
rius,l.ſi vſusfructus mihi,ff.de vſufructu leg.

Nec obſtabat , quod dicti contractus eſſent
celebrati eodem tempore,quia non propterea
12 erant † iudicandi vſurarij,vt poſt Alex. & Soc.
tradit Aym.d.conſ.145.num.4.Præſertim cum
appareret de veritate in contrarium,quo caſu
huic,& ſimilibus coniecturis non erat locus.

Similiter quod dicebatur de exceſſiuitate
penſionis, non pertinebat ad vſurariam praui-
tatem, ſed tantum ad iuſtitiam contractus, de
qua mox agemus.

Præterea ad id,quod dicebatur de cõtinua-
tione poſſeſſionis,quæ inducit præſumptionem
ſimulationis,l.ſicut,§.ſuperuacuũ,ff.quib.mod.
pign.vel hypoth.ſolut. Veronen. de ſimulatio.
contr. præſumpt.14. num.76. Reſpondebam ,
quod d.§.ſuperuacuum non habet locum , vbi
13 quis † remanſit in poſſeſſione ex titulo con-
ductionis , vt bene deducit Roman. conſ.304.
num.3.circa medium,verſ. Secundò poteſt re-
ſponderi,Imol.in cap.illo vos , num.17. ad fin.
verſ.reuera tamen, de pign. & tenuit Rota de-
ciſ.116.nu.10.cum ſequen.part.2.diuerſ.

Simili quoque modo, quod opponebatur de
indigentia conductoris , ſeu alterius ſocij , &
quod N.nihil aliud curabat,niſi, vt ex ſuis pe-
cunijs lucraretur,nihil faciebat , quia in facto
hæc non probabantur : Et ſi fuiſſent probata ,
erant admodum leuia,quia intentio lucrandi,
dummodo non deueniatur ad executionẽ cum
modis illicitis,non eſt improbata a iure, immo
expreſſe tradit Innocen. in cap.conſuluit, de
14 vſur.ex intentione † neminẽ iudicandum vſu-
rarium,& repetit Bald.in Margarita,in verbo,
Intentio.

Vltimò ad pactum,quod penſio deberet eſſe
libera , & exempta ab omnibus expenſis , re-
ſpondebam , non probari eum , qui locat rem
15 ſuam, & ex pacto reijcit † in conductorẽ one-
ra,& expenſas incidere in vſurariam prauita-
tem,cum iura admittãt ſimilia pacta, & man-
dent ſeruari,l.ſi quis fundum in princip. & ibi
Gloſ.ff. locat. Ergo contractus , qui ſine dicto
pacto fuiſſet licitus, non efficiebatur illicitus ,
& vſurarius per appoſitionem pacti liciti,& a
iure approbati,vt habetur in l. Iulianus, §.idẽ
Papinianus,ff.de act.empt. & per D. Tho.1.2.
q.13.art.11.

Nec erat verum, quod per dictum pactum
tolleretur pactum præcedens in contractu ſo-
cietatis appoſitũ,per quod N.promiſerat velle
teneri ad omnia damna,& pericula; Siquidem
16 appellatione expenſarum † iſta non continen-
tur,Bocr.deciſ.52. nu.5. Et multo minus con-
17 tinentur caſus fortuiti,qui nunquam † veniũt,
niſi expreſſe dicatur, etiam ſi conductor ſuſci-
piat in ſe omne damnum,& periculum, vt poſt
alios declarat Boſſ.qui de communi atteſtatur
de remiſſ.merced.conduct. num.57. latè Surd.
deciſ.326. num.51. Immo quamuis conductor
18 † caſus omnes fortuitos in ſe ſuſciperet , nihi-
lominus periculum amiſſionis rei locatæ , ad
locatorem ſpectaret,nõ ad conductorem, Boſſ.
vbi ſupra nu.61.& 85. Surd.d. deciſ.326.n.55.

Quod periculum amiſſionis capitalis exclu-
debat certam ſpem lucri,quæ oritur ex cõtra-
ctu mutui,& etiam tranſlatione dominij:Quia
ſi dominium fuiſſet tranſlatum in conductorẽ,
capitale debuiſſet perire eius damno,quod ta-
men erat falſum, quia huiuſmodi periculum
ſpectabat ad locatorem per prædicta.

Et ſic ceſſabat aliud motuum, quod finita
locatione res locata remanebat penes condu-
ctorẽ, & erat in facultate N. repetere pretium
pecuniarum : Quia cum interim periculum rei
ſpectaret ad locatorem , non poterat eſſe mu-
19 tuum : quia palliatio † de contractu mutui ad
contractum locationis fit ſolum ad iſtum effe-
ctum,vt periculum pertineat ad conductorem,
& loco rei,cuius dominium transfertur , reſti-
tuatur pecunia , quod non erat in illo caſu , vt
late fuit comprobatum per Rotam in dicta
cauſa Romana prætenſæ vſuræ , coram Cardi-
nale Mellino,vbi fuit allegatum conſ.Crauettæ
145.num.17.

Concludebam igitur contractus prædictos
veros fuiſſe , & licitos , neque vlla ratione po-
tuiſſe de vſuraria prauitate redargui.

Quod

Quod verò attinebat ad prætenſam iniuſti-
tiam; Præſuppoſito, quòd N. voluerit ſibi ac-
quirere medietatē reide qua agebatur,cū om-
nibus illius emolumentis, Iniuſtitia ex eo po-
tiſſimū deducebatur, quod locator nimis gra-
uabat conductorem in penſione:Sed reſponde-
bam, penſionem non fuiſſe exceſſiuam con-
ſiderato lucro proueniente ex re ipſa, &
quod ipſe N. potuiſſet percipere deductis ex-
penſis,& oneribus,vt ex calculo,& teſtibus ap-
parebat: ex quo conſtabat,quòd ſi N.voluiſſet
teneri ad dictas expenſas, multò pluris locaſ-
20 ſet: Igitur illa diminutio penſionis † ſupple-
bat omnia grauamina, quæ conductor poterat
prætendere,cap.propter,extra locat.D.Thom.
2.2.quæſt.61.artic.2.Ioan. Med.de reſt. quæſt.
15.verſic.hic tamen vnum cum ſeq.pagina mi-
hi 349.

Et hinc tollebatur obiectio,quę fiebat,quod
locator volebat eſſe certus de lucro; Quia ſi
agebatur de lucro penſionis, cum ipſe recepiſ-
ſet verum pretium ſuæ rei locatæ, hoc nō erat
iniuſtum,toto tit.loc.& cond.Si verò agebatur
de vtilitate illa,quā recipiebat ne ſubeſſet ex-
penſis,& oneribus,& hoc caſu cū Aduerſarius
haberet iuſtam compenſationē lucri, nec etiā
erat iniuſtum,Nauar.in Manual.c.17.nu.255.
21 & 256. Nam & hoc modo † poteſt etiam fieri
pactum aſſicurationis ſortis principalis inter
eoſdem ſocios,& eodem contextu,remittendo
ſcilicet partem lucri,Io.Lup.in c.per veſtras,in
6.not.§.12.num.8.Sum.Silueſtr.in verbo,ſocie-
tas 1.q.2.Nauar.vbi ſupra num.254.& in cap.
ſi fęneraueris,nu.32.14.q.3. Couar.lib.3. var.
reſol.c.2.late Sot.de iuſt. & iur.lib.6.q.6. art.
2.col.3.Molin.de contract.diſput.417.concluſ.
22 3. qui dicit † valere locationem rei fructiferæ
pro certa penſione,& aſsicuratione capitalis.
23 Non obſtat, quod iuſta penſio † dicatur,ex
qua in annos viginti capitur verum, & iuſtum
rei pretium,gloſ. in authen.perpetua, C.de ſa-
croſ.eccl.ſicuti etiam iuſtum rei pretium dici-
tur, ad quod aſcendit annus redditus viginti
annorum, vt per Doctores in l.2. vbi Cagnol.
* aſſerit hanc eſſe magis * communē opinionem
nu.18.C.de reſcind.vendit. Quia hæc conſide-
ratio non applicabatur, cum ageretur de mo-
lendino poſito in flumine, quod ob imminētia
pericula de facili in vno etiā anno perire pote
rat:Quo caſu non erat habenda aliqua annorū
ratio,ſicut videmus in locatione equorum ve-
cturalium,& ſimilium rerum, ex quibus etiam
in vno anno capitur verum, & iuſtum pretium
de mercede,& ſolutione vecturæ, & tamen ne-
mo dixerit iſtos locatores eſſe vſurarios,& in-
24 iuſtitiam committere. Sicuti enim † in conſi-
derando valore,& pretio rei multa habētur in
conſideratione,& præſertim pericula, & mala
vicina,vt per Iaſ.in l.1.§.ſi hæres in 3.not.ff.ad
Trebel. eodem modo in conſiderando valore
mercedis conſiderari debet iactura totius ca-
pitalis,quæ in vno etiā anno fieri poteſt, Ideo-
que ex dubio euētu,quia poterat eſſe lucrum,
25 & damnum, læſio minimè † conſiderari pote-
rat,l.fideicommiſſo,C.de tranſactionibus, l. ſi
pater puellæ,C.de inoffic.teſt. Aym.in his ter-
minis d.conſ.145.nu.8.& 9.

Promiſſio de ſoluendo fructus recompen-
ſatiuos facta creditori ab hærede debi-
toris, cui bona ſubhaſtata fuerunt retro-
uendita ab oblatore iuxta ſtylum Ciui-
tatis Peruſij, nunquid, ſtante dilatione
ei facta ad ſoluendum pretium, ſubſti-
neatur. CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Stylus,quòd in venditione bonorum, quæ fit per ſubbaſtationem,habeatur fides de pretio,valet.*

2 *Adiudicatio, & tranſlatio dominij, quæ fit a iudice in ſubbaſtatione bonorum, cenſetur facta ab ipſo debitore.*

3 *Debitor,cuius bona ſubbaſtantur,tenetur de illorum euictione.*

4 *Fructus recompenſatiui ex equitate l. curabit illi debentur,qui habent actionem ad retrouendendum.*

5 *Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem.*

6 *Intereſſe an ſit licitum, vel ne, inſpicitur perſona creditoris.*

EXtat ſtylus in Ciuitate Peruſij, vt in vēdi-
tione bonorum ſtabilium,quæ fit per ſub-
haſtationem habeatur fides de pretio hoc mo-
do, Nam oblator promittit creditori alterna-
tiue,vel pretium oblatum illi ſoluere,vel bona
1 retrouendere,qui quidem† ſtylus valet, Dec.
conſ.599.num.5.& ſequen.Pariſ.conſ.44. nu.8.
lib.1.Si ergo facta tali promiſsione creditori,
ad cuius inſtantiam bona fuerunt ſubhaſtata,
oblator poſtea retrouendat dicta bona hæredi
debitoris cum onere ſoluēdi pretium ipſi cre-
ditori cum taxatione intereſſe proportionati,
& à creditore hæredi fiat dilatio ad pretium
ſoluendum pro fructibus recompenſatiuis iu-
xta terminos l.curabit.C.de act.empt.Dubita-
tur,An talis conuentio ſit licita.

Hæc quæſtio fuit in Rota coram Pamfilio in
vna Peruſina Spolij, & cum pluries fuiſſet pro-
poſita ſub diebus 7.& 21.Maij, & 6. Iunij anni
1607. nunquam fuit deciſa. Sed ſalua ſem-
per rectius ſentientes ſententia, videtur hu-
iuſmodi conuentionem, & promiſsionem non
valere: Nam intereſſe,de quo agitur non po-
teſt ſuſtineri, niſi ratione fructuum bonorum
emptorum, & propterea vt iuſte debeatur, &
ſubrogetur loco dictorum fructuum, neceſſe
eſt,quod creditor probet hos fructus ad ipſum
ſpectare,vel ratione dominij,vel alia de cauſa.
In propoſito autem ratione dominij non poſ-
ſunt ſpectare ad creditorem, ex quo ipſe nun-
quam fuit dominus:Nam licet venditio videa-
tur facta ad inſtantiam creditoris à iudice, &
factum

factum Iudicis cenſeatur factum partis, & ſic
tranſlatio dominij, quam facit iudex videatur
facta ab ipſo creditore, tamen veritas eſt, quòd
2 adiudicatio, † & translatio, quæ ſit à iudice
cenſetur facta ab ipſo debitore, qui erat domi-
nus, non à creditore, penes quem non erat do-
minium, l. ſi ob cauſam, C. de euict. l. ſi pignora.
ff. eod. tit. cap. quoniam frequenter. §. vlt. in fi-
ne, vt lit. non conteſt. late Tiraquel. de retract.
lign. §. 1. gloſ. 14. nu. 13. & propterea non credi-
3 tor, ſed debitor † tenetur de euictione, vt ibi
dicitur. Non etiam ex alia cauſa poſſunt hu-
iuſmodi fructus ad creditorem ſpectare, quia
licet creditor cõuenerit cũ oblatore, quòd ſol
ueret pretiũ, vel illi bona retrouenderet, prout
4 promiſit, & illi † qui habet actionem ad retro-
uendendum, debeantur fructus ex æquitate l.
curabit, iuxta deciſionẽ Cæſaris de Graſ. 187.
Attamen nõ cogebatur oblator præciſe ad re-
trouendendum, ſed alternatiue ſoluere, vel re-
trouendere; & cenſetur elegiſſe viam ſoluendi
per delegationem factam ex promiſſione hæ-
redis debitoris ementis dicta bona, qui promi-
ſit pretium ſoluere ipſi creditori. Præterea cla
rum eſt, quòd creditor iſtam actionem ad re-
trouendendum non habet cum præfato hære-
5 de, qui hoc non promiſit; Et iſta † actio tan-
quam perſonalis, quæ cõpetebat contra obla-
torem non poteſt intentari contra ſucceſſorem
ſingularem, l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebel. l. fin. §.
fin. ff. de contrah. empt. & vtrobique Doctores.
Nec iſta actio venit ſub ceſſione, quàm fecit
oblator ipſi hæredi, cum in ea veniant iura a-
ctiua, non paſſiua. Et quod in hoc caſu æquitas
l. curabit, hæredi non proſit, nec illi debeantur
fructus recompenſatiui, comprobatur ex eo,
quia ſi hæres emptor ſoluiſſet totum debitum,
& illi nõ fuiſſent bona integrè tradita, & reſpe-
ctu partis non traditæ vellet ad fructus agere
vigore dictæ legis, quæ fauet ita emptori, ſicut
vẽditori, certè creditor dixiſſet, ad me hoc non
ſpectat, quia ſum tantum creditor pretij: Ita è
conuerſo non debet etiam poſſe prætendere
huiuſmodi fructus.

Nec facit, quòd hæres emens ab oblatore
non debeat habere rẽ & pretium, & ob id de-
beat fructus recompẽſatiuos ſoluere, quia non
propterea debet illos ſoluere creditori, qui
nunquam fuit dominus, nec dictos fructus per-
cepiſſet: Sed debet ſoluere, aut oblatori, ſi in
illum tranſlatum fuit dominium per ſubhaſta-
tionem, aut pro ſe retinere tanquam hæres de-
bitoris, ſi ab ipſo debitore dominium non fuit
6 abdicatum. Et ratio eſt, quia † an intereſſe ſit
licitum, vel ne, inſpicitur perſona creditoris,
non debitoris, Abb. in cap. ſuper eo, num. 4. de
vſuris.

Inſtantia in Regno Neapolis, quomodo perpetuetur breuiter declararum. Cap. CXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata perempta inſtantia de iure com-
muni non valet.*
2 *Inſtantia in Regno Neapolis ſi fuit facta cita-
tio perpetuatur de triennio in triennium.*

CONcluſio eſt trita, & communis, quòd ſen-
1 tentia lata perempta inſtantia † redditur
nulla per l. perperandum, C. de iudic. quæ lex
habet locum etiam in Cõciſtorio Principis, vt
dicit gloſ. in authen. vt ſpõſalia, §. hoc quoque,
& in authen. de appell. §. ad hæc Sed ego Nea-
2 poli vidi practicatum, quòd † ſi fuit facta cita-
tio infra triennium, perpetuatur inſtantia per
aliud triennium, & ſi demum fit alia citatio ad
dicendum, &c. infrà aliud triennium, ſimiliter
per aliud perpetuatur, & ita audiui Sacrum
Conſilium alias interpretatum fuiſſe pragma-
ticam, quæ loquitur de inſtantia non reſtituen-
da, & fuit in cauſa Domini Siluestri Tomacel-
li cum cognatis ſuis; Et tunc fuit dictum, quòd
in cauſa illorum de Coco cum hæredibus Ioan
nis Andreæ Fagellæ ſacrum Conſilium fortius
practicanit, quod ſuffieit vnica citatio ad di-
cendum, &c. etiam quod elapſi eſſent nouẽ an-
ni, & ſic tres inſtantiæ: Et aliàs vidi proceſ-
ſum, in quo extat hoc decretum. Die penulti-
mo Iulij 1507. in cauſa Philippi de Afflicto, cum
Iacobo, & Rogerio Saluidio ſuper officio Guar
dianatus partuum Calabriæ, & peremptione
inſtantiæ oppoſita, communi voto omnium Do
minorum ſacri Conſilij, & Magnifici Iacobi de
Agello, & Marcelli Garellæ Præſidentium Re-
giæ Cameræ Summariæ in eodem ſacro Con-
ſilio præſidentium, concluſum eſt, quòd non
obſtante oppoſitione peremptionis inſtantiæ
ſtãte ſtilo ſacri Conſilij procedatur ad ſenten-
tiam. Similiter de anno 1558. fuit determina-
tum in cauſa D. Innocentiæ de Sangro de Sul-
mona, cum Domino Petro de Sangro in peti-
tione decimæ quartæ partis quorumdam Ca-
ſtrorum, quòd haberet locum exequutio ſen-
tentiæ, non obſtante, quòd eſſet lata perempta
inſtantia.

Creditor quando poſſit rem ſibi obligatam euincere per ius offerrendi. Cap. CXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerrendi competens ſecundo creditori, non
habet locum, quando primus creditor auctorita-
te legis, vel pacti vendidit bona debitoris, ſecus
ſi debitor dederit illa in ſolutum, vel vendide-
rit primo creditori, & ipſe creditor alteri.*
2 *Hypotheca ſecũdi creditoris per tranſlationem
dominij rei hypothecatæ a debitore in primum
creditorem factam, non extinguitur.*
3 *Ius offerrendi competit creditori hypothecario
etiam in cauſa appellationis, & in actu ipſius
executionis, & nu. ſeq.*

4 Ex-

Digitized by Google

4 *Exceptio liquida ex eiſdem actis poteſt à Iudice*
ſuppleri ex officio ; quamuis de illa non ſit op-
poſitum.
5 *Prior in tempore eſt potior in iure.*
6 *Creditor habens generalem hypothecam habet ele-*
ctionem in quibus bonis vellit agere.
7 *Mox habet ius offerrendi contra ſecundum cre-*
ditorem bona debitoris poſsidentem ex ſpeciali
hypotheca.
8 *Ius offerrendi competit cuilibet poſſeſſori etiam*
iniuſto.
9 *Anterior creditor poſsidens rem hypothecatam,*
habet ius offerrendi contra ſecundum.
10 *Ius offerrendi intra quantum tempus locum ha-*
beat traditur remiſsiue.
11 *Poſsidens rem alteri hypothecatam pro confirma-*
tione ſua poſſeſsionis, non tenetur offerre totum
creditum, ſi excedat valorem rei, ſed ſufficit of-
ferre vſque ad verum pretium.
12 *Non poteſt cogi ad accipiendam oblationem, niſi*
ſit pro toto credito.

PRæterea illud quoque adnotare placuit,
quod ſæpe in praxi euenire ſolet, videli-
cet, quod ſi primus creditor auctoritate legis,
vel pacti vendidit bona debitoris, ſecurus eſt
1 ipſe emptor, vt non poſſit † conueniri à ſecun-
do creditore offerrente primum debitum, ſed ſi
debitor dedit in ſolutũ, vel vendidit primo cre
ditori, & ipſe creditor alteri, tunc ſecũdus cre-
ditor poteſt euincere per ius offerrendi primũ
debitum ipſi emptori per tex. in l. 1. C. ſi antiq.
cred. non obſtante, quod per tranſlationem do-
minij in primum creditorem eius hypotheca
videatur extincta, quia id procedit, quãdo do-
2 minium irreuocabiliter quæritur, nõ † quando
reuocabiliter, tex. eſt & ibi Bar. & communiter
Doctores in l. ex ſextante. §. Latinus largus, ff.
de except. rei iud. & notatur in l. libera quã-
dã Theodora, C. de ſent & interlocut. omn. iud.
Videatur Afflict. deciſ. 16. qui ſubiungit, talem
oblationem ſi non fuit facta in prima inſtãtia,
3 poſſe fieri in cauſa † appellationis, per regu-
lam non poſita ponam, &c. de qua in l. per hãc,
C. de tempor. appellat. Item quia de exceptio-
ne non oppoſita, ſi liquidè conſtat ex eadem
4 ſcriptura, iudex † ex officio habet rationem,
vt in l. eũ qui ita, §. qui ita, vbi Bart. ff. de verb.
oblig. Alex. & Iaſ. in l. nam & poſtea; §. ſi dam-
netur, ff. de iure iuran. Imò quod quandocum-
que etiam poſt ſententiam latam, & in actu ip-
ſius executionis hæc oblatio fieri poſſit, tenet
Bart. in l. ſi ſtipulatus fuero decem in mille, ad
fin. ff. de ſolut. quem ſequitur Neguſan. de pign.
3. membro 5. par. nu. 21.

Sed fingamus, quod primus creditor habens
generalem obligationem agat contra ſecun-
dum rem ex hypotheca ſpeciali poſſidentem,
vtrum poſſit obtinere? Pro affirmatiua enim
5 facit, quia † prior in tẽpore eſt potior in iure,
regul. qui prior, de reg. iur. in 6. Item quia ha-
bẽs generalem hypothecam, habet electionem
6 in † qua re vellit agere l. creditores. ff. de di-
ſtract. pign. l. ſi generaliter, C. qui pot. in pign.
habean. Sed contrarium eſt verius, nam dicta
iura procedũt, vbi res obligata eſſet penes de-
7 bitorem, non autem quando ſecundus † credi-
tor habet ſpecialem hypothecam, & eſt in poſ-
ſeſsione, l. quamuis la 2. C. de pignor. vbi hoc
in terminis tenet Bal. in verſ. Quid ſi bona ſunt
8 primo. Et facit, quia † ius offerrendi competit
cuilibet poſſeſſori l. Paulus, §. ſi. ff. quib. mod. pi-
gnor. vel hypot. ſol. l. mulier, & l. Sempronius, ff.
qui pot. in pign. habean. etiam ſi poſſeſſor eſſet
iniuſtus, vt tenet gloſ. in d. l. mulier, quã ſequun
tur ibi Bart. & Salic. & communiter Doctores.
9 Adeò quod ſi prior † etiam creditor poſsidens
rem hypothecatam non habeat locum oblatio
per ſecundum creditorem, quando ipſe primus
creditor offert ſecundo, nam tunc poterit reti-
nere ſicut quilibet poſſeſſor, iuxta deciſ. Afflict.
259 per text. in l. 1. & ibi gloſ. C. qui pot. in pi-
gnor habean. & in d. l. Paulus, §. qui pignoris. ff.
quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.

Sed aduerte pro declaratione prędictorum,
quòd ſi prior creditor fuit abſolutus, eo quia
ſecundus non ſoluit, ſeu actualiter non obtu-
lit, tunc non poterit ſecundus creditor amplius
agere offerrendo, Ita Bald. conſ. 50. lib. 3. & vi-
deas Affli. deciſ. 187. & Capic deciſ. 41. & 202.
10 vbi ponunt infra quantum † tempus, & in qui-
bus caſibus oblatio locum habeat, qua de re
per plures quæſtiones tractat etiam Neguſ. in
tract. de pignor. & hypothec. 3. memb. 5. part.
princ. per tot.

Item aduerte, quod in hac materia poſſeſſor
11 obtinet duo priuilegia. Vnum eſt, quod † non
tenetur offerre totum creditum ſi excedit va-
lorem rei poſſeſſæ, ſed ſufficit quod offerrat vſ-
que ad verum pretium ipſius rei, Aym. conſil.
298. num. 16. verſ. ſecundo reſpondeo libro 1.
12 Aliud eſt, quòd poſsidens † non poteſt cogi
ad accipiendam oblationem, niſi ſit pro toto
credito, Aym. vbi ſupra num. 16. verſ. tertio re-
ſpondeo.

An mulieres viduæ, & non nuptę in Regno Neapolis gaudeant priuilegio cõiugatis conceſſo, vt in cauſis criminalibus poſſint per procuratorem litigare. Cap. CXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, ſeu priuilegium, quòd mulier nupta*
in cauſis criminalibus poſsit litigare per mari-
tum, vel alium procuratorem, habet locum etiã
in muliere maritata non ducta ad domum.
2 *Item habet locum etiam ſi mulier antequam*
cauſa finiatur deſinat eſſe coniugata.
3 *Origo rei, & initium eſt ſpectandum.*
5 *Rationes duæ finales, vbi in eadem diſpoſitione*
concurrunt, licet vna ceſſet, non ceſſat diſpoſitio,
ſi altera remaneat.
5 *Lex, ſeu ſtatutum loquens in aliquo caſu ratione*
frequentioris vſus, nõ excludit caſum omiſſum,
quando eadem ratio concurrit.

6 *Procuratori in cauſa criminali ad accuſandum conſtituto, eſt dandum mandatum ſpeciale iurandi in animam conſtituentis, quod ipſe conſtituens credit crimen expreſſum verum eſſe, & ſe illud poſſe probare.*

IN Regno Neapolis extat Statutum, quòd mulier nupta in cauſis criminalibus poſſit litigare per maritum, aut aliũ procuratorem. Ego dum ibi comorarer occaſione litiũ, & controuerſiarũ vertentium inter Epiſcopũ, & Ducem Andriæ, dicebam, quod iſtud Statutum habet locum in muliere nupta etiam non
1 ducta † ad domum, ſecundum communem opinionem, pro qua adducebam quòd decidit Bald. in l. 1. verſ. ſecundo quæro, C. vnde vir, & vxor. Sed excitabatur vna difficultas; An ſcilicet mulier nupta habens priuilegium Statuti, illud amittat, ſi antequam cauſa finiatur deſinat eſſe coniugata. Pro affirmatiua adducebatur, l. 1. cum ibi not. C. in quib. cau. reſt. in integr. non eſt neceſ. Pro negatiua vero allegabatur tex. in l. Titia §. vſuras, & quod ibi not. ff. de leg. 2. & in l. fin. C. de iniur. Vbi vxor tamdiu gaudet illo priuilegio, quamdiu viuit
2 eius vir. Ego fui in opinione, quòd † mulier potiatur dicto priuilegio: Primo per tex. in l. ſi filius. ff. de verb. oblig. Vbi initium actus ſpe-
3 ctatur, & originem rei † inſpiciendã eſſe probatur quoq; in l. clã poſsidere ff. de acq. poſſe. Secundo, nam ratio, quę militat in coniugata viget in non coniugata, vt patet in l. maritus, C. de procurat. Vbi licet prima ratio ceſſet, ſe-
4 cunda † tñ remanet, quod ſufficit, vt in §. affinitatis Inſt. de nupt. Tertio, mouebar, quia Statutũ reſpexit frequentiam, nam frequentius mulieres nuptæ ſolent eſſe in iudicio; Ergo non excludũtur aliæ mulieres viduæ, & nõ nuptę; Nã
5 quando lex loquitur † in aliquo caſu ratione frequentioris vſus, quia ſcit ita ſolitum fieri magis frequenter, non per hoc negat, quin idẽ ſit in alio caſu omiſſo, ita voluit gloſ. in clement. 1. in verbo præſidentes, de reſcript. & ibi Butr. Card. & Imol. gloſ. prima in l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & in authen. Caſſa, in verbo, per Italiam, C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. vnica in verbo, ſponſa, C. de rapt. virgin. Bald. & Doct. & in l. 1. §. ſi quis ruſticus, de pac. ten. & firmat Andr. de Iſern. in conſtitut. Quamplurium, & late Corſet. in ſingul. ſuis, in verbo, frequentia, col. 33.

Et aduerte, quòd in caſibus, in quibus permiſſa eſt accuſatio per procuratorem, ipſum crimen, & perſona, quæ debet accuſari, clarè & ſingulariter in ipſo mandato eſt exprimenda, & procuratori eſt danda ſpecialis pote-
6 ſtas iurandi † corporaliter in animam conſtituentis, quòd ipſe conſtituens credit ipſum crimen expreſſum verum eſſe, & ſe illud poſſe probare ſecundum Luc. de Pen. in l. tam collatores, col. 6. C. de re milit. lib. 12.

Clauſula ſine præiuditio quid operetur. Cap. CXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſine præiuditio eſt præſeruatiua iurium.*
2 *Facit actum conditionale, ita vt ſi ex eo aliquod præiuditium inferratur; actus perinde habeatur, ac ſi factus non fuiſſet.*
3 *Cenſetur appoſita à Signatura in qualibet commiſſione ad præſeruandam legitimam executionem.*
4 *Clauſula ſine præiudicio executionis litterarum Apoſtolicarum adiecta in commiſſione cauſæ principalis, operatur, quòd non poſſit procedi in negotio principali, niſi parito.*
5 *Dominus rei emphiteoticæ poſt factam declarationem caducitatis, recipiens canonem pro tempore decurſo poſt pœnam caducitatis commiſſam, ipſo facto intelligitur caducitatem remittere, nec poteſt amplius agere ad deuolutionem.*
6 *Amplia etiam ſi proteſtetur ſe canones recipere, ſine præiudicio deuolutionis, & nu. 8.*
7 *Proteſtatio contraria facto nihil operatur.*
9 *Dominus poſt factam declarationem caducitatis canones tantum petendo ſibi præiudicat, quamuis eos non recipiat.*

VTilis eſt & frequens materia huius clauſulæ; Sed quia diffusè ab alijs pertractatur, ego pauca quædam ſolum adnotabo. Eſt
1 igitur † hæc clauſula præſeruatiua iurium. Bero. in cap. 1. num. 32. de reſcript. Paul. de Caſtr. conſ. 315. num. 4. lib. 1. Pariſ. conſ. 23. num. 142. lib. 1. & conſ. 70. num. 18. lib. 5. Put. deciſ. 197. num. 23. lib. 1. & deciſ. 32. libro 2. Item reddit
2 quidquid † geritur conditionale, & ſic operatur, quod quatenus inferratur præiudicium, perinde ſit ac ſi actus non fuiſſet factus, Put. dicta deciſ. 32. numero 1. libro 2. & fuit dictum in cauſa Caputaquen. præcedentiæ 17. Iunij, 1577. coram Card. Blanchetto, Item eſt præſeruatiua omnium iurium, Pariſ. conſilio 5. nu-
3 mero 40. libro 1. Et cenſetur † appoſita à Signaturam in qualibet commiſſione ad præſeruandam legitimam executionem ad deciſ. Egid. 41. & Caſſador. deciſ. 8. numero 5. de reſcript. & fuit reſolutũ in cauſa Nouarien. decimarum 11. Decembris 1573. coram eodem Cardinale Blanchetto, & in vna Auellina Archipræsbiteratus 6. Aprilis 1590. coram Pe-
4 nia. Et ſi clauſula † ſine præiudicio executionis litterarum Apoſtolicarum in commiſſione cauſæ principalis ſit adiecta, operatur, vt non poſſit procedi in negotio principali, niſi parito, ſicut dicitur de clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis per Sarnenſ. in compend. ſignat. inſt. numero 84. Put. deciſ. 19. de penſion. Ioan. Paul. deciſione 61. cui iſta æquipollet, vt fuit tentum in Siracuſana

præ-

præheminentiarum 5. Octobris 1584. coram
Bubaln, & in dicta Auellina Archipræsbiteratus, coram Penia. Sed circa iſtam clauſulam
occurrit vna dubitatio. Tu ſcis quod Domi-
5 nus † rei emphiteoticæ poſt factam declaratio-
nem caduecitatis recipiens canonem pro tempore decurſo poſt pœnam caducitatis commiſſam, ipſo facto intelligitur caducitatem remiſiſſe, nec poteſt amplius agere ad deuolutionem, l. poſt diem, ff. de leg. commiſ. l. commiſſa, C. de pact. inter empt. & vendit. gloſ. in cap. potuit, in verbo expelli, & ibi Imol. ſub nu. 38. de loc. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 23. num. 34. Sociu. conſ. 66. ſub nu. 19. verſ. tertio quia lib. 3. Ruin. conſ. 119. num. 4. & conſil. 255. num. 8. lib. 5. Rolan. conſ. 87. num. 32. lib. 1. Menoch. qui receptiſſimam hanc concluſionem appellat, in tract. de recuper. poſſeſ. remed. 9. nu. 152. Corn. conſ. 187. ſub nu. 1. lib. 1. Alex. conſ. 5. nu. 19. lib. 5. & conſ. 14. nu. 12. lib. 2. Dec. conſ. 138. col. fin. verſ. etiam dici poteſt, Rimin. conſ. 221. num. 17. & ſequen. lib. 3. Afflict. deciſ. 129. nu. 10. Finge igitur quod ipſe in actu receptionis proteſtetur, ſe canones recipere ſine præiudicio deuolutionis, ſeu caducitatis, dubitatur, An hæc clauſula præſeruet dictum ius.

Bart. in l. 2. num. 8. in fin. C. de iur. emphit. te-
6 net quod ſic. Sed contrarium † eſt reſoluẽdum
quia huiuſmodi proteſtatio eſt cõtraria facto,
7 & ideo † nihil operatur, c. cum M. Ferrarien. de
conſt. c. ſolicitudinem, de appellat. l. cum plures, §. locator huiuſmodi, ff. locat. & conduct. & ita in terminis tenet Cyn. in d. l. 2. n. 5. & Salic. nu. 14. & Card. Zabar. in d. cap. potuit, num. 15. verſ. vigeſimo quinto quæro, & Ant. de Butr. ibid. num. 19. & Imol. num. 37. de loc. & con-
8 duct. Et † opinio Bart. eſt contra communem,
vt profitetur Ruin. conſ. 110. nu. 4. lib. 1. quam etiam cõmunem atteſtatur Gig. de penſ. q. 37. nu. 7. & Clar. in §. emphiteutis, q. 10. paulo poſt princip. dicens incompatibile eſſe, quod penſio recipiatur pro tempore decurſo poſt caducitatem, & quod ſaluum ſit ius caducitatis, & conſequenter, quod quis eodem tempore habeatur pro emphiteuta, & pro non emphiteuta: Igitur quidquid cantet proteſtatio, factũ præualet verbo, cum vtrumque ſaluari non poſſit, Bald. conſ. 8. nu. 2. lib. 2. cum alijs adductis per Pariſ. conſ. 10. num. 48. lib. 1. & Crauet. conſ. 69. num. 16. verſ. Inde &c. Et ita fuit reſolutum per Rotam in vna Romana deuolutionis domus, 2. Decembris 1591. coram Cardinale Mantica.
9 Quæ deciſio locum † habet etiam ſi Dominus
tantummodo canonem non ſolutum petierit, licet illum non receperit, quia adhuc non obſtante dicta proteſtatione ſibi præiudicat, l. ad ſolutionem, C. de re iudic. Iaſ. in d. l. 2. num. 128. verſ. ſecundo quæro, poſt Alber. ibid. num. 6. C. de iur. emphit. Salicet. in d. l. commiſſa, in fi. C. de pact. inter emp. & vendit. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 2. nu. 64.

Donatio facta cum ſolemnitatibus requiſitis in loco, vbi contractus fuit celebratus, an ſuſtineatur quo ad bona exiſtentia in alia Prouincia, ſeu territorio, & nunquid ad bona poſtea acquiſita extendatur, ex facto non ineleganter explicatum. Cap. CXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Locus vbi donatio fit reſpectu ſolemnitatem attendi debet, & cum ea ſolemnitate actus valet etiam quo ad bona alibi ſita.*

2 *Teſtamentum factum Venetijs cum duobus teſtibus valet etiam quo ad bona Romæ exiſtentia, licet Romæ cum tali ſolemnitate non valeret.*

3 *Statutum quando diſponit de ſolemnitate actus, ſufficit facere actum ſecundum illam ſolemnitatem, & habet locum etiam in bonis alibi ſitis.*

4 *Contractus debet celebrari ſecundum ſolemnitatem loci, vbi fit, & non loci vnde quis originem ducit, & num. 6.*

5 *Statutum extenditur etiam extra territorium, quando perſonam ſubditi ſimpliciter inhabilitat.*

7 *Donatio facta in Ciuitate Praneſtina per Ciuem Romanum valet, licet non ſeruetur ſolemnitas ſtatutorum Vrbis.*

8 *Facta ſimpliciter comprahendit ſolum bona tempore donationis, non etiam ea, quæ donans poſtea acquiſiuit.*

9 *Legatum ſimpliciter factum refertur ad tempus teſtamenti, non autem mortis.*

10 *Ius de futuro in contractu, & donatione inter viuos non cenſetur comprahenſum, niſi expreſſe dicatur.*

11 *Donatio etiam omnium & ſingulorum bonorum mobilium, & immobilium, iurium & actionum verbis vniuerſalibus, & generalibus facta, ad bona futura non extenditur.*

12 *Participium reſoluitur in relatiuum, & verbum temporis præſentis.*

ACcidit ſæpenumero, quod alienigenæ, & forenſes poſſideant bona ſtabilia extra domicilium, & locum originis, & de dictis bonis diſponant per donationem, vel aliter nõ ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis in loco, vbi bona exiſtunt, ſed tantum loci vbi contrahunt, Dubitatur itaq; An huiuſmodi cõtractus ſuſtineãtur. Ego habui hanc quæſtionem in facto, nam Ciuis Florentinus commorans Florentiæ donauerat bona per eum poſſeſſa in diſtrictu Vrbis non ſeruata ſolemnitate ſtatutorum, quæ vigent ibi, ſed tantum Ciuitatis Florentiæ, dubitabatur, An donatio eſſet valida. Reſpondi
1 affirmatiuè, quia † in reſpicientibus ſolemni-
tatẽ debet attendi locus vbi donatio fit, & cum ea ſolemnitate actus valet etiam quo ad bona alibi ſita: Vnde teſtamentum factum

2 Venetijs cũ duobus teſtibus operatur † etiam
in bonis Romæ exiſtentibus, licet Romæ cum
tali ſolemnitate teſtamentum non valeret, vt
poſt Specul. & alios antiquos dicit Bart. in l. 1.
num. 36. cum ſequen. vbi Bald. num. 7. Salicet.
num. 12. Aret. num. 14. Signor. nu. 5. & ſequen.
C. de ſum. Trinit. & fide Cathol. Bald. in l. hac,
in princip. & ibi Caſtren. C. quemadmod. teſta-
men. aper. de communi Alex. conſilio 128. nu.
2. verſic. licet aliud eſſet lib. 1. Vbi inquit, quod
3 quando † ſtatutum diſponit de ſolemnitate
actus, ſufficit facere actum ſecundum ſtatuta
loci vbi fit, & habebit locum etiam in bonis a-
libi ſitis, & ibi dicit iſtam eſſe cõmunem, idem
ſcribit Socin. iun. conſil 95. numero 4. libro 2.
qui pariter de communi atteſtatur, & Cagnol.
in l fin. num. 28. de iuriſdictio. omn. iud. Ancha.
conſ. 163. poſt princip. Gabr. de ſtatut. concluſ.
8. Idque tanto magis procedit, quia ſtatutum
Vrbis nõ inhabilitat perſonam ſimpliciter, ſed
ſolum mandat contrahi cum certa ſolemnita-
te, alias vult contractum non valere, quo caſu
non habet locum, nec in Ciue Romano extra
territorium, ſeu diſtrictum Vrbis contrahente,
4 ſine tamen fraude, quia debet ſeruare † ſolem-
nitatem loci vbi contrahit, & non loci vnde du
cit originem l. 1. C. de emancip. lib. Bart. in di-
cta l. 1. num. 32. C. de ſumma Trinit. & fid. Ca-
thol. quem ibi omnes ſequuntur, bene Aretin.
conſ. 54. qui loquitur in terminis donationis,
quem ſequitur Rum. conſ. 201. num. 8. libro 1.
Corn. conſ. 185. num. 9. cum ſeq. lib. 2. Iaſ. conſ.
48. lib. 1. & conſ. 59. lib. 3. Capra, conſ. 144. Bald.
conſ. 418. lib. 4. tunc enim ſtatutum extenditur
5 † extra territorium, quando perſonam ſubditi
ſimpliciter inhabilitat, Put. decif. 19. num. 1. lib.
2. Et ideò ſicut ſi Romanus cõtraheret in Mar-
chia teneretur ſeruare ſolemnitatem conſtitu-
tionum Marchiæ, Bart. in l. cunctos populos,
num. 13. verſ. & primo quæro, C. de ſum. Trinit.
Gabr. de ſtatut. concluſ. 8. nu. 4. & 22. pari ra-
6 tione ſubditus † contrahens extra locum ſuæ
originis debet ſeruare ſtatutum loci vbi con-
trahit; Et ita tenuit Rota coram Cantuccio in
vna Præneſtina donationis, quod valuit dona-
tio facta à Domicella Romana ſine ſolemnita-
7 tibus ſtatutorum Vrbis, cum donauerit † in
Ciuitate Præneſtina, quæ non ſoluit ſal focati-
cum, quod etiam reſoluerunt Domini in illa
Romana de Ceulis coram Orano, quo ad ſo-
lemnitatem ſubſcriptionum, & alia per ſtatu-
tum Vrbis requiſita in donatione, & fuit ſolum
reſeruatũ, vt videretur, An quo ad inſinuatio-
nem ſtatutum inhabilitaret perſonam, cũ vta-
tur verbo, non poſſit.

Cõcludebam igitur, quod ſi ſtatutum Vrbis
non annullat donationem factam per Ciuem
Romanum in loco extra diſtrictum, quamuis
eius ſolemnitates non fuerint ſeruatæ, & aga-
tur de bonis Romæ exiſtentibus, multo minus
annullabat dictam donationem factam Floren
tiæ à Ciue Florentino.

Sed in eadem facti ſpecie excitabatur alia
difficultas; An ſcilicet prædicta donatio com-
prehenderet ſolum bona tempore donationis,
an vero etiam ea, quæ donans poſteà acquiſi-
uerat in eodem Vrbis diſtrictu & quia donatio
erat ſimpliciter facta reſpondi, quod bona po-
8 ſtea acquiſita † non comprehendebantur, per
regulam l. ſi ita, ff. de aur. & argen. legat. & l. ſi
ita ſcriptum, ff. de leg. 2. vbi legatum ſimplici-
9 ter factum † refertur ad tempus teſtamenti,
non autem mortis: Quæ leges cum loquantur
in teſtamentis, quæ à die mortis teſtatoris ro-
bur accipiunt, multo magis procedunt in do-
natione inter viuos, & in contractu, in quo
10 ius † de futuro non cenſetur comprehenſum,
niſi expreſſe dicatur, l. ſi ita ſtipulatus fuerim,
§. ſi ſtipulamur, & l. ſi à colono, ff. de verb. obli-
gat. Et iſtud dicebam procedere, quamuis do-
natio eſſet omnium, & ſingulorum bonorum
mobilium, & ſtabilium, iurium & actionũ, ver-
11 bis vniuerſalibus, † & generalibus facta, quia
vniuerſalitas verborum non extenditur ad fu-
tura Clar. in § donatio, quæſt. 15. verſic. idem
dicendum; Præſertim cum donatio eſſet con-
cepta de bonis in diſtrictu Vrbis poſſeſſis, & ad
ipſum ſpectantibus, & pertinentibus, quæ par-
12 ticipia reſoluebantur † in relatiuum, & ver-
bum præſentis temporis, & exponenda erant,
ideſt, quæ poſſidet, & ad ipſum pertinent, &
ſpectant. gloſ. in Clem. 1. in verb. dignitatibus,
de præben. Ripa poſt Bart. in l. Centurio num.
113. ff. de vulgar. & pupil. & fuit reſolutum per
Rotam in cauſa Romana donationis de Maſ-
ſa 8. Maij 1591. coram Cardinale Blanchet-
to.

Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verbum commune ſine dinumeratione temporum, quando eſt reſtricta ad bona teſtatoris, An intra tempus pupillaris ætatis ſit pupillaris, vel potius ſit omni tempore fideicommiſſaria, ex ſententia Rotæ declaratum.

Cap. CXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa facta impuberi per ver-
ba communia ſine annumeratione temporum,
quando eſt reſtricta ad bona teſtatoris, omni
tempore poſt aditam hæreditatem eſt fideicom-
miſſaria.*

2 *Item ſubſtitutio reſtricta ad bona teſtatoris po-
tius cenſetur legatum certæ partis hæreditatis,
quàm directa ſubſtitutio.*

3 *Dictio (eius) & dictio (ſie) quando in tertia
perſona proferuntur, referuntur ad teſtatorem,
& num. ſeq.*

4 *Subſtitutio ex quibus verbis cenſeatur ad bona
teſtatoris reſtricta.*

5 *Verbum æquiuocum poſitum in vna parte teſta-
mẽti debet interpretari, prout clare reperitur po
ſitum in alia parte teſtamenti, & nu. 42.*

6 *ſubſtitutio vna ſemper declaratur per aliam, vbi
omnes ſubſtitutiones ſunt factæ per copulã, &c.*

7 Verba prohemij licèt neceſſario non concludant, multum tamen deſeruiunt ad colligendam mentem diſponentis.

8 Opinio Sforz. Odd. quod ſubſtitutio ſolum dicatur reſtricta ad bona teſtatoris, quando fuit facta cum dictione taxatiua (tantum) reprobatur.

9 Poſſet procedere, quando ſubſtitutio eſſet facta in forma pupillari, vel per verba directa, non autem quando eſt facta ſine mentione pupillaris ætatis, ſine diſtributione temporis, & ſine verbis directis.

10 Dictio (eius) refertur ad bona vtriuſque, tam teſtatoris, quam pupilli, quando apparet teſtatorem velle pupillariter ſubſtituere.

11 Pater per pupillarem non poteſt ſubſtituere filio, ſeu nepoti emancipato.

12 Subſtitutio compendioſa facta per verba communia ſine dinumeratione temporis continet pupillarem, quando eſt facta mentio pupillaris ætatis.

13 Amplia, vt hæc pupillaris dicatur expreſſa verbis generalibus.

14 Item amplia, ſiue verbum (impuber,) vel (pupillus) in ſubſtitutione ſit adiectum verbo diſpoſitiuo, ſiue executiuo.

15 Limita quando ſubſtitutio eſt reſtricta ad bona teſtatoris, quo caſu non ſufficit pupillaris inducta ex ſimplici commemoratione pupillaris ætatis, ſed requiritur ſubſtitutio pupillaris formalis, & ſpecifica, & quod pupillaris ætas ſit poſita in conditione.

16 Præſumptio, quæ capitur ex reſtrictione ad bona teſtatoris, vt voluerit facere ſubſtitutionem omni tempore fideicommiſſariam, non admittit interpretationem in contrarium, niſi liquido appareat de contraria voluntate.

17 Subſtitutio filiorum teſtatoris facta nepti, ſeu nepoti impuberi operatur, vt ſub vulgari cõtineatur pupillaris ad excluſionem matris.

18 Compendioſa facta impuberi, ſine dinumeratione temporum, non continet pupillarem matre exiſtente in medio, niſi filij teſtatoris ſint ſubſtituti.

19 Coniectura deſumpta ex affectione ſubſtitutorum ad inducendam pupillarem ad excluſionem matris, non attenditur, vbi ſubſtitutio facta pupillo eſt reſtricta ad bona teſtatoris, & facta per verba communia.

20 Teſtator quando durius agat cum matre, quam ipſa lex.

21 Reſtrictio ſubſtitutionis facta pupillo ad bona teſtatoris operatur, vt verbum commune cenſeatur obliquum, nec ad directum trahi poſſit.

22 Subſtitutio reſtricta ad bona teſtatoris facta per verbum commune dicitur facta in re certa.

23 Deciſio Guido Pap. 522. declaratur.

24 Subſtitutio facta impuberi inſtituto in re certa continet pupillarem, quãdo in ſubſtitutione non fuit repetita illa res certa, ſecus ſi fuit repetita, quia tunc eſt ſemper fideicommiſſaria.

25 Diſtributio bonorum per quotas facta per teſtatorem inter ſubſtitutos operatur, vt ſubſtitutio cenſeatur directa, non autem fideicommiſſaria.

26 Item operator, vt omnia bona cenſeantur relicta, & num. 28.

27 Teſtator ſubſtituens filio pupillo per verbũ commune in omnibus eius bonis, vel in tota eius hæreditate, cenſetur etiam bona pupilli comprehendere ſecundum Bart. cuius tamen opinio communiter damnatur, vt infra nu. 32.

29 Diſtributio bonorum per quotas, vbi ſubſtitutio eſt reſtricta ad bona teſtatoris, & facta per verbum cõmune, non poteſt operari ſubſtitutionem directam, & pupillarem, & nu. 31.

30 Subſtitutio indefinitè facta filio pupillo in quotis bonorum, vel quotis hæreditatis, cenſetur facta in bonis ipſius pupilli diuiſis per quotas.

33 Dictio vniuerſalis (omnia) in ſubſtitutione adiecta efficit, vt illa etiam comprehendãtur, quæ alias non comprehenderentur.

34 Poſſidens pro indiuiſo cum alio dicitur in qualibet gleba, & totam rem poſſidere, & nu. 35. Declara vt infra nu. 43.

36 Probans ſe poſſidere fundum communiter pro indiuiſo cum alio, dicitur probare, quòd poſſidet totum fundum: Declara vt nu. 45.

37 Poſſidens pro indiuiſo rem aliquam cum alio, qui poſtea moriatur, dicitur continuare poſſeſſionem totius, abſque aliqua nouitate, nec poteſt dici continuare poſſeſſionem, niſi in tota re.

38 Verbum (remanere) poſitum in ſubſtitutione, quando refertur ad poſſidentes, ſtat in ſua propria ſignificatione, & eſt directum. Sed quod imò ſit commune demonſtratur infra numero 40.

39 Subſtitutio compendioſa etiam reſtricta ad bona teſtatoris, quando eſt facta per verba directa etiam non ciuilia, continet pupillarem.

41 Verbum, volo, iunctum verbo communi, facit illud obliquare.

44 Poſſeſſio competens alicui pro indiuiſo, licet ratione loci ſit incerta, tamen ratione quota dicitur certa.

46 Clauſula (omni meliori modo) in ſubſtitutione appoſita operatur etiam pupillarem ſubſtitutionem, ſi iſte ſit melior modus, dummodo perſonis, & verbis pupillaris conueniat, ſecus ſi verba, & mens teſtatoris repugnent pupillari, & num. 48.

47 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quibus conuenire poteſt.

49 Subſtitutio vulgaris expreſſa verbis generalibus ſub compendioſa continetur.

50 Item contenta in compendioſa, ſiue ſit expreſſa verbis ſpecialibus, ſiue generalibus, continet tacitam pupillarem ad matris excluſionem, etiam ſi compendioſa ſit reſtricta ad bona teſtatoris, & num. 51.

52 Contrarium, vt non contineat tacitam pupillarem, quando compendioſa ad bona teſtatoris reſtringitur, reiecta priori opinione demonſtratur.

53 Vbi in reciproca inter impares non continetur pupillaris expreſſa verba generalibus, non poteſt etiam comprehendi tacita ſub vulgari.

IN iſta quæſtione cōmuni calculo Doctores
1 concludūt,quòd ſubſtitutio † compendioſa
facta impuberi per verba communia ſine dinu
meratione temporum, quando eſt reſtricta ad
bona teſtatoris,omni tempore poſt aditam hę-
reditatem ſit fideicomiſſaria: Et ratio eſt,quia
cum teſtator ſolum de ſuis bonis,& hæredita-
te diſpoſuerit , ex hoc liquido apparet , quòd
noluit diſponere de bonis pupilli,ſed ſolum fa-
cere ſubſtitutionem , quæ in ſuis bonis locum
haberet,& per conſequens fideicommiſſariam;
ita firmauit Rota in vna Firmana bonorum 5.
Nouembris 1584. coram Bubalo, bene Soc.in
l.Centurio,nu. 289.quem ibi ſequūtur Moder.
de Aquilan. in 4.parte nu.249. de vulg. dicen-
2 tes,ſubſtitutionem † reſtrictam ad bona teſta-
toris potius cenſeri legatum certæ partis hæ-
reditatis , quàm directam ſubſtitutionem : &
iſtam quoque communem,& receptam Docto-
rum opinionem tenent Bald.in l.præcibus,nu.
44.verſ.præterea attende,& ibi Salicet.colum.
pen.nu.26.C.de impub. Ripa in dicta l.Centu-
rio,num.120. Alex. conſ.162. colum.fin.lib.2.
Corn.conſ.322.num.9.lib.3. & conſ.152.num.
28.lib.2. Ruin.conſil.103.num.15. & 26.lib.2.
Aym.conſ.98.num.10.& conſ.141. in fine,cum
multis alijs , quos allegat Sforz.Odd.de com-
pendioſa,fol.154.& Card. Mantica de coniect.
libro 5. tit.7. numero 12.& libro 7.titul.3.nu-
mero 18.

In propoſito autem ſubſtitutio compendio-
ſa ad bona teſtatoris reſtricta cenſetur, quan-
do in ea ſit mentio de bonis teſtatoris per ver-
bum (eius,) veluti ſi dicatur , voluit eius bo-
3 na remaneret,&c. quia huiuſmodi † verba, cū
ſint prolata in tertia perſona , referuntur ad
perſonam teſtatoris, & ſic ad bona ipſius l.de-
bitor,& l.ex facto in princ.ad Trebel.vbi Bart.
num.2.& ibi Imol.num.1. Alex.num.3. Claud.
ſub nu.1.verſ. Gloſſa finalis. Ripa nu.5. vbi di-
cit, hoc bene probari per text.in l.filius famil-
lias,§.niſi, de leg.1. Idem tenet Bart.in l. cum
teſtamento,num.3.& 4.de aur. & argen.legat.
Vbi tradit,quòd inſtituto Titio Aduocato hæ-
4 rede,ſi teſtator† eum grauet,vt det libros ſuos
Caio,illa dictio (ſuos) refertur ad teſtatorem,
& ſimiliter , ſi grauet hæredem inſtitutum de-
cedentem,ſine filijs,vt bona ſua reſtituat Caio,
intelligitur grauatus de bonis ipſius teſtato-
ris , & hæc doctrina eſt communiter approba-
ta,vt per Rolan.conſ.70.n.78.lib.3.Card.Mā̄t.
de coniecturis lib.8.tit.14. nu.20. & eam am-
plexa fuit Rota in illa Fauentina de Nicolutijs
15.Ianuarij 1582.coram Cardinale Serafino,&
alias ſæpius. Et licet præfati Doctores loquan-
tur in pronomine (ſuus,) tamen idem eſt di-
cendum in verbo (eius ,) quod referatur ad
teſtatorem,quia eſt differentia verbalis tantū ,
vt tenuit Alex.in conſ.56.vbi Addit.alios alle-
gat, lib.1.& conſ.198.nu.3.lib.6.

Præterea huiuſmodi voluntas reſtringendi
ſubſtitutionem ad bona propria, colligitur e-
tiam ex modo loquēdi ipſius teſtatoris in ſub-
ſtitutionibus factis filijs , ſeu nepotibus maio-
ribus, veluti ſi vtatur eiſdē verbis,quibus vſus
fuit in ſubſtitutione facta impuberi, tunc enim
quia in illis indubitatum eſt , quòd verbum
(eius) refertur ad teſtatorem,intrat illa com-
5 munis concluſio , quòd verbum † æquiuocum
poſitum in vna parte teſtamenti , debet inter-
prætari prout clare reperitur poſitum in alia
parte teſtamenti,Bart.in l.Centurio, nu. 27. de
vulgar. quem Doctores communiter ſequun-
tur,vt atteſtatur Pariſ. conſ.73.nu.48. & conſ.
86.num.55.lib.2.& conſ.72.num.42.lib.4.Clar.
in §.teſtamentum,quæſt.76.verſ.hinc infertur .
Quod maximè dicendū eſt, quādo omnes ſub-
ſtitutiones ſunt factæ per copulam (&) quo
6 caſu † ſemper vna pars declaratur per aliam ,
Roman.conſ.231.in principio, Ruin.conſ.109.
num.3.lib.1.Socin.iun. conſil.160. num.12.lib.
3. optimè Bero. conſ.125. num.33.lib.2.Simi-
liter eadem mens colligitur ex verbis prohe-
mij teſtamenti, ſi ibi teſtator profiteatur ſe di-
ſponere de ſuis bonis , & rebus , quia tunc di-
cēdum eſt nolle diſponere de rebus hæredum ;
7 Et licet verba † prohemij non concludant ne-
ceſſario , tamen multum adminiculantur , vt
in his terminis inquit Corn. conſil.114. num.
5.libro 3.
8 Nec refert, quòd Sforz. Odd. † in tract. de
compend.fol. 154.verſic.hoc exemplum,teneat
tunc demum ſubſtitutionem eſſe reſtrictam ad
bona teſtatoris, quando fuit facta cum dictio-
ne taxatiua,tantùm; quia eius opinio eſt con-
tra communem ſentētiam Doctorum;& Corn.
per eum allegatus in conſ.158. nu.8.lib.3. hoc
non dicit , imò firmat contrarium in conſilio
322.littera, G, lib.3. & alij in locis ſupracita-
tis.Et ratio quam deducit ex l. ſi ita ſcriptum,
§.qui filio,de bon.poſſeſ.ſecun.Tabul.habet lo-
9 cum quando † ſubſtitutio fuit facta in forma
pupillari , vel per verba directa, non autem vt
in caſu noſtro,quādo eſt facta ſine diſtributio-
ne temporis,& ſine verbis directis,vt per Cor.
d.conſ.322.litera,V,lib.3.

Nec dicatur,quod quando ſubſtitutio fit im
puberi, ratio ſubiectæ materiæ ſuadeat , quod
10 dictio (eius) † referratur ad bona vtriuſque,
tàm teſtatoris,quàm pupilli , vt per Imol.in d.
l.ex facto nu.1.verſ.ſed vbi ratio, & ibi Claud.
ante nu.2. verſ.limita tamen : Quia reſponde-
tur,quòd hoc procedere poſſet,quando ex prę-
cedentibus, & ſequentibus, vel ex coniecturis
conſtaret teſtatorem voluiſſe pupillariter ſub-
ſtituere : Secus ſi de his coniecturis non con-
ſtet,vel adſint coniecturæ in contrarium , quia
tunc cenſetur ſolum ſubſtituere per fideicom-
miſſum,veluti ſi teſtator ſciebat filium, vel ne-
potem impuberem eſſe emancipatum, & bona
11 propria poſſidere,quo caſu† nō poterat illi per
pupillarem ſubſtituere l.2.§.1.de vulg.

Sed dubitatio exoritur in hac materia, vtrū
compendioſa faciens expreſſe mentionē pupil-
laris ætatis contineat pupillarem non obſtantę
reſtrictione ad bona teſtatoris . Pro affirma-

tiua

tiua enim facit illa communis concluſio, quòd
12 ſubſtitutio † compendioſa facta per verba communia ſine dinumeratione temporis contineat pupillarem, quando eſt facta mentio pupillaris ætatis, puta ſi teſtatur dixerit, ſubſtituo Titium filio meo pupillo, quam tenet Pan..de Caſtr. in l. præcibus, ſub nu.12.& ibi Alex.n.8.C.de impub.per tex.in l.iam hoc iure, de vulg. & l.quamuis, C.de impub.idē Alex. in l.2.n.26.& ibi Ripa n.38.de vulgar.Iaſ.in l. Centurio, n.55.eod.tit.Dec.in l.ſi teſtamento, n.2.verſ.ſed adde.C.de impuber. Polit. de pupil.ſubſt.quæſt.5.n.8.verſ.ſed addi poteſt; Vbi firmat quamlibet ſubſtitutionem directam tā vulgarem, quàm pupillarem comprehendi ſub illis verbis, Titio filio meo pupillo ſubſtituo, ſubdens rationem, quia verba de eorum natura minime repugnant, ſequitur Curt.Iun.in d. l.ſi teſtamento, n.5. & ſequen. & in d.l.præcibus, n.31.verſ.tertio obſtat, & ibi Cagnol. nu. 99.& 116.Card. Mantica de coniect.lib.5.tit. 7.nu.21. Michael Craſ.de ſucceſ. tam ex teſtam.quam ab inteſt.§.ſubſtitutio, quæſt.20.n.
13 7. Et hæc pupillaris dicitur † expreſſa verbis generalibus, vt ſentit Bart. in d.l.Centurio, n. 31.& ibi Iaſ.nu.55.Alex.in l.Gallus.§.quidam recte, n.6.verſ.prædictis, de lib. & poſthum.

Et iſta quidem procedunt ſiue verbum (pu-
14 pillus) in ſubſtitutione † ſit adiectum verbo diſpoſitiuo, ſeu verbo executiuo, quia vtroque caſu ſub compendioſa pupillaris continetur, & Doctores in hoc non controuertunt, ſed tantum quando quæritur, An ſubſtitutio facta filio pupillo ſi deceſſerit ſine filijs (ex quo non eſt facta cum expreſſa commemoratione temporum) extendatur vltra tempus pupillaris ætatis, & contineat fideicommiſſariam, tunc enim adhibent illam diſtinctionem, An mentio pupillaris ætatis ſit adiecta verbo executiuo, vel diſpoſitiuo; quia ſi verbo executiuo, quo puta quando dictum eſt, filio meo impuberi ſuccedat Titius, tunc requiritur, quod tēpore ſuccedit ſubſtitutus, filius decedat in pupillari ætate; ſi autem ſit adiecta verbo diſpoſitiuo, tunc extenditur vltra pupillarem ætatem, quia verbum (pupillo) potius ſtat demonſtratiue, quàm reſtrictiue, vt per Bart. in d.l. Centurio, nu.31. quem Doctores communiter ſequuntur, & ibi Ripa n.14. Verū prædictis ſuis obſtātibus iuxta terminos quæſtionis propoſitæ contrarium eſt reſoluendum, quia licet mētio pupillaris ætatis operetur, vt ſub compendioſa contineatur pupillaris, tamen hoc pro-
15 cedit † vbi ſubſtitutio non eſt reſtricta ad bona teſtatoris, ſed quando eſt reſtricta, tunc non ſufficit pupillaris inducta ex ſimplici commemoratione pupillaris ætatis, ſed requiritur ſubſtitutio pupillaris formalis, & ſpecifica, & quòd pupillaris ætas poſita ſit in conditione iuxta l.1.de vulg. & Inſtit.de pupil.in princip. tunc enim fortior eſt forma pupillaris, quàm illa reſtrictio ad bona teſtatoris, vt tenuit Rota in allegata Firmana bonorum coràm Bubalo ſub die 10.Decembris, 1584. & in ſpecie tradit Bart.in l. ſi itā ſcriptū, §.qui filio, nu.1. de bon. poſſeſ. ſecun.tab.quem ſequuntur Socin.Alex.Corn.Aret.Corſ.Guliel.de Benedict. Alciat.& Ripa relati per Coſtam in c.ſi pater, par.3.in verbo, de filio ad filium, nu.16. verſ. quibus argumentis, lib.6. Ruin.d. conſ.103.n. 19.lib.2.Card.Mant.de coniect.lib.5.tit.7.nu.
* 7.Socin. Iun.dicens hanc eſſe magis *communem opinionem conſ.95.n.26.& 37.lib.1.Et in ſpecie ſi teſtator dixerit filio meo pupillo ſubſtituo Titium in omnibus bonis meis, quod hæc ſubſtitutio ita reſtricta ad bona teſtatoris non ſit pupillaris, ſed omni tempore fideicommiſſaria tenet Bald. conſ.46. lib.2.Aret. conſ.154.n.12.13.& 14.Anchar. conſ.8. col.4. Dec.conſ.371.n.7.Ruin.d.conſ.103.n.22.lib.2. Cardin.Mant.vbi ſupra n.12.verſ.& quòd ſubſtitutio reſtricta.

Præterea ſciendum eſt, quòd adeo clara, & vehemens eſt præſumptio, quæ capitur ex reſtrictione teſtatoris ad bona propria, vt neceſ-
16 ſe † ſit liquido apparere de contraria voluntte, ita vt vix alia interpretatio admitti poſſit, vt per Dec.conſ.371. in fine, Pariſ.conſ.73. n.54.lib.2. cum alijs allegatis per Moder. de Aquilan. in l.Centurio n.174.de vulg.Cardin. Mant.d.lib.5.de coniect.tit.7.n.17.

Sed dubum eſt, An hoc caſu, ſi nepoti impuberi filij teſtatoris per compendioſam ſint ſubſtituti, ſufficiens coniectura oriatur, quòd teſtator voluerit pupillariter ſubſtituere
17 ad excluſionem matris. Pro affirmatiua † enim adducitur Bart. in l.Centurio n.29.de vulg. & ibi Ripa n.137.& hæc eſt cōmunis, vt per Cagnol.in l.præcibus, n.224.C. de impub. Card. Mant.de coniect.lib.5.tit.15. n.30.Craſ. in d. §.ſubſtitutio, nu.9. Et hæc coniectura ex affectione videtur admodum conſona voluntati teſtatoris, vt per Bart.in l.2.n.44.& ibi Iaſ.nu. 42.de vulg. Et nedum operatur, vt ſub vulgari contineatur pupillaris, ſed etiam, vt ſub com-
18 pendioſa † facta ſine dinumeratione temporū (quæ non continet pupillarem matre exiſtente in medio, ſecundum opinionem Bart.in d.l. Centurio) ſi ſint ſubſtituti filij teſtatoris contineatur pupillaris etiam ad ipſius matris excluſionem, vt per Rip.in d.l. Centurio n.137. Aym.conſ.141.n.7. Et in ſpecie, quòd quando ſubſtituti ſunt filij teſtatoris ſubſtitutio dicatur pupillaris ad excludendum matrem eſt deciſio Guid.Pap.522.

Verum eſt aduertendum, quòd hæc coniectura deſumpta ex affectione ſubſtitutorum procedit ſolum, quādo dubitatur, an ſub compendioſa non reſtricta ad bona teſtatoris facta abſque dinumeratione temporum contineatur pupillaris ad excluſionem matris, vel quando agitur de tacita pupillari contenta ſub vulgari, tunc enim ſi ſubſtituti ſint filij teſtatoris, volunt Doctores, vt contineatur
19 pupillaris ad excluſionem matris, ſecus † autem vbi ſubſtitutio eſt reſtricta ad bona teſtatoris,

toris, & facta per verba communia, quia tunc
hæc coniectura non attenditur, vt tenuit Rota
in dicta cauſa Firmana bonorum 10. Decem-
bris 1584. & bene tradit Bero. conſ. 125. n. 31.
lib. 2. Dec. in l. cum quidam, nu. 2. verſ. non ob-
ſtat ratio Alex. C. de impuber. Et ratio diuer-
ſitatis poteſt aſsignari, quia in primo caſu,
quòd mater non excludatur à luctuoſa filij hæ
reditate, & ne priuetur legitima filij, ex eo nõ
videtur ſufficiens ad tollendam pupillarem
contentam ſub vulgari, quia hæc coniectura
prouenit ex legis interpretatione, Et ideo non
eſt mirum ſi ex coniectura ſubſtitutionis pro-
priorũ filiorũ, quæ oritur ex intentione teſta-
toris, tollatˉ coniectura exiſtentiæ matris, quia
20 durius † agitur cum matre per teſtatorem,
quam per legem, vt inquit Bald. in d. l. præci-
bus, n. 9. in fine. Sed quando ſubſtitutio eſt re-
ſtricta ad bona teſtatoris, coniectura hæc non
prouenit ex diſpoſitione legis, ſed ab enixa
voluntate teſtatoris volentis reſtringere ſub-
ſtitutionem ad bona propria; Vnde non con-
ſideratur affectio erga ſubſtitutos, nec habe-
tur ratio exiſtentiæ, vel non exiſtentiæ matris,
quia ſemper ſubſtitutio dicitur reſtricta, & nõ
continet pupillarem, quando eſt concepta per
21 verba communia, Et ratio eſt, quia † reſtrictio
operatur, vt verbum commune cenſeatur ob-
liquum, & ſatis eſt, quod ſubſtitutio valeat in
vim fideicommiſſi, Bart. in l. Scæuola, nu. 2. ad
22 Trebell. Et quia † ſubſtitutio reſtricta ad bona
teſtatoris facta per verbum commune dicitur
facta in re certa, Alex. in l. 1. n. 9. de vulg. Aret.
conſ. 154. n. 12. Coſta in c. ſi pater, in ver. de
filio ad filium, num. 9. de teſtam. in 6. quo ca-
ſu verbum commune non poteſt trahi ad di-
rectum, vt inquit Bart. in dicta l. Centurio, nu.
36. & 41.

Et hinc patet reſponſio ad Doct. in contra-
rium allegatos, quia loquuntur quando dubi-
tatur, An ſubſtitutio habeat effectum contra
matrem; & Aym. d. conſil. 141. n. 7. non loqui-
tur, quando ſubſtitutio compendioſa eſt reſtri
cta ad bona teſtatoris; ſed procedit in termi-
nis illius quæſtionis, An compendioſa facta
ſine dinumeratione temporum contineat pu-
pillarem ad excluſionem matris, quæ eſt di-
uerſa à quæſtione, de qua agitur, vt bene di-
ſtinguit Corn. conſ. 138. n. 6. & ſequen. lib. 3.

Similiter nõ applicatˉ deciſ. Guid. Papæ 520.
23 quia † licet ibi filia impubes eſſet inſtituta in
re certa, tamen ſubſtitutio compendioſa non
erat reſtricta ad illam rem certam, nec men-
tio rei certæ facta in inſtitutione erat repetita
in ſubſtitutione, ſed erat facta ſimpliciter cum
expreſs ione temporum ſaltem in genere, quo
caſu, cum non eſſet reſtricta, & eſſent ſubſtituti
filij teſtatoris, bene in ea continetur pupillaris
ad excluſionem matris, ita vt procedant tra-
dita per Bar. in d. l. Centurio, n. 29. & bene per
Aym. conſ. 310. Et ita etiam reſpondetur ad
tex. in c. ſi pater de teſtam. in ſexto allegatum
in dicta deciſione, dum vult, quod in ſubſtitu-
tione facta impuberi inſtituto in re certa con
24 tineatur pupillaris, quia † procedit, quando
in ſubſtitutione non fuit repetita illa res cer-
ta; ſecus ſi fuiſſet repetita, quia tunc notant
omnes, quod fuiſſet ſemper fideicommiſſaria,
non autem directa in pupillari ætate, vt per
Franc. ibi nu. 91. Alex. conſ. 45. n. 15. lib. 1. Co-
ſta in d. ver. de filio in filium, n. 2. & 25.
Subſequenter dubitatur, ſi teſtator diuiſit bo-
na poſt mortem pupilli hæredis inſtituti, inter
filios ſubſtitutos per quotas, An colligatur ſuf
ficiens coniectura, quod voluerit pupillariter
ſubſtituere ad excluſionem matris pupilli, nõ
obſtante reſtrictione ad bona teſtatoris. Pro
affirmatiua adducitur, quia per talem diſtri-
butionem videtur colligi mẽs teſtatoris, quod
25 voluerit † omnia eius bona peruenire ad ſub-
ſtitutos, & conſequenter directe, & pupillari-
ter ſubſtituere, alias ſi eſſet fideicommiſſaria,
cum ex ea detrahantur quartæ, non poſſent
videri omnia bona teſtatoris ad ſubſtitutos
peruenire, vt per Bart. in d. l. Centurio n. 36. &
ibi Iaſ. n. 48. Imol. n. 24. verſ. ſi autem duo, Ripa
num. 157. verſ. declara ſecundo, bene Paul. de
Caſtr. conſ. 31. ſub nu. 4. verſ. non obſtat lib. 2.
Vbi expreſſe loquitur de ſubſtitutione reſtri-
cta ad bona teſtatoris, Alex. conſ. 22. num. 30.
lib. 3. Dec. conſ. 572. num. 5. & 6. cum alijs per
Sfor. Odd. in tract. de compend. fol. 161. à ter-
go, verſ. tertia cõcluſio. Coadiuuatur hæc cõ-
26 iectura, quia tantum eſt † diſtribuere per quo-
tas ipſa bona, vel ipſam hæreditatem, quantũ
relinquere, & dicere omnia bona, vel totam
hæreditatem, §. Diuus, Inſtit. de hæred. indil. &
eſt perinde ac ſi teſtator ſubſtituiſſet in omni-
bus bonis cum ſigno vniuerſali, omnia, l. quidã
teſtamento, de vulg. & pupill. Curt. iun. conſil.
43. n. 2. & bene Socin. Iun. conſ. 110. n. 34. lib. 3.
Sed quãdo teſtator ſubſtituit in omnibus eius
27 bonis †, vel in tota hæreditate, ſeu aliàs ſub-
ſtituendo vtitur ſigno vniuerſali, tunc propter
illam vniuerſalitatem, videntur comprehendi
etiam bona pupilli, & ſic pupillaris ſubſtitutio
Bart. in d. l. Centurio, n. 27. verſ. vel quid ſi te-
ſtator, & verſ. vel quid ſi dixit omnia, & ſe-
quuntur Imol. ibi nu. 23. & in c. Raynutius, nu.
190. ante fin. de teſtamen. Corn. in l. præcibus
n. 77. & ibi Dec. n. 19. prope finem C. de impub.
cum alijs per Card. Mantic. de coniect. lib. 5.
tit. 7. n. 15. & 16. Ergo idem eſt, quando diſtri-
buit per quotas, quia huiuſmodi diſtributio
28 idem † operatur, quod relictum omnium bo-
norum, vel totius hæreditatis, d. l. quidam te-
ſtamento, de vulg. prout vltra Curt. Iun. & So-
cin. iun. ſupra citatos tenet poſt Paul. de Caſt.
& Iaſ. quos refert Simon de Prætis de inter-
prætat. vlt. volunt. lib. 3. interprætat. 3. dub. 4.
col. 1. n. 29. verſ. in omni portione.

Sed iſtis non obſtantibus concludendum
eſt hanc coniecturam non eſſe conſiderabilẽ,
quia quando ſubſtitutio eſt reſtricta ad bona
teſtatoris, & facta per verbum commune, di-
29 ſtributio per quotas † non poteſt operari am-
plia-

pliationem ad bona pupilli, ſed cenſetur facta retentis eiſdem terminis reſtrictionis ad bona teſtatoris, vt bene declarat Socin. in d.l. Centurio, n. 289. verſ ſed hoc mihi non placet, quẽ ſequuntur ibi Modern. de Aquilan. in 4. parte n. 249. de vulg. Idem tenet addit. ad Alexand. conſ. 12. n. 20. lib. 3. & fuit de mente Corn. cõſ. 322. ſub n. 10. lib. 3. Aret. conſ. 154. num. 11. Et quod diſtributio per quotas non poſſit operari, vt ſubſtitutio reſtricta ad bona teſtatoris comprehendat etiam bona pupilli, tenuit Rota in dicta Firmana bonorum 10. Martij 1586. coram Bubalo; Et comprobatur manifeſte ex eo, quia vt dicit Bart. in d.l. Cẽturio n. 36. quãdo plures per quotas ſubſtituuntur vni comprehenduntur ea bona, in quibus ſubſtituũtur. ſicut ſi in eis ipſis bonis vnus tantum fuiſſet ſubſtitutus, & ſic perinde eſt, ſicut ſi in bonis ipſius teſtatoris fuiſſet nepoti impuberi filius ſolus verbo communi ſubſtitutus: Sed ſi ita fuiſſet ſubſtitutio non eſſet pupillaris, ſed dicta bona filius per fideicõmiſſum accepiſſet, quia ſubſtitutio facta à teſtatore in bonis proprijs per verbum commune ex receptiſſima Doctorum opinione, eſt ſemper fideicommiſſaria; Ergo diuiſio eorundem bonorum teſtatoris facta in ſubſtitutione per quas, non poteſt efficere, vt ſubſtitutio ſit pupillaris, quia illæ etiã quotæ ſunt reſtrictæ ad bona teſtatoris, nec poſſunt alia bona comprehendi, niſi illa, quæ diſtributa ſunt, & ſic bona teſtatoris, non autem bona pupilli; Et cũ ſubſtitutio facta filio, ſeu nepoti, pupillo in bonis teſtatoris cenſeatur facta in re certa, Alex. in l. 1. nu. 9. de vulg. perinde eſt, ſicut ſi certa ſpecies eſſet diuiſa per quotas, quo caſu eſt fideicommiſſaria, vt per Aret. d. conſ. 154. n. 12. & ſequenti.

Nõ obſtãt auctoritates ex aduerſo adductæ ad oſtendendum, quod ſubſtitutio facta per diuiſionem hæreditatis, vel bonorum per quotas ſit pupillaris; Nam duo caſus conſiderandi
30 ſunt. Primus ſi indefinite † ſubſtitutio ſit in quotis bonorum, vel quotis hæreditatis, tunc enim cenſetur facta pupillo in bonis ipſius pupilli diuiſis per quotas, quia teſtator non ſe reſtrinxit ad bona ſua, & bona pupilli cenſentur diuiſa prout totalitatem denotant, vt ait Imol. in d.l. Cẽturio, n. 24. verſ. ſi autem duo in fin. & ita loquitur Bar. ex aduerſo allegatus, & plerique alij eum ſequentes.

31 Secundus caſus eſt, quando ſubſtitutio † per verbum commune eſt reſtricta ad bona teſtatoris, & tunc etiam ſi teſtator ſubſtituendo, bona prædicta diuidat per quotas, nihilominus ſubſtitutio propter reſtrictioné remanet fideicommiſſaria, vt per Alex. conſ. 45. col. 5. lib. 1. Idcirco Paul. de Caſtr. conſ. 31. nu. 4. lib. 2. contrarium ſentit, quia opinionem eorum ſequitur, qui volunt contra veram, & communem ſententiam, reſtrictionem ad bona ſua nõ impedire pupillarem, ſicut etiam Alex. d. conſ. 12. vbi tamen concludit pro directa, quia verba erant directa, & cum aduerbio diſtributiuo, quandocumque: Et in caſu Dec. conſ. 572. n. 5. & 6. Subſtitutio erat facta pupillo ipſi in omnibus bonis, neque erat reſtricta ad bona teſtatoris, & verbum erat directum. Ergo præſuppoſita opinione iam firmata, quod reſtrictio ſubſtitutionis per verba communia ad bona teſtatoris, ſit fideicommiſſaria, ſequitur, quod ſit talis, etiam quod per quotas bona prædicta diuiſa ſint, & qui aliud ſentiunt, vel præſupponunt reſtrictionem hanc vim non habere, vel loquuntur cum ſubſtitutio ſit in bonis indefinite abſque reſtrictione ad bona ſua, vel quando verba ſunt directa, vel in ſubſtitutione ſit mentio pupillaris ætatis, prout loquitur Corn. conſil. 138. n. 10. lib. 3. Quando enim reſtrictio interuenit, non ſufficit ſola diſtributio per quotas, vt expreſſe ſentit Paul. de Caſt. d. conſ. 31. & Alex. d. conſ. 43. & d. conſ. 12. quia tunc diſtribuuntur certe ſpecies ſine aliqua totalitate, vt per Alex. in d.l. 1. n. 9. de vulg.

Et ideo non eſt opus ingredi illam difficultatem, an quando teſtator per verbum commune ſubſtituit in omnibus bonis ſuis, vel in tota ſua hæreditate, comprehendatur pupillaris directa, tum quia contra Bart. qui tenuit
32 affirmatiuam in d.l. Centurio, n. 27. eſt † communis opinio, quam ſequuntur Bald. in dict. l. precibus, n. 44. Fulgoſ. n. 17. Salicet. nu. 26. Iaſ. n. 15. in fine, dicens Bart. in hoc communiter reprobari, Angel. in d.l. Cẽturio, ſub n. 5. Aret. ſub n. 10. Alex. n. 76. Ripa n. 135. Socin. in n. ſub n. 260. Angel. conſ. 125. nu. 5. Coſta in d.c. ſi pater, in ver. de filio ad filium, n. 10. de teſtam. in 6. dicens opinionem contra Bart eſſe communem, Idem teſtatur Gabr. ad Trebel. concluſ. 3. Polit. de compend. ſubſt. n. 34. qui omnes dicũt per iſta verba, omnia bona mea, non mutari ſubſtitutionem, quæ de ſui natura erat fideicommiſſaria in directam, ſed potius ex illis induci prohibitionem trebellianicæ.

Tum etiam, quia hæc opinio Bart. quidquid ſit de illius veritate, non habet locum, vbi ſubſtitutio non continet aliquam dictionem vniuerſalem; quæ non poteſt eamdem vim habere, quam habet ea ſubſtitutio, quæ fit in om-
33 nibus bonis, quia dictio † illa vniuerſalis efficit, vt in ſubſtitutione cum hoc ſigno vniuerſali concepta, illa etiam comprehendantur, quæ alias non comprehenderentur, ad congeſta per Rolan. conſ. 87. n. 8. & ſequen. lib. 2. Nec diſtributio per quotas importat totalitatem ad effectum ampliandi ſubſtitutionem reſtrictam ad bona teſtatoris; ſed tãtum, vt in ſubſtitutione non reſtricta comprehendatur pupillaris directa, vt per Imol. in d.l. Centurio, n. 24 Et patet ad ſenſum, nam ad hoc, vt inducatur directa pupillaris, neceſſe eſt, quod totalitas ſit poſita indefinite, ita vt reſpiciat etiam quotas bonorum pupilli, non autem ſit reſtricta ad quotas bonorum teſtatoris, vt optimè declarat Aret. d. conſ. 154. n. 12.

Præterea dubitari etiam ſolet, vtrum ex verbo (remanere) poſito in ſubſtitutione ſufficiens

Digitized by Google

ciens coniectura colligatur,quod teſtator vo-
luerit pupillariter ſubſtituere. Finge enim,
quod poſt diſtributionem factã de bonis ſuis
per quotas inter filios ſubſtitutos nepoti im-
puberi, teſtator dicat, quod altero ex dictis
ſuis filijs decedente ſiue filijs,voluit eius bona
remanere ſuperſtitibus,ſeu ſuperſtiti, vel eorũ
filijs, & deſcendentibus pro æquali portione
in ſtirpes,& non in capita, dubium eſt an pu-
pillaris contineatur. Hęc quæſtio fuit in Rota
coram Bubalo in allegata Firmana bonorum
ſub die 27. Februarij 1587. Et opponebatur,
quod verbum (remanere)referrebatur ad poſ-
ſidentes;quia filij hæredes inſtituti erant pro-
hibiti diuidere vſque quo omnes eſſent vigin-
tiquinque annorum, & ſic omnes videbantur
poſſidere pro indiuiſo totam hæreditatem, &
34 per conſequens † in qualibet gleba Alexan. in
l.locus,n.2.& n.5. de acquir.poſſeſſ.& in l.3.§.
incertum ſub n.5.eod.tit. & ibi Iaſ.n.1.circa
ſi.per l.Mæuius,§.duobus,de leg.2.Nã qui poſ
35 ſidet pro indiuiſo † cũ alio, poteſt dici, quod
poſſideat totã rẽ, Cuman.in d.l.locus,n.1.Et
36 hinc eſt,quod probans ſe poſſediſſe † fundum
cõmuniter pro indiuiſo cũ alio, dicitur pro-
baſſe,ꝙ poſſedit totũ fundũ,Benintend. deciſ.
33.in fin.per Doctrinã Soc. in l.ſi quis cũ to-
37 tum,n.2.de except.rei iudicat.Et vno † ex poſ
ſidentibus pro indiuiſo decedente alij dicun-
tur continuare poſſeſſionem totius abſque
aliqua nouitate,Pariſ.conſ.53.n.110.in fin.lib.
3.nec poſſunt dici continuare poſſeſſionem
niſi in tota re,& ita fuiſſe tentum per Rotam
in vna Maſſanen.Baroniarum coram Oradino
5.Nouembris 1565.refert Lancellot.de attent.
part.2.cap.4.limit.11.n.63.& ſequen. Cũ igi-
tur dictum verbum(remanere) haberet rela-
38 tionẽ ad poſſidentes,ſequebatur, † quod ſta-
ret in ſua propria ſignificatione,& eſſet dire-
ctum,vt per Bart.in l.Prætor in princip. nu.2.
de collat.bon.& in l.tale pactum.§.fin. n.5.de
pact. & in l. ſi cum ante vbi Ang. C.de donat.
ante nupt.Tiraquel.in l. ſi vnquam: in verbo,
reuertatur,n.205.C. de reuocan.donat.& cõ-
ſequenter importaret pupillarem, quia ſubſti-
39 tutio † compendioſa etiam reſtricta ad bona
teſtatoris,quando eſt facta per verba directa
etiam ciuilia,continet pupillarem ex deductis
per Coſtam in d. c. ſi pater in ver. de filio ad
filium,n.9.verſ.Ego autem,& n.11. de teſtam.
in 6.

Sed præmiſſis non obſtantibus fuit reſolu-
tum ex verbo(remanere)non poſſe colligi ali-
quam coniecturam conſiderabilem, quod te-
ſtator voluerit pupillariter ſubſtituere: Nam
40 quod imò dictum verbum † ſit commune,non
autem directum,tenent fere omnes in d.l. Cẽ-
turio,nempe Bart.n.51.Aret.n.20.Iaſ.n.70.Ri-
pa n.191 Galiaul.n.523.Bologn.n.312. Socin.
iun.n.339.Bart.in l.tale pactum.§.fin.in princ.
de pact.Bald.in l.fin.in fine.C.de ſacroſ.eccleſ.
& in l.1.in fine,C.de pact.inter empt. & vẽdit.
Corn.in l.præcibus,n.108.C.de impub. Imol.
in c.Raynutius,n.196.verſ.4.& ibi Guliel. de
Benedict.in verbo ſuccederent,n.14.in fine,de
teſtam.Alex.conſ.168.n.8.lib.5.Curt.iun.conſ.
15.n.1.Ruin.conſ.134.num.5.lib.2.Socin.iun.
conſ.152.n.1.lib.2.Sforz.Odd. in tract.de cõ-
pend.fo.62.qui de communi atteſtatur.Quod
eo magis dicendum eſt,ſi teſtator vtatur ver-
41 bo(volo remanere);nam verbum † (volo)iun-
ctum verbo communi facit illud obliquare,
Ruin.conſ.128.nu.16.& 17.lib.3. Ergo multo
magis operatur,vt retineat naturam ſuam,
quod ſit commune,& bene facit Curt.iun.cõſ.
54.n.6.Et res difficultate caret,quando teſta-
tor vſus fuit eodem verbo(remanere)in alijs
ſubſtitutionibus factis maioribus, in quibus
non eſt dubium,quod eſt commune; ergo in
eodem ſenſu communi debet intelligi in ſub-
ſtitutione facta pupillo, nam vna pars teſta-
42 menti aliam declarat, & verba † dubia inter-
pretantur, prout teſtator ea intellexit in alia
parte teſtamenti, l. qui filiabus in princ. de
leg.1.cum ſimilibus.

Nec refert,quod quando verbũ (remaneat)
refertur ad poſſidentem, tunc ſtat in ſua pro-
pria ſignificatione,& eſt directum, vt per Bar.
in l.prætor, in princ.n.2. de col.bon.Quia fuit
dictum, quod hæc concluſio non applicabatur
nam ſi erat attendendum tempus teſtamenti
prout attendi debet,l.ſi ita,de aur.& arg.leg.
vtique ipſe teſtator poſſidebat, non autẽ ſub-
ſtituti;Si vero attendebatur tempus mortis pu
pilli, de quo tempore fuerat factus locus ſub-
ſtitutioni,& tunc ipſe pupillus poſſidebat par
tem ſuam pro indiuiſo cum alijs hæredibus,
nec dici poterat,quod alij hęredes, qui fuerãt
etiam ſubſtituti cenſerentur totam hæredita-
tem poſſidere,cum omnes poſſiderent pro in-
43 diuiſo,quia quando plures † poſſident pro in-
diuiſo non omnes in ſolidum poſſident, nam
plures non poſſunt in ſolidum poſſidere, ſed
quilibet poſſidet partem ſuam pro indiuiſo:
44 Et quamuis ratione loci † ſit incerta iſta
poſſeſſio, quia pars diuiſa non poteſt ab alijs
partibus videri, tamen ratione quotæ eſt cer-
ta,vt bene declarant Doct.in d.l.3.§.incertum
& in d.l.locus: Neque Cuman. ibi dicit quod
poſſidens certam partem pro indiuiſo,dicatur
totam rẽ poſſidere, ſed vult dicere,quod poſ-
ſidet partem ſuam pro indiuiſo in tota re:
Prout etiam nec Socin.in l. ſi quis cum totum
n.2.de except.rei indic.& Beninten. deciſ. 33.
45 in fin.dicunt, quod poſſidens † fundum com-
munem dicatur in ſolidum poſſidere,quia lo-
quuntur in alia quæſtione,quando teſtis depo
nit,quod talis poſſedit fundum communem,
nam ſi non adeſt probatio in cõtrarium,quod
alius etiam poſſideat, teſtis ita deponens di-
citur probare poſſeſſionem totius fundi in ſo-
lidum, ſecus vero vbi conſtaret alium etiam
poſſidere pro indiuiſo, nam tũc dictum teſtis
eſſet intelligendum non de poſſeſſione totius
fundi,ſed de poſſeſſione partis pro indiuiſo,vt
bene declarat Socin.vbi ſupra.

Præ-

Prætereà ſolet in hoc caſu cõiectura etiam deſumi ex clauſula (omni meliori modo) in ſubſtitutione appoſita; Nam vt ſubſtitutio dicatur facta omni meliori modo, debet videri
46 facta etiam † pupillariter, cum hic ſit melior modus, vt dicebat Io. de Amicis in conſ. 15. n. 10, Cephal. conſ. 423. nu. 105. Quod videtur procedere, licet hæc clauſula non ſit in ſpecie adiecta ſubſtitutioni compendioſæ factæ pupillo, nam ſufficit, quod ſit in fine aliarum ſubſtitutionum; Quia ſenſus erit, quod omnes præcedentes ſubſtitutiones factæ, intelligantur omni meliori modo, & ſic vnaquæque ſuo meliori modo; Ita vt ſi vni magis expediat eſſe pupillarem ſit pupillaris, ſi fideicommiſſariam ſit fideicommiſſaria, vel alias vt cuique ma-
47 gis expediet. Clauſula enim † in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quibus conuenire poteſt, vt pro regula tradit Iaſ. in l. 1. nu. 1. C. de lib. præter. & in terminis clauſulæ adiectæ ſubſtitutionibus, Grat. conſ. 134. n. 14. verſ. & licet, lib. 2. Aym. conſ. vlt. n. 14. lib. 2.

Sed animaduertendum eſt, quod ex clauſula prædicta ita demum pupillaris inducitur, vt declarat Io. de Amicis eod. conſ. nu. 2. quando
48 perſonis †, & verbis conuenit ipſa pupillaris, prout conueniebat in caſu ſuo, quia mentio facta erat pupillaris ætatis, & verba erant directa, & ſubſtitutio non erat facta in bonis teſtatoris, ſed in certis bonis pupilli, quo caſu poteſt, & debet ſubſtitutio interpretari directa, c. ſi pater, de teſtam. in 6. & in his terminis loquitur etiam Cephal. vbi ſupra. Secus autem quando verba, & mens teſtatoris repugnant pupillari, quia tunc dicta clauſula non poteſt efficere, vt ſubſtitutio ſit pupillaris, veluti ſi teſtator reſtrinxit ſubſtitutionem ad bona propria, quia quemadmodum ſubſtitutio ipſa reſtricta eſt ad bona teſtatoris, ita etiam d. clauſula ad illa reſtricta cenſetur, vt per Ripam in d. l. Cẽturio, n. 85. verſ. 2. intellige, Curt. iun. conſ. 199. nu. 21. & ſequen. & ſic hæc clauſula potius retorquetur; Nam cum teſtator reſtringendo ſubſtitutiones ad bona ſua hoc facere non poſsit per viam pupillaris ſubſtitutionis, cenſetur hoc feciſſe per viam fideicommiſsi, qui eſt modus melior, ad hoc, vt ſubſtitutio ita reſtricta fieri poſsit, vt bene conſiderat Aret. conſ. 154. n. 33. Et iſtud maxime locum habet, ſi hæc clauſula non ſit in ſpecie adiecta ſubſtitutioni factæ pupillo, prout loquitur Io. de Amic. in loco ſupra citato, & Cephal. d. conſil. 423. n. 105. Sed in fine omnium ſubſtitutionũ, quia maioribus factæ ſint; quia tunc ſicut in cæteris ſubſtitutionibus non poteſt importare directam, ita nec etiam in ſubſtitutione facta pupillo, ad hoc vt in omnibus ſit pariformis diſpoſitio, l. iam hoc iure, de vulg. & pupillari.

Sed non eſt prætermittendum id, quod pro pupillari ſubſtitutione, & ad excluſionem matris, nõ obſtante reſtrictione teſtatoris ad bona propria adducebatur in allegata Firmana bonorum coram Bubalo, vltra ſuperius relata. Allegabatur enim hæc ratio; Nam licet daretur, quod ſub compendioſa pupillo facta non eſſet comprætenſa pupillaris expreſſa, nihilominus, cũ dubitari non poſsit, quin conti-
49 neatur † vulgaris expreſſa verbis generalibus, iuxta receptam doctrinam Bart. in d. l. Centurio, n. 32. de vulg. & plures allegat Sfora. Odd. de compend. ſubſt. fol. 67. & 150. Succedit, quod ex interpretatione legis ſub dicta vulgari
50 expreſſa † contineatur tacita pupillaris, per quam ſubſtitutus conſequitur bona pupilli, & matrem illius in totum excludit, d. l. iam hoc iure, de vulg. & l. quamuis, C. de impub. Quod nedum habet locum in vulgari expreſſa verbis formalibus, & ſpecialibus, ſed etiam in vulgari expreſſa verbis generalibus, nempe in vulgari comprætenſa in compendioſa, vt expreſſe tenet Bald. in d. l. precibus, n. 41. C. de impuber. quem ibi ſequitur Corn. n. 70. dicens eſſe notabile, & menti tenẽdum: Hoc etiam tenuit Ang. conſ. 151. in fin. Et quod in hoc nulla ſit differentia inter vulgarem expreſſam verbis generalibus, & vulgarem expreſſam verbis ſpecialibus, ita vt vtroque caſu comprætendatur pupillaris, tenet Socin. iun. conſ. 103. nu. 4. & 5. lib. 1. & conſ. 27. n. 6. lib. 3. Ruin. conſ. 103. n. 7. lib. 2. Et in terminis quæſtionis noſtræ, etiam
51 quando † compendioſa eſt reſtricta ad bona teſtatoris, quod vulgaris in ea comprætenſa contineat tacitam pupillarem in indiuiduo tenuit Socin. iun. conſ. 121. n. 31. & ſequ. lib. 1. Hoc idẽ tenuit Coſta in d. c. ſi pater, in ver. de filio ad filium, n. 14. & ſequen. licet de Socino mentionem non faciat, moti ex pluribus fundamentis, & rationibus, ſed præcipue ex ea, quia ſicut pupillaris contenta in compendioſa continet tacitam vulgarem, vt tenet Bart. cõ-
* muniter * approbatus in d. l. Cẽturio, n. 32. Ita etiam econuerſo vulgaris contenta in compendioſa debet continere tacitam pupillarem, præſertim, quia non repugnat voluntas teſtatoris, ſed potius videtur, quod teſtator hunc caſum non conſiderauerit, & ideo intrat benigna legis interpretatio, quæ porrigit vulgarẽ ſubſtitutionem ad caſum pupillaris, licet verba ſubſtitutionis videantur repugnare pupillari ſubſtitutioni, vt bene declarat Cardin. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 13. n. 6.

Verum iſtis non obſtantibus contrarium fuit reſolutum per Rotam ſub die 27. Iunij 1587. Videlicet, quod ſub vulgari contenta in compendioſa etiam reſtricta ad bona teſtatoris non contineatur tacita pupillaris ad matris excluſionem. Nam quamuis hoc caſu ſub compendioſa comprætendatur vulgaris, quia verba, & mens teſtatoris vulgari conueniunt, per quam ſucceditur teſtatori in bonis ſuis, l. cohæredi. §. cum filiæ, de vulg. tamẽ ſub
52 illa vulgari † non continetur tacita pupillaris, per quam ſubſtitutus conſequi poſsit bona pupilli; Quia ſi propter reſtrictionem ad bona teſtatoris excluditur pupillaris expreſſa verbis generalibus, multo magis excluditur

omnino

omnino tacita, ſicuti eſt illa; quæ continetur ſub vulgari, quæ eſt minoris potentiæ, Doct. in l. cum quid, vbi Iaſ. n. 17. ſi cert. pet. Alex. conſ. 59. n. 10. lib. 3 & in his terminis bene declarat Dec. in l. in teſtamēto, n. 7. in fine, C. de teſtam. milit. Vbi reprobando Ang. d. conſ. 151. in fin,
53 tenet, quod † vbi in reciproca inter impares non continetur pupillaris expreſſa verbis generalibus, non poteſt etiam comprehendi tacita ſub vulgari, Idem tenet Sforz. Odd. de compend. fol. 38. verſ. reſpondeo quòd, & fol. 81. verſ. Sed ego puto. Quod etiam illa ratione ſuadetur, quia ſi daremus, quod hoc in caſu tacita pupillaris eſſet comprehenſa, vtique eſſet fruſtatoria dicta communis opinio ſuperius firmata, quod compendioſa reſtricta cum verbo communi non continet pupillarem, vt bene deducit Dec. vbi ſupra, & nos quoque latè expoſuimus in 1. lib. cap. 33. per totum, vbi ad Bald. & alios incontrarium allegatos reſpondimus.

Mulier habens per inſtrumentum dotale obligata omnia bona mariti etiam feudalia reſeruato conſenſu Domini, & nō alias, ſi maritus culpam committat, ob quam fæudum ad Agnatos deuoluatur, an poſsit impetrare dictum conſenſum pro dote. Cap. CXL.

SVMMARIVM.

1 Mulier habens obligata pro ſua dote bona feudalia mariti, reſeruato conſenſu Domini, licet fæudum ſit apertum agnatis; tamē fauore dotis poteſt impetrare dictum conſenſum.

2 Conſenſus ex poſt facto præſtitus non tollit ius tertio acquiſitum ante conſenſum præſtitum.

3 Fæudum mortuo alienante ſtatim aperitur filio vel agnato, quando non interuenit aſſenſus Domini, quod tamen declara, vt in n. 4.

IN hoc articulo affirmatiue eſt reſoluendū: Nam licèt fæudum ſit aperto agnato, tamē
1 fauore † dotis poteſt impetrari dictus conſenſus per l. ſi ego §. ſi res. ff. de iure dot. de cuius intellectu latè Dec. conſ. 35. cum duobus ſeq. Et ita fuit deciſum in Sacro Conſilio Neapolis, vt per Afflict. deciſ. 385.

Bald. tamen in l. obſeruare, §. poſt hæc ff. de
2 offic. Proconſ. dicit, quod † quando tertio eſt ius quæſitum ante conſenſum præſtitum, ſi poſteà conſenſus ſequatur, non præiudicat per l. fin ff. rem rat. haber. Et ad idem facit, quod ſcribunt Specul. de oblig. & ſolut. §. 1. verſ. quid ſi ego, & Andr. de Iſernia in c. imperialem in princ. de prohib. fæud. alien. per Fed.
3 Vbi, quod ſtatim † mortuo alienante fæudum aperitur filio, vel agnato, quando non interuenit aſſenſus, & ſic fæudum eſt ipſius filij, vel agnati, & ſibi non præiudicat conſenſus, qui deinde fieret in fæudo, maxime ex pacto, & prouidentia: Et idem ſi eſt hæreditarium, quia Princeps eo tempore firmat, & conſentit, quo res eſt aliena, & non alienātis, & quando fæudum eſt alterius nō valet aſſenſus in eius præiudicium, l. ſi aliena res, ff. de pignor. act. cum concordan. Andr. in c. 1. §. donare, qual. olim feu. alien. pot. Et faciunt notata per Bart. in l. 2. ff. de donat. Quia propter mortem illius nō eſt habilitas ſubiectorum, ex quo ipſe contrahens non viuit. arg. l. fin. ff. rem rat. hab.

4 Sed ego conſidero, quod ſi † eſſet verum, quod fauore dotis poſt delictum aſſenſus non poſſet impetrari, ex quo Agnatus, cui applicatur non eſt hæres, ſequeretur vna maxima limitatio, Videlicet quod quando Agnatus, qui habebat fæudum ex pacto, & prouidentia, & vxorem, decederet, vxor eo mortuo non poſſet impetrare aſſenſum, ex quo agnatus eſt habiturus fæudum, non vt hæres, ſed ex pacto, & prouidentia. Conſidero ètiam, quod fiſcus non habet fæuda, vt hæres, ſed capit ſicut agnatus, ſibi enim aperiuntur, & tamen impetratur aſſenſus; alias ſequeretur, quod quando fęudum recognoſceretur à Barone, & quis commiſiſſet culpam ammiſsionis fæudi, quo caſu fæudum erit Baronis, non poſſet impetrari aſſenſus. Sic quando quis perderet ob alienationē indebite factam, vel ob ſeruitium non præſtitum, nō poſſet impetrari aſſenſus, ex quo Fiſcus, vel Agnatus non habet vt hæres.

In petitione hæreditatis an fæudum contineatur breuis declaratio. Cap. CXLI.

SVMMARIVM.

1 Fæudum in petitione hæreditatis venit, ſecundū opinionem veriorem, & n. 3.

2 Filius non poteſt repudiare hæreditatem paternam, & habere ſolum fæudum.

4 Agens petitione hæreditatis ad fæudum, debet ſe fundare in ſola poſſeſſione fæudi, quæ erat apud defunctum.

5 Petitio hæreditatis datur etiam pro rebus, quarum defunctus teſtator habuit ſolam poſſeſsionem, vel detentionem.

6 Fæudum ex pacto, & prouidentia, licèt non decurrat, vel defluat, vt ad hæredes, tamen dicitur eſſe in hæreditate.

7 In hæreditate, veniunt etiam non hæreditaria, quæ in hæreditate reperiuntur, vt res depoſita commodata, & ſimiles.

8 Fæudum in petitione hæreditatis non continetur quando agitur aduerſus filium, vel alium in inueſtitura comprehenſum.

9 Amplia, vt procedat nedum volente extraneo agere, ſed etiam perſona in inueſtitura comprehenſam.

DVbitatio non modica reperitur in illo articulo, An in petitione hæreditatis fæudum

dum contineatur. Gloſ. enim in l. item videdũ
1 §. fin. in verb. mra, de pet. hæredit. tenet † quod
ſic, & hanc opinionem Angel. ibi ſequitur.
Bart. verò in eodem, §. fin. cũ quo ſimpliciter
Bald. tranſit, tenet contrarium, quod ſcilicet
nullo modo in petitione hæreditatis feudum
contineatur, cum non habeatur iure hæreditario,
cap. 1. de ſucceſ. feud. Et hoc, ſiue ſimus in
extraneo actore, ſiue in filio ad quem non tran
ſeat feudum tanquam in hæredem, ſed veniat
ex pacto, vel ex lege, d. cap. 1. de ſucceſ. feud.
2 dato † quod filius non poſſit repudiare hære-
ditatem patris, & habere ſolum feudum, vt in
cap. 1. An agnat.
3 Verum à prima ſententia † non videtur re-
cedendum, quam tenec idem Bart. ſibi contra-
rius in l. vt iuſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. li-
bert. vbi vult filium, & quemcumque, dummo-
do compræhenſum in inueſtitura agere poſſe,
& in l. ſi patroni in princip. ad Trebel. inquit
nedum prædictos, imò quemlibet extraneum
agere poſſe petitione hæreditatis ad feudum &
ſic, quòd licet extraneus in feudo nõ ſuccedat,
vt in d. c. 1. de ſucceſ. feud. illud tamen intelli-
gatur quo ad proprietatẽ, & vtile dominium.
Vnde agens petitione hæreditatis ad feudum
debet eſſe maximè cautus, quia ſi fundaret ſe
ſuper vtili dominio, & intẽtaret dictam actio-
nem ratione proprietatis, ſuccumberet; Debet
4 enim † fundare ſe in ſola poſſeſſione feudi, quæ
erat apud defunctum: Nam petitio † hæredi-
5 tatis datur non ſolum pro illis rebus, quarum
defunctus teſtator habuit dominium, & pro-
prietatem; ſed etiam pro rebus, quarum ha-
buit ſolam poſſeſsionem, vel detentionem, l.
regulariter, in princ. ff. de pet. hæredit. l. hære-
ditas, C. eod. tit. Hanc opinionem tenet etiam
Guliel. de Cun. & Alberic. in d. §. fin. per l. quæ-
dam mulier, ff. fami. hercíſ. & l. fin. ff. de iur. pa-
tron. & Alex. quoque in d. l. ſi patroni, colum. 6.
approbat Bartolum in hac parte; Et bene fa-
6 cit ſecundum Angel. nam licet † feudum ſit
ex pacto, & prouidentia, nec decurrat, vel de-
fluat, vt ad hæredes, tamen non poteſt negari,
quin remaneat in hæreditate: Vnde quamuis
dominium feudi non ſit hæreditarium, tamen
7 conſtat venire in hæreditate etiam ea, † quæ
hæreditaria non ſunt, ſi tamen in hæreditate
reperiantur, vt res depoſitæ, commodatæ, &
ſimiles, l. non tantum in princip. ff. de petitio.
hæredit.
Sed aduerte, quòd prædicta declarantur ſe-
8 cundum Bart. in d. l. ſi patroni, dummodo † non
agatur aduerſus filium, vel alium in inueſtitu-
ra compræhenſum, & cum eadem opinione,
quæ cõmunis videtur tranſit Alex. vbi ſupra, &
Iaſ. in prælud. feud. in 13. & 14. colum. Iacob. in
in verb. Et cum pacto, quòd de ipſo feudo in 3.
& 4. colum. Alex. conſ. 91. col. 10. & 12. lib. 1. &
conſ. 78. col. 4. lib. 5. Vbi dicit, quod hæredita-
rium non dicitur corpus feudi, ſed ipſum ius
incorporale, quod habetur ſuper feudo, ſic e-
nim & pro tanto datur petitio hæreditatis.

Et videtur quod hęc limitatio Bar. videlicet
dummodo non agatur contra eum, qui habet
9 ius detinendi, procedat nedum † volente
extraneo agere, ſed etiam ſi perſona in inueſti-
tura compræhenſa velit agere, ita quod debeat
feudum poſſideri per non habentem ius, & ſic
Bart. in d. §. ſi liberi loquitur, quãdo eſſet agen
dum contra illum, qui non habet ius detinen-
di, & in d. l. ſi patroni, dum vult extraneũ agere
poſſe, loquitur, quando eſſet agendum contra
extraneum poſſeſſorem.

Teſtes inducti ad probandum ſi falſi prætendantur, quomodo pars cogatur illos in iudicio repræſentare. Cap. CXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes inducti ad probandum, ſi prætendantur
falſi debent à parte, ad cuius inſtantiam fue-
runt examinati, in iudicio repræſentari, aliàs
Iudex eorum depoſitionibus nullam fidem ad-
hibebit.*
2 *Amplia, vt non ſufficiat, ſi pars aſſerat ſe non ha-
bere poteſtatem repræſentandi teſtes quando po-
teſt mediante iudice teſtium prouidere, & remo-
uere impedimentum, & nu. 4.*
3 *Iudex vnus poteſt per alium exequi facere ſua
mandata.*

CONtingit ſæpenumero, quòd teſtes inducti
ad probandum ex aduerſo prætendantur
falſi, & citati ad perſonaliter comparendum,
nolint comparere: Dubitatur itaque, An pars
teneatur illos repræſentare in iudicio. Et affir-
1 matiuè † eſt reſpondẽdum, alioquin Iudex po-
terit decernere eorum depoſitionibus nullam
fidem eſſe adhibendam, vt per Capic. deciſ. 60.
in fine, qui tamen nihil allegat; Sed ego addu-
co Imol. in l. cum ab initio, in fine, ff. quemad.
teſtam. aper. Vbi in teſtibus extra prouinciam
dat cautellam, quòd per indirectum iudex co-
gat partem ad faciendum, quòd illi cõpareant,
nempè denegando illi audientiam, quo ad te-
ſtium receptionem, ſi actor eſt: Et quamuis lo-
quatur quando ſunt examinandi teſtes exteri,
tamen ratio ſua militat etiam in alijs teſtibus,
quos ſi pars non repræſentauerit, iudex non
audiet eam, ſcilicet non adhibebit fidem teſti-
bus: Et hoc eſt, quod in ſimili dicit Alex. conſ.
3. colum. 1. lib. 2. dum in actore, qui tenebatur
edere, & fuit iuſſus à iudice, vt ederet, ſi non
edit, denegatur audientia. Et in terminis, quòd
vbi teſtes dicuntur falſi, pars teneatur iterum
illos producere tenet Bald. in l. fin. col. fin. verſ.
quæro nunquid, C. de fide inſtrum. & in l. nulla,
C. de teſtib. dum dicit, quòd ſi iudex Peruſinus
commiſit examen Iudici Florentino, & teſtes
dicũtur falſi, quod iudex Peruſinus cognoſcit,
& inquirit: Quomodo enim poſſet inquirere,
& punire, ſi non præſentarentur iudici Peruſi-

no? Ideò Bald. in d. l. fin. de fid. inſtrument. poſt Nicol. de Matarel. aſsignando rationem, quare teſtes, qui dicuntur falſi, ſint iterato producendi, dicit, quòd in eis requiritur præſentia, licèt ſubdat etiam, quòd contumacia non noceret. Et ſi aliud diceremus eſſet inuenire fraudem examinandi teſtes extra Prouinciam, qui nun-
2 quam poſſent puniri. Nec † ſufficit ſi pars dicat, ſe non habere facultatem, quia ſicut habet facultatem, vt ex commiſsione Iudicis, iudex alius examinet, ita poteſt impetrare, quòd iudex, qui examinat, & habet iuriſdictionem in teſtes, cogat eos, & tranſmittat, ita dicit Andr. de Iſernia in conſti. In pecuniarijs, col. 1. verſ. quod vero dicitur, facit tex. vbi Doct. omnes
3 in l. à Diuo Pio, §. 1. ff. de re iudic. Quòd † vnus iudex poterit per aliũ exequi facere ſua mandata. Ad idem tex. in cap. 1. §. contrahere, de
4 foro compet. lib. 6. Cũ igitur pars poſsit † mediante iudice teſtium prouidere, & remouere impedimentũ, non ſuffragatur excuſatio, quòd non habeat facultatem, ita Bald. in l. quibus diebus in princ. & ibi Paul. de Caſtr. de condit. & demonſtrat. & vide ibi Imol. qui propriè in teſtibus loquitur.

Conceſſio in emphiteuſim facta ab Eccleſia pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis in viginti nouem annos ad renouandum, cum hypotheca omnium bonorum, an comprahendat nepotem ex filia fœmina, ex facto non ineleganter explicatum. Cap. CXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuſis de ſui natura tranſit etiam ad fœminas.*

2 *Nepotum appellatione, venit etiam nepos ex filia, quando ſubiecta materia non repugnat.*

3 *Matre excluſa, quando filius ex ea natus excludatur, & nu. 4. & 12.*

5 *Emphiteuſis conceſſa ad 29. annos, finita locatione, poteſt alteri concedi etiam cum noua qualitate.*

6 *Fallit, ſi adſit pactum renouandi, cum obligatione bonorum. Sed cõtrarium defenditur infra num. 17. & 18.*

7 *Clauſula, quæ omnia, & ſingula promiſerunt obſeruare in contractu adiecta, ad omnia refertur, & continet mutuam contrahentium obligationem, ſeu ratificationem.*

8 *Hypotheca omnium bonorum in contractu emphiteotico appoſita, quid operetur.*

9 *Emphiteuſis conceſſa pro filijs, & nepotibus maſculis, agnationis fauore conceſſa cenſetur.*

10 *Maſculi quando in aliqua diſpoſitione vocantur, ratione agnationis conſeruandæ præſumuntur vocati.*

11 *Agnatio per maſculum ex fœmina non conſeruatur.*

13 *Filius non debet eſſe melioris conditionis, quàm eius mater.*

14 *Contrahentes in dubio videntur ſe velle conformare cum diſpoſitione ſtatuti.*

15 *Maſculi deſcendentes ex fœminis non dicuntur de linea, & agnatione.*

16 *Conceſſio in emphiteuſim facta pro filijs, & nepotibus in 29. annos, finito dicto tempore, etiam ſi ſuperſint filij, vel nepotes, extinguitur, & dominium vtile conſolidatur cum directo.*

17 *Amplia, vt Prælatus, vel eccleſia non cogatur ad renouandum emphiteuſim etiam proximioribus agnatis, licet in inueſtitura adſit pactum de renouando.*

18 *Pactum renouationis in 29. annos adiectum in contractu emphiteuſis, intelligitur de prima renouatione, ad tollendam infinitatem.*

19 *Verba in contractibus præſertim obligatoria non egrediuntur perſonam, reſpectu eius fuerunt prolata.*

EX facto hæc quæſtio decidenda proponebatur. Antonius accepit in emphiteuſim quædam bona ab Eccleſia pro ſe filijs, & nepotibus maſculis in viginti nouem annos ad renouandum, cum hypotheca omnium bonorum, adiecta in inſtrumento clauſula, (quæ omnia, & ſigula promiſerunt obſeruare, &c.) Poſtea deceſsit Antonius relicto filio maſculo, & vna filia fœmina: Filius maſculus tanquam in ipſa inueſtitura comprahenſus ſucceſsit, deinde obijt relicto Iacobo filio maſculo, & ſic nepote dicti Antonij, qui pariter in dictis bonis emphiteoticis tanquam comprahenſus ſucceſsit. Poſtea filia fœmina dicti Antonij, quæ iam nupta fuerat obijt relicto Cornelio filio maſculo; Et dictus Iacobus nepos Antonij vltimo loco in inueſtitura comprahenſus de dictis bonis emphiteoticis renouatus fuit pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis ex recta linea deſcendentibus, & in defectum eorum pro vno hærede extraneo per eum nominando in eius teſtamento, qui ab eccleſia inueſtituram accipere deberet. Demum dictus Iacobus ſine filijs, & nepotibus deceſsit inſtituto hærede Ioanne eius conſanguineo, qui pariter fuit inueſtitus in dictis bonis: Verùm quia Cornelius filius ex filia fœmina Antonij prætendebat dictum Ioannem ab huiuſmodi bonis excludere, fuit dubitatũ, An iure hoc prætendere poſſet.

Et pro eius parte adducebatur, quòd inueſtitura accepta ab eius auo materno pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis, videbatur comprahendere dictum Cornelium, qui propriè erat nepos, videlicet filius filiæ, & maſculus, Vnde cum in eo verificarentur omnes qualitates requiſitæ in inueſtitura, videbatur renouandus excluſo Ioanne, Roland. conſilio 63. numero ſecundo, lib. 3. Præſertim cum eſſemus
1 in emphiteuſi, quæ † de ſui natura trãſit etiam ad fœminas, Alex. in l. quod dicitur, numero 24. de verbor. obligatio. Iaſ. in l. a. numero 194.

C. de

C. de iure emphit. & ſic intrare videbatur illa
2 concluſio, quòd † vbi ſit mentio de nepotibus
maſculis, venit etiam nepos ex filia, quando
ſubiecta materia non repugnat, Brun.conſilio
10.colum.2. in princ. verſ. Secunda ratio, vbi
quod ita multi conſuluerunt, & in ſpecie tra-
dit Curt.iun.conſilio 1.numero 24.verſ.Sextò,
Bero conſilio 77. numero 11. lib. 2. Socin.iun.
conſ.2.numero 11.& conſ.69.numero 21.lib.2.
Corn.conſilio 246.colum.fi.libro 2. Ruin.con-
ſilio 49.numero 2. & ſequen. libro 1. Bertran.
conſilio 319.numero quarto,part.prima, libro
4.& iſti infinitos alios allegant, adeò quod iſta
videtur communis opinio, quam etiam tenuit
Rota in vna Canallicen. de Thoro, 30. Apri-
lis 1571. coram Ioan. Baptiſta de Rubeis tunc
Decano.

Et tanto magis hoc videbatur dicendum,
quia dictus Cornelius non veniebat ex perſo-
na matris, nec tanquam intrans in locum, &
gradum filiæ, ſed veniebat ex perſona propria,
quia non agebatur tunc de ſucceſſione ab in-
teſtato, ſed de diſpoſitione contrahentium ad-
implenda, ex qua volebant nepotes admitti:
Et ideò non videbatur intrare ratio deſumpta
ex l.ſi vina matre, C. de bon. mater. quòd ex-
cluſa filia, debet etiam excludi nepos, qui non
debet eſſe melioris conditionis, quia hoc pro-
3 cedit, quando † nepos venit ex perſona ma-
tris, vel quando extarent nepotes ex linea
maſculina, quorum contemplatione mater ex-
cluditur, quia tunc eſt eadem ratio in vtro-
que, ſicut & in caſu d. l. ſi vina matre, vt de-
clarat Bart.in l.liberorum,ff. de verb. ſignific.
4 Sed ceſſante † fauore prædictorum, vt quia
deſierint extare, tunc nepos ex filia non ex-
cluditur, ſi filia fuit prius de medio ſublata, ſi-
cut fuerat in caſu præmiſſo, quia ratio, quæ ma
trem excludebat dum vixit, ceſſat in nepote vi
uente, vt ſentit Bart.in loco præallegato, & be-
ne declarat Ruin. conſ.120. per totum, & præ-
ſertim nu. 15.lib.1.

Præterea ex alio etiam dictus Cornelius vi-
debatur admittendus, quia licet Antonius
eius auus maternus eſſet inueſtitus ad viginti-
5 nouem annos, quo caſu † finita locatione po-
terat alter inueſtiri etiam cum noua qualita-
te, Oldrad.conſilio 178.numero primo, in fine,
Pariſ.conſilio 21.numero 58. lib.1. tamen hoc
nõ videbatur procedere in dicto caſu, vbi An-
tonius non erat ſimpliciter inueſtitus ad vi-
6 gintinouem annos, ſed cum pacto † renouan-
di, & hypotheca omnium bonorum, quæ hy-
potheca videbatur reſpicere etiam pactum
7 propter clauſulam, † quæ omnia, & ſingula,
&c. quæ ad omnia videbatur referri, & conti-
nere mutuam contrahentium obligationem,
ſeu rationem, Specul.in tit. de emptio. & ven-
ditio.numero 16. Aretin.in l.Titia.§. idem re-
ſpondit, numero 15.in fine, de verb. obligatio.
Vnde cum eſſet quæſitum ius reale omnibus
compræhenſis, & conſequenter dicto Corne-
lio, adeò vt Eccleſia teneretur illum renouare,
nõ valebat inueſtitura facta ad fauorem Ioan-
8 nis, cui Cornelius erat præferrendus † propter
dictam hypothecam Paul.de Caſtr.conſil.335.
in fine, libro primo, Crauet.conſilio 201.nu.3.
in fine, & conſilio 261.numero 5.Guid.Pap.de-
ciſ.569.num.2. Ruin.conſilio 168. num. 22. &
24.libro 1. qui bene reſpondet ad conſ. Angel.
quod ſolet in contrarium allegari; Et facit Ce-
phal.conſilio 41. numero 19. libro primo, So-
cin.iun.conſilio 129.numero 11.libro ſecundo.
Vbi, quòd ſufficit hypotheca generalis, ſicut
dicimus in terminis, l. quotiens. C.de rei ven-
dicatio. vt primus ſemper præferratur ſtante
hypotheca.

Sed promiſsis non obſtantibus contrarium
eſſe verius reſpondi, & ita quoque fuit reſolu-
tum: Quia cum inueſtitura diceret expreſsè
pro filijs, & nepotibus maſculis, manifeſtè
9 colligebatur contrahentes † habuiſſe animum
conſeruandi empbiteuſim in agnatione, vt de-
clarat Corn.in l.1.ſub numero 21. verſic. præ-
tereà, ibi, maſculis, &c. C.de conditio. inſert.
Tiraq.poſt Rub.in tract.de primogenit. quæſt.
13.numero 8. in fine, qui loquuntur in conceſ-
ſione emphiteuſis, nam hæc eſt ſemper regula,
10 quòd quotieſcumque in aliqua † diſpoſitione
vocantur maſculi ea ratione cẽſeantur vocati,
vt bona conſeruentur in familia, & ratione
agnationis conſeruandæ, §.cæterum, & §.me-
dia, Inſtit.de legit.agnat. ſucceſ.cum pluribus
alijs cumulatis per Decian.conſilio 28. nume-
11 ro 38.libro 3. quæ † agnatio non conſeruatur
per maſculum ex fæmina. Et ideò ſicut filia
Antonij ea ratione excludebatur ab empbi-
12 teuſi, multò magis † excludebatur ipſe Corne-
lius deſcendens ab ea, licet eſſet maſculus, Spe-
culat.in tit.de emphit.§.nunc aliqua, nu.146.
& 163. Iul. Clar. in §. empbiteuſis, quæſt.36.
verſ.pone ergò, quòd quis acceperit, &c. Ti-
raquel.in dicto tract. de primogenit.quæſt.13.
numero 8.Iaſ.poſt Paul. de Caſtr. & Alexan.in
l.Gallus, §.nunc de lege Velleia, in prima lect.
numero 16. cum ſequen. ff. de lib. & poſthum.
vbi Claud.Seiſel ſub numero 13.communem
appellat, & tradit Ripa in l.ex facto, §.fin. nu-
mero 8. ff. ad Trebel. Matheſil. in ſingul. 130.
Alex. conſilio 56. colum.fin. verſ. Quartò per
hoc adducitur, libro quinto, Aym.conſilio 22.
numero 10. Ruin. conſilio 18. numero 5.lib.3.
Grat.conſilio 54.numero 19.lib.2.& conſ.120.
ſub numero 10.ad fin.cum ſequen.eod.libro, &
ita terminis noſtris conſuluit Bero. conſ.105.
ſub numero quarto, libro primo. Et ratio eſt,
quia proueniebat ex radice infecta, & non
compræhenſa, & non dicebatur de deſcenden-
tibus niſi medio matris, quod quidem medium
13 erat impertinens, & filius † non debet eſſe me-
lioris conditionis, quam eius mater Bald. in l.
1.num.2.cum ſequen. ff. de ſenatorib. Paul. de
Caſtr.conſilio 421.num.2.in prima parte, Dec.
conſ.45.ad fin.Bero.d.conſ.105.ſub numero 4.
libro 1.

Et tanto magis prædicta procedebant, quia

 ſtatu-

ſtatutum loci, vbi bona erant ſita, diſponebat,
quod maſculi deſcendentes ex fæminis exclu-
derentur per maſculos deſcendentes ex linea
maſculina, quo caſu contrahentes videbantur
14 ſe † voluiſſe conformare cum diſpoſitione di-
cti ſtatuti, & ſic ſenſiſſe de nepotibus, qui per
maſculum deſcenderent, vt in terminis ex do-
ctrina Bart. & aliorum tradit Ruin. d. conſilio
120. numero 3. libro primo; Quòd etiam clare
apparebat in fine inueſtituræ, quia finita li-
nea in conceſsione compræhenſa, vocabantur
proximiores in gradu, quæ verba (finita li-
nea) non poterant referri ad maſculos de-
ſcendentes ex fæminis, tùm quia non dicun-
15 tur † de linea, & agnatione, l. pronunciatio
in fin. ff. de verbor. ſignificat. Socin. conſil. 227.
colum. 7. & 8. lib. 2. Pariſ. conſ. 35. colum. 1. &
2. & conſ. 47. num. 50. lib. 1. Aym. conſ. 67. nu-
mero 3. Tum etiam quia linea in conceſsione
compræhenſa erat reſtricta ad maſculinam,
& ſic ad nepotes tantum deſcendentes à ma-
ſculis.

Prætereà dato etiam quòd alias in hac ma-
teria veniret nepos ex fæmina, dicebam ta-
men, quòd cum inueſtitura facta Antunio non
eſſet perpetua, ſed temporalis ad 29. annos,
& durante dicto tempore Cornelius nunquam
fuiſſet in rerum natura, & ſemper extitiſſent
nepotes ex linea maſculina, non poterat di-
ctus Cornelius dici compræhenſus durante il-
lo tempore 29. annorum, nec minus finito illo
tempore, tum quia ſupererat nepos ex ma-
1 Appellans *non poteſt renunciare appellationi in præiudicium appellati, quominus appellatione interpoſita vti poſſit, cap. 5. nu. 8.*

2 *Appellans in caſibus permiſſis, vt ſententia ferrenda valeat, tenetur acta omnia ad Iudicem appellationis tranſportare, quicumque ille ſit, quãuis Concilium Tridentinū videatur loqui in cauſis vertentibus coram Epiſcopis, cap. 43. nu. 1. & 2.*

Amplia, vt nullitas prouenſens ex non tranſportatione actorum præſumptione boni iuris non excuſetur, ibidem nu. 3.

Amplia 2. quamuis in commiſſione appellationis adſit clauſula quā, & quas, &c. quia talis clauſula non operatur niſi tranſportato proceſſu in cauſis appellationum, vel ab eis dependentium, quamuis appellãs declarauerit ſe nolle vti proceſſu facto coram primo Iudice, ibid. nu. 4. & 5.

Declara vt appellãs trãſportare ſolū debeat acta illius cauſæ, quæ tractanda eſt, non autem diuerſæ, quamuis omnes cauſæ vni iudici ſint commiſſæ, & acta alterius cauſæ ad eam conferrãt, ibidem nu. 8, 9. & 10.

Declara 2. vt acta tranſportata de neceſſitate non debeant produci corā Iudice appellationis parte citata, ibidem nu. 11.

1 Appellatio *ſuſpendit effectum, & executionem ſententiæ, cap. 36. nu. 17.*

2 *Appel-*

2 *Appellationis delatio facta per iudicem in cauſa momentanea poſſeſſionis, aut alia executiua non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum deuolutiuum, cap. 121.nu. 102.*

Amplia, vt etiam reuerentiales in forma dati, intelligantur ſub conditione, quatenus ſcilicet ſententia appellationem admittat, & quo ad illam tantum partem, qua admittitur, ibid.nu. 103.

1 *Appellatio datur a iudicio Epiſcopi, vel Ordinarij in collatione parrochialium per concurſum facta, quando Epiſcopus doloſe, & irrationabiliter iudicat, cap. 52.nu. 22. & 23.*

Declara dummodo de huiuſmodi dolo, & irrationabilitate liquido appareat, ibidem nu. 24.

1 *Appellationi renunciari poteſt de communi partium conſenſu, cap. 86.nu. 44.*

2 *Appellatio non datur a correctione, qua fit ad pœnitentiam, & extra formã iudicij, c. 35.n. 13 c.*

2 *Appellatio iudicialis tantum, non autem extraiudicialis ſuſpendit proceſſum, cap. 64.nu. 20.*

2 *Appellatio dicitur deſerta, quando rediens pro Apoſtolis habuit reuerentiales, nec infra decem dies fecit committere cauſam, vel ſaltem nõ adhibuit diligentiam pro dicta commiſſione, cap. 74.num. 1.*

Item dicitur deſerta, vbi appellans non inſteterit pro ſignatura cõmiſſionis obtinenda & ad curſores perferrenda infra viginti dies poſt appellationem, ibid.nu. 2.

Item quoties appellans infra annum (ſi habuit refutatorios) non obtinuit committi cauſam appellationis, & citari ad dicendum contra, ibidem nu. 3.

Itẽ quoties appellãs, cui eſt datus terminus iuris, hoc eſt, triginta dierum, infra dictum terminum non redijt pro Apoſtolis, vel cauſam non commiſit, licèt infra dictum terminum obtinuerit præſentatã a Regente Cancellariæ, & quãuis adſit exceſſus modici temporis, videlicet vnius diei tantum, ibidem nu. 4. & 6.

2 *Appellatio non datur a ſententia, qua mãdat reſtitui bona, vbi petitorium fuerit ſuſpenſum, ſecus ſi non ſit ſuſpenſum, cap. 75.nu. 13.*

2 *Appellatio non datur a ſententia reſtitutoria, vel de immittendo in poſſeſſionem, licet detur ab illa, quod quis non ſit reſtituendus, vel immittendus, cap. 75.nu. 15.*

2 *Appellatio a ſanatoria ſuper obſeruatione iudicij conceditur, ſecus ſi ſententia ſit lata ſuper reſtitutione, vel immiſſione ſimpliciter, cap. 75. numero 16.*

Item conceditur a ſententia ſecunda expreſsè primam reuocante propter mixturam, licèt ſit lata in poſſeſſorio, ibidem nu. 17.

2 *Appellatio a momentanea poſſeſſione de iure ciuili non datur, cap. 75.nu. 22.*

2 *Appellationis delatio facta per conceſſionem reuerentialium, non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum, cap. 75.nu. 25.*

2 *Appellatio eſt de appendicijs illius inſtantia, cuius eſt ſententia, a qua interponitur, & ſubiacet ſtatutis loci, in quo lata eſt ipſa ſententia, cap. 75.numero 42.*

2 *Appellatio a ſententia mandante exequi teſtamentum, lata vigore l. fin. C. de edicto diui Adrian. Tollen. conceditur, capitulo 75. numero 47.*

Item datur a ſententia, qua condemnat ad reſtituendam poſſeſſionem retinendam in cauſam pignoris, & hypotheca, donec integraliter quis fuerit ſatisfactus, ſecus ſi ſententia manuteneat ſimpliciter, donec ſatisfiat, ibidem nu. 48. & 49.

2 *Appellatio in terminis clement. vnica de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. non retardat ſequeſtrum, cap. 77.num. 9.*

2 *Appellatio nõ datur a ſequeſtro, quod decernitur ex diſpoſitione legis, cap. 77.nu. 10.*

2 *Appellatio non datur a decreto interloquutorio, cap. 77.nu. 12.*

Item appellatio non datur ab executore legis, ibidem nu. 11.

1 Apocha, *ſeu cedula priuata non probat niſi ſit recognita per teſtes, qui dicant ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe illum, cuius ſcriptura eſſe prætenditur, ſcribere, & ſubſcribere, cap. 79.nu. 1.*

Limita, *niſi ſcriptura fuerit ab eodemmet ſcribente recognita, ibidem nu. 2.*

Limita 2. *niſi in eius productione pars aduerſa tacuerit, ibidem nu. 3.*

Limita 3. *attento ſtylo Curiæ ſecũdùm quod ſufficit, quod teſtes deponunt habere notam manum ſcribentis, licet non fuerint præſentes, præſertim ſi ſcriptura ſit de partibus, ibidem numero 4. & 5.*

1 *Apocha, ſeu cedula priuata probat etiam de iure communi concurrentibus adminiculis, ſi teſtes dicant habere notam manum ſcribentis, cap. 79.num. 6.*

Item probat plenè ſine depoſitione teſtium, quando ex comparatione apparet de omnimoda ſimilitudine literarum, dummodo tamen probetur, quòd ſcriptura ad quam ſit comparatio ſit certa illius perſona, cuius eſſe prætenditur illa, quæ recognoſcitur, ibidem nu. 7. & 8.

1 *Apocha habeas partium ſubſcriptionem, & recognita plenam fidem facit contrà debitorem, licèt in ea non ſint teſtes adhibiti, cap. 79. numero 9.*

Item contra debitorem plenè probat, quando ab eo fuit ſubſcripta, & de eius tantum obligatione agitur, ſecus ſi ſit vltrò citroque obligatoria, ibidem nu. 10.

1 *Apocha ſubſcripta a partibus, & trino etiam teſte bona opinionis munita, quo ad hypothecam operatur etiam in præiudicium poſteriorum creditorum habentium hypothecam, ſeu pignus ex publico inſtrumento, cap. 79.nu. 11.*

Amplia etiam ſi aliunde cõſtet de veritate ipſius Apocæ, ſeu cedula per veras probationes etiam quod non ſit probatum teſtes eſſe probata, & integra opinionis, niſi dicta qualitas a ſtatuto requiratur, ibidem nu. 12.

2 Arbitrator, *ſi poteſt etiã procedere vt arbiter, non prohibetur facere aliquos actus, vt arbiter, & aliquos vt arbitrator, cap. 1. nu. 156.*

Digitized by Google

2 Arbitrator, cui declaratio pretij rei venditæ fuit commiſſa, ad illam deuenire poteſt abſque partis citatione, licèt in diſcuſſione negotij citatio ſit neceſſaria, cap. 70. nu. 2. & 3.

2 Arbitrator ſi in declaratione modum exceſſerit, eius declaratio, ad arbitrium boni viri reduci poteſt, cap. 70. nu. 6.

Amplia etiam ſi declaratio fuerit commiſſa ad eius arbitrium, & beneplacitum, ibid. nu. 7.

2 Arbitrum Abbati conceſſum intelligitur reſpectu fori pœnitentialis, cap. 35. nu. 138.

1 Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in ſubditos ſui Suffraganei, quamuis ei Suffraganeus immediatè ſit ſubiectus, cap. 54. nu. 6. & 7.

Archiepiſcopus propter negligentiam Suffraganei poteſt exercere iuriſdictionem in eius ſubditos, etiam exiſtens in diœceſi ipſius Suffraganei, ibidem nu. 12.

1 Archiuium non robur rebus ſcripturæ minus ſolemni, ſi in eo cuſtodiantur aliæ ſcripturæ non authenticæ, cap. 81. nu. 22.

1 Argumentum a contrario ſenſu non valet, quando ſequeretur contraria diſpoſitio, cap. 4. nu. 8.

1 Argumentum a citato ad creditorem moroſum valet, cap. 57. nu. 8.

2 Argumentum ab æquiparatis, ſeu ſubrogatis valet, ita vt diſpoſitũ in vno locum habeat in alio, cap. 67. nu. 13.

2 Argumentum, quod qui vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens in ſententia valet cap. 75. nu. 7.

2 Argumentum de toto ad partem valet, etiam reſpectu temporis, cap. 121. nu. 50.

2 Attentata ſunt purgãda antequam ad executionem ſententiæ procedatur, etiam reſpectu fructuum, qui non ſunt liquidi, cap. 121. nu. 56.

2 Attentata ſuſpendũt quodcumq. iudicium quamtumuis priuilegiatum, etiam ſpolij, cap. 121. numero 57.

Fallit ſi notoriè conſtet de non iure petentis reuocari attentata reſpectu negotij principalis, ibidem nu. 58.

2 De attentatis in lite commiſſis per alterum ex collitigantibus a tertio nõ exiſtente in lite, ad impediendam executionem, opponi non poteſt; Nec ipſe tertius dicitur attentare, ſi faciat aliquid in præiudicium alterius ipſorum, dummodo non habeat cauſam ab altero ex collitigantibus, cap. 121. nu. 60. & 62.

2 Attentata non retardant executionem ſententiæ vbi ex actis conſtat de deſertione appellationis, cap. 121. nu. 63.

2 Attentata commiſſa durantibus decem diebus datis ad appellandum per viam nullitatis reuocantur ex ſtylo Rotæ etiam lite deſerta, & re iudicata non obſtante, cap. 121. nu. 64.

1 Auctoritas ſemper in ſolidum conceſſa cenſetur, quando duo ſimpliciter adhibentur, qui habent officium publicum ſaltem auctoritate, cap. 46. numero 3.

1 Aureorum appellatione in legato veniunt illi, qui frequentantur in loco, vnde legans originem ducit, cap. 94. nu. 4.

2 Auus maternus non tenetur alimenta, nec dotem nepti dare, niſi ex iuſta cauſa, & in ſubſidium, quo caſu tenetur etiam ſi neptis ſit illegitima, cap. 83. nu. 38. & 39.

B

1 BAriones Regni Neapolis non poſſunt infeudare de nouo res demaniales feudorum, ſeu Baroniarum ſine conſenſu Regis, cap. 93. nu. 30.

Poſſunt res aliàs legitimè infeudatas, & ad ipſos deuolutas per ſe alijs dare ſine conſenſu Regis, ſi res deuolutæ ſint feuda plana, & de tabula, cùm eiſdem tamen ſeruitijs, ibid. nu. 31.

Non poſſunt res conſuetas infeudari, & ad ſe deuolutas vlterius in feudum dare, ſi ipſi eas ceperit, & vt ſuas demaniales poſſederit aut ſuper hoc animum ſuum declarauerint, ibid. nu. 33.

Poſſunt poſſidere exeadentias ſeparatas a Baronijs, vel iunctas cum ijs, ibid. nu. 34.

Non poſſunt feuda quaternata ſine regio conſenſu concedere, ibid. nu. 35.

2 Barones Regni Neapolis habentes merum imperium poſſunt cognoſcere de delictis clandeſtinis pagin. 280. nu. 1. & 4.

Dicuntur iudices Ordinarij ſuorum Vaſſallorum in ſumma poteſtate conſtituti, & poſſunt pœnam omnium bonorum imponere, ibid. num. 2. & 6.

Item in primis cauſis eorum Vaſſallorum Rex ſe non intromittit, ibid. nu. 3.

Barones Regni Neapolis etiam habentes merum imperium non poſſunt cognoſcere de crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, & falſæ monetæ, ibid. n. 8.

1 Beneficiatus habet intentionem fundatã de iure communi, quòd eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferrantur, cap. 60. nu. 2.

Poteſt dicere penſionem nullam, & inualidã, licèt penſionarius exiſtat in quaſi poſſeſſione exigendi, ibidem nu. 6.

2 Beneficiatus in morte vſuario tantum comparatur, nec poteſt de fructibus beneficij conſumptis diſponere, aut de hæredes tranſmittere, exceptis diſtributionibus quotidianis, cap. 2. nu. 9. & 10.

2 Beneficiatus non tenetur ſoluere penſionem, quæ intuitu oneris iniuncti fuit reſeruata, ſi ille ad cuius commodum fuit reſeruata, dictum onus recuſat ſubire, cap. 18. nu. 1.

2 Beneficiatus tenetur ſoluere penſionem etiam ſi reſignauerit beneficium, dummodo poſſideat, & ſit in loco beneficij, ſecus ſi ſit abſens, vel oſtendat alium poſſidere, cap. 18. nu. 2.

2 Beneficiatus non tenetur ad vlteriorem ſolutionem penſionis, quando fecit diligentiam pro habenda poſſeſſione beneficij, & illam habere non potuit, quamuis per plures annos illam ſoluerit, & ſe obligauerit in forma cameræ cũ iuramento, & cum clauſula habita, vel non habita, cap. 18. nu. 3.

2 Beneficiatus non tenetur ad ſolutionem penſionis aſſignatæ ſuper fructibus beneficij, ſi fructus nõ potuerint percipi ob ſterilitatem, vel propter bellum, aut alium caſum fortuitum, cap. 18. nu. 8.

Amplia etiã quando in Bulla reſeruationis pẽſionis adeſt clauſula, quòd teneatur ad caſus inexcogitatos, & clauſula de non petẽdo remiſſionem

ex

Digitized by Google

ex quauis cauſa, vel occaſione, etiam ob caſus inſolitos, ibidem nu. 9.

2 Beneficiatus *non tenetur ſoluere penſionem ei, in quem fuit translata, ſi non ſit clericus, cap. 18. nu. 14. & 17.*

2 Beneficiatus *non tenetur ad ſolutionẽ penſionis, quando ea fuit extincta, vel per obitum penſionarÿ, vel pe caſſationẽ, niſi caſſatio ſit facta propter metum, cap. 18. nu. 22. & 29.*

Beneficiatus obligans ſe de nouo ad ſolutionem penſionis, non dicitur nouam penſionem conſtituere, ſed antiquam validam agnoſcere, ibidem numero 30.

Beneficiatus non liberatur a primo penſionario, vel caſſatio penſionis fuit facta, vt alia ſimilis, vel minoris quantitatis alteri reſeruetur, niſi ſecunda reſeruatio ſit nulla, ibidem numero 31.

2 *Beneficiatus non tenetur ad ſolutionem penſionis, quando illius impoſitio eſt nulla, & ſubreptitia ibidem nu. 40.*

2 Beneficiatus *in abſentia fructus beneficÿ in titulum collate non acquirit, ſed exceptione non facta reſidentia repellitur, cap. 32. nu. 2. & 3.*

2 Beneficiatus *tenetur ex diſpoſitione* Concilÿ Tridentini, *non obſtante quocumque priuilegio, reſidere, & ſi poſſidet dignitatem, aut canonicatum in eccleſia* Cathedrali, *vel collegiata ad nouem menſium anni reſidentiam aſtringitur, cap. 32. nu. 4.*

Beneficiatus ex diſpoſitione Concilÿ Tridentini *ſi abſit a loco beneficÿ, licet ex conſuetudine, vel ſtatuto lucretur fructus, tamen primo anno dimidia parte fructuum, & ſecunda anno data perſeuerantia negligentia omnibus fructibus priuatur, ibidem nu. 5.*

2 Beneficiatus *abſens ſi habeat beneficium in titulum perdit etiã fructus, qui debentur loco prabenda, cap. 32. nu. 7.*

Item perdit fructus non obſtante aliqua excuſatione, niſi concurrat licentia ſuperioris, & inſuper allegetur cauſa legitima, qua ceſſante alias ipſe conſueuerit reſidere, ibidem numero 8. & 15.

2 Beneficiatus *etiam diſpenſatus de non reſidendo propter abſentiam non acquirit fructus beneficÿ, niſi hoc ſibi expreſſè concedatur, vel niſi fauore ſtudÿ ſit diſpenſatus, vel ſuper ætate, cap. 32. num. 14.*

2 Beneficiatis *præſentibus propter abſentiam aliorum accreſcunt diſtributiones quotidianæ, niſi in conſtitutione, vel ſtatuta dicatur, cuilibet certum quid diſtribuendum eſſe, quia tunc nihil vltra diſtribuitur, cap. 32. nu. 20. & 21.*

2 Beneficiatus *condemnatus ob delictum ex quo beneficÿs eſt priuandus, non intelligitur illis priuatus, niſi hoc expreſſè dicatur in condemnatione, vel niſi priuatio ipſo iure irrogetur, cap. 35. nu. 118. & 119.*

2 Beneficiatus *redire poteſt ad beneficium permutatum, ſi ex altera parte permutatio compleri non poſſit, aut ſit nulla ab initio, cap. 35. numero 115.*

2 Beneficiatus *beneficio priuatus, ſeu iniuſtè illud poſſidens, ſi ad reſtitutionem fructuum condemnetur debet etiam diſtributiones quotidianas reſtituere, dũmodo ab actore de illis fuerit proteſtatum, ſecus ſi nulla facta ſit proteſtatio, cap. 34. nu. 1. & 2.*

2 Beneficiatus *priuatus beneficio ipſo iure tenetur ad fructus perceptus a die perpetrati criminis, cap. 34. nu. 4.*

Item priuatus ob delictum tenetur reſtituere fructus quos percepit, vel percipere potuit a die commiſſi criminis, quamuis ſententia ſit lata in contumaciam, ibidem nu. 1. 6. & 7.

Priuatus ob contumaciam tantum ad fructuum reſtitutionem non tenetur & ſi compareat, & abſoluatur beneficium ipſum recuperat, etiam ſi alteri iam collatum fuerit, ibidem nu. 8.

2 Beneficiatus *non poteſt priuari niſi ob graue delictum, cap. 35. nu. 117.*

2 Beneficiatus *ipſo iure beneficÿs priuatur propter hæreſim, cap. 35. nu. 1. quod amplia, vt ibidem, nu. 2. & ſequen.*

2. *Propter ſimoniam etiam occultam, ibidem nu. 11. Declara nu. 16.*

3. *Propter falſitatem in* Bullis, *ſeu literis Apoſtolicis, & ſupplicationibus commiſſam, quamuis addiderit vnam tantum literam, vel vnum punctum, aut literas correxerit, ibidem numero 31. & ſequen.*

4. *Si propria auctoritate beneficÿ poſſeſſionem acceperit, ibidem nu. 43.*

5. *Si ante confirmationem, & inſtitutionem adminiſtrationi beneficÿ, ad quod fuit electus, vel præſentatus, ſe immiſcuerit, ibidem num. 44. & 45. Quod limita, vt ibidem nu. 50.*

6. *Propter crimen læſæ maieſtatis, ibidem numero 51.*

7. *Si poſſeſſionem accipiat ex ſola ſupplicatione ſignata, literis ſuæ prouiſionis non expeditis, ibidem num. 51. Quod declara, vt ibidem numero 58. & 55.*

8. *Propter inſordeſcentiam in excommunicatione, quando excommunicatio fuit lata propter crimen, quod ipſo iure priuat beneficio, ibidem, num. 60. & 62.*

2 Beneficiatus *non priuatur beneficÿs ipſo iure, ſed per ſententiam propter periurium, cap. 35. n. 65. Quod limita, cap. 35. nu. 67.*

2. *Propter homicidium voluntarium, ibidem numero 70.*

3. *Propter concubinatum trina tamen monitione præcedente, & data perſeuerantia in concubinatu, ibidem nu. 76. & ſequen.*

4. *Ob non reſidentiam dummodo tria edicta præceſſerint publica, & ſex menſes ſint elapſi, ibid. nu 89. Quod declaratur, nu. 90.*

5. *Ob non promotionem intra annum poſt regimen ſibi commiſſum, & adeptam poſſeſſionẽ pacificum beneficÿ requirentis ordinem ſacerdotalem, præmiſſa monitione ſuperioris, ibidem nu. 96. Declaratur, nu. ſequen.*

2 Beneficiatus *ſi obtineat beneficiũ incõpatibile cũ decreto de dimittendo primũ intra certũ tempus*

a die data gratiæ, ſub pœna priuationis vtriuſque priuatur, ſi infra tempus præfixum illud non dimittat, cap. 35. nu. 103.

Limita primo ſi poſſeſſio ſecundi beneficiȷ incompatibilis, quod confertur cum tali decreto, ſit plena, & adſit intruſus, ibid. nu. 104.

Limita ſecundò ſi durante tempore ad dimittendum primum, ipſi beneficiato fuerit mota lis, vel facta controuerſia etiam extraiudicialis ſuper ſecundo impetrato, ibidem nu. 105. & 106.

Limita tertio ſi clericus notitiam decreti non habuerit, ibid. nu. 107.

1 Beneficium eccleſiaſticum de iure cõmuni liberum præſumitur, & ſine diminutione conferri debet, cap. 60. nu. 2.

2 Beneficium eccleſiaſticum quod dicatur, & ex quibus ſignis hoc cognoſcatur, cap. 3. num. 3. & cap. 55. nu. 10. & 11.

1 Beneficium per permutationem legitimè factam poteſt canonice retineri, etiam ſi de titulo non conſtet, cap. 41. nu. 15.

1 Ad beneficium nominatus non tenetur probare titulum prædeceſſoris, cap. 41. nu. 16.

1 Beneficium habens in commẽdam dicitur ad vtilitatem eccleſiæ poſſidere, nec in eo allegatio lapſi locum habet, cap. 41. nu. 76.

1 Beneficium quando debeat prouideri per concurſum, & de electione ab epiſcopo facienda, cap. 52.

1 Beneficium curatum etiam reſeruatum à Papa debet conferri approbato, & electo per concurſum, cap. 52. nu. 3.

1 Beneficium propriè non dicitur vacare ex reſignatione facta in manibus Papæ ad fauorẽ certæ perſonæ, cap. 52. nu. 10.

1 Beneficium curatum dicitur, quamuis cura apud plures reſideat, reprobata opinione Oldradi, cap. 52. num. 5.

1 In beneficio ius aliquod ad rem cõſiderabile non acquiritur, quando illius collatio tanquam de reſeruato ad Papam ſpectat, cap. 52. nu. 14.

1 Beneficium ad ſedem Apoſtolicam deuoluitur, ſi Epiſcopus deficiẽtibus examinatoribus ſynodalibus alios non deputauerit, & interim labatur tempus, intra quod prouiſio beneficiȷ per concurſum fieri debet, cap. 52. nu. 40.

1 Ad beneficium curatũ regendum ille magis idoneus reputatur, & cæteris præferri debet, de cuius moribus Epiſcopus eſt melius informatus, cap. 52. nu. 25.

1 Item ille, qui habitat in loco beneficiȷ, & poteſt reſidere, & prouidere neceſſitatibus eccleſiæ, etiam ſi aliȷ ſint doctiores, capitulo 52. numero 26. & 28.

1 Beneficium patrimoniale per indultum Dominorum Cardinalium cenſetur reſeruatum, cap. 53. num. 4.

1 Item in beneficȷs, quæ ſunt in eccleſia numerata, & extinguuntur cum perſona cadit reſeruatio Papæ, cap. 53. nu. 7.

1 Beneficium iuriſpatronatus ad collationem ordinariȷ non pertinet, beneficium autem patrimonialia pertinet, licet teneatur illud conferre filȷs patrimonialibus, cap. 53. nu. 8.

1 Beneficium patrimoniale cadit ſub regula de infirmis, cap. 53. nu. 9.

1 Beneficium ab initio curatum pro non curato habetur, ſi ad præſens regatur ſine cura, et ſi curã habeat, pro curato habetur, licèt a principio eſſet ſine cura, cap. 55. nu. 2.

1 Beneficium habens rectorem perpetuum collatiuum potius, quàm manuale præſumitur, nec poteſt dici de menſa, quamuis Rector aliquid ſoluat monaſterio occaſione beneficiȷ, & quamuis beneficium exiſtat intra eccleſiam monaſterialem, cap. 55. nu. 3. 4. & 5.

1 Beneficium ſeculare in eccleſia monaſteriali eſſe poteſt, cap. 55. nu. 6.

1 Beneficium ex ſtatu præſenti præſumitur ſemper tale fuiſſe a principio, cap. 55. nu. 9. & 20.

1 Beneficium dicitur ſeculare, etiam ſi fuerit gubernatum per 40. annos a Religioſis in eo miniſtrantibus tanquam ſecularibus, cap. 55. numero 48.

1 Beneficiȷ ſtatus vltimus, quando ſit attendendus, & quando non, cap. 55. per totum.

2 Beneficium omne de iure præſumetur ſecular. cap. 1. nu. 97.

2 Item beneficiũ de iure ſimplex præſumitur, cap. 1. num. 100.

2 Beneficium ſimplex ex vniuerſali conſuetudine reſidentiam non requirit, licet ex ſpeciali conſuetudine illam poſſit requirere, cap. 1. numero 100.

2 Beneficium eccleſiaſticum dicitur eccleſia, vel capella erecta ſuperioris auctoritate, & dotata, cap. 3. nu. 1. & 2.

2 Ante epiſcopi approbationem non dicitur propriè beneficium eccleſiaſticum, ſed potius quædam pia donatio, vel relictum pium, capitulo 3. numero 3.

2 Beneficium eccleſiaſticum clericis tantum confertur, cap. 3. nu. 7.

Item datur propter diuinum officium, ibidem numero 8.

Item cõfertur in perpetuum, non ad tempus, ibidem num. 9.

Item debet conferri ſine pacto, & conditione, & abſque commodo aliquo temporali, ibidem numero 10.

2 Beneficium aliquando dicitur eccleſiaſticum, quamuis non ſit conferribile, cap. 3. nu. 11.

2 Beneficiȷ eccleſiaſtici appellatione hoſpitale non continetur, quando diſpoſitio eſt pœnalis, ſecus vbi ſumus in materia fauorabili, cap. 3. nu. 21. vſque ad nu. 25.

2 Beneficium ab onere penſionis per ceſſationem coram ſolo notario factam liberatum, non poteſt de nouo reduci in ſeruitutem, niſi cum nouo conſenſu Papæ, etiam ſi titularis confiteatur caſſationem fuiſſe factam per metum, niſi aliundè conſtet de actu meticuloſo, capitulo 18. numero 25. 26. & 28.

2 Beneficium quod in titulum confertur de iure reſidentiam requirit, licet in ſimplicibus contrarium ſeruetur, cap. 32. nu. 1.

2 Be-

2 *Beneſi.ium dicitur electiuum, etiam quod ſit de minoribus, quando electio ſit a capitulo, & epiſcopus confirmat, cap. 94. nu. 37.*

2 B*eneficia hæreticorum ipſo iure vacant, & a quocumque poſſunt impetrari, capitulo 35. numero 1. & 2.*

2 I*tem beneficia ſimoniaci vacant ipſo iure, & impetrari poſſnut abſque alia declaratoria, ſi ſuper illis ſimonia fuerit commiſſa, ſecus in his in quibus ſimonia non fuit contracta, quia opus eſt priuatione, cap. 35. nu. 15. & 16.*

2 B*eneficium antequam ſententia priuatoria ſeratur poteſt validè reſignari, quando priuatio ipſo iure non inducitur, cap. 35 nu. 17. & 71.*

2 B*eneficium ab homicidis, & alijs irregularibus ſine diſpenſatione tutè poſſideri non poteſt contra* F*elinum, cuius opinio reprobatur ex diſpoſitione* C*oncily Tridentini, capitulo 35. numero 74.*

2 *Beneficium incompatibile (circumſcripto decreto) non amittitur ex impetratione ſecundi, niſi impetrans fuerit ſecundum plene conſequutus, cap. 35. nu. 111.*

2 B*eneficia reſidentiam requirentia, aut aliter quomodocumque incompatibilia, etiam ſi canonicatus ſint, vel portiones ex diſpoſitione* C*oncily Tridentini vacant ipſo iure per adeptionem ſecundi pacificè poſſeſſi, capitulo 35. numero 112.*

Idem eſt in beneficijs ſimplicibus reſidentiam requirentibus contra nonnullos, quorum opinio reprobatur, ibidem nu. 113.

2 *Beneficium non acquiritur collitiganti, licèt alter collitigans propter delictum priuetur, cap. 35. num. 120.*

Item non acquiritur, ſine titulo eccleſiaſtico, ibidem nu. 121.

2 Beneficia *electiua, nec modus prouidendi per electionem in diſpoſitione de beneficijs loquente non comprehenduntur, cap. 94. num. 40. & 43. niſi materia ſit fauorabilis, cap. 35. num. 63. & 64.*

2 B*eneficia* P*rothonotariorum Apoſtolicorū, etiam non participantium ſunt Papæ reſeruata, cap. 94. nu. 8. & 9.*

Item beneficia Prothonotariorum, qui a legatis de latere creantur, ibid. nu. 10.

Amplia, vt ad effectum dictæ reſeruationis non ſit neceſſariū docere de acceptatione officij Prothonotariatus, ibid. nu. 11.

2 *Beneficia ſemel affecta ſemper durant affecta, cap. 94. nu. 21.*

2 D*e beneficijs promouendorum tempore vacationis eccleſia, & promotionis diſponi nō poteſt, cap. 94. nu. 47.*

Item beneficia promouendorum ante promotionem non vacant, nec poſſunt reſignari etiam ſequuta electione, ibidem nu. 48. 49. 50. & 51.

2 *Beneficia, ſeu dignitates maiores poſt pontificales in* C*athedralibus, & principales in collegiatis eccleſiæ* G*ermaniæ vigore concordatorū, Papæ reſeruantur, etiam ſi ſint electiua, cap. 94. num 65. & 66.*

2 *Beneficia vacantia per obitum familiarium* C*ardinalium per regulam tertiam* C*ancellariæ ſunt* P*apæ reſeruata, cap. 94. nu. 12.*

A*mplia etiam, quo ad beneficia, quæ familiaris decedens obtinebat ante mortem* C*ardinalis defuncti, & nedum quo ad beneficia acquiſita durante familiaritate prioris* C*ardinalis, ſed etiam quo ad alia prius quæſita, ibidem numero 13.*

Item amplia, quamuis non probetur continuatio familiaritatis per quatuor menſes, quidquid ſit, quo ad effectum regulæ 32. de præſtando conſenſu C*ardinalis præſentis in* C*uria, quando impetratur beneficium a* P*apa vacans per obitum familiaris* C*ardinalis, ibidem nu. 15.*

2 B*eneficia ob familiaritatem* P*apæ libera collationi eiuſdem cenſentur reſeruata, nec requiritur conſenſus* C*ardinalis, in cuius familiaritate beneficiatus exiſtens deceſſit, etiam ſi ille* P*apa obierit, & ita per illius obitum familiaritas fuerit extincta, cap. 94. n. 17. verſ. Reſeruatio tamen.*

Amplia, quamuis beneficiatus eſſet familiaris P*apæ per priuilegium, ibidem in fine verſiculi.*

1 *Beneficium Authen. præſente,* C*. de fideiuſſor. ceſſat, quando fuit renunciatum omni legum auxilio, pag. 281. nu. 7.*

1 Beneplacitum *Apoſtolicum non præſumitur per lapſum temporis in conceſſione decimarum laicis facta poſt* C*oncilium* L*ateranenſe, data etiam obſeruantia inueſtituræ, cap. 13. nu. 3.*

A*mplia etiam ſi concurrat immemorabilis, dummodo non probetur fama priuilegij, ſecus ſi probetur, ibidem nu. 4.*

1 *Beneplacitum* A*poſtolicum validum non præſumitur ex curſu temporis in alienatione rerum eccleſiæ vbicumque apparet de alio beneplacito nullo, & inualido, cap. 13. nu. 6.*

L*imita ſi beneplacitum inualidum ſit productum ab eo, qui alienationem impugnat, ibidem numero 8.*

1 *Beneplacitum* A*poſtolicum ex curſu temporis præſumitur in alienatione rerū eccleſiæ etiam ſi non probetur ſcientia ipſius* P*apæ, & beneplacitum non ſit expreſſe reſeruatum, cap. 13. num. 9. 10. & 11.*

1 B*eneplacitum* A*poſtolicum in alienatione rerum eccleſiæ non præſumitur niſi ſpatio 100. annorum, quando nulla concurrit obſeruantia contractus, quando autem cum temporis lapſu concurrit etiam obſeruantia ſufficiunt 10. anni ſi agatur de leui præiudicio, ſecus ſi de graui, quia tunc ſimul cum obſeruantia requiritur ſpatium 30. annorum cap. 13. nu. 12.*

D*eclara dummodo obſeruantia ſit clara, ſecus ſi ſit præſumptiua, ibidem nu. 13.*

D*eclara ſecundo, vt initium 30. annorum non poſſit ſumi ab inueſtituris antiquis, quando ſunt diuerſæ ab vltima ibidem nu. 16.*

Declara tertio, vt tempus vitæ P*rælati non deducatur de tempore requiſito ad præſumendum beneplacitū, licet ſecus ſit quo ad effectum præſcriptionis, ibidem nu. 17.*

1 Beneplacitum Apoſtolicũ in alienatione rei eccleſiæ requiſitum poſtquam obtentum fuit operatur, vt partes non poſſint amplius pœnitere etiã mundum ſequuta ſententia confirmatoria, cap. 14. num. 1.

Amplia etiam reſpectu ſucceſſoris, qui alienationi non conſenſit, dummodo beneplacitum fuerit impetratum in vita prædeceſſoris, qui alienauit, ibidem nu. 5.

1 Bona in dubio præſumuntur libera, & ſic allodialia, & non feudalia, vel ſeruituti obnoxia, cap. 12. nu. 5. & cap. 85. nu. 14.

Amplia ſecundum opinionem Rotæ, etiam ſi bona in territorio Caſtri, ſiue intra fines feudi contineantur, & ſiue poſſideantur a tertio, ſiue ab ipſo inueſtito de feudo, ibidem, nu. 6.

1 Bona poſſeſſa per filium, quando non præſumantur paterna cap. 12. nu. 15.

Bona aliqua ſi in inſtrumẽto diuiſionis enuncientur libera, alia præſumuntur fideicommiſſo ſubiecta, ibidem nu. 16.

1 Bona fideicommiſſo ſubiecta ſub inſtitutione generali non veniunt, cap. 30. nu. 29.

1 Bona acquiſita per filios viuente patre ex fructibus bonorum ſibi aſſignatorum tanquam profectitia ſunt ipſius patris, licet pater dederit plenam adminiſtrationem filijs, capitulo 58. numero 1. & 2.

1 Bona profectitia ipſo facto patri quæruntur, vt nec momento ſtare poſſint penes filium, ibidem numero 4.

1 Bona prohibita alienari non veniunt in obligatione generali, quando adſunt alia bona, ſuper quibus verificari poſſit obligatio, præſertim ad effectum euitandæ caducitatis, cap. 72. nu. 2.

1 Bona ex ſola gratia obtenta aduerſus delictum non recuperantur, niſi id fuerit expreſſum, cap. 83. nu. 17. & lib. 2. cap. 35. nu. 8.

1 Bona acquiſita ex redditibus eccleſiaſticis regulariter non ſunt ipſorum beneficiatorum, ſed ad eccleſiam pertinent, etiam ſi ſint acquiſita ex redditibus ſimplicium beneficiorum, cap. 2. nu. 12. & 13.

2 Bona acquiſita per hæredem tanquam hæredem ex re non hæreditaria, non tranſeunt ad fideicommiſſum, cap. 17. nu. 8.

2 Bona ſubiecta fideicommiſſo non poſſunt alienari, niſi teſtator hoc expreſſe permittat, cap. 46. num. 1. & 5.

Amplia, vt nec prohibitio legis de non alienando reſultãs ex fideicõmiſſo tollatur, quamuis prohibitio teſtatoris facta in fauorem hæredis pupilli, ſeu minoris ceſſet, ibidem nu. 2.

2 Bona fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa dotis alienari poſſunt, cap. 69. nu. 1. Et aſſignata mulieri pro dote efficiuntur proprium patrimonium illius, ſicut ſi aliunde dotaretur, ibidem nu. 2.

2 Bona fideicommiſſi alienari poſſint nedum pro conſtituenda dote, ſed etiam pro eius reſtitutione, quamuis fideicommiſſum præcedat receptionem ipſius dotis cap. 69. nu. 4.

Item quamuis mulier pro dote fideiuſſorem acceperit ibidem nu. 5.

Item, quamuis bona fideicommiſſo ſuppoſita fuerint diuiſa inter fratres ibidem nu. 6.

Item, quamuis bona expreſſe ſint prohibita alienari, ſecundum opinionem Rotæ, ibidem numero 7. & 8.

2 Bona fideicommiſſi alienari poſſunt etiam pro conſtituẽda dote ſpirituali, quæ religionem intrantibus dari conſueuit, cap. 69. nu. 9.

Item quamuis reſtitutio fideicommiſſi ſit facienda eccleſiæ, vel piæ cauſæ ibidem nu. 10.

2 Bona fideicommiſſi alienari poſſunt etiam pro dotanda muliere ſterili, contra Bart. cuius opinio reprobatur, cap. 69. nu. 11. & 13.

2 Bona fideicommiſſi alienari poſſunt etiam pro apparatibus, qui ſolent dari mulieribus nubentibus, & ſunt de appendicijs dotis, maximè vbi adeſt conſuetudo illos præſtandi, cap. 69. numero 14. & 15.

2 Bona fideicommiſſi non poſſunt alienari pro dote, quando expreſſe alienatio fuit prohibita, etiam ex cauſa dotis, ſecundum vnam opinionem, ſed Rota tenuit contrarium, capitulo 69. numero 16. & 17.

Item non poſſunt alienari pro dote confeſſata, niſi in caſibus, in quibus confeſſio dotis receptæ creditoribus præiudicat, ibidem nu. 18. & 19.

Item non poſſunt alienari, niſi duo copulatiuè concurrant, videlicet obligatio dotandi, & defectus aliorum bonorum, ibidem, nu. 20.

Item alienari non poſſunt, quando legitima, & Trebellianica ad illam conſtituendam poſſunt ſufficere, ibidem nu. 25.

Item non poſſunt alienari, niſi pro dote congrua iuxta arbitrium boni viri, ibidem nu. 26.

2 Bona ſubiecta fideicommiſſo in dubio intelliguntur alienata cauſa euertendi fideicommiſſum, etiam ſi hæres rogatus ſit, quod reliquum eſt ex hæreditate tempore mortis reſtituere, cap. 69. numero 33.

2 Bona ſubiecta fideicommiſſo alienata ex cauſa dotis ſi ſolutio matrimonio ad patrem reuertantur, in priſtinam cauſam redeunt, & eidem fideicommiſſo ſubiacent, cap. 69. nu. 34.

Declara, dummodo filia non viuat, vel filij ex ea non exiſtant, ibidem nu. 35.

2 Bona materna a patre filijs extantibus ex filia mortua ſunt reſeruanda, cap. 69. nu. 36.

2 Bona mariti pro alimentis vxori debitis, an tacitè obligata cenſeantur, cap. 83. nu. 56.

2 Bona illata, & inuecta in prædium Vrbanum, vel ruſticum per conductorem regulariter ſunt domino tacitè hypothecata pro pẽſione, cap. 118. nu. 2. 3. & 4.

Amplia primo, vt inuecta, & illata in prædium Vrbanum ſint tacitè hypothecata nedum Domino ipſius prædij ſciente, ſed etiam ignorante, ſecus quo ad illata, & inuecta in prædium ruſticum, quia ſcientia Domini eſt neceſſaria, ibidem nu. 5. & 6.

Amplia ſecundo, vt etiam inuecta, & illata per minorem conductorem ſint tacitè hypotheca ſecundum vnam opinionem, ſed contraria eſt communis, & verior, ibidem nu. 7. & 8.

Am-

I N D E X.

Amplia 3. vt inuecta, & illata per colonum partiarium ſint etiam tacite hypothecata, & pro illis detur Saluianum *interdictum ibidem n. 9.*

Amplia 4. vt etiam bona coloni, qui pro penſione non ſoluit pecuniam, ſed aliquam ſpeciem ſint tacite obligata ibidem nu. 10.

Amplia 5. vt etiam inuecta & illata per ſubconductorem ſint tacitè obligata, licet ſint inuecta in prædium ruſticum, ibidem nu. 11.

Amplia 6. vt inuecta, & illata ſint hypothecata nedum pro penſione domus, ſed etiam pro eius deterioratione, ibidem nu. 12.

Amplia 7. vt ſemel inuecta, & illata remaneãt tacitè hypothecata, etiam quod deinde amoueantur, & in aliam partem tranſportentur, ibidem nu. 13.

Amplia 8. vt etiam inuecta, & illata per emphiteutam ſint tacitè hypothecata ibidem num. 14.

Amplia 9. vt etiam illata, & inuecta in porticu, ſeu area relocata ſint tacitè hypothecata, ibidem numero 15.

Amplia 10. etiam quo ad illata, & inuecta in naui conducta, ibidem nu. 16.

Amplia 11. etiam quò ad illata, & inuecta in molendinum, licet non nulli contrarium teneant, ibidem nu. 17.

Amplia 12. vt inuecta, & illata ſint tacitè obligata etiam quod Dominus *ſibi ſpecialiter proſpexerit de obligatione certarũ rerum, ibid. nu. 18.*

Limita *1. in inuectis, & illatis non eo animo, vt ibi toto tempore locationis ſint permanſura, ibidem num. 20.*

Limita *2. in nominibus debitorum, ibid. nu. 21.*

Limita *3. in rebus alienis illatis inuectiſue per conductorem, cap. 118. nu. 22. quod tamen declara diſtinguendo nonnullos caſus, ibidem nu. 23. 24. 25. 26. & 27.*

Limita *4. in mercibus venalibus inuectis, & illatis in re locata, cap. 118. nu. 22. ſed quomodo hoc ſit intelligendum per diſtinctionem aliquorum caſuum declaratur, ibidem num. 29. 30. 31. 32. & 33.*

Limita *5. in pecunia inuecta, & illata in prædium vrbanum eo animo, vt dietim pro vſibus quotidianis expendatur, ſecus ſi ibi fuerit recondita, vt ſit loco peculij: Illata verò in prædium ruſticum nunquam eſt hypothecata, ibidem numero 34. & 36.*

Limita *6. in inuectis, & illatis, quæ non veniunt in generali obligatione, & in quibus non poteſt fieri executio, niſi in re locata non adſint alia bona, in quibus dominus ſatisfieri poſſit, ibidem num. 37. & 38.*

1 Bonorum exiſtentium *in certo loco appellatione, non veniunt iura, & actiones, cap. 9. num. 19.*

1 *Bonorum appellatione in diſpoſitione teſtatoris veniunt tantum præſentia, & non futura, licet teſtator vſus fuerit verbis vniuerſalibus, nec adiecerit pro nomen, meum, cap. 30. num. 40.*

Bonorum appellatione in teſtamento, veniunt acquiſita poſt ipſum teſtamentum, quando ex coniecturis apparet, quod teſtator reſpexit ad tempus futurum, etiam ſi coniectura aliunde colligantur, ibidem numero 41.

1 Bonorum *diuiſio, ſeu aſſignatio facta per patrem filijs in eius teſtamento, in dubio cenſetur facta in adminiſtrationem, & peculium, cap. 58. numero 6. 8. & 10.*

Facta *ea intentione, vt ſit traſlatiua dominij non valet, ibidem num. 7.*

Valet, quando fit inter viuos cum iuramento, ibidem num. 9. & 16.

Bonorum *aſſignatio ex diuiſione paterna facta filijs intelligitur ex cauſa peculij etiam ſi in diuiſione dicatur, quod pater in perpetuum, & iure proprio etiam quo ad proprietatem bona aſſignat, & liberam diſponendi facultatem concedit, ſicut ſi eſſent pater familias, ibidem num. 13.*

Bonorum *traditio facta per patrem viuẽtem filijs, & perceptio fructuum facta per filios longo tempore ex dictis bonis, videtur importare donationem inter viuos, ibidem num. 18.*

Bonorum *aſſignatio facta poſt legatum iam factũ, dicitur fieri animo diſſoluendi obligationem futuram legati, ibidem num. 26.*

2 Bonorum *deſcriptio, ex qua poſſit fideicommiſſario ius reddi qualiſcumque ſufficit, ad effectum detractionis trebellianicæ, licèt aliàs inuentarium ſolemne eſſet neceſſarium, cap. 72. nu. 3.*

2 Bonorum *reſtitutio ſi in libello fuerit petita, talis petitio poteſt applicari etiam ad poſſeſſionem dictorum bonorum cap. 75. num. 12.*

4 Breue, *ad effectum decernendi monitorium contra intruſos, ſecundum ſtilum tribunalis Auditoris Cameræ, iuſtificatur per teſtes ſummariè examinatos, cap. 56. num. 7.*

Bulla *Arebinij annullans inſtrumenta rogata per notarium non matriculatum, non habet locum, vbi apparet actum vere factum fuiſſe licet tenor per teſtes non probetur, cap. 46. num. 15.*

1 Bulla Pij Papæ *Quinti de publicandis reſignationibus in totum a Bulla Gregorij XIII. abrogatur etiam in ea parte, in qua diſponitur, quod conſenſus debeat extendi ante obitum reſignantis, alias reſignatio ſit nulla, cap. 51. num. 6. & ſequen. & num. 28.*

Bulla Gregorij XIII. *de publicandis reſignationibus tollit omnes fraudes, quæ ex extenſione conſenſus poſt obitum alias conſiderabantur, ibidem num. 17.*

Item mandat indiſtinctè literas publicari nulla habita conſideratione temporis, quo fuerit extenſus conſenſus, cum ſit contenta ſola literarum expeditione, ibidem num. 25.

Item vult quod a principio facta reſignatione omne ius abdicetur a reſignante, & beneficium vacet, & reſeruetur diſpoſitioni Papæ, ſi publicatio non fiat infra ſex menſes, ibidem num. 26.

2 *Bulla, ſeu priuilegium repertũ in regiſtro aliarum* Bullarum *Papæ & ab eo ſolemniter extractum plenam fidem facit, cap. 9. num. 1.*

Habens ſubſcriptionem officialium Papæ plenam fidem facit non ſolum actus tunc geſti, ſed etiam narratorum per Papam ibidem num. 4.

1 Cadu-

INDEX.

C

1 CADVCITAS *incurritur ſequuta alienatione, etiam ante acceptationem* Eccle*ſiæ, quando bona in caſu alienationis applicantur ipſi Eccleſiæ, cui quæritur ius, ad effectum tamen, vt illud poſſit remittere, cap. 5. nu. 1.*

Caducitas *ob non ſolutionem canonis ante declarationem* Domini *ſoluendo purgatur, ibid. n. 6.*

Caducitas *incurritur etiam abſq; declaratione, ſeu acceptatione, quando reſpicit non ſolum fauorem Eccleſiæ, ſed etiam fauorem voluntatis teſtatoris, ibid. nu. 16. & 18.*

1 Caducitas *incurritur ab* Emphyteuta *ob alienationem, etiam ſi alienatio ſit facta cum clauſula ſaluo conſenſu, vel beneplacito Domini directi, cap. 78. nu. 1.*

Fallit, *quando adijcitur clauſula, & non alias aliter, nec alio modo, ibidem, nu. 2.*

Amplia, *vt ſtante clauſula, & non alias, caducitas, non incurratur etiam ſequuta traditione ante impetrationem conſenſus, ibid. nu. 3.*

Sublimita, *niſi emphyteutas eſſet probibitus alienare etiam cum dictis clauſulis ſimul iunctis, ſcilicet, reſeruato conſenſu Domini, & non alias &c. quia tunc non euitat caducitatem, licet Rota ſoleat omiſſo rigore canonem augere, ibid. n. 7.*

2 Caducitas *non dicitur incurſa propter alienationem, niſi quo ad partem alienatam, etiam ſi aliquis probibeatur alienare, ſeu vendere bona in totum, ſeu parte aliqua ſub pœna caducitatis à cõtractu, & contentis in eo, cap. 14. n. 6. 7. & 8*

Item caducitas non dicitur incurſa, etiam quò ad partem alienatam, ſi antè acceptationem deuolutionis bona fuerint redempta, nec conditio Eccleſiæ ſit effecta deterior, ibid. nu. 10. & 12.

2 Caducitas *ipſo facto intelligitur remiſſa, quando Dominus rei emphyteoticæ poſt factam declarationem caducitatis, recipit canonem pro tempore decurſo poſt pænam caducitatis incurſam, pagin. 290. col. 2, nu. 5.*

Amplia, *etiam ſi* Dominus *proteſtetur ſe canones recipere ſine præiudicio deuolutionis, ibidem n. 6. & 8.*

Amplia 2. *quamuis* Dominus *poſt factam declarationem caducitatis canones non recipiat, ſed tantum petat, ibidem n. 9.*

2 Cancellaria *eſt organum Papæ, & illius extenſioni ſtandum eſt, ſiue clauſulas ſuplicationis reſtringat, ſiue declaret, cap. 18. n. 21.*

2 Cancellaria *quomodo intelligatur eſſe organum* Papæ, *cap. 71. n. 10. & 12.*

Cancellaria *non habet plenitudinem poteſtatis ſicut* Papa, *ibidem n. 11.*

Cancellaria *tenet, quod ius non dicatur plenè radicatum in prouiſo ante expeditionem literarum, ſed ſecundum* Rotam *plenum ius acquiritur per ſolam ſuoplicationem, ibidem n. 13.*

2 Canon *magnus, & correſpondens fructibus reguit contractũ eſſe locationis, licet pacta magis pertineant ad naturam emphiteuſis, cap. 76. n. 3. quod declaratur, ibidem n. 15.*

Canon *exiguus ſoluitur ſolum pro re ſterili, quæ datur ad meliorandum, ibidem n. 26.*

1 Canonici *ſunt fratres, & membra* Epiſcopi, *cap. 69. nu. 23.*

2 Cnonicus *capiens poſſeſſionem canonicatus non capitulariter literis non expeditis, non incidit in pœnam extrauagantis* Iuly Papæ *tertij, ſed tantum poſſeſſio nulla eſt, cap. 35. n. 55.*

1 *Cap. ſi quis præsbiterorum de reb.* Eccleſ. *nõ alienan. declaratur, cap. 5. n. 19.*

1 *Cap. 1. An agnat. vel fil. nunquid procedat in fæudo hæreditario, vel ſolum in feudò ex pacto, & prouidentia remiſſiue traditur, cap. 26. n. 5.*

1 Capitulo, *& Decano ex* Concilio *Tridentino præſeruatur immemorabilis conſuetudo cognoſcendi cauſas criminales, & matrimoniales. cap. 11. nu. 7.*

1 *Capitulum de iure communi præſidente Epiſcopo in Synodo diœceſana præcedere debet Vicarium generalem ipſius* Epiſcopi, *cap. 69. nu. 3. & ſequentibus.*

1 *Capitulum habet omnes prærogatiuas, & priuilegia* Epiſcopi, *quando interuenit cùm illo ad eius perſonam integrandam, cap. 69. nu. 11.*

2 *Capitulum Sede* Epiſcopali *vacante ſuccedit in iuriſdictione* Epiſcopi, *cap. 15. nu. 15.*

Item Sede *vacante poteſt viſitare Eccleſias ſubiectas* Epiſcopatui, *& exigere procurationes debitas ratione viſitationis, ibid. nu. 14. & 16.*

Amplia *idem eſſe, quando datur quaſi Sedis Epiſcopalis vacatio, vt puta Epiſcopo ab boſtibus, vel paganis capto, ibidem, nu. 18.*

2 *Capitulum ex iure accreſcendi recipiens fructus, vel diſtributiones alicuius canonicatus, ſeu alterius beneficij propter abſentiam, vel obitum beneficiati, tenetur ad ſolutionem penſionis reſeruatæ ſuper fructibus, vel diſtributionibus, etiam ſi penſionarius à* Capitulo *nunquàm penſionem exegerit, & in contrarium adſit conſuetudo reiecta opinione* Nauarri, *& aliorum nõnullorum, cap. 18. nu. 50.*

2 *Capitulum ſine Epiſcopo poteſt ſtatuere quò ad modum diuidendi fructus, & diſtributiones quotidianas, ſed circà modum lucrandi ipſos fructus, aut diſtributiones, puta quod etiam nõ intereſſentibus applicetur, ſine Epiſcopo aliquid ſtatuire nequit, cap. 32. nu. 22. & 23.*

Item poteſt in executionem iuris communis per ſe ipſum ſtatuere, quod abſentes nihil lucrentur, dummodò non excedat terminos ipſius iuris communis denegando diſtributiones, ſeu fructus abſentibus ex cauſa neceſſaria, ibid. nu. 24. & 25.

Capitulum non poteſt abſque Epiſcopo ſuper ſtatu Eccleſiæ *aliquid ſtatuere, ibid. nu. 26.*

1 Caput, *& membra non ſunt ſeparanda, & inter ea nullus medius interponi debet; cap. 69. nu. 10. & 24.*

2 Caſtrum *appellatione iuris vniuerſalis continetur, cap. 55. nu. 2.*

Item Caſtro *vendito cum Vaſſalitio, & iure* Vaſ*ſalitio, & omni alio iure, quod venditori competebat, venit Vaſſalitium cum oneribus, & bonoribus, omnibus, ibidem nu. 3.*

2 Caſus inſolitus *dicitur ille, qui non poteſt probare*

bare

bari per memoriam hominis, & ſic quòd ſpatio 60. annorum non euenit, cap 18. nu. 12. & 13.

2 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, cap. 77. nu. 29.*

2 *Caſus fictus in* Statuto *comprahenditur per interpretationem paſſiuam, vel quando æquipararetur verò, cap. 80. nu. 17.*

2 *Caſus fortuitus in locatione nunquam excluditur, niſi expreſsè dicatur, etiã ſi conductor ſuſcipiat in ſe omne dãnũ, et periculũ, pag. 286. n. 17*

1 Cauſa *in priuilegio debet attendi, & ea ceſſante ceſſat priuilegium, cap. 39. nu. 29.*

1 *Cauſa in* Principe *præſumitur, quando ipſe nullam expreſſit, ſed ſi unam expreſſit, licèt inualidã, alia valida non præſumitur, cap. 39. n. 30.*

1 *Cauſa naturalis præſumitur finalis, ciuilis autẽ impulſiua, cap. 50. nu. 6.*

1 *Cauſa diſpoſitionis ſi vtraque ſit naturalis, aut vtraque ciuilis, & æquè potens, vtraque etiam præſumitur finalis, & ſufficit alteram adeſſe, dicèt vna ceſſet, ſecus ſi vna ſit naturalis, alia ciuilis, quia naturalis præſumitur finalis, qua ceßante diſpoſitio ceſſat, quamuis cauſa ciuilis permaneat, cap. 50. nu. 8. & 9.*

1 *Cauſa oneroſa in cõtractu emphyteotico dicitur illa, quæ excludit liberalitatem concedentis, ſecus ſi gratia concedentis præponderet, cap. 74. nu. 5.*

2 *Cauſa in gratia, ſeu ſupplicatione narrata non eſt verificanda, quando conſtat de re, cuius cauſa, vel demonſtratio dicitur, niſi ſit talis, ſine qua impetrans gratiam non obtinuiſſet, vel niſi poſita ſit ſub conditione, cap. 1. nu. 145.*

2 *Cauſa delegata* V*icario* E*piſcopi, vel alterius perſona ſub nomine dignitatis, quando tranſeat in eius ſucceſſorem, cap. 7. per totum.*

2 *Cauſa per quam actus factus de nouo teneret, non probatur per confeſſionem illius, qui non poteſt de nouo actum facere, cap. 18. nu. 27.*

2 *Cauſa principalis differt à cauſa appellationis, cap. 77. nu. 30.*

2 *Cauſa alimentorum compenſationem non admittit, cap. 83. nu. 4.*

Item cauſa alimentorum futurorum negotium principale ſuſpendit, & ſi alimenta ſint illiquida, de eo non cognoſcitur, niſi offerratur cautio, vel depoſitum fiat per illorum cautione, ibidem. nu. 8. 10. & 11.

2 *Cauſa priuilegiata reſpectu proceſſus alterius cauſa concurſum non admittit, cap, 83. nu. 9.*

1 *Cauſa beneficiales citius, quàm fieri poteſt, terminari debent, cap. 87. nu. 43.*

1 Cedens *alicui omnia iura ſibi competentia contrà alterum, videtur etiam cedere poteſtatem capiendi auctoritate propria ei in inſtrumento conceſſa cap. 40. nu. 1.*

2 *Cedens ſcienter rem alienam, aut alienari prohibitam tenetur de euictione, et ad intereſſe, quamuis in contractu ſit appoſitum pactum, quod in caſu euictionis liceat ceſſionario redire ad primaua iura perinde, ac ſi inſtrumentum factum non fuiſſet, cap. 19. nu. 12.*

1 Cedula *priuata, ſeu apocha, quando dicatur ſufficienter recognita, & quam fidem faciat; Item quando præiudicet poſterioribus creditoribus habentibus hypothecam, ſeu pignus ex publico inſtrumento, cap. 79. per totum.*

1 Cenſus *ſimpliciter impoſitus ſuper prædio, cuius medietas eſt prohibita alienari, quo ad partem liberam ſuſtinetur, etiam ſi* cenſus *ſit impoſitus ſuper prædio deſignato cum ſuis confinibus, cap. 72. nu. 1. & 4.*

Cenſus impoſitio valet, quamuis totum prædium ſit prohibitum alienari, ſi prohibitio ſit nuda ab omni cauſa, tam expreſſa, quam tacita, ibidem numero 5.

2 *Cenſus impoſitio ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, & expreſsè alienari prohibita ab initio ſuſtinetur, cap. 61. nu. 1.*

Cenſus non obligat præcisè venditorem ad transferrendum dominium rei in emptorem, ſed tantum ad intereſſe, ibid. nu. 2. & 6.

Cenſus impoſitio valet in præiudicium venditoris ſcientis prædium eſſe ſubiectum fideicommiſſo, & expreſsè alienari prohibitum, licet ſecus ſit quo ad præiudicium emptoris talem notitiã non habentis, ibid. nu. 5.

2 *Cenſus durat, & illius fructus emptori debentur etiam poſt relaxationem mandati pro reſtitutione ſortis principalis, quando talis relaxatio fit ſolum ad effectum deponendi ipſam ſortem, donec venditor doceat bona eſſe libera, vel adimpleat promiſſa in inſtrumento, cap. 61. nu. 7.*

Idem eſt, quamuis mandatum fuerit relaxatum ad effectum conſignandi ſortem ipſi emptori, donec ea in effectu reſtituatur, ibid. nu. 8.

Amplia, vt fructus cenſus currant vſque ad reſtitutionem ſortis principalis, etiam quãdo ſors fuit ſequeſtrata in manibus venditoris, ibidem numero 9.

2 *Cenſus parte inuita, non poteſt extingui pro parte, cap. 61. nu. 10.*

1 Ceſsio *rei feudalis nouum conſenſum* Domini *non requirit, quando in conceſſione ipſe* Dominus *conſentit, quòd res poſſet vendi, & alienari, cap. 40. nu. 2.*

2 *Ceſſio nomen non extinguit, pagin. 177. num. 3.*

1 *Ceſſionarius intentans utilem actionem ex ceſſione, non debet illam fundare ſuper obligatione, & hypotheca fundata in perſonam ſuam, ſed in perſonam cedentis, & petere adiudicari ſibi, cap. 40. nu. 3.*

Ceſſionarius poteſt petere aſsiſtentiam ex hypotheca, & poteſtatem capiendi cedenti competentem, & petere feudum ſibi adiudicari, dummodo in adiudicatione nouus conſenſus Domini interueniat, ibidem nu. 5.

1 *Ceſſionarius tenetur ea omnia adimplere, ad quæ ipſe cedens ſe obligauit, cap. 88. nu. 10.*

Ceſſionario obſtat exceptio, quæ repellit quoque ipſum cedentem, ibid. nu. 13.

2 Cippus *domus quando eſt vocatus ſolum ſuccedunt illi, qui ſunt in rerum natura tempore purificati fideicommiſſi, niſi adſint verba (in perpetuum) cap. 50. nu. 7.*

1 Citatio *in relaxatione mandati vigore ſententiæ requiri-*

quiritur, aliàs executio non valet, maximè ſi non idem iudex, qui ſententiam protulit eam mandet executioni, ſed alius; Vel executio fiat aduerſus hæredem condemnati, cap. 31. num. 1. 5. & 6.

Amplia etiam ſi adſit res iudicata ob non interpoſitam appellationem, vel propter deſertam appellationem interpoſitam, ibid. nu. 2.

Item amplia, quamuis fiat executio ſuper eadem re, ſuper qua fuit iudicatū, & inter eaſdem partes inter quas fuit pronunciatum, ibidem numero 3.

1 Citatio filiorum legitimorum in legitimatione non requiritur, quando de illis fit mentio, ſecus ſi de illis mentio non fiat, capitulo 35. numero 1. & 6.

1 Citatio legitimè facta non eſt vlterius facienda in alijs terminis, quando citatus expreſsè recuſauit nolle amplius comparere in iudicio, cap. 57. num. 6.

2 Citatio partis non requiritur in declaratione pretij rei venditæ facienda per arbitratorem, licèt in diſcuſſione negotij ſibi commiſſi ſit neceſſaria, cap. 70. nu. 2. & 3.

Item non requiritur in relatione facienda per peritos, quidquid ſit in electione ipſorum, ibidem num. 4.

2 Clauſula acceſſoria regulatur ſecundum naturam gratiæ principalis cap. 1. num. 114. & cap. 37. nu. 33.

2 Clauſula acceſſoria poſita in reſcripto conditionali eandem recipit conditionem, cap. 38. numero 32.

2 Clauſula derogatoria, etiam valde prægnās non porrigitur ad ea, quæ præſumuntur ignorata, cap. 40. nu. 36.

1 Clauſula derogatoria ſola non tollit totam præcedentem conſtitutionem, etiam in his, quæ non ſunt penitus contraria ſecundæ, vbicumque adſunt verba generalia cap. 51. nu. 22.

2 Clauſula generalis nihil operatur in ignoratis, cap. 35. nu. 10.

1 Clauſula generalis refertur ad rem, & cauſam prius ſpecificatam, cap. 39. nu. 32.

2 Clauſula actum, poſita in ſcriptura notarij denotat perfectionem, cap. 68. nu. 6.

Item operatur, vt ſcriptura illam continens poſſit redigi in publicam formam, ibidem numero 7.

Declara, dummodo clauſula, actum &c. ſit poſita in fine inſtrumenti, ſecus ſi in principio, vel medio, quia non denotat actus perfectionem, ibid. nu. 8.

Itē declara, vt dicta clauſula, licet denotet perfectionem, non tamen importet ſtipulationem, ibidem nu. 9.

Clauſula actum, &c. poſita in teſtamento cæci facto ſine ſolemnitatibus, non operatur, vt ſuſtineatur in vim donationis cauſa mortis non data præſentia donatarij, ibidem nu. 10.

2 Clauſula (ad meliorandum) in conceſſione emphiteuſis adiecta, intelligitur quo ad culturam, & modicas refectiones, non autem quo ad magnas impenſas, & noua ædificia, capitulo 110. num. 12.

1 Clauſula (arbitrio Rotæ) in reſcripto, ſeu cōmiſſione appoſita intelligitur prout de iure, cap. 97. numero 2.

1 Clauſula (arbitrio, etc.) directa illi, qui alias habebat facultatem procedendi prout de iure, videtur magis accedere ad liberum arbitriū, quo caſu rigor iuris omitti poteſt, & ſeruari æquitas iuris gentium, ibid. nu. 1. & 3.

1 Clauſula (arbitrio) adiecta clauſulæ parito iudicato, operatur, vt ſi quis habeat iuſtam, & honeſtam cauſam non parendi, non obſtante dicta clauſula, poſſit audiri ſuper bono iure, cap. 87. nu. 40. & 41.

Declara dūmodo clauſula parito iudicato arbitrio, etc. nō detur in cauſa reſtitutionis aduerſus tres conformes, quia tunc non impedit executionem, niſi clara ſit iniuſtitia, ibid. nu. 42.

1 Clauſula (arbitrio) addita clauſulæ (ſine retardatione ſolutionis penſionis) operatur, vt cenſeatur data facultas cognoſcendi de validitate, vel inualiditate penſionis, ad effectum procedendi cum retardatione, vel ſine, capitulo 22. numero 30.

Item operatur retardationem ſolutionis penſionis, donec literæ iuſtificentur, ibid. nu. 31.

2 Clauſula (attento conſenſu maioris partis) poſita in Breui non eſt verificanda, capitulo 1. numero 136.

2 Clauſula codicillaris operatur, quod ſubſtitutio, quæ non poteſt habere locum iure directo, tranſeat in fideicommiſſariam, cap. 21. nu. 13.

2 Item operatur fideicommiſſum ad fauorem ſubſtituti, quando inſtitutio facta fuit caduca per mortem inſtituti, cap. 78. nu. 4.

Clauſula codicillaris conſeruat, & validat omnia contenta in teſtamento, ibid. nu. 5.

Item operatur fideicommiſſum, quamuis poſthumus fuerit ignoranter præteritus, & pater vixerit tanto tempore poſt mortem poſthumi, quòd potuerit mutare teſtamentum, & non mutauit, ibid. nu. 6. & 7.

2 Per clauſulam codicillarem poſthumus cēſeatur ab inteſtato grauatus reſtituere hæreditatē ſcriptis hæredibus, quamuis extraneus ſit inſtitutus, & teſtatore viuente ipſe poſthumus moriatur, cap. 78. nu. 8.

Clauſula codicillaris non operatur quod vulgaris trahatur ad fideicommiſſum in caſu, in quo fideicommiſſaria non comprehenditur, ſecus vbi facta eſt compendioſa, quæ continet etiam fideicommiſſariam, ibid. nu. 9. & 10.

Clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis, an operetur effectum ſuum, ibidem numero 11.

Clauſula codicillaris propter verbum (valere) in ea appoſitum conſeruat teſtamentū quocumque tempore reperiatur non valere, ibidem nu. 12. & 13.

1 Clauſula conſtito de tribus conformibus intelligitur de ſententijs iuſtis, ſecundum ſtilum Rotæ, cap. 86. nu. 30.

a Clau-

2 Clauſula (conſtito quod defunctus obierit in poſſeſsione, &c.) *non requirit iuſtificationem de tempore obitus, quando fuit probatum ipſum defunctum ſemel in vita poſſediſſe, cap. 1. numero* 181.

Item non eſt iuſtificanda, quando in ea non ſit mentio de pertinentia collationis, ſi autem de illa mentio fiat, talis narratiua, tanquam conditio dictæ clauſulæ verificari debet, ita vt ex dicta pertinentia inducatur reſeruatio propter quam Breue *fuit conceſſum, ibid nu. 184.*

2 Clauſula (cuius ad id expreſſus accedit conſenſus) *in reſeruatione penſionis poſita non eſt iuſtificanda, cap. 1. nu. 137.*

Declara ſecundum Rotam, quando dicta clauſula ponitur in literis expeditis; ſecus ſi ſit poſita in ſupplicatione, quia tunc ſtat conditionaliter, & eſt verificanda, ibidem numero 138. & 139.

Sed contrarium, quod immo dicta clauſula poſita in ſupplicatione non ſtet conditionaliter, defenditur, ibid. nu. 140. & 162.

2 Clauſula (decedentibus ab inteſtato) *in teſtamento adiecta, quomodo intelligatur, cap. 66. numero 5.*

2 Clauſula (de non petendo remiſsionem penſionis etiã ob caſus inſolitos,) *non intelligitur de caſibus inſolitis, qui veriſimiliter prauideri non poſſunt, nec illis dicitur renunciatum ſecundum opinionem magis communem, cap. 18. num. 10. & 11.*

2 Clauſula (dummodo alteri non ſit ius quæſitum) *non ſuſpendit executionem gratiæ, ſed tantum præſeruat iura, ita vt conſtito de iure quæſito, gratia reddatur nulla, nec egeat iuſtificatione, cap. 1. nu. 172. & 173.*

2 Clauſula (dummodo omnes penſiones ſimul non excedant, &c.) *appoſita in reſeruatione penſionis, ſiue importet conditionem, ſiue modum, in vtroque caſu iuſtificanda eſt ab eo, qui intentionem ſuam fundat in gratiâ, capitulo 1. numero 70.*

Item appoſita poſt reſeruationem puram, ſi adſit clauſula (etiam ſi ſuper illis aliæ penſiones reſeruatæ exiſtant) *modificat dictam clauſulam, ita vt onus iuſtificandi conditionem non ſpectat ad penſionarium, niſi titularis oſtendat, quod adſint aliæ penſiones antea reſeruatæ, ibidem nu. 71.*

2 Clauſula (dummodo remaneant centum pro Rectore) *in reſeruatione penſionis appoſita operatur, vt agens ad penſionem debeat hoc iuſtificare, etiam ſi ſit in poſſeſsione exigendi, cap. 1. num. 72. & 73.*

Limita, niſi is, qui penſione fuit grauatus dictæ penſioni conſenſerit, tunc enim contra eum poteſt procedi executiuè ſine iuſtificatione literarum, dummodo gratia ſit pura, non autem contineat conditionem, vel modum, ibidem numero 74. & 75.

2 Clauſula (ex nunc, & de cætero perpetuis futuris temporibus) *ſola non operatur, vt conſtitutio liget a die datæ, ſed tantum a die publicationis, ſiue promulgationis. cap. 39. nu. 28.*

Limita, niſi addatur clauſula; (ex tunc ac ſi a die datæ præſentiũ, &c.) *quia tunc conſtitutio obligat etiam ante publicationem, ibidem numero 29.*

2 Clauſula (habita, vel non habita poſſeſsione beneficij) *interpretatur ſecundum Rotam, vt non operetur vltra vnum, aut duos, vel tres annos, vbi ſubeſt iuſta cauſa, cap. 18. nu. 4.*

Eſt inuenta ſolum, vt obuietur malitiæ eorum, qui differrunt capere poſſeſsionem beneficiorum animo eludendi penſionarios, ibidem numero 5.

Non operatur vltra mentem proferrentis, & contrahentis diſpoſitionem, quamuis adſit iuramentum, ibid. num. 6.

1 Clauſula (iuſtitiam faciat, prout de iure,) *& alia ſimilis poſita in commiſsione ſignata manu Papæ per regentem Cancellariæ, nõ faciunt cenſeri commiſsionem ipſam redactam ad terminos iuris, cap. 98. nu. 2.*

Item poſita in extenſione Regentis operatur tantum in reſcriptis ſignaturæ iuſtitiæ, & non in commiſsionibus ſignaturæ gratiæ, ibidem numero 5.

1 Clauſula (libere, & pure, &c.) *adiecta in inſtrumento donationis non alterat naturam ipſius in cauſam expreſſam facta ſed potius intelligitur appoſita per errorem, & ex ſtylo notarij, cap. 27. nu. 9.*

2 Clauſula (motu proprio) *tollat vitium ſubreptionis, cap. 1. nu. 163.*

Non tollit vitium ſubreptionis, nec purgat falsò expreſſa in tertij præiudicium, ibidem numero 168. & 169.

Clauſula motu proprio, ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & ſimiles, non operatur in his, quæ Princeps *ignorauit, ibidem numero 170.*

2 *Clauſula motu proprio continet in ſe clauſulam ex certa ſcientia, & operatur, vt nihil opponi poſsit, quod annullet gratiam, capitulo 18. num. 45. & 46.*

2 Clauſula (non obſtante aliqua lege in contrarium) *tollit etiam ius commune, cap. 23. nu. 10.*

1 Clauſula (non obſtantibus conſtitutionibus, & ordiuationibus Apoſtolis) *non intelligitur de editis in Concilijs generalibus, ſed de aditis per ſolum* Papam, *cap. 19. nu. 8.*

1 *Clauſula (non obſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non legibus Imperialibus, ſtatutis qualitercumque roboratis, cæteriſque contrarijs, &c.) in legitimatione poſita quid operetur; capitulo 35. numero 4.*

1 Clauſula (omni meliori modo) *adiecta inſtitutioni hæredis, importat idem quod pleno iure, quando illi præcedit copula, ſecus quando ſtat ſine copula, quia tunc non ampliat inſtitutionem, ſed tantum confirmat, capitulo 29. numero 72.*

ee   2 *Clau-*

Clauſula (omni meliori modo) in ſubſtitutione appoſita operatur etiam pupillarem ſubſtitutionem, ſi iſte ſit melior modus, dummodo perſonis, & verbis pupillaris conueniat, ſecus ſi verba, & mens teſtatoris repugnet pupillari, pagin. 299. nu. 46. & 48.

Item poſita in fine aliarum ſubſtitutionum operatur, quod omnes præcedentes ſubſtitutiones factæ intelligantur omni meliori modo, & ſic vnaqueque ſuo meliori modo, ibid. nu. 46.

1 Clauſula (parito iudicato) *per ſignaturam datur, quando ſententia non eſt appellabilis, & iudex benè proceſſit, cap. 86. nu. 1.*

Clauſula (parito iudicato, & conſtito de bono iure) in commiſſione appoſita non grauat partem plena probatione, ſed ſufficit in aliquo docere de iuſtitia in negotio principali, ibidem numero 12.

Clauſula (parito iudicato) opponitur, vbi adeſt iudicatũ, etiam ſi non adſint tres ſententiæ conformes, niſi aliqua cognitio requiratur ſuper ipſo iudicato, quo caſu datur clauſula, prout de iure, vel clauſula conſtito de legitimo impedimento ad appellandum, ibid. nu. 14.

Non datur in cauſis beneficialibus, quando lata eſt vnica ſententia per audientiam contradictarum, quæ in rem tranſiuit iudicatum, ſed ſolum quando lata fuerunt duæ, vel plures ſententiæ, ibid. nu. 16. & 17.

1 *Clauſula parito iudicato datur per ſignaturam quotieſcumque lata fuerunt tres ſententiæ conformes, cap. 86. nu. 18.*

Item, quamuis ab interlocutoria appellatum fuiſſet ante tertiam ſententiam, & ea poſtmodum lata, cauſa appellationis peteretur alteri committi, ibid. nu. 19.

Item tribus etiam ſententijs conformibus non latis ſucceſſiuè, ſed cum alterius diſſimilis media pronunciatione, ibid. nu. 20.

Item quamuis ſtatutum tollat ſecundam appellationem, & velit, quod duæ conformes faciant rem iudicatam, ibid. nu. 21.

Item latis etiam tribus ſententijs in parte conformibus, licet non quo ad omnia, ibidem numero 23.

1 *Clauſula parito iudicato non datur, etiam poſt trinam ſententiam, quando executio eſt talis, vt eius præiudicium ſit irreparabile, capitulo 86. numero 27.*

Item non datur, quando nullitas eſt euidens ex eiſdem actis, vel incontinenti probari poteſt, ibidem num. 28.

Item non datur etiam latis tribus conformibus, quando ex eiſdem actis conſtat de notoria iniuſtitia ſententiarum, ſed reſcribitur cum clauſula, ſine præiudicio trium conformium, vel conſtito de tribus conformibus, ibid. nu. 29.

Item non datur vigore trium conformium, quando tertia ſententia fuit lata ſuper deſertione appellationis, ibid. nu. 32.

Item non datur, quando petens reſtitutionem eſt pauper, ſed reſcribitur cum clauſula, dimiſſa poſſeſſione tantum, & reſeruatis fructibus, & expenſis in fine litis, cõſtito de oratoris paupertate, ibid. nu. 33.

Item non datur, quando condemnatus per tres conformes petit, quòd non detur effectus executorialium contra ſe, niſi prius canonizata ſubrogatione ſubrogati, licèt de iure ipſius condemnati non conſtet, ibid. nu. 35.

Item non datur, quando minor, vel eccleſia aduerſus tres conformes, &c. reſtitutionem petit, ſed reſcribitur cũ clauſula, prout de iure, dummodo ex nouis, vel antiquis aliquid appareat, quod præſumptionem calumniæ excludat, ibid. numero 37.

Limita primo niſi in effectu cum ipſo minore nihil fuit geſtum, vel quando obligatio habuit originem contra maiorem, ibid. nu. 38.

Limita ſecundo ſi reſtitutio non ſit releuans, ibidem num. 39.

Limita tertio ſi tempore, quo reſtitutio petitur executio ſit iam capta, ibid. nu. 40.

1 *Clauſula parito iudicato non datur contra tertium non vocatum, cap. 86. nu. 42. quod declaratur, ibid. nu. 56.*

Item non datur quando tertius ante tres ſententias conformes ſe oppoſuit, & intereſſe ſuum declarauit ibid. nu. 51.

1 *Clauſula parito iudicato in reſcripto appoſita operatur, vt quis non poſſit audiri, niſi facta integrali executione, videlicet dimiſſa poſſeſſione nec non fructibus, & expenſis vſque ad obolum reſtitutis, cap. 87. nu. 1. & 3.*

Tribuit iuriſdictionem conditionalem, hoc eſt quatenus ſit paritum iudicato, &. non aliter, ibid. num. 2.

Item operatur ſuſpenſionem iuriſdictionis, quamuis reſpectu fructuum fiat oblatio, licèt fructus ſint illiquidi, ibid. nu. 4.

Item operatur, quod ſi res iudicata condemnet in fructibus, petens procedi ad ulteriora teneatur ipſe fructus liquidare, vel impetrare commiſſionem, per quam præfigatur aduerſario terminus ad liquidandum, quo elapſo proceditur in negotio principali, ibid. nu. 6.

Declarat, niſi vtraque cauſa, tam negotij principalis, quam liquidationis fructuum tendat ad executionem ſententiæ, quia tunc in vtraque pariter procedi poteſt, ibid. nu. 7.

1 *Clauſula parito iudicato appoſita in pacto inter partes operatur, vt non poſſit dari mandatum de manutenendo contra eum, cuius fauore parendum eſt, cap. 87. nu. 10.*

Item operatur quamuis reſcriptum fuerit obtentum ab anteceſſore, quia afficit etiam ſucceſſorem cauſam proſequi volentem, ibidem numero 11.

Item operatur quamuis cauſa reſtitutionis in integrum ſimul fuerit commiſſa, ibidem numero 12. & 15.

1 *Clauſula (parito iudicato) obſtat cuicumque ad cauſam venienti, etiam quod ad eum paritio non ſpectet, cap. 87. nu. 16.*

Item

Item operatur quoad expenſas factas in partibus ibid. num. 38.

Operatur, quamuis non ſit expreſſe appoſita in commiſſione, ſed tacitè ſubintelligatur, ibidem numero 19.

1 *Clauſula (parito iudicato) appoſita in prima commiſſione cenſetur repetita in ſequentibus etiam contra tertium venientem ad cauſam pro ſua defenſione cum noua commiſſione, cap. 87. num. 20. & 21.*

Declara ut repetita cenſeatur in commiſſione ſequenti, quando cum cauſa antiqua eſt complicata etiam cauſa noua, & agens vult proſequi cauſam antiquam, ſecus ſi ea omiſſa proſequatur tantum nouam, ibid. nu. 23.

1 *Clauſula parito iudicato non operatur ultra iudicatum, cap. 87. nu. 24.*

Operatur etiam quoad omnia pertinentia liquidata in executione ſententiæ lata in iudicio uniuerſali, ibid. nu. 25.

Non operatur, quando reſpectu negotij principalis aliquid non eſt dandum, & præſtandum ab eo, qui contra ſe rem iudicatam habet, ſed ab alio, quia tunc ſufficit pro paritione condemnati ceſſio verbalis, & patientia, ibidem numero 26.

Item non operatur reſpectu refectionis expenſarum, niſi quando latæ ſunt tres ſententiæ conformes, ſecundum opinionẽ Rotæ, ſed ſecundum ſignaturam operatur etiam quoad expenſas, licet unica ſententia lata fuerit, quæ in rem tranſiuerit iudicatam, ibid. nu. 27. & 28.

Item non operatur, quando is, in cuius fauorem fuit appoſita, tranſegit lite pendente, ibidem numero 29.

Item non operatur, quando ſententia eſt nulla, nec aliquam executionem meretur, dummodo nullitas ſit euidens, & ex tribus, ibidem numero 30. & 31.

Item non operatur, quando ſententia eſt notoriè iniuſta, ibid. nu. 33.

Item non operatur, quando pars, ad cuius fauorem fuit appoſita in iudicio de illa non opponit, ſed patitur cognoſci de iuſtitia, & meritis cauſæ, quod procedit etiam in ſubrogato ad ius, & quoad litem illius, cui dicta clauſula fuit conceſſa, ibid. nu. 34. & 35.

1 *Clauſula parito iudicato, ut renunciatum non dicatur, oportet de illa in quolibet actu proteſtari, cap. 87. nu. 36.*

Clauſula parito iudicato iuncta eſt clauſula (arbitrio Rotæ) non operatur, quominus habens iuſtam, & honeſtam cauſam non parendi poſſit audiri ſuper bono iure, ibid. nu. 40. & 41.

Declara, niſi clauſula (parito iudicato arbitrio Rotæ,) detur in cauſa reſtitutionis aduerſus tres conformes, quia tunc non impeditur executio, niſi clara ſit iniuſtitia, ibidem numero 42.

1 Clauſula (prout de iure) *datur in commiſſione cauſæ beneficialis, quando reſtitutio petitur prætextu alicuius excuſationis, & lata eſt unica ſententia, quæ ſit appellabilis, ſed in rem iudicatam tranſiuerit, ſecus ſi reſtitutio petatur prætextu boni iuris tãtum, quia tunc datur clauſula parito Iudicato, & conſiſto de bono iure, cap. 86. nu. 11.*

Item appoſita per Regentem Cancellariæ in reſcripto, ſeu commiſſione ſignata manu Papæ per verbum (placet,) non facit cenſeri ipſam commiſſionem reddactam ad terminus iuris, cap. 98. num. 2.

2 Clauſula (prout hactenus conſuetum extitit, &c. vel iuxta ſolitum,) *& ſimiles appoſita in gratia, ſi ſtent conditionaliter ſunt iuſtificandæ, et gratia ſuffragetur, ſecus quando ſtant cauſaliter, quia illis etiam non verificatis gratia ſuſtinetur, capitulo 1. numero 76. & 77.*

Stat conditionaliter quando refertur ad aliquod incertum, & cauſatiuè quando ad aliquod certum, ibid num. 78.

1 Clauſula (quam, & quas habet, mouet &c.) *in reſcripto, ſeu commiſſione appoſita operatur, ut poſſit deduci omne ius, & omnis actio competens etiam per viam querellæ, præſertim quando additur clauſula (cauſa, & occaſione præmiſſorum,) vel clauſula (rebuſque alijs, &c.) Aut quando additur clauſula (cum omnibus incidentibus) cap. 29. nu. 1.*

Operatur dictum effectum etiam quando extat in commiſſione appellationis, & appellatio fuit interpoſita a ſententia lata ſuper aliquo iure particulari, & non ſuper omni iure competenti, ibidem num. 2.

Si *ſit reſtricta de et ſuper præmiſſis, ſtat reſtrictiuè, nec extenditur, ut comprehendat omne ius competens ibid. nu. 3.*

Operatur ſtante generalitate commiſſionis, ut ſucceſſiuè poſſint plura remedia, quamuis inter ſe contraria intentari, ibid. nu. 4.

Item operatur, quod licet in prima inſtantia fuerit actum ad obſeruantiam contractus, tamen in ſecunda poſſit agi de nullitate, ibidem numero 5.

Item operatur, quod iudex, aut is contra quem eſt impetrata commiſſio, poſſit procedere, prout in prima, etiam ſi nulla præceſſerit ſententia, nec appellatio, maximè ſi adſit clauſula, vnacū toto negotio principali, ibid. nu. 6. 8. & 9.

Item operatur, quòd tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe ſimiliter poſſit procedere prout in prima inſtantia, dummodo a prima ſententia non appellauerit, ſecus ſi appellauit, ibidem nu. 13. & 16.

Item operatur, ut deſerta appellatione poſſit pronunciari tanquam in prima, quando appellatio eſt interpoſita ab interloquutoria, vel a diffinitiua ſuper aliquo incidenti, ita quod non diffiniat totum negotium principale, ſecus quando eſt interpoſita à diffinitiua reſpiciente totum ipſum negotium principale, ibidem numero 17.

Operatur dumtaxat ſi pars ea utatur deducendo ius ſuum ad ſpeciem, vel faciendo citare ad dicendum contra commiſſionem, & ad

libellandum, & ſeruando alios terminos ſubſtantiales prout in prima, ſecus ſi ea non vtatur, vel ſe reſtringat ad aliquod ius particulare, ibid. nu. 18.

Item in commiſſione appellationis poſita operatur, vt poſsit procedi prout in prima, actis non tranſportatis, ſecus ſi ſit poſita in diuerſa commiſſione, ibid. nu. 19. & 21.

3 Clauſula (quatenus capitula ſint licita, & honeſta) *quando in confirmatione tenor illorum inſeritur, ſtat cauſatiuè, quando autem non inſeritur ſtat conditionaliter, capitulo 47. numero 2. & 7.*

Conditionaliter intellecta de ſui natura non poteſt dici verificata, niſi ſequatur declaratio, ibidem nu. 3.

Amplia quamuis Princeps, vel Papa velit capitula haberi pro expreſsis, ac ſi tenor illorum de verbo ad verbum eſſet inſertus, ibidem numero 4.

3 Clauſula (quatenus contra) *in appellatione poſita, non facit cauſam appellabilem, vbi ſententia ſit lata in poſſeſſorio, neque parti aduerſa in aliquo ſuffragatur, cap. 75. nu. 20. & 21.*

3 Clauſula (quatenus Aegidianæ conſtitutioni locus non ſit) *datur tantum in ſtatu eccleſiaſtico, ſi iudex in profano poſſeſſorio non benè iudicauerit, cap. 87 nu. 2.*

1 Clauſula (quatenus idoneus reperiatur) *poſita in gratia in forma dignum, non reddit gratiam conditionalem, quo ad eius ſubſtantiam, ſed tantum reſpectu executionis, & prouiſionis facienda, qua eſt dilata in tempus poſtquam idoneus fuerit repertus, cap. 14. nu. 3.*

3 Clauſula (quæ omnia, & ſingula promiſerunt obſeruare) *in contractu adiecta ad omnia refertur, & continet mutuam contrahentium obligationem, ſeu ratificationem, cap. 144. numero 7.*

3 Clauſula (quia ſicut genitor noſter tibi feudum conceſsit, ita & nos concedimus) *non reſtringit Vaſſallum, vt pro validitate ſecundæ conceſsionis teneatur primam oſtendere, cap. 1. numero 147.*

1 Clauſula (quod ad legitimam executionem procedat) *datur in cauſa executiua alteri executiui quando conſtat quod primus iniuſtè proceſſit, cap. 86. nu. 7.*

Non datur niſi Iudici appellationis, ibidem numero 9.

3 Clauſula (quod bona vadunt de vno in alium, & ſemper ad proximiorem) *quid importet, cap. 103. nu. 15.*

3 Clauſula (quod de ſubreptione, & obreptione dici non poſsit) *poſita in gratia ad poſtulationem partis ſola non impedit, quia de defectu intentionis poſsit opponi, ſed intelligitur veris exiſtentibus narratis, niſi ſit poſita in gratia motu proprio conceſſa, vel adſit clauſula, ſublata aliter iudicandi, &c. cap. 1. num. 90. & 91. & cap. 37. nu. 58. & ſequen.*

3 Clauſula (quod plus petere non poſsit) *in legato facto creditori adiecta, non trahitur ad ius de futuro, tempore legati ignorabatur, nec ad ius ſuperueniens, quod non habet cauſam de præterito, cap. 66. nu. 3.*

Item non operatur, quando is, cui legatum eſt factum, nullum aliud ius habet, cui dicta prohibitio adaptari poſsit, ibid. nu. 4.

1 Clauſula (quorum tenores, &c.) *poſita poſt clauſulam* Non *obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, non ampliat conſtitutiones Papales, ad conſtitutiones generales, de quibus nullum verbum factum fuit, præſertim ſi clauſula, non obſtantibus, &c. habeat alia intermedia, videlicet, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolis, & ſtatutis, quorum tenores, &c. cap. 19. n. 9. & 10. & lib. 2. cap. 38. nu. 44.*

2 *Poſita poſt derogatoriam generalem non obſtantiarum, idem operatur, ac ſi nominatim in contrarium obſtantibus fuiſſet derogatum, cap 40. numero 1.*

Item operatur, vt ad effectum ſufficientis derogationis, illius vigore poſsit inſeri totus tenor obſtantiarum, ibid. nu. 2.

Item operatur derogationem ſpecificam nedum in diſpoſitione motu proprio facta, ſed etiam ad inſtantiam partis, ibid nu. 3.

Amplia quamuis diſpoſitio cui derogatur habent clauſulas prægnantes, & cum derogatorijs derogatariarum ad diſpoſitiones ſequens, ibidem numero 4.

2 *Clauſula (quorum tenores,) vel clauſula (pro expreſsis) in diſpoſitionibus priuatorum non operatur, cap. 40. nu. 12.*

Item poſita poſt derogatoriam generalem, non operatur niſi quo ad expreſſa, etiam ſi Princeps non ignorauerit ea, quæ non fuerunt expreſſa, ibid. num. 13.

Item non operatur, quando diſpoſitio contraria mandat fieri ſpecialem mentionem, & tacitè, vel expreſsè prohibet expreſsionem generalem, ibid nu. 20. & 21. vel quando diſpoſitio concernit præiudicium tertij, ibid. nu. 22.

2 *Clauſula (pro expreſsis, ſeu quorum tenores) poſita in confirmatione tollit ſolum obſtantias pro validitate gratiæ, ita vt non poſsit dari de ſubreptione, non autem operatur certam ſcientiam rei confirmatæ, cap. 47. nu. 6.*

2 Clauſula (releuans, &c.) *in mandato procuratoris appoſita quid operetur, cap. 61. nu. 8.*

3 Clauſula (ſalua gradus prærogatiua) *adiecta in ſubſtitutione operatur, vt prius proximior, & deinde remotior admittatur, capitulo 2. numero 9.*

2 Clauſula (ſicque in promiſsis debeat per quoſcumque) *non continet mandatum prohibitiuum aliter iudicandi, nec liberat impetrantem ab onere iuſtificandi gratiam, quamuis in eadem diſpoſitione adſit clauſula, quod ſubreptione, &c. capitulo 1. numero 113. & cap. 37. numero 61.*

3 Clauſula (ſi inueneris, ſi repereris) *& ſimiles nō important de ſui natura iuſtificationem aliquam iudicialem, niſi quando adijciuntur in perſo-*

perſonam Iudieis, et eirca materiam iudicialem, cap. 1. nu. 157.

2 Clauſula (ſi ita eſt) *tacitè ſubintelligitur, nec reddit gratiam conditionalem, ita vt iuſtificatio iudicialis requiratur, cap. 1. n. 158. & 159.*

Item poſita in ſupplicatione non impedit, quo minus literæ expediantur in forma gratioſa, ſine alio examine, ibid nu. 160.

2 Clauſula (ſine conſenſu Domini) *adiecta in prohibitione alienationis rei emphiteoticæ, intelligitur eo volente, & declarante, non autem, vt ſuper tali re hypotheca validè imponi poſsit, cap. 117. nu. 18.*

1 Clauſula (ſine præiudicio, &c.) *præſeruat ius tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, ita vt per patientiam, ſeu cõſenſum præſtitum in illo actu tantum non autem in futuris, ſibi quis præiudicaſſe cenſeatur, cap. 55. nu. 31.*

1 Clauſula (ſine præiuditio legitimæ executionis) *datur in proceſſu executiuo, vbi* Iudex *benè proceſſit, cap. 86. nu 4.*

Importat, vt iudex qui pronunciauit, poſsit ad executionem procedere, non obſtante commiſsione appellationis, ibid. nu. 5.

Clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis, & clauſula, quòd ad legitimam executionem procedat, quomodo inter ſe differant, ex voto bonæ mem. Cardinalis Ferratini*, dum eſſet Regẽs Cancellariæ declaratur, ibid. nu. 8.*

2 *Clauſula ſine præiudicio, &c. eſt præſeruatiua iurium, & facit actum conditionale, ita vt ſi ex eo aliquod præiudicium inferratur, actus perinde habeatur, ac ſi factus non fuiſſet, pag. 290. col. 2. nu. 1. & 2.*

Item cenſetur appoſita a ſignatura in qualibet commiſsione ad præſeruandam legitimam executionem, ibid. nu. 3.

Clauſula (ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum*) adiecta in commiſsione cauſæ principalis, operatur quod non poſsit procedi in negotio principali, niſi parito, ibidem numero 4.*

Clauſula (ſine præiudicio) non ſuffragatur Domino *rei emphiteoticæ, qui poſt factum declarationem caducitatis recipiens canones pro tempore decurſo poſt pœnam caducitatis commiſſam proteſtatur ſe dictos canones recipere ſine præiudicio deuolutionis, ibid. nu. 6. & 8.*

1 Clauſula (ſine retardatione ſolutionis penſionis) *datur per ſignaturam, quotieſcumque titularis agere vult contra penſionarium ſuper inualiditate, ſiue exceſsiuitate penſionis, cap. 21. numero 1.*

Item datur, quamuis penſionarius non exiſtat in quaſi poſſeſsione exigendi, ibid. nu. 2.

Item datur, quamuis ad fauorem penſionarij in ſpolio iudicatum fuit, ibid. nu. 3.

Item datur licet penſionarius tranſtulerit penſionem, & titularis dicat non rectè translatam fuiſſe, ibid. nu. 4.

Item apponitur quando tertius habet penſionem ſuper eodem beneficio, & petit committi cauſam nullitatis prioris penſionis, & vult pro ſuo intereſſe impedire executionem, & ſi iſte tertius allegaret paupertatem primi penſionarij, & timeret, ne in caſu ſuccumbentiæ is vteretur, cap. Odoardus, additur in commiſsione, præſtita per eum idonea cautione, ibid. nu. 5.

Item apponitur lata prima ſententia in curia ſuper nullitate penſionis contra penſionarium exiſtentem in quaſi poſſeſsione exigendi, vbicumque titularis proſequendo eius appellationem petit committit cauſam in alia inſtantia, ibid. nu. 6.

1 *Clauſula (ſine retardatione ſolutionis penſionis) per ſignaturam non apponitur, quando penſio eſt reſeruata ſub modo, curſu decreto irritanti, vel clauſula annullatiua, cap. 21. numero 9.*

Datur ſi penſionarius ſit in quaſi poſſeſsione exigendi, non obſtante, quod exceptio oriatur ex ventre Bulla*, ibid. nu. 10.*

Non datur, quando penſio ab inferiore a Papa reſeruata fuit, niſi Apoſtolica auctoritas interueniſſet, vel penſionarius eſſet in quaſi poſſeſsione exigendi, ibid. nn. 11. 13. & 14.

Item non datur vbi penſionarius ſtetit per longum tempus, quòd non petijt penſionem, dummodò potuerit agere, & neglexerit, ſecus ſi non potuit agere, ibid. nu. 15.

Item non datur, quando penſio eſt impoſita ſuper pluribus beneficijs, quæ poſtea deuenerunt ad manus diuerſarum perſonarum, & vna vult agere ſuper nullitate; ibidem numero 16.

Item non datur, quando ille in quem translata eſt penſio, in alium eam tranſtulit de ſolo conſenſu beneficiati, ſecus ſi vigore facultatis litterarum Apoſtolicarum, ibid. nu. 17.

1 *Clauſula (ſine retardatione penſionis) poſita in commiſsione appellationis præſeruat iuriſdictionem* Iudicis *a quo, vt in futurum poſsit cogere titularem ad ſolutionem, capitulo 22. numero 1.*

Declara dummodo illi non fuerit inhibitum, ibid. num. 2.

Tribuit iuriſdictionem conditionalem. & operatur, quòd Iudex *non poſsit validè procedere in negotio principali, niſi ſoluta prius penſione, ibid. nu. 3.*

Operatur, vt non poſsit in cauſa procedi etiam ſi penſio ſit verè ſoluta, niſi de ſolutione in actis conſtet, ibid. nu. 4.

1 *Item operatur, quod lite pendente penſio ſit ſoluenda, quamuis lata ſit prima ſententia ad fauorem titularis, ibid. nu. 5.*

1 *Clauſula ſine retardatione tribuit priuilegium cauſæ, & eſt communis omnibus inſtantijs, donec de nullitate penſionis, aut extinctione ſit iudicatum per tres conformes, capitulo 22. numero 6.*

Amplia ſiue in prima commiſsione ſit poſita, ſiue in ſecunda, ibid. nu. 7.

Data contra anteceſſorem afficit etiam ſucceſſorem in beneficio cauſam proſequi volentem, ibidem num. 8.

Item impedit tertium agere quamdiu non eſt ſoluta penſio per titularem, ibid.nu.9.

Item ſuffragatur necdum contra ſucceſſorem in eodem beneficio, ſed etiam contra ſucceſſorem in fructibus, ſuper quibus penſio ſoluitur, præſertim ſi penſionarius ab anteceſſore aliquando ipſam penſionem exegerit, ibid nu.10.

Item ſuſpendit iuriſdictionem quamuis penſionarius non ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, dummodo litteræ ſint expeditæ. ibid.nu.11.

Clauſula ſine retardatione, ut operetur ex ſtylo Rotæ ſufficit, vel quaſi poſſeſſio exigendi, vel litterarum expeditio, ibid.nu.12.

Clauſula (*ſine retardatione*) *An ſuſpendat iuriſdictionem, quando ex ventre litterarum conſtat de vitio, ſeu nullitate penſionis, ibidem numero 18.*

Non operatur, quando gratia eſt conditionalis, ibidem nu.19.

Operatur *effectum ſuum, quando adeſt quaſi poſſeſſio exigendi, licèt exceptio oriatur ex ventre* Bullæ, *ibid nu 20.*

Fallit ſi poſſeſſio eſſet turbida, vel penſio fuiſſet ſoluta per compulſionem, & metu cenſurarum, ibid.nu.21.

1 Clauſula (*ſine retardatione, &c*) *nõ operatur niſi quo ad ſummam in ſententia taxatam, quando eſt poſito in commiſſione appellationis, cap. 22.nu.23.*

Item non operatur reſpectu tranſlatarij, qui nunquam exegit niſi ipſe iuſtificauerit tranſlationem, ac etiam reſeruationem antiquæ penſionis, ibid.num.24.

Amplia licèt is, qui penſionem tranſtulit fuerit in quaſi poſſeſſione illam exigendi per plures annos, dummodo non per triginta, ibidem numero 25.

1 Clauſula (*ſine retardatione ſolutionis pẽſionis*) *quando habet adiunctam clauſulam, arbitrio Rotæ, intelligitur, prout de Iure, capitulo 22. numero 27.*

Item *iuncta cum clauſula* (*arbitrio Rotæ*) *operatur effectum ſuum quando nulla adeſt cauſa in contrarium, præſertim ſi penſio ſit iuſtificata, quo caſu non eſt locus arbitrio ad retardandam ſolutionem, ibid nu.28. & 29.*

2 Clauſula (ſi preces veritati nitantur) *in reſcriptis Principum ſubintelligitur, cap. 1.nu.3.*

Subintellecta in mandato Papæ *facto ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, ſuſpendit ipſam excommunicationem, donec verificetur, ibidem num.4.*

1 Clauſula (ſi quid exequendum in primis, & ante omnia exequatur) *per ſignaturam datur in proceſſu executiuo, quando deguſtat adeſſe grauamen, cap.86.nu.6.*

2 *Clauſula ſi quid exequendum &c. poſita in commiſſione executionem ſuſpendit. cap.124.n.17.*

Intelligitur *prout de iure, & ſuſpendit ſolum, donec de iuſtitia ſententiæ cognoſcatur, ibidem num.18 & 19.*

Clauſula ſi quid exequendum, &c. debet iuſtificari ex eiſdem actis ab eo, qui illius vigore executionem petit, ſecus quando reus vult executionem impedire, quia tunc ſufficit, quod detegatur iniuſtitia ſententiæ etiam ex nouiter deducendis, ibid.nu.20.

2 Clauſula (ſine quouis alio modo vacet) *reſtringitur, ut non contradicat modis expreſſis, cap. 1.num.60.*

Non *intrat ſtante reſtrictiua ſignatura in calce ſupplicationis, quod detur deuolutio diſpoſitiuè, ibid.num.61.*

Operatur, ut ex illa beneficium capi poſſit, ibidem num.190.

2 Clauſula (ſolutis prius melioramentis) *adiecta in ſententia condemnante ad reſtitutionem rei, quomodo intelligatur, quando ſententia continet plures res ſeparatas, vel cõnexas cap.112. nu.28.29.& 31.*

2 Clauſula (ſublata aliter iudicandi &c.) *claudit os iudici, & illi adimit facultatem aliter iudicandi, & interpretandi, cap.37.nu.1.*

Item operatur, quamuis commiſſio ſit ſignata manu Papæ, *niſi in ea fiat mẽtio de aperitione oris, vel niſi adſit clauſula, quorum tenores, ibidem numero 2.*

Clauſula ſublata iuncta cum decreto irritanti reddit iudicium ipſo iure nullum, ibid.nu.4.

Poſita in diſpoſitione generali ad fauorem publicum operetur nullitatem, quamuis de illa non ſit oppoſitum, ſecus ſi ſit poſita in gratia ad poſtulationem partis, ibid.nu.5.& 6.

Item operatur, quamuis non ſit poſita in Bullis, *ſeu literis, ſed in ſola ſupplicatione, præſertim quando ille, qui opponit de dicta clauſula poſſidet & non agit pro canonizatione diſpoſitionis habentis dictam clauſulam. ſed dat de illa excipiendo pro obtinenda abſolutione, ibidem numero 7. & 8.*

Item operatur contra futuros iudices, ibid.nu.9.

Item quamuis veniens contra diſpoſitionem continentem dictam clauſulam foueat bonum ius, ibidem nu.10.

2 *Clauſula ſublata poſita in fine reſpicit totam gratiam, & refertur ad omnia præcedentia, cap.37. num.11 & 12.*

Iungitur cum clauſula, quod de ſubreptione, &c. ſupra poſita, licèt diſtet pluribus intermedijs, ibidem num.13.

Item operatur ad fauorẽ beneficiati nomine ſuæ eccleſiæ, etiã quod ipſe renunciauerit, ibid.n.14.

Item locum habet in qualibet inſtantia, & cauſat impedimentum reale, ita ut de illa quandocumque opponi poſſit, ibid nu.15.& 16.

Operatur, ut nihil poſſit opponi contra gratiam illam continentem, etiam per viam replicationis, ibid.nu.18.

Item locum habet in quolibet iudicio etiam ſummariſſimo manutentionis, ibid.nu.19.

Item operatur non obſtante ſecunda diſpoſitione contraria continente clauſulas derogatorias quarumcumque conceſſionum carente tamen clauſula ſublata, ibid.nu.20.

2 *Clauſula ſublata, &c. non tollitur per ſecundum diſpoſitionem contrariam habentem clauſulas dero-*

derogatorias quorumcumque conceſsionum, niſi diſpoſitio contraria habeat clauſulam quorum tenores, cap. 37. nu. 21. & 22.

Operatur ſuum effectum, quamuis tempore quo concedebatur indultum, ſeu gratia cū hac clauſula reperiatur iā aliter iudicatum, ibid. n. 23.

2 Clauſula ſublata non prohibet omnimodam interpretationem, ſed tantum friuolam, & extraneam, cap. 37. nu. 24.

Item non prohibet interpretationem fundatam ſuper veriſimili mente diſponentis, nec illam, quæ paſsiuè ſit ex diſpoſitione iuris communis, ibidem num. 25.

Item non impedit, quo minus iudex in executionem gratiæ aliquid facere poſsit, ibid. nu. 26.

Clauſula ſublata non operatur, niſi quando gratia principalis intrat, cap. 37. nu. 27. & 32. & tanquam acceſſoria recepit omnes conditiones quas recipit principalis diſpoſitio, ibid. nu. 30.

Item nec obſtat ſi poſtea facto Papa recedatur a tranſactione confirmata cum dicta clauſula, ibidem nu. 28.

Item non obſtat dicenti gratiam non comprehendere caſum de quo agitur, ibid nu. 29.

2 Clauſula ſublata caſſata in ſupplicatione, non operatur, licèt in gratia adſint clauſulæ æquipollentes, cap. 37. nu. 34.

Operatur ſolum, quo ad derogationes in gratia appoſitas, non autem reſpectu non appoſitarum, ibid num. 35.

Non operatur, quominus Regula de iure quæſito non tollendo locum habeat, quando illi non fuit ſpecialiter derogatum, ibid. nu. 36.

Item non operatur quominus contra gratiā habente dictam clauſulam opponi poſsit de quocumque defectu per viam legis introducto, ibidem num. 37.

Item non impedit, quominus Ordinarius auctoritate Concilij Tridentini poſsit reuidere uniones a quadraginta annis citra, & ſi per ſubreptionem obtentæ fuerint, irritas declarare, quāuis cum clauſula ſublata concurrat decretum irritans, ibid nu 38.

2 Clauſula ſublata, quamuis non impediat ordinarium quando vult ex officio examinare uniones factas, in quibus adeſt dicta clauſula, tamen vbi agitur de illarum validitate in contradictorio iudicio ad inſtantiam partis, operatur ſuum effectum, cap. 37. nu 42.

Poſita in diſpoſitione habente clauſulam, vocatis vocandis nō operatur effectum ſuum antequam ſit ſequuta confirmatio cum cauſæ cognitione, ibid. num. 43.

Item poſita in literis in forma commiſſaria non ſuffragatur, niſi poſtquam literæ fuerint executioni demandatæ, ibid. nu. 44.

Item non operatur reſpectu illius, in cuius fauorem gratia eſt conceſſa, ſed eatenus locum habet, quatenus pars ea vti vellet, ibid. nu. 45.

Declara, quando quis renunciat toti gratiæ, ſecus ſi vellit ea in parte vti, ibid nu. 46.

2 Clauſulæ ſublata, &c. in totum renunciatum cenſetur, ſi pars, quæ alias poterat de illa opponere obtineat commiſsionem ſuper validitate, vel inualiditate gratiæ, cap. 37. nu. 47.

Item cenſetur dicta clauſula renunciatum per compromiſſum, ibid. nu. 48.

Clauſula ſublata &c. renunciatum non dicitur, quando impetratur commiſsio ſuper ſola executione gratiæ, ibid. nu. 49.

Item dictæ clauſula non intelligitur renunciatum, quando commiſsio eſt ſuper turbationibus, vel moleſtationibus, aut alijs non concernentibus validitatem, vel inualiditatem gratiæ, ibidem num. 50.

Item nec quando reus impetrat commiſsionem ſuper iniuſtitia, ſeu nullitate ſententiæ latæ contra eandem clauſulam, cap. 37. nu. 51.

Item nec illi renunciatur dicitur licèt aliquis vigore ſignaturæ iuſtitiæ proceſſerit in cauſa reſpectu articuli, cui dicta clauſula non obſtat, tametſi commiſsio ſit generalis contra diſpoſitionem illam habentem, ibid. nu. 52.

2 Clauſula ſublata, poſita in gratia ad poſtulationem partis intelligitur veris exiſtentibus narratis, & non impedit, quin dari poſsit de defectu intentionis, niſi adſit etiam clauſula quod de ſupreſſione, &c. cap. 1. nu 89 & cap. 37. num. 59. vel alia æquipollens, ibid. nu. 61.

2 Item non operatur, quando ſubreptio eſt iam detecta, cap. 1. nu. 92. licèt ſit poſita in gratia motu proprio, cap. 37. num. 54. ſi autem ſit poſita in gratia habente clauſula ſi ita eſt intelligitur veris exiſtentibus narratis, licet eorum falſitas non ſit detecta, ibid. nu. 56.

2 Clauſulæ ſublata perdit virtutem ſuam, quando impetratur commiſsio aperitionis oris, cap. 37. numero 63.

Declara, niſi commiſsio ſit reſtricta ad vnum articulum, quia tunc non tollit effectum clauſulæ, quo ad alios, ibid. nu. 68.

Item declara, vt oris apertio det ſolum facultatem impugnandi reſcriptum, non autem tollat gratiā in reliquis, nec virtutem clauſulæ, quod de ſubreptione, nec aliarum clauſularum confirmatoriarum, & ſic non aſtringit partem ad verificandum narrata, ſed onus probandi incumbit allegant ſubreptionem, ibid. nu. 69.

2 Clauſula (ſubminiſtratis oratori alimentis, & ſumptibus litis) in reſcripto, ſeu commiſsione appoſita, ſuffragatur etiam hæredi, quando cum eo continuatur eadem lis, & eadem inſtantia, quæ fuerat cœpta cum defuncto, dummodo in hærede concurrant eadem cauſæ, quæ concurrebant in defuncto, cap. 85. nu. 27. & 28.

2 Clauſula (vocatis vocandis) facit executorem de mero mixtum, cap. 1. nu. 80.

2 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia quibus conuenire poteſt, pag. 299. nu. 47.

1 Clauſula in conceſsione feudorum Regni Neapolis apponi ſolita, quod Rex cedit, & transfert in conceſsionarium omne ius, omnemque actionem Regiæ Curiæ quomodocumque, & qualitercumque competentem, & competituram, non operatur, niſi quo ad iura deuoluta ex cauſa expreſſa, cap. 39. nu. 31.

2 Clau-

2 *Clauſula in refutatione feudi adiecta, quod refutat illi, & heredibus, & ſucceſſoribus ſuis intelligitur de liberis, non de extraneis, cap. 59. numero 3.*

2 Clementina *vnica, de ſequeſtrat. poſſeſ. & fruct. mandans poſſeſſionem beneficij ſequeſtrari debere, quando in curia Romana contra poſſeſſorem ſententia fuit lata, locum habet quamuis ſententia ſit nulla, cap. 77. nu. 4.*

Item procedit, non obſtante appellatione, ibidem numero 9.

Item locum habet in ſecunda inſtantia, ſi ſequeſtrum prima non fuerit factum, ibid. nu. 13.

Item procedit, quamuis pro ſuo intereſſe tertius ſe opponat, ibid. nu. 14.

Item quamuis cautio offeratur, ibid. nu. 17.

Item locum habet in quocumque beneficio etiam ſi ſit dignitas, vel perſonatus, aut eccleſia parrochialis, ibid. nu. 20.

2 *Clementina vnica, de ſequeſtrat. poſſeſ. & fruct. non habet locum quo ad fructus iam perceptos, ſed ſolum quo ad extantes, & in futurum naſcituros, cap. 77. nu. 34.*

Item non procedit contra triennalem pacificum poſſeſſorem, ibid. nu. 35.

Item non procedit, quando pro poſſeſſore in curia Romana prius lata fuerit vna ſententia in petitorio, ibid. nu. 38.

Item non habet locum in penſione, niſi penſio eſſet conſtituta perpetuo ſuper fructibus alicuius eccleſiæ, vt deinceps eſſet beneficium eccleſiaſticum, ibid. nu. 39

1 *Clementina, vt calumnijs, de re iudicat. quæ mandat tribus ſententijs conformibus latis plenariam executionem fieri antequam condemnatus audiatur, locum habet non obſtante exceptione nullitatis, cap. 86. nu. 18.*

Item procedit, quamuis ab interlocutoria, ſeu iuſto grauamine appellatum eſſet ante tertiam ſententiam diffinitiuam, & ea poſtmodum lata, cauſa dictæ appellationis, ſeu grauaminis peteretur alteri committi, ibid. nu. 19.

Item quamuis tres ſententiæ conformes non ſint latæ ſucceſſiuè, ſed cũ alterius diſſimilis media pronunciatione, ibid. nu. 20.

Item, quamuis ſtatutum tollat ſecundam appellationem, & vellit, quod duæ conformes faciant rem iudicatam, ibid. nu. 21.

Item, quamuis ſententiæ non ſint omnino conformes, nam in eo in quo ſunt conformes mittuntur executioni, ibid. nu. 23.

1 *Clementina, vt calumnijs, de re iudicat. non habet locum quando executio eſt talis, vt eius præiudicium ſit irreparabile, cap. 86. nu. 27.*

Item non habet locum, quando nullitas ſententiarum eſt euidens ex eiſdem actis. ibid. nu. 28.

Item non procedit quando ex actis conſtat de notoria iniuſtitia ſententiarum, ibid. nu. 29.

Item non procedit, quando duæ ſententiæ conformes fuerunt latæ in principali, & tertia ſuper deſertione appellationis, ibid. nu. 32.

Item non procedit quando petens reſtitutionem eſt pauper, ibid. nu. 33.

Item non habet locum, quando condemnatus per tres conformes petit, quod non detur effectus executorialium contra ſe, niſi prius canonizata ſubrogatione ſubrogati, ibid. nu. 35.

Item non habet locum, quando aduerſus tres conformes minor, vel eccleſia reſtitutionem petit, ibid. nu. 37.

Item locum non habet contra tertium non vocatum, qui poteſt executionem etiam trium conformium retardare, ibid. nu. 41.

Declara *, dummodo tertius habeat intereſſe releuans alias ſecus, ibid. nu. 44. & 45.*

Declara ſecundo dummodo tertius ante ſententias ſe oppoſuerit, & intereſſe ſuum declarauerit, alias ſibi præiudicat, ibidem num. 51. Niſi *ignorauerit litem tractari vſque ad cauſæ concluſionem in vltima inſtantia, ibidem numero 52. & 53.*

Declara tertio, dummodo is contra quem trina ſententia conformis lata eſt, non fuerit legitimus contradictor, ſecus ſi fuerit legitimus contradictor, & cauſa fuerit benè defenſa, quia tũc tertius non auditur, niſi facta executione, ibidem nu. 55.

2 *Clementina, & calumnijs, & alia iura loquentia de paritione debens intelligi data poſſibilitate, cap. 86. nu. 34.*

1 Clericatus *quando agitur de habilitatibus auctoris probatur per publicam vocem, & famam ſecus quando agitur de habilitatibus proprijs, cap. 41. nu. 39.*

2 *Clericus in abſentia fructus beneficij in titulum collati non acquirit, ſed exceptione nõ facta reſidentiæ repellitur, cap. 32. nu. 2. & 3.*

Clericus tenetur ex diſpoſitione Concilij *Tridentini non obſtante quocumque priuilegio reſidere, & ſi poſſidet dignitatem, aut canonicatum in eccleſia* Cathedrali*, vel collegiata ad nouem menſium anni reſidentium aſtringitur, ibidem numero 4.*

Item ex diſpoſitione eiuſdem Concilij *ſi abſit a loco beneficij, licet ex conſuetudine, vel ſtatuto lucretur fructus, tamen primo anno dimidia parte fructuum, & ſecundo anno data perſeuerantia negligentiæ, omnibus fructibus priuatur, ibidem num. 5.*

Clericus abſens ſi habeat beneficium in titulum perdit etiam fructus, qui debentur loco præbendæ, ibid. num. 7.

Item perdit fructus non obſtante aliqua excuſatione, niſi concurrat licentia ſuperioris, & inſuper allegetur cauſa legitima, qua ceſſante alias ipſe conſueuerit reſidere, ibid. nu. 8. & 15.

2 *Clericus etiam diſpenſatus de non reſidendo, propter abſentiam non acquirit fructus beneficij, niſi hoc ſibi expreſsè concedatur, vel niſi fauore ſtudij ſit diſpenſatus, vel ſuper ætate, cap. 32. num. 14.*

Clericis præſentibus propter abſentiam aliorum accreſcũt diſtributiones quotidianæ, niſi in fundatione, vel ſtatuto dicatur, cuilibet certũ quid diſtribuendum eſſe, quia tunc nihil vltra diſtribuitur, ibid. nu. 20. & 21.

2 Cle-

Digitized by Google

a Clericus priuatus beneficio, ſeu illud iniuſtè poſſidens, ſi ad reſtitutionem fructuum condemnetur, debet etiam diſtributiones quotidianas reſtituere, dummodo ab actore de illis fuerit proteſtatum, ſecus ſi nulla facta ſit proteſtatio, cap. 34. nu. 1. & 2.

Item priuatus beneficio ipſo iure tenetur ad fructus perceptos a die perpetrati criminis, ibidem numero 4.

Clericus retinens beneficium, quo eſt priuatus ipſo iure dicitur intruſus, & furtum committit, ibid. num. 5.

Item priuatus ob delictum tenetur reſtituere fructus quos percepit, vel percipere potuit a die commiſsi criminis, quamuis ſententia ſit lata in contumaciam, ibid. nu. 6. & 7.

Clericus ob contumaciam tantum ad fructuum reſtitutionem non tenetur, & ſi compareat, & abſoluatur beneficium ipſum recuperat, etiam ſi iam alteri collatum fuerit, ibid. nu. 8.

a Clericus propter hæreſim ipſo iure beneficijs priuatur, nec iuuatur regula de triennali, etiam ſi poſt delictum pacificè poſſederit, cap. 35. numero 1. & 2.

Item priuatur propter hæreſim ipſo iure etiam ob ſolam contumaciam, dummodo in tali contumacia perſiſtat, & proceſſus fiat ab inquiſitoribus, non autem ab alijs iudicibus, ibid. nu. 3.

Clericus hæreticus reſipiſcēs antequam fiat probatio contra ipſum nullam ſubit pœnam, niſi abiurationis, ſi autem neget probato iam crimine, & proceſſu peracto non poteſt beneficium retinere, ſed eo remanet priuatus, nec per abſolutionem obtentam mediante abiuratione ipſum beneficium recuperat, ibid. nu. 4. & 5.

Et ſi ſit relapſus de iure non poteſt admittit ad ſecundam abiurationem, nec pœnam mortis euadere, ibid. nu 6. Imò ſi gratiam vitæ obtinuerit, non intelligitur ad beneficia priſtina reſtitutus, niſi id fuerit expreſſum, ibid. nu. 7. & 8.

Clericus obtinens beneficium ad preces hæreticorum ſcienter remanet priuatus ipſo iure, & ſi illud retineat efficitur inhabilis ad alia quæcunque, ibid. nu. 9.

Item ſi ſit filius hæretici ſecundum opinionem Rotæ nedum eſt inhabilis ad obtinendum quæcumque beneficia, dignitates, officia, & penſiones, ſed etiam priuatur iam obtentis ante patris condemnationem ſicut pater ipſe hæreticus, ſiue patris fuerit ante contractum hæreſim per patrem, vel poſt, & quamuis pater fuerit condemnatus in contumaciam eo tamen in tali contumacia perſiſtente, ibid. nu. 10.

a Clericus propter ſimoniam etiam occultam ipſo iure beneficijs priuatur, cap. 35. num. 11. & 13. Item eius beneficia ipſo iure vacant, & poſſunt impetrari abſq; alia declaratoria, quæ poſt ipſam impetrationem etiam fieri poteſt, ibidem numero 15.

Declara, vt ſimoniacus ipſo iure priuetur illis beneficijs ſuper quibus ſimoniam commiſit, ſecus in his, in quibus ſimonia non fuit contracta, quia opus eſt priuatione, ibid. nu. 16.

Clericus ſimoniacus poteſt validè reſignare beneficia, ſuper quibus ſimoniam non contraxit, vel ex diſpenſatione Papæ retinere antequam ſententia priuatoria feratur, ibid. nu. 17.

a Clericus propter falſitatem in Bullis, ſeu literis Apoſtolicis, & ſupplicationibus commiſſam, quamuis addederit vnam tantum literam, vel vnum punctum, aut literas correxerit, ipſo iure beneficijs priuatur, & eſt excommunicatus, non obſtante clauſula generali, & cum abſolutione a cenſuris ad effectum præſentium, cap. 35. numero 31. & 32.

Item priuatur, & pœnam falſariorum incurrit ſi teſtes ſubornauerit, ibid. nu. 33.

a Clericus ob lacerationem cedulonum, in quibus denunciatur excommunicatus de iure beneficijs non priuatur, cap. 35. nu. 42.

Clericus propria auctoritate beneficij poſſeſsionem accipiens ipſo iure eodem beneficio priuatur, ibid. nu. 43.

Item clericus electus, & præſentatus ipſo iure priuatur, ſi ante confirmationem, & inſtitutionem ſe adminiſtrationi beneficij immiſcuerit, ibid. nu. 44 & 45.

Excuſatur a dicta pœna ex errore iuris ambigui, & obſcuri, vbi talis error ſit probabilis, ibidem numero 50.

a Clericus amittit beneficium ipſo iure, nec non alia bona, ſi crimen læſæ maieſtatis commiſerit, cap. 35. nu. 51.

Item amittit omne ius, quod in beneficio habet, & de cætero ad illud obtinendum inhabilis redditur, ſi poſſeſsionem accipiat ex ſola ſupplicatione ſignata, literis ſuæ prouiſionis non expeditis, licèt ſit epiſcopus, ibid. nu. 52. & 53.

Declara dummodo in inſtrumento adeptæ poſſeſsionis de hac appareat ſecus ſi non conſtet fuiſſe in adeptione habitam relationem ad ſupplicationem, quia tunc capiens poſſeſsionem etiam literis non expeditis beneficio non priuatur, nec pœnam extrauagantis Iulij Papæ Tertij incurrit, ibid. nu. 58.

a Clericus capiens poſſeſsionem canonicatus non capitulariter literis non expeditis, non incidit in pœnam extrauagantis Iulij Papæ Tertij, ſed tantum poſſeſsio nulla eſt, cap. 35. nu. 55.

Clericus, qui per annum in excommunicatione permanſit, quomodo beneficijs priuetur, cap. 35. nu. 60. & 61.

Clericus non priuatur propter inſordeſcentiam in excommunicatione, niſi excommunicatio lata fuerit propter crimen, quod ipſo iure priuet clericum beneficio, vel ſaltem propter quod veniat priuandus, ibid. nu. 62.

Clericus beneficijs priuatur propter periurium præcedente tamen declaratoria ſuper ipſo periurio ſecundum Rebuffum, & alios, ſed ſecundum opinionem Rotæ redditur ſolum inhabilis ad beneficia obtinenda, ibid. nu. 65. & 66.

a Limita vt clericus nullo modo priuetur propter periurium, ſi falſum tantum aſſerit circa proprium delictum, ibid. nu. 67.

a Clericus priuatur beneficijs propter homicidium volun-

voluntarium mediante tamen ſententia, & in poſterum redditur inhabilis ad obtinenda quacumque beneficia etiam ſimplicia, cap. 35. num. 70. & 75. propter homicidium autem caſuale non priuatur, ſed ad ſacrorum ordinum, & Altaris miniſterium, & beneficia quęcumque, & dignitates obtinendas diſpenſari debet, ibidem nu. 93. ſi vero accepta pecunia homicidium commiſerit priuatur ipſo iure, ibid. nu. 72.

Clericus, *vbi priuatio non inducitur ipſo iure, ante ſententiam priuatoriam poteſt validè beneficium reſignare, ibid. nu. 71.*

2 *Clericus concubinarius beneficijs priuatur trina monitione pręcedente, & data perſeuerantia in concubinatu etiam de iure communi, cap. 35. nu. 76. & 77.*

Clericus *concubinarius ad effectum priuationis ſecundum opinionem Rotę ille dicitur, qui etiam in aliena domo notam fœminam habet, cui ſolet carnaliter commiſceri, ſi de conſuetudine conſtet, & diffamatus ſit in ſua, vel ipſius fœminę vicinia, ibid. nu. 87.*

2 Clericus *ob non reſidentiam poteſt legitimè priuari beneficio, dummodo tria edicta pręceſſerint publica, & ſex menſes ſint elapſi, cap. 35. numero 89.*

Declara, *niſi citatio perſonalis pręceſſerit, quia tunc poteſt etiam non expectatis ſex menſibus procedi ad priuationem, ibid nu. 90.*

1 Clericus *obtinens beneficium requirens ordinem Sacerdotalē debet promoueri intra annum poſt regimen ſibi commiſſum, & adeptam poſſeſſionem illius pacificam, alias pręmiſſa monitione ſuperioris per ſententiam priuari poteſt, niſi eccleſia ſit parrochialis, quia tunc monitio non eſt neceſſaria, ſed priuatio ipſo iure incurritur, cap. 35. nu. 96. & 97.*

2 Clericus *habens beneficium, ſi aliud incompatibile obtineat cum decreto de dimittendo primum intra certum tempus a die datę gratię ſub pena priuationis vtriuſque priuatur, ſi infra tempus prefixum illud non dimittat, cap. 35. numero 103.*

Fallit *primo ſi poſſeſſio ſecundi beneficij incompatibilis, quod confertur cum tali decreto ſit plena, & adſit intruſus, ibid. nu. 104.*

Secundò *fallit ſi durante tempore ad dimittendum primum ipſi clerico fuerit mota lis, vel facta controuerſia etiam extraiudicialis ſuper ſecundo impetrato, ibid. nu. 105. & 106.*

Tertiò *fallit, ſi clericus notitiam decreti non habuit, ibid. nu. 107.*

2 Clericus *per liberam reſignationem beneficium amittit, cap. 35. nu. 114.*

Redire *poteſt ad beneficium permutatum, ſi ex altera parte permutatio compleri non poſſit, aut ſit nulla ab initio, ibid. nu. 115.*

2 Clericus *non poteſt beneficijs priuari niſi ob graue delictum, cap. 35. nu. 117.*

Item *condemnatus ob delictum ex quo beneficijs eſt priuandus, non intelligitur illis priuatus niſi hoc expreſſe dicatur in condēnatione, vel niſi priuatio ipſo iure irrogetur, ibid. n. 118. & 119.*

2 *Clericum percutiens, credens illum eſſe laicum non incurrit ſententiam canonis ſi quis ſuadente, pag. 278. nu. 2.*

2 Cognoſcens *ſororem vxoris ſuę errans in conditione perſonę, non cogitur legitimam vxorem dimittere, neque committit ſtuprum, pagina 278. nu 4.*

2 *Cognoſcens coniugatam credens ſolutam non committit adulterium, pag. 278. nu. 5.*

1 Collatio inter fratres, *vbi acquiſitio bonorum poſt mortem habuit originem, in vita patris ex contractu conditionali locum habet, perinde ac ſi acquiſitio verè facta fuiſſet in vita patris, cap. 65. num. 3.*

1 Collatio *beneficij facta per illū, qui eſt in quaſi poſſeſſione conferrendi, prefertur collationi cuiuſcumque, cap. 55. nu. 15.*

Collatio, *& pręſentatio ſunt de fructibus iuris pręſentandi, & conferrendi, ibid. nu. 16.*

Collationes *Apoſtolicę non mutant ſtatum beneficij, nec inferunt exiſtenti in quaſi poſſeſſione preiudicium, niſi ſint facta eo animo, vt imprimant alium ſtatum, ibid. nu. 18. 34. & 37.*

Collationes *Apoſtolicę faciunt ſtatum beneficij collatiuum, quando non apparet de contrario ſtatu manualitatis, ibid. nu. 19.*

Collationes *Papę nullę, & ſubreptitię non faciunt ſtatum beneficij collatiuum, ibidem numero 21.*

1 Collatio, *ſeu prouiſio Apoſtolica non impedit iuſpatronatus, nec quaſi poſſeſſionem illius, etiam ei derogando, cap. 55. nu. 35.*

Collatio *Papę facta ſeculari de beneficio regulari expreſſo nomine regularitatis diſpoſitiuè, immutat ſtatum beneficij, ſi autem beneficium regulare detur in commendam, vel ex diſpenſatione poſſideatur, vel dicatur dependere a monaſterio, aut dicatur officium regulare, qualitas contraria non mutatur, niſi commendetur ſeculari habenti aliud beneficium in titulum, ibid. num. 38. & 39.*

Collatio *ab exiſtente in quaſi poſſeſſione conferrendi facta poſt motam litem ſuper proprietate valet, & prefertur collationi illius, ad quē collatio de iure pertinet, ſed non eſt in poſſeſſione, ibid num. 41.*

1 Collatio *non vitiatur, quamuis pronuncietur contra poſſeſſorem in petitorio, cap. 55. nu. 51.*

Collatio *ſiue pręſentatio ad beneficium facta per poſſeſſorem violentum, non valet, ibidem numero 54.*

Collatio *illius, qui intruſus reperitur in beneficio reſeruato, & confert beneficia pertinentia ad collationem dicti beneficij, non valet, licèt ſit in bona fide, ibid. nu. 59.*

Collatio *iuriſpatronatus facta ab Ordinario exiſtente in quaſi poſſeſſore liberè conferrendi, non valet, ſi fuit facta poſtquam de proprietate conſtitit in contrarium, ibid. nu. 65.*

2 Collatio *beneficiorum Prothonotariorum Apoſtolicorum non valet, niſi de illorum reſeruatione ſpecialiter mentio fiat, cap. 94. nu. 8.*

1 Collatio *beneficij, quando non conſtat de aliquo*

iure

iure patronatus, nec præſentantes eſſe patronos, ſpectat ad epiſcopum, qui poteſt ſtatim beneficium illud conferre non obſtante contradictione præſentatorum, aut litis pendentia inter patronos etiam nondum elapſo quadrimeſtre, vel ſemeſtre, cap. 84. nu. 1.

Collatio beneficij, quando dubitatur, an beneficium ſit de iure patronatus, & patroni inter ſe litigant de iure, ſeu poſſeſſione iuriſpatronatus ab epiſcopo ſtatim fieri non poteſt, ſed patroni laici debent expectari per ſex menſes, & eccleſiaſtici per quattuor, intra quos cauſa finiatur, & cauſa non finita, collatio eccleſiæ facienda eſt ſine præiudicio euincentis, ibid. nu. 2.

Amplia idem eſſe, quando patroni litigant de præſentatione ex vi iuris præſentandi, ibidem numero 3.

Amplia ſecundo quando lis eſt inter ipſos præſentatos, & non inter patronos ex vi iuriſpatronatus, & præſentandi, non tamen ex vi formæ, vel prærogatiuæ præſentationis, & meritorum, ibidem nu. 4.

Sed contrarium tenuit Rota allegata, ibid. num. ſequenti.

1 Collatio beneficij iuriſpatronatus ad epiſcopum non deuoluitur etiam elapſo quadrimeſtre, vel ſemeſtre dato ad præſtandum, & lite inter patronos non expedita, quando patroni in tempore iura ſua deduxerunt, & requiſiuerunt epiſcopum, vt cauſam expediret, proteſtando, quod tēpus eis non curreret, & epiſcopus diſtulit cauſam expedire, vt fieret locus deuolutioni, cap. 84. num. 6.

Item non deuoluitur, quando patroni litigant ſuper præſentatione ratione prærogatiuæ, vel formæ præſentationis, aut meritorum præſentatorum, ibid. nu. 7.

Item non deuoluitur quando conſtat de iure patronatus, vel illud præſupponitur, ibidem numero 8.

Item nec deuoluitur ob lapſum temporis, quando lis eſt ſuper libertate eccleſiæ inter epiſcopum, & patronos, ibid. nu. 9.

Item non deuoluitur, quando lis eſt inter ipſos præſentatos in tempore, prætendentes ſolum præſentationem de ſe factam eſſe attendendā, etiam ſi lis non finiatur intra tempus requiſitum, ibidem nu. 10 & 11.

1 Colonus, qui ſuis manibus agrum coluit, poteſt laboris proprij æſtimationem deducere, etiam ſi ob non ſolutam penſionem expellatur maturis fructibus, ſecus ſi conduxit fundum ad partem Domino reddendam, cap. 108. nu. 6. 7. & 8.

1 Comes Palatinus non poteſt ex ſimplici poteſtate legitimare eum, quem Papa, vel Imperator ex ordinaria poteſtate nō legitimaſſet, niſi ex Principis liberalitate habeat plenitudinem poteſtatis, cap. 15. nu. 6.

Comes Palatinus habens plenitudinem poteſtatis poteſt legitimare etiam genitum ex ſacerdote, vel moniali profeſſa non obſtante defectu duplicis impedimenti, ibid. nu. 6.

Item poteſt legitimare prolem ſuſceptam ex vxorato, & moniali, ibidem numero 7.

Item ſufficit, quod in eius priuilegio expreſsè detur facultas legitimandi in genere quoſcumque ſpurios inceſtuoſos, nefarios, vt qualibet ſpecies ſpuriorum, inceſtuoſorum, & nefariorum dicatur vere comprehenſa, ibid. nu. 9.

Item ſi in eius priuilegio ſpecialiter, & in indiuiduo derogatum fuit Authen. quib. mod. nat. effic. ſui, §. fin. comprehenduntur etiam nati ex ſacrilegio, vel monachatu, ibid. nu. 12.

2 Comes Palatinus non habet poteſtatē legitimandi excluſis legitimis, & naturalibus, niſi hoc in ſpecie exprimatur, etiam ſi in priuilegio dicatur, quòd poſſit legitimare ſtantibus legitimis, cap. 81. nu. 7. & 8.

Item habens facultatem reducendi legitimatos in priſtinum ſtatum naturæ, ita vt poſſint ſuccedere, ac ſi de vero, & legitimo matrimonio nati eſſent, etiam cum filijs legitimis, & naturalibus non poteſt legitimare, vt excludant legitimos, ibid. num. 10.

1 Commiſsio efficitur communis poſt præſentationem, & citationem aduerſarij ad dicendum contra, & non antè, cap. 20. nu. 20.

1 Commiſsio (vbicumque penſionarius via executiua egit pro penſione, & obtinuit, & titularis appellat) non datur, niſi cum clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, ſi iudex ritè, & rectè proceſſit, ſecus ſi exceſſit modum in executione, quia tunc appellatio admittenda eſt cap. 21. nu. 19.

1 Commiſsio cauſæ quando ſignetur cum clauſula parito iudicato, cap. 86. per totum.

Commiſsiones cauſarum de conſenſu partiū dantur cum executione ferrendæ ſententiæ, dummodo executio demandata non tendat in præiudicium tertij, ibidem nu. 43.

2 Commiſsio cauſæ facta Vicario Epiſcopi, vel alterius perſonæ ſub nomine dignitatis in ſucceſſorem non tranſit, niſi delegans habuerit reſpectum ad tribunal, vt quia commiſsio ſit directa epiſcopo, vel eius Vicario, capitulo 7. numero 1. 3. & 4.

Tranſit in ſucceſſorem, quando dignitas ſub cuius nomine commiſsio fuit facta per ſe ſubſiſtit, ibid. nu. 4.

2 Commiſsio aperitionis oris per ſignaturam Cardinalis non datur ſed tantum per Papam reiecta deciſione Robuſterij in cauſa Peruſina della Marchia Tonda. cap. 37. nu. 64.

Item non continet nouam gratiam, ſed tantum remouet obſtaculum, vt poſſit quis loqui, & Iudices eum audire, & iuſtitiam facere, ibidem numero 67.

Commiſsio aperitionis oris quando eſt reſtricta ad vnum articulum, non tollit effectum clauſulæ ſublata, &c. quo ad alias, ibid. nu. 68.

Commiſsio aperitionis oris dat ſolum facultatem impugnandi reſcriptum, non autem tollit gratiam in reliquis, nec virtutem clauſulæ, quod de ſubreptione, &c. nec aliarum clauſularum confirmatoriarum, & ſic non aſtringit partem ad verificandum narrata, ſed onus probandi

bandi incumbit allegauti ſubreptionem, ibidem num.69.

1 Comparatio ſcripturarum facit plenam probationem, quando ex ea apparet de omnimoda ſimilitudine litterarum, ſi autem adſit aliqua diſsimilitudo tunc probat ſolum ſemiplenè, cap. 80.nu.3.& 4.

1 Ex comparatione ſcripturarum recognitio facta non valet, niſi etiam probetur, quod ſcriptura ad quam fit recognitio ſit certa illius notarij, cuius eſſe prætenditur illa, quæ eſt recognoſcenda, cap.79.nu.8 & cap 80.nu.5.

1 Comparatiui natura eſt relinquere poſitiuum in eiſdem terminis, cap.29.nu.54.

2 Compenſatio de liquido ad illiquidum non admittitur, cap 121.nu.87.

2 Compenſatio ipſo iure inducitur ad euitandam pœnam ſpolij, & caducitatis non obſtante iuramento, cap. 6.nu.12.& 13.

2 Compenſatio culpæ vnius cum culpa alterius fieri debet, ita tamen quod culpa illius maior cenſeatur, qui obtinet inſtar petitoris, capitulo 72. numero 10.

3 Compromiſſum non retardat executionem præſertim obligationis Cameralis, ſi ſit voluntarium, ſecus ſi ſit neceſſarium, videlicet factum vigore ſtatuti, cap.12 e.nu.89.& 91.

3 Compromiſſum neceſſarium vigore ſtatuti factum iuriſdictionem iudicis ſuſpendit, ibidem numero 91.

1 Conceſsio decimarum laicis facta non valet, niſi ſpecialiter derogetur Concilio Lateranenſi, vel altem Concilijs generalibus, cap.19.numero 1.5.& 7.

1 Conceſsio facta de re vt deuoluta ex cauſa non vera, non operatur, quamuis poſſet valere ſi eſſet facta de re, vt deuoluta ex cauſa vera, cap. 59.num.27.

1 In conceſsione peculij poteſt dari libera facultas adminiſtrandi, cap.58.nu.22.

3 Conceſsio in emphiteuſim abſque præfinitione temporis præſumitur perpetua non autem temporalis, cap.25.nu.6.

2 Conceſsio feudi, ſeu emphiteuſis facta ſimpliciter vſque ad tertiam generationem, incipit a primo acquirente, ſecus ſi ſit facta vſque in tertiam eius generationem, quia tūc generatio primum acquirentem non comprehendit, capitulo 53. numero 1.

Item facta vſque ad tertiam generationem non comprehendit pronepotes ſi fiat ſpecialis mentio de filijs, & nepotibus, ibid.nu.2.

Amplia, quamuis dicatur pro ſe, filijs, nepotibus, & liberis, ibid.nu.3.

Item Amplia, quamuis dicatur tibi, & poſt mortem tuam filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem, ibid.nu.4.

2 Conceſsio bonorum eccleſiæ in perpetuum facta non valet, niſi concurrente debita ſolemnitate, cap.76.nu.37.

3 Conceſsio in emphiteuſim facta pro filijs, & nepotibus in 29.annos, finito dicto tempore etiam ſi ſuperſint filij, vel nepotes, extinguitur, & dominium vtile conſolidatur cum directo, pagina 304.nu.16.

Amplia, vt Prælatus, vel Eccleſia non cogatur ad renouandum emphiteuſim etiam proximioribus Agnatis, licet in inueſtitura adſit pactum de renouando, ibid.nu.17.

2 Conceſsio in emphiteuſim facta ab eccleſia pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis in 29. annos ad renouandum cum hypotheca omnium bonorum, an comprehendat nepotem ex filia fœmina, cap.144. per totum.

1 Concilio Lateranenſi eſt ſpecialiter derogandum in conceſsione decimarum laicis facta, vel ſaltem concilijs generalibus, alias conceſsio non valet, quamuis adſit clauſula, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cum clauſula quorum tenores, cap.19.nu.1.

1 Concilium Lateranenſe habet decretum irritans, et clauſulam derogatoriam voluntatis ad quaſuis ſequentes diſpoſitiones contrarias, ibidem numero 3.

1 Concilio Tridentino non fit derogatio aliqua ſpecialis, ſed ſuffiett, quod materia ſit contraria diſpoſitioni dicti Concilij, ibidem nu.11.

2 Concilium Tridentinum in cap.6.ſeſs.7. in fine, de reformat. ex ſententia Rotæ declaratur, cap. 37.nu.41.

2 Concubinarius beneficijs priuari poteſt trina tamen monitione præcedente, & data perſeuerantia in concubinatu, cap.35.nu.76.

Amplia vt monitio, & perſeuerantia requiratur etiam de iure communi, ibid.nu.77.

Concubinarius ſecundum opinionem Rotæ ille dicitur, qui etiam in aliena domo notam fœminam habet, cui ſolet carnaliter commiſceri, ſi de conſuetudine conſtet, & diffamatus ſit in ſua, vel ipſius fœminæ vicinia, ibid nu.87.

2 Concubinatus clericorum ad effectum priuationis plenè, & concludenter probari debet, etiam ſi ciuiliter agatur, cap.35.nu.78.

Non probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama, ibid nu.79 & 80.

Item nec per teſtes deponentes de ipſo concubinatu, niſi etiam probent perſeuerantiam in dicto delicto poſt legitimas monitiones, ibidem numero 85.

Item concubinatus de iure ciuili non probatur, niſi cum qualitatibus ab eodem iure requiſitis, videlicet cum continua cohabitatione, & communi lecto, & menſa, ibid.nu.86.

Item non probatur ex procreatione liberorum ex impudica muliere ſuſceptorum, ibid.nu.88.

1 Concurſus in vſufructu inter vſufructuarium, & proprietarium, quando detur, vide in verbo, vſusfructus.

1 Cōcurſus in prouiſione beneficiorum ſimplicium non requiritur, cap.52. nu.1.

Eſt neceſſarius quando prouidetur de beneficio curato etiam reſeruato ob vacationem in menſibus Apoſtolicis, ibid.nu.2.

Item requiritur in collatione beneficij curati reſeruati, & ſpecialiter affecti vigore indulti in fauorem Illuſtriſsimorum Cardinalium, ſeu

Abba-

Abbatum, & Capitulorum, vel etiam ſi cura Epiſcopo incumbat, & per vnum, vel plures adminiſtretur, ibid. nu. 4.

Item concurſus requiritur in prouiſione, quæ ſit de beneficio curato, quamuis beneficium vacet per reſignationem in curia, dummodo reſignatio ſit ſimplex: Item quamuis Eccleſia ſit patrimonialis, vel receptiua, ibid. nu. 6.

Item requiritur in beneficio curato etiam reſeruato, quod ſit iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, vel mixti, ibid. num. 7.

Ad concurſum beneficij curati, quod eſt de iure patronatus Eccleſiaſtici, vel mixti, admitti debent tam nominati a patronis, quam alij, ibidem num. 8.

1 *Concurſus ad beneficia curata non datur, quando reſignatio ſit in manibus Papæ ad fauorem certæ perſonæ, cap. 52. nu. 9.*

Item non datur ad beneficium iuriſpatronatus laicorum, niſi ab eodem Patrono plures fuerint præſentati, ibid. nu. 11.

Item non datur, quando approbatus per concurſum, & electus non vult conſentire penſioni a Papa ſuper beneficio reſeruatæ, ſed beneficium alteri confertur præuio examine ſimplici ad curam animarum, ibid. nu. 12.

Item non datur ad beneficium curatum exigui redditus, ibid. nu. 15.

Item non datur ad parrochialem vnitam alicui dignitati, ibid. nu. 16.

1 *Ad concurſum Ordinarius poteſt admittere aliquem non obſtante, quòd terminus ab eo præfixus ſit elapſus, & aduerſarius, qui comparuerat durante termino contradicat, cap. 52. numero 29.*

1 *Pro concurſu faciendo, ſi tempore quo fieri debet non adſint examinatores ſynodales, Epiſcopus poteſt non obſtante forma Concilij Tridentini, deputare nouos examinatores abſque celebratione ſynodi, ſicuti ante concilium ei permiſſum erat, cap. 52. nu. 35. & 39.*

2 Condemnatus *ob delictum ex quo beneficijs eſt priuandus, non intelligitur illis priuatus, niſi hoc expreſſe dicatur in condemnatione, vel niſi priuatio ipſo iure irrogetur, cap. 38. numero 118. & 119.*

2 Conditio incerti, *datur impendenti pro conſequendis melioramentis, & quid importet, cap. 113. nu. 9. & 10.*

Conditio incerti competit generaliter, vbi ordinaria actio non datur, ibid. nu. 11.

1 Conditio (*ſi alienatio cedat in euidentem vtilitatem*) *quæ apponitur in mandato de confirmando alienationem rei Eccleſiæ, non ſuſpendit gratiam, nec facit beneplacitum conditionale quo ad eius ſubſtantiam, cap. 14. nu. 2.*

Conditio de præterito, vel præſenti non ſuſpendit, ibid. nu. 4. & lib. 2. cap. 1. nu. 41.

1 Conditio *caſualis, vel mixta de qua loquitur text. in l. ſi pater, C. de inſtitu. & ſubſtit. ita dicitur propriè conditio, ſicut conditio proteſtatiua, cap. 32. nu. 2.*

1 *Conditio quo ad legitimam reijcitur, ſiue ſit proteſtatiua, ſiue caſualis, vel mixta, cap. 34. num. 4. & 6.*

1 *Conditio alternatiua negatiuè concepta vtriuſq; concurſum requirit, cap. 44. nu. 1.*

Conditionis alternatiuæ ſenſus quid importet, ibid. num. 2.

Quo ad conditionis purificationem caſus impotentiæ includit caſum voluntatis in actibus neceſſarijs, non vbi electio eſt data legatario, ibidem numero 3. & 10.

Conditio ſi contraxerit matrimonium cum vna ex filiabus N. iniuncta legatario, dicitur impleta, ſi vna fuerit requiſita, quæ recuſauerit nubere, ibid. nu. 4. & ſeq.

In conditionibus alternatiuis electio eſt legatarij, quando verba ſunt directa in eius perſonam, ſecus quando in perſonam hæredis diriguntur, quia tunc electio eſt ipſius hæredis, ibidem nu. 5. & 6.

Conditio habetur pro impleta, quando deficit facto illius, in cuius perſona impleri debuit, ibidem num. 7.

1 *Conditio ſucceſſiua dicitur, quando ſit ſubſtitutio, ſi omnes filij inſtituti decedant quandocumque ſine liberis, & deſcendentibus cap. 45. nu. 3.*

Conditio ſubintellecta a l. cum Auus de condit. & demonſtrat. habetur pro expreſſa, etiam ſi ſtatutum mandet verba ſtatutorum ad literam intelligi, ibid. nu. 16.

Conditionis ſucceſſiuitas ex quibus coniecturis probetur, ibid. nu. 9.

1 *In conditione poſiti ſecundũ opinionem Rotæ regulariter non cenſeatur vocati, quãuis ſint grauati, niſi grauamen nominatim ſit impoſitum, vel adſit alia coniectura, cap. 66. nu. 3. vſque ad nu. 9. vbi aliquot coniecturæ enumerantur.*

1 *Conditio appoſita in legato facto puellæ ſi nupſerit cum conſenſu alterius reijcitur, & legatum purè debetur, ſiue legatum ſit factum ex cauſa lucratiua, ſiue ex cauſa oneroſa, c. 73. nu. 1. & 4.*

Conditio adiecta legato facto mulieri ſi nupſerit de conſilio alterius, valet ibid. nu. 3.

Reijcitur quando impedit matrimonium licèt legatum ſit factum, vt mulier facilius nubat. ibidem nu. 6.

Conditio (*ſi matrimonium cum tali contraxerit*) *adiecta in legato facto, filiæ valet, & reddit legatum conditionale, ibid. nu. 9. & 11.*

Item debet impleri intra triennium poſt pubertatem ipſius mulieris reiecta opinione Caſtrenſis, ibid. nu. 12. & 13.

1 *Conditio* (*ſi ſine liberis deceſſerit*) *verificatur etiam ſi deceſſerit ante agnitũ fideicommiſſum, cap. 76. nu. 15.*

2 *Conditio* (*ſi ſine filijs deceſſerit*) *deficit etiam quando vnica tantum filia fuit relicta, cap. 49. numero 9.*

1 *Conditio, vel modus in contractu nominato adiectus ita demũ operatur, vt poſſit a cõtractu diſcedi eo non impleto, quando fuit cauſa finalis ipſius contractus, ſecus ſi impulſiua, cap. 90. n. 5.*

2 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet, cap. 17. nu. 11.*

2 Conditio (*ſi ſine filijs*) *quando non adeſt verbum* (*maſculis*) *operatur, quod teſtator non cenſeatur velle inducere differentiam inter maſculos, & fœminas, quemadmodum fecit in diſpoſitione, cap. 49. nu. 19.*

Item operatur quod neptis ſubſtitutum excludat, nſi appareat clare ex verbis teſtatoris, quod ipſe fecerit ſubſtitutionem, ut bona conſeruarentur in agnatione, ibid. nu. 20.

2 *Conditio, quæ de iure ineſt, expreſſa nihil operatur, cap. 67. nu. 15.*

1 Conductor *equi non releuatur ſi probet ſimpliciter equum mortuum, quem ipſe equitabat, niſi probet illummet equum fuiſſe mortuum, quem ipſe conduxerat a tali cap. 12. nu. 3.*

1 *Conductor ad continuandam locationem cogitur in illis caſibus, in quibus ſingularis ſucceſſor illi ſtare tenetur, cap. 18. nu. 15.*

2 *Conductor re abſumpta per incendium, vel aliter, ad ſolutionem penſionis non tenetur, cap. 76. num. 11.*

2 *Conductor habet retentionem pro melioramentis etiam ſi expellatur ob non ſolutam penſionem, cap. 113. nu. 8.*

1 Confeſsio *mariti de dote recepta conſtante matrimonio facta regulariter tertio non præiudicat, cap. 8. nu. 1.*

Præſumitur facta in fraudem donationis, ibidem numero 2. & 4. etiam ſi lapſum ſit biennium, ibidem num. 3.

Non valet etiam ſi ſit iurata, ibid. nu. 5. & 7.

Facta a viro extraneæ perſonæ tenet quo ad omnes, ibid. nu. 8.

Item probat veram numerationem, non ſolum contra maritum, ſed etiam contra tertios, quando coniecturæ, & adminicula concurrunt, ibidem num. 9.

Confeſsio inter perſonas prohibitas probat concurrentibus adminiculis, & præſumptionibus, ibid. num. 10.

1 *Confeſsio mariti de dote recepta conſtante matrimonio facta adminiculatur ex alimentorū præſtatione, cap. 8. nu. 12.*

Probat veram numerationem, quando præceſsit promiſsio ipſius dotis, ibid nu. 13.

Item quando ſolutio aliquarum partitarum in confeſsione enunciatarum probatur, ibid. nu. 14.

Item quando lapſum eſt tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ibid. nu. 17.

Ampliaq; procedere etiam contra fiſcum, ibid. n. 18.

Intellige ut poſt dictum tempus non poſsit opponi de dicta exceptione, non autem quod non poſſit opponi de donatione, ibid. nu. 19.

Rurſus intellige ut lapſus temporis non operetur contra creditores, qui intra tempus contraxerunt cum marito, & ignorabant confeſsionem ab eo factam, ibid. nu. 20.

1 *Confeſsio facta in diuiſione, ſeu transactione ab hæredibus grauatis, quod bona ſunt fideicommiſſo ſubiecta, probat non ſolum inter ipſos diuidentes, ſeu tranſigentes, ſed etiam contra eorum ſucceſſores, ſiue uniuerſales, ſiue particulares, cap. 12. nu. 52.*

Amplia etiam ſi in diuiſione, ſeu tranſactione non habeatur mentio, quod bona ſint appoſita fideicommiſſo, dummodo diuidentes, ſeu tranſigentes tanquam fideicommiſſarij, & vocati fecerint diuiſionem, ſecus ſi verba a notario proferrantur ratione demonſtrationis, ibidem numero 53.

Confeſsio facta ab hærede grauato in inſtrumento diuiſionis probat contra ſingularem ſucceſſorem, quando emanauit ante tranſlationem, ſecus ſi emanauit poſtea, ibid. nu. 56.

Confeſsio auctoris nocet ſingulari ſucceſſori, ſiue ſucceſſor habeat ius ex cauſa lucratiua, ſiue ex cauſa onerosa, ibid. nu. 57.

Confeſsio voluntaria tutoris non probat contra pupillum, ibid. nu. 59.

1 *Confeſsio debiti non iurata facta parte abſente non probat, nec ex ea agi poteſt, capitulo 48. numero 7.*

Confeſsio debiti facta in teſtamento reuocato non valet, præſertim ſi teſtator dicat, quod reuocat in omnibus, & per omnia, ibid. nu. 9.

1 *Confeſsio facta parte præſente, & acceptante cum iuramento eſt obligatoria, & ex ea in iudicio agi poteſt, licet ſit facta in teſtamento reprobato ibid. nu. 10.*

Confeſsio facta in teſtamento, ex qua vis parti ſuit quæſitum eſt irreuocabilis, quando pars cuius quæritur, vel alius pro ea interuenit, ibidem numero 12.

1 *Confeſsio dubia debet interpretari, ut minus quàm fieri poſsit confitenti præiudicet, cap. 59. numero 34.*

Confeſsio facta in reſcripto, ſeu commiſsione, quod ſpoliatus erat pacificus poſſeſſor, primum extremum in ſpolio non probat, ibid. nu. 35.

Item nec confeſsioni facta in articularis, ſi ſit de poſſeſsione ſpoliatiua, ibid. nu. 26.

1 *Confeſsio ex productione iurium reſultat, cap. 82. num. 13.*

Confeſsio reſultans ex productione iurium reuocatur docet de errore, ibidem numero 15. & 16.

Confeſsio non reſultat ex productione ſcripturæ priuatæ, ſeu copia, quæ per ſe nullam fidem facit, ibid. nu. 18 & 19.

2 *Confeſsio facta in ſupplicatione præiudicat confitenti, & ei qui gratiam impetrauit, capitulo 1. numero 116. & 118. & libro 11 capitulo 12. numero 31.*

2 *Item facta in narratiua ſupplicationis de iure patronatus nocet confitenti etiam ſi poſtea in clauſulis dicatur an ditionaliter, & quatenus ſit de iure patronatus, cap. 1. nu. 117.*

1 *Confeſsio facta a reo in ſupplicatione non probat titulum aduerſarij, ſed aliunde de iure eius canonico conſtare debet, niſi actor vellet ſuum ius, quod erat dubium, ex confeſsione facta per reum de titulo ſuo iuuare, quia tunc bene poſſet, ibid. nu. 119. & 120.*

Confeſsio aduerſarij reſpectu tituli quãuis qualificata ſufficit pro titulo colorato in interdicto recuperando, ibid. nu. 121.

Con-

Confeſsio aduerſarij confitentis factã fuiſſe vnionem, probat ipſam vnionem, licet ſubdat illam reuocatam fuiſſe, ibid. nu. 122.

2 Confeſsio cedentis poſt reſignationem, ſi dicat ſe reſignaſſe beneficium ſub promiſsione certa ſumma pecuniarum non probat ſimoniam, cap. 35. numero 23.

2 Confeſsio in iudicio emiſſa probat concludenter contra confitentem, & magis operatur, quam alia ſpecies probationis, cap. 44. nu. 1. & 2.

Item facta in iudicio criminali probat in ciuili etiam contra eum, qui de eodem delicto tenetur, concurrentibus tamen adminiculis, ibidem numero 3.

Confeſsio extraiudicialis de æquitate canonica probat plenè contra confitentem, ibid. nu. 4.

Item probata per teſtes idoneos facit fidem etiam de iure ciuili, vbi agitur de probanda veritate rei geſtæ, & concurrentibus adminiculis probat plenè, quamuis alias non probaret, ibidem num. 5. & 6.

Confeſsio ante partis acceptationẽ non nocet confitenti, & reuocari poteſt etiam ſi ſit facta in iudicio, nec conſtet de errore, ibid. nu. 7. 8. & 10.

Confeſsio incontinenti reuocata dicitur, quando reuocatur re integra, & ante partis acceptationem, ibid nu. 9.

Confeſsio a parte acceptata non docto de errore reuocari non poteſt, niſi a procuratore ſi facta abſente principali, ibid. nu. 11. & 12.

Confeſsio non dicitur acceptata per ſolam præſentiam partis, ſed acceptatio expreſſa requiritur, niſi agatur, vt pars ex ea ſe poſsit iuuare ante acceptationem, quo caſu ſufficit confeſsionem fuiſſe factam parte præſente, maximè ſi ſit fauorabilis, ibid. nu. 13. & 14.

2 Confeſsio qualificata, quando dicatur continere vnicum, vel plura capitula, & ea ſeparata, vel connexa, cap. 45. nu. 1. vſque ad 9.

Confeſsio qualificata prolata ſub vnico tractu, vel duplici verborum, puta, cum dictione, ſed, implicitè, vel explicitè quando poſsit pro parte acceptari, ibid. nu. 7. & ſeq.

Confeſsio continens vnicum factum, cum qualitate, quæ nullum reddat ipſum actum, ſeu eum in alium transfundat, non poteſt diuidi, nec acceptari reiecta qualitate, ibid. nu. 9.

2 Confeſsio qualificata contra præſumptionem iuris, quando poſsit diuidi, capitulo 45. num. 10. & ſequen.

Quid ſi contineat vnicum capitulum, ibid. num. 12. & ſeq.

Quid ſi contineat plura capitula connexa, ibidem nu. 14. & ſeq.

Quid ſi contineat plura capitula ſeparata, ibidem nu. 16. & ſeq.

Quid ſi oratio incipit a negatiua, ibidem numero 18.

Quid de confeſsione facta in poſitionibus, ibidẽ numero 21.

Qui de confeſsione in ſcriptis redacta, ibidem numero 22.

2 Confeſsionis qualitas, quæ non poteſt pro parte acceptari, An probationem in contrarium admittat, cap. 45. nu. 19.

2 Confeſsio facta in inſtrumẽto præſente viro, quod pecuniæ ſoluta in emptionem bonorum ſunt vxoris, præiudicat ſolum ipſi marito, & eius hæredibus, non autem creditoribus, capitulo 82. numero 6.

2 Confeſsio delicti facta a reo incidenter valet ad iudicem inſtruendum, vt poſsit formare inquiſitionem, & non vt ex ea ſola infligat pœnam, cap. 89. nu. 2.

Limita in Magna Curia Vicariæ Neapolis, quæ repræſentat perſonã Regis, & poteſt ſtatim pronunciare ſine nouo proceſſu ſuper confeſsione incidenter facta, ibid. nu. 3.

2 Confeſsio de recepto facta a procuratore non habente mandatum ſpeciale ad exigendum non præiudicat Domino, etiam ſi conſtet de numeratione cap. 93. nu. 1.

Confeſsio de recepto non præiudicat Domino, quamuis ſit facta a procuratore habente mandatum ad exigendum, niſi conſtet de numeratione, ibid. nu. 2.

Confeſsio procuratoris de recepto nocet principali etiam quod de numeratione non conſtet, quando procurator non ſolum habet mandatum ad exigendum, ſed etiam ad quietandum, & exactam pecuniam confitendum ſecundum vnam opinionem, ſed contraria eſt magis communis, ibidem numero 3.

Confeſsio procuratoris de recepto Domino præiudicat, quando procurator habet mandatum ad exigendum, recipiendum, & per pactum debitorem liberandum, & componendum, ibid. nu. 8.

Item præiudicat Domino ſi decretum Iudicis interuenerit, ibidem. nu. 9.

Item quando quietatio facta per procuratorẽ continet actionum ceſsionem, ibid. nu. 10.

Item, quando eſſent adiecta verba aliqua, ex quibus denotaretur realis numeratio, ibidem numero 11.

Item quando eſt facta a procuratore generaliter conſtituto ad omnia negotia Domini, vt ſunt inſtitores, ibid. nu. 12.

Item quando Dominus in mandato iurauit ſe ratum habiturum quidquid per procuratorẽ factum fuerit, tametſi nonnulli contrarium teneant, etiam ſi in mandato eſſent aliæ clauſulæ appendiciæ, ibid. nu. 13.

2 Confeſsio procuratoris de recepto, quando conſtat de fraude illius nunquam Domino præiudicat, cap. 93. nu. 14.

2 Confitẽs ſe recepiſſe, ſed quod dans fecit pactum de non petendo, an poſsit condemnari, cap. 45. n. 7. 8. & 18.

1 In confiniũ materia ſufficit verificare locum, in quo res exiſtit, etiam cum vno confine, ſi aliud fieri non poſsit, cap. 12. nu. 45.

Item in materia confinium ex animo teſtatoris oritur coniectura, quòd res fuerit in eius bonis, ibid. num. 46.

1 Confirmatio addit tantum robur ſtatuto confirmato, & quo ad ius, non quo ad actum,

vt cõprehendantur perſonæ, quæ antea non comprehendebantur, cap. 9. nu. 6.

Item non extendit actũ confirmatum ad id, quod in ea non continetur, ibid. nu. 34.

1 *In confirmatione ſtatutorum mens confirmantis potiſsimum attenditur, cap. 9. nu. 7.*

1 Confirmatio Apoſtolica non *præſumitur per lapſum tẽporis in conceſsione decimarum laicis facta poſt* Conciliũ Lateranenſe, *data etiam obſeruantia inueſtitura, cap. 13. nu. 3.*

Amplia *etiam ſi concurrat immemorabilis, dummodo probetur fama priuilegij, ibid. nu. 4.*

1 Confirmatio Apoſtolica *valida non præſumitur ex curſu tẽporis in alienatione rerum* Eccleſiæ, *vbicumque apparet de confirmatione inualida, cap. 13. nu. 6.*

Confirmatio Papæ *inualida producta ab eo, qui alienationem rei Eccleſiæ impugnat, non tollit præſumptionem alterius confirmationis validæ ex temporie diuturnitate prouenientem, ibidem numero 8.*

1 Confirmatio Papæ *valida præſumitur in alienatione rei Eccleſiæ ex curſu temporis etiã ſi non probetur ſcientia ipſius Papæ, & quamuis beneplacitum non ſit expreſſe reſeruatum, ibidem nu. 9. 10. & 11.*

1 Confirmatio Apoſtolica *in alienatione rerũ Eccleſiæ non præſumitur niſi ſpatio 100. annorum quando nulla concurrit obſeruãtia contractus, ſi autem concurrat, ſufficiunt 10. anni quando agitur de leui præiudicio, ſecus ſi de graui, quia tunc ſimul cum obſeruãtia requiritur ſpatium 30. annorum, cap. 13. nu. 12.*

Declara, *dummodo obſeruantia ſit clara, ſecus ſi ſit præſumptiua, ibid. nu. 13.*

Secundo declara *vt tempus 30. annorum qui requiruntur ad præſumendam confirmationem* Papæ *non poſsit ſumi ab inueſtituris anterioribus, quando ſunt diuerſæ ab vltima, ibidem numero 16.*

Tertio *declara vt tempus vitæ* Prælati *non deducatur de tempore requiſito ad præſumendam ſolemnitatem, ſiu confirmationem, ſecus ad effectum præſcriptionis, ibid. nu. 17.*

1 *Confirmatio alienationis rei Eccleſia dicitur nulla ipſo iure, quamuis aliunde conſtet de effectu, & vtilitate, quando* Papa *mandauit conuerſionem fieri in emptionem bonorum ſtabilium ante approbationem contractus, & iſtud ſit omiſſum, cap 68. nu. 5.*

2 *Confirmatio habens inſertionem capitulorum ex certa ſcientia facta cenſetur, cap. 47. nu. 1.*

Declara, *dummodo inſertio capitulorum ſit vera, & explicita, ſecus ſi per fictionem, mediante clauſula pro expreſsis, vel quorum tenores, &c. ibid. nu 5. & 6.*

2 *Confirmatio Apoſtolica in cõceſsione decimarum laicis facta poſt* Concilium Lateranenſe *nullo temporis curſu præſumitur, niſi illud ſit immemorabile, & concurrat fama priuilegij, vel recognitio feudalis, cap. 92. nu. 9. & 10.*

2 Confiſcatio bonorum *ſub mero imperio comprehenditur, pag. 280. nu. 5.*

2 Confraternitates *laicorum non ſunt loca pia, cap. 72. nu. 10.*

Contra *illas Trebellianica non detrahitur, quando ſunt ſolitæ conuertere relicta in opera pia, ibid. nu. 19.*

1 Coniectura, *quod filij in conditione poſiti ſint vocati, quando fuit tranſgreſſum ad plures gradus a Rota reijcitur, cap. 27. nu. 6.*

Coniectura, quod filij in conditione poſiti cenſeantur magis dilecti, quàm extraneus ſubſtitutus, & ideò ad eos debeat fieri tranſmiſsio, reprobatur, ibid. nu. 14. & lib. 2. cap. 31. nu. 23.

2 *Coniectura ſufficiens colligitur ex verbis vniuerſalibus, & geminatis, quod teſtator voluerit etiam legare bona futura, cap. 30. nu. 43.*

2 *Coniectura ad excluſionem neptis ad fauorem patrui ſubſtituti, quando ex ſtatuto excludente filias fœminas propter maſculos, validè accipiatur, cap. 49. nu. 14.*

2 *Coniectura per quam lex interpretatur voluntatem alterius, non tollitur, niſi euidenter contraria voluntates oſtendatur, capitulo 105. numero 28.*

2 *Coniectura, quæ capitur ex reſtrictione ad bona teſtatoris, vt voluerit facere ſubſtitutionẽ omni tempore fideicommiſſariam, non admittit interpretationem in contrarium, niſi liquido appareat de contraria voluntate, pagina 295. numero 16.*

Coniectura deſumpta ex affectione ſubſtitutorum ad inducẽdum pupillarem ad excluſionem matris, non attenditur, vbi ſubſtitutio facta pupillo eſt reſtricta ad bona teſtatoris, et facta per verba communia, ibid. nu. 19.

2 *Coniectura* Bartoli, *quod quãdo teſtator per verbum commune ſubſtituit filio pupillo in omnibus bonis, vel in tota ſua hæreditate, comprehendatur pupillaris directa, reprobatur, pag. 297. numero 32.*

1 Conſanguineus *alienans, ſi praueniat recuperando, an tollat ius quæſitum iure retractus alteri conſanguineo, cap. 5. nu. 5 & 22.*

1 Conſenſus *nouus ſucceſſoris in alienatione rei Eccleſiæ an requiratur obtento beneplacito, cap. 14. num. 6.*

Conſenſus nouus requiritur matrimonio contracto in gradu prohibito etiam poſt Papæ *diſpenſationem, ibid. nu 7. & 9.*

1 *Conſenſus nouus* Domini *non requiritur in ceſſione rei feudalis, quando in conceſsione ipſe* Dominus *conſenſit, quòd res poſſet vendi, & alienari, cap. 40. nu. 2.*

Conſenſus obtentus ab agente ex iure ceſſo poſt concluſum in cauſa valet de æquitate, ibidem numero 6.

1 *Conſenſus in reſignatione ante* Pium Papã Quintum *poterat præſtari poſt obitum reſignantis, dummodo ſupplicatio in vita porrecta fuiſſet, nec reſignans aliquid ſibi reſeruaſſet; Poſt* Pium Quintum *verò eo ita ſtatuente talis conſenſus non valet, cap. 51. nu. 1.*

Conſenſus, *qui in reſignatione præſtatur non eſt de ſubſtantia ipſius reſignationis, ſed tantum requi-*

r. quiritur pro expeditione literarum, quæ ante illius extenſionẽ in Cancellaria non expediuntur. ibid. nu. 11. & 15.

1 Conſenſus patris hodie non requiritur ad effectum, vt filia nubere poſſit, cap. 73. nu. 7.

Conſenſus habetur pro præſtito, quando illum præſtare debens fuit requiſitus, et ſine cauſa denegauit, ibid. nu. 8.

2 Conſenſus ſub conditione præſtitus non dicitur conſenſus, cap. 5. nu. 143.

2 Conſenſus patroni in præſentatione poteſt præcedere & ſequi, cap. 33. nu. 11.

Conſenſus tacitus patronorum reſultans ex proſequutione litis ſuper admiſſione præſentationis antea factæ, expreſſè præſentationi æquiparatur, ibid. nu. 23.

Conſenſus reprobus ab initio eſt ſemper nullus, nec in futurum quidquam operatur, ibid. nu. 16.

2 Conſenſus non extenditur vltra limites ſuos, cap. 37. num. 51.

2 Conſenſus primogeniti in viuentibus iure francorum nedum ipſi primogenito, ſed etiam alijs agnatis præiudicat, cap. 58. nu. 7.

2 Conſenſus in reſignatione retrotrahitur ad diem datæ, cap. 71. nu. 17.

Amplia, vt tempus datæ attendatur, item præſentatio ſupplicationis ſub parua data, & paruo conſenſu, ſi poſtea a reſignante conſenſus fuerit extenſus, ibid. nu. 18.

2 Conſenſus Domini non requiritur in remiſſione iuris etiam realis, quod quis habet ſuper feudo, cap. 90. nu. 2.

Conſenſus Domini adhibitus in venditione feudi cum pacto de retrouendendo, non eſt neceſſarius, quando poſtea feudum retrouenditur, ibidem numero 4.

Conſenſus Domini adhibitus in alienatione rei feudalis in dotem data, operatur, vt translatio dominij, quæ facienda eſt ſoluto matrimonio, non requirat alium conſenſum, ibid. nu. 6.

Conſenſus, ſeu decretum Iudicis non requiritur, quando creditor vendit rem pupilli ſibi pignoratam, ſi in ipſa pignoratione alias decretum interuenerit, ibid. nu. 5.

2 Conſenſus Cardinalis exiſtentis extra curiam non requiritur in regula tertia Cancellariæ, per quam beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium reſeruantur, capitulo 94. numero 12.

Pro conſenſu Cardinalis exiſtentis in curia requiſito per regulam tertiam Cancellariæ, non ſufficit, quòd in ſupplicatione prouiſionis reperiatur ſubſcriptio, ſeu appoſitio manus dicti Cardinalis, ſed neceſſe eſt, quod conſenſus ponatur in Cancellaria, vel camera per cedulam ipſius Cardinalis, ibid. nu. 14.

Conſenſus Cardinalis in cuius familiaritate beneficiatus exiſtẽs deceſſit, non requiritur quando cõcurrit reſeruatio inducta propter familiaritatẽ Papæ, ib. ſub n. 17. verſ. Reſeruatio tamen.

2 Conſenſus ex poſt facto præſtitus non tollit ius tertio acquiſitum ante conſenſum præſtitum, pag. 300. nu. 2.

1 Conſilium Corn. 123. libro 4. declaratur, cap. 1. numero 32.

1 Conſ. Oldr. 123. refellitur, cap. 10. nu. 21.

1 Conſ. Cephali 452. num. 21. lib. 3. declaratur, cap. 34. num. 12.

1 Conſ. Oldradi 21. locum habet, quãdo conditio (ſi ſine filijs) ſubſtitutioni appoſita eſt momẽtanea, non autem quando eſt ſucceſſiua, cap. 45. nu. 2.

1 Item procedit, quando ſubſtitutio fit ſub cõditione (ſi deceſſerit ſine liberis) non autem ſi ad ampliationem addatur, (& deſcendentibus,) cap. 45. numero 8.

1 Conſ. Old. 21. non procedit, quando teſtator vltimo ex filijs decedenti ſine liberis, & deſcendentibus maſculis, ſubſtituit agnatos collaterales, cap. 45. nu. 10.

1 Item non procedit, quando ſubſtitutio, & fideicommiſſum fuit factum cauſa agnationis conſeruandæ, cap. 45. nu. 11.

1 Conſ. Oldr. 21. requirit defectum liberorum, & deſcendentium tempore mortis grauati, cap. 45. numero 7.

1 Conſ. Oldr. 21. communiter approbatur etiam ſine diſtinctione, An filij ſimul cũ patre fuerint vocati, vel ne, quia vtroque caſu procedit dictũ conſ. quod ſubſtitutio non cenſeatur repetita quo ad filios, cap. 70. nu. 12.

1 Conſ. Ruini 181. nu. 3. lib. 2. declaratur, cap. 45. nu. 17. & 18.

1 Conſ. Rimualdi 106. lib. 1. nu. 9. explicatur, cap. 76. num. 13.

1 Conſtitutio cap. prohibemus, de Decim. ne laici poſſint habere, nec in alios tranſmittere decimas ſpirituales, non eſt ſimpliciter Papalis, ſed conciliaris, cap. 19. nu. 2.

1 Conſtitutio Pij Papæ Quinti de publicandis reſignationibus, an per Bullam Gregorij Decimitertij in totum abrogetur, cap. 51. per totum, & lib. 2. cap. 40. nu. 10.

Conſtitutio ſpecialis tollitur per generalẽ, quando expreſſe abrogatur, ibidem nu. 20. & lib. 2. cap. 40. nu. 7.

1 Conſtitutio Principis ſecularis, an poſſit prohibere, ne in contractibus iuramentum interponatur, cap. 62. per totum.

2 Conſtitutio de publicandis reſignationibus comprehendit etiã Hoſpitalia, cap. 3. nu. 26. & 29.

Item locum habet in beneficijs iuriſpatronatus, ibid. nu. 30.

Conſtitutio, ſeu lex edita ad obuiandum fraudibus dicitur fauorabilis, etiã ſi materia alias ex ſui natura ſit odioſa, & etiam ſi conſtitutio ſit pœnalis, ibid. nu. 27. & 28.

2 Conſtitutio ſpecialis, ſeu indultum non eget publicatione, ſed ſufficit, quòd priuatim innoteſcat cap. 39 nu. 4. & 5.

1 Conſtitutio ſpecialis habens decretum irritãs ſtatim operatur etiam contra ignorantes, ibid. n. 6.

Item operatur a die datæ etiam ante ſcientiam priuilegiati, ibid. nu. 7.

2 Conſtitutio generalis non ligat niſi a die publicationis, vel poſt duos menſes poſtquam fuerit publicata, cap. 39. nu. 10.

Conſtitutio priuans ſucceſsione ob non petitum tutorem tempore debito dicitur pœnalis,quia ius competẽs proximiori ea de cauſa in remotiorem transfertur,ibid.nu.16.

Conſtitutio, ſeu lex inhabilitans matrem,vt non poſsit ſuccedere filys ob tranſitum ad ſecundas nuptias pœnalis dicitur,ibid.nu.17.

2 Conſtitutio , ſeu lex principaliter condita ob publicum fauorem,licet in conſequentiam, aliquos inhabilitet, tamen fauorabilis dicitur , cap.39. numero 19.

Conſtitutio generalis habens decretum irritans poſt promulgationem ſtatim ante lapſum duorum menſium ligat,ibidem nu.21.

Idem eſt, quando non habet decretum ſi concurrat ſcientia promulgationis , maximè ſi cum ſcientia concurrat etiam ipſius ſcientis fraus in terty præiudicium,ibid.nu.22.& 23.

Conſtitutio,ſeu lex generalis valet,& ligat ante publicationem,quando conditor vult, ibidem numero 24.

Item conſtitutio generalis habens decretum irritans ſtatim ligat aute publicationem , quando publicatio uon eſt neceſſaria , vel præſumitur, ibid.num.31.

2 Conſtitutionis publicatio præſumitur quando conſtitutio eſt deſcripta in Archiueo publico , ita vt omnes illius copiam habere poſsint , cap. 39.num.32.

Item quãdo concurrit diuturnitas temporis cum obſeruantia,ibid.nu.33.

Item quando conſtitutio eſt facta à Prioribus in Conſilio,ibid.nu.34.

Item quando eſt regiſtrata in regiſtro Papæ , & publicè impreſſa , vel palam venundatur , ibidem num.35.

2 Conſtitutio generalis per quam priuilegiũ conceditur immediatè ligat ante publicationem , quamuis ille,contra quem priuilegium datur , ignoret illud fuiſſe conceſſum,cap.39.nu.36.

Declara, quãdo priuilegium reſpicit commodum alicuius certæ,& nominatæ perſonæ,ſecus ſi cõcernat perſonam indeterminatam , & aliorum obſeruantia indigeat,ibid.nu.37.

2 Conſtitutio generalis habens decretum irritans poſt publicationem factam in loco reſidentiæ Principis legat etiã in alys locis, in quibus non fuit facta publicatio,cap.39.nu.38.

2 Conſtitutio generalis , licet habeat clauſulam (ex nunc,& de cætero perpetuis futuris temporibus) non obligat à die datæ , ſed ſolum à die promulgationis,cap.34.nu.28.

Limita niſi addatur clauſula (ex tunc ac ſi a die datæ præſentium) quia tunc conſtitutio obligat etiam ante publicationem,ibid.nu.29.

2 Conſtitutio Py Papæ Quinti reuocatoria facultatum teſtandi in illegitimos ligat vbique licet in curia tantum publicata fuerit, capitulo 39. numero 40.

Conſtitutio habens decretum irritans ſtante eius publicatione in curia,vel in loco reſidẽtiæ Principis,legat etiam in alys locis,in quibus nõ fuit facta publicatio , quamuis in dictis locis vſus illius non probetur , ibidem num.42.

Conſtitutionis obſeruãtia præſumitur,& ad probandum cõtrarium requiritur quod actus,quibus contrarium probatur, habuerint effectum , & fuerint obtenti in contradictorio iudicio,ibidem num.44.

2 Conſtitutio prima per ſecundam non tollitur in totum , niſi ſecunda abroget primam per aliam clauſulam , quàm derogatoriam , capitulo 40. numero 6.

2 Conſtitutio, ſeu lex aliam declarans,debet intelligi ſecundum terminos legis declaratæ,cap.94. numero 62.

2 Conſtitutio Aegidiana locum habet etiam ſi in actis non producatur,cap.75.nu.1.

Item locum habet in quocumque mero poſſeſſorio, ibid.num.2.

Conſtitutio Aegidiana tollit obſtaculum iuris canonici , & remittit nos ad ius ciuile , ibidem numero 3.

Item habet locum in quolibet interdicto etiam plenario adipiſcendæ , & ſic in Saluiano interdicto,ibid.nu.4.

Item procedit quamuis ſententia ſit lata vigore , l.fin.C.de edicto diui Adr.tollen.ibid.nu.5.

2 Conſtitutio Aegidiana locum habet quotieſcumque verba ſententiæ ſunt reſtricta ad merum poſſeſſorium, neque aliquam nullitatis complicationem habeat,licèt petitorium non fuerit ſuſpenſum , & de nullitate fuerit cognitum incidenter ad effectum poſſeſſory , cap.75. numero 8. & 18.

Non habet locum quando in ſententia exprimitur cauſa , quæ habeat complicationem cum petitorio,ibid.nu.9.

Item non intrat quotieſcumque ſententia mandat reſtitui bona,non autem poſſeſsionem bonorum,ibid.nu.11.

2 Conſtitutio Aegidiana locum habet etiam in ſecunda inſtantia,quamuis à prima ſententia abſolutoria lata pro reo fuerit appellatum , cap. 75.num.14.

Item locum habet,quamuis actor, ad cuius fauorem ſententia fuit lata,prius appellauerit,quatenus contra,ibid.nu.19.

Item locum habet, vbi ſententia fuit lata in poſſeſſorio,licèt reo appellanti Iudex dederit Reuerentiales,ibid nu.24.

2 Conſtitutio Aegidiana non habet locum, quando conſtat de notoria iniuſtitia, vel nullitate ſententiæ,cap.75.nu.27.

Conſtitutio Aegidiana locum habet ſolum in ſtatu Eccleſiaſtico, & in locis Sedis Apoſtolicæ immediatè ſubiectis,non autẽ mediatè,vt eſt Parma,& Placentia,ibid.nu.35.

1 Amplia vt locum non habeat inter non ſubiectos Eccleſiæ,etiam quod iudicium fuerit factum in vrbe,cap.86.nu.3.

2 Limita,niſi vtraque pars litigantium eſſet ſubiecta immediatè Romano Pontifici,& litigaret in curia ſuper poſſeſsione rei , ſeu Caſtri mediatè ſubiecti,cap.75.nu.36.

2 Conſtitutio Aegidiana in cauſis ſpiritualibus,&

fori

ſori Eccleſiaſtici locum non habet, quamuis ſit confirmata à ſummis Pontificibus, cap. 75. n. 37.

Item non procedit in bonis Eccleſiæ, neque inter perſonas Eccleſiaſticas, quamuis Eccleſia ſit actrix, & in mero poſſeſſorio obtineat, ibidem numero 39.

Item non habet locum, vbi adeſt ſtatutum particulare permittens ſemel poſſe appellari à ſententia lata ſuper poſſeſſorio, ibid nu. 41.

Item non procedit in iudicijs poſſeſſorijs ſui natura mixtis, in quibus datur appellatio, ibidem numero 43.

Item locum non habet in iudicio mere poſſeſſorio, quando ſententia continet complicationem, & mixturam in verbis diſpoſitiuis, ſecus ſi in narratiuis, & enunciatiuis, ibid. nu 44. & 45.

2 *Conſtitutio Pij Papæ Quarti edita ſub die 26. Octobris 1560. loquens de ſequeſtratione, qualiter differat à Clem. vnica, de ſequeſtrat. poſſeſ. & fruct. cap. 77. nu. 45.*

Habet locum, quamuis excipiatur de nullitate, aut ſubreptione prouiſionis Apoſtolicæ, ib. n. 47.

2 *Conſtitutio Pij Quinti, quæ habetur in Bullario ſub nu. 67. mandansiquod fructus, nec non diſtributiones, cæteraque emolumenta beneficij penes idoneam perſonam deponi debeant, lite pendente inter prouiſum, & capitulum, ad quem ſpectat receptio ad ipſum beneficium, intelligitur dummodo capitulum fuerit in aliqua culpa tradendi poſſeſſionem, vel aliquod impedimentum præſtiterit, cap. 77. nu. 49.*

2 Derogatio generalis non obſtantarum poſita in aliqua diſpoſitione cum clauſula, quorum tenores, &c. idem operatur, ac ſi nominatim in contrarium obſtantibus fuiſſet derogatum, cap. 40.num.1.

Item operatur derogationem ſpecificã nedum in diſpoſitione motu proprio facta, ſed etiã ad partis inſtantiam, ibid. nu. 1.

Idem eſt, quamuis diſpoſitio, cui derogatur habeat clauſulas prægnantes, & cum derogatorijs derogatoriarum ad diſpoſitiones ſequentes, ibidem nu. 4.

Derogatio generalis non operatur niſi quo ad ea, quæ ſunt contraria, & ſic non tollit totam conſtitutionem præcedentem, ſed ſolum ea, quæ ſunt contraria ſecundæ conſtitutioni, ibidem numero 5.

Item derogatoria generalis cum clauſula, quorum tenores, &c. reſtringitur ad ea, quæ in diſpoſitione expreſſa fuerunt, non autem operatur quo ad non expreſſa, etiam ſi Princeps illa non ignorauerit, ibid. nu. 13.

2 Derogatio generalis regularum Cancellariæ operatur ſolum, quo ad regulas perimentes ipſo iure gratiam, cuius fauore facta fuit derogatio, non autem quo ad illas, quæ non perimunt ortum ipſius gratiæ, ſed eam differunt, & ſuſpendunt, donec aliquid factum ſit, cap. 40. nu. 17.

Imò non operatur, niſi adſit indiuidua mentio earum regularum, quibus intenditur derogari, ibid. nu. 18.

Fallit, quando vltra derogatoriam generalem regularum eſt adiecta clauſula, quorum tenores, &c. ibid. nu. 19.

2 Derogatoria generalis cum clauſula, quorum tenores, &c. non operatur, quando diſpoſitio contraria mandat fieri ſpecialem mẽtionem, & tacitè, vel expreſsè prohibet expreſſionem generalem, cap. 40. nu. 20.

Item non operatur, quo ad regulas Cancellariæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requirentes, ibid. nu. 21.

Item non operatur, quando diſpoſitio concernit præiudicium tertij, ibid. nu. 22.

2 Derogatoria generalis priuilegiorum, & indultorum non comprehendit indulta conceſſa ad inſtantiam Regum, vel illorum Ambaſciatorum, cap. 40. nu. 25. & 26.

Item nec conceſſa ad fauorem Vniuerſitatis, ibidem nu. 27.

Item nec conceſſa ex cauſa oneroſa, ibidem numero 28.

2 Derogatio etiam generaliſſima priuilegiorum alijs conceſſorum etiam cum clauſula ad inſtantiam Regum, & cum derogatione regulæ de iure quæſito non tollendo, non comprehendit priuilegia Regibus ipſis, vel alijs conceſſa iure ſpeciali, niſi ſpecifica mentio de eis facta fuerit in derogatione, cap. 40. nu. 29.

2 Derogatio regulæ de iure quæſito nõ tollendo, non operatur, niſi reſpectu eorum, qui in priuilegio ſunt comprehenſi, cap. 40. nu. 30.

2 Derogatio etiam ſpecialiter, & in indiuiduo facta non valet, niſi etiam contineat derogationem regulæ, de iure quæſito nõ tollẽdo, cap. 40. n. 37.

Amplia, vt ad derogationem dictæ regulæ non etiam ſufficiat ſcientia Papæ, ſiue implicita, & quæ deſumatur ex clauſula, ex certa ſcientia; ſiue etiam explicita, & verè narrata, ſed eſt neceſſaria ſpecialis, & expreſſa illius derogatio, ibid. nu. 38.

2 Derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo in ſupplicatione poſita ſuffragatur licèt in literis non legatur, cap. 40. nu. 39.

1 Deſcendentia ad effectum ſuccedendi quando debeat ſigillatim, & per gradus diſtinctos probari, & quod veniat a linea legitima, cap. 70. nu. 1. 2. & 3.

Deſcendentia, ſeu parentella in antiquis probatur etiam leuioribus probationibus, & ſufficit fama publica, & teſtis de auditu, ibid. nu. 4.

Item deſcendentia in antiquis probatur per duas enunciatiuas emanatas a diuerſis perſonis non ſuſpectis, ibid. nu. 5.

1 Deſcendentia non probatur per inſtrumenta in antiquis, niſi ſint ſaltem duo, & ſint centũ annorum dempto tempore litis inchoatæ iuxta opinionem Rotæ, licèt ex dictis inſtrumentis aliud ſit teſtamentum, in quo ille talis nominetur filius talis, & tanquam talis hæres inſtituatur, cap. 70. nu. 6. & 7.

Deſcendentia per teſtes de auditu quomodo probetur, ibid. nu. 8.

2 Deſcriptio bonorum, ex qua poſſit fideicommiſſario ius reddi, qualiſcumque ſufficit, ad effectum detractionis Trebellianicæ, licèt alias inuentarium ſolemne eſſet neceſſarium, cap. 72. numero 3.

2 Detentatio ſola non ſufficit ad præſcribendum, cap. 92. nu. 2.

1 Detractiones ſi non ſint factæ, ad effectum vt fieri poſſint hæredi a fideicommiſſario reſtitutio hæreditatis fieri debet, cap. 1. nu. 30.

2 Detractiones omnes etiam alias ſecundum regulas iuris debitæ excluduntur, quando teſtator vtitur verbis denotãtibus integritatem ſuæ hæreditatis, cap. 105. nu. 22.

2 Deuolutio merè conuentionalis non poteſt peti, niſi quatenus interſit, cap. 76. nu. 8.

2 Dictio repetitiua ſtat acceſſoriè, & refert omnes conditiones præcedentis diſpoſitionis, cap. 103. num. 7.

2 Dictio (adeo) eſt continuatiua, ſed iuncta cum dictione (quod) eſt illatiua, & declaratiua, ſicut dictio (ita quod) cap. 103. nu. 16.

1 Dictio (alio modo) eſt relatiua ad modos expreſſos, ſimiles tamen expreſſis, cap. 28. nu. 14.

1 Dictio (verò) eſt aduerſatiua, & inducit repetitionem omnium qualitatum expreſſarum in præcedenti diſpoſitione, cap. 30. nu. 50. & lib. 2. cap. 94. nu. 68.

1 Dictio (pænitus) omne etiam minimum excludit, cap. 32. nu. 6.

1 Dictio (deſcendentibus) appoſita in ſubſtitutione poſt verbum filijs operatur ſucceſſiuitatem, & comprehendit omnes in infinitum, cap. 45. num. 4. & 6.

1 Dictio relatiua (ipſis) iũcta dictioni vniuerſali in ſubſtitutione, quid operetur, cap. 45. nu. 13.

1 Dictio (omnibus) operatur, vt comprehendantur ea, quæ alias non comprehẽderentur, c. 45. n. 14.

INDEX.

1 Dictio (*cum*) *exponitur pro ſimul* , *cap. 46. numero 6.*

1 Dictio (*ſupradictis*) *reſtringit diſpoſitionem ad ſuperiora perinde ac ſi ſpecialiter eſſent repetita, cap. 51. nu. 7.*

1 Dictio (*inſuper*) *intelligitur circa ſuperiora, vt addat ſuperiori diſpoſitioni , & retentis eiſdem terminis, cap. 51. nu. 8.*

2 Dictio (*omnino*) *habet vim decreti irritantis , cap. 29. nu. 11.*

Item comprehendit omnes caſus, & ſignificat indiſtinctè, & totaliter, cap. 25. num. 10. & lib. 1. cap. 31. num. 22.

1 Dictio (*ex*) *denotat cauſam immediatam , cap. 66. num. 14.*

Non impedit quominus in ſubſtitutione veniant etiam remotiores, ibid. nu. 15.

1 Dictiones (*quouſque , donec, & ſimiles*) *important conditionem extinctiuam, cap. 4. num. 9. & lib. 2. cap. 46. nu. 4.*

1 Dictio (*eo caſu*) *denotat temporis extremitatē, cap. 66. nu. 12.*

1 *Item in ſubſtitutione poſita eſt relatiua qualitatum præcedentium , cap. 99. numero 2. & lib. 2. cap. 50 num. 3.*

1 *Item operatur , vt ſubſtitutio reſtricta ſit ad caſum expreſſum, nec ad alium extendi poſſit, cap. 99. nu. 3. & lib. 2. cap. 50. nu. 4.*

2 Dictio (*prout*) *quando refertur ad verbum impersonale infinitiuum , quod non habet certum numerum, & perſonam, infinitiuè intelligitur, & accipitur conditionaliter , capitulo 1. numero 79.*

2 Dictio (*alias*) *eſt repetitiua ſimilium qualitatum, cap. 58. nu. 16.*

2 Dictio (*ſemper*) *importat perpetuitatem, & continuationem temporis in infinitum , quando ſubiecta materia non repugnat , capitulo 25. numero 5.*

2 Dictio (*aliquod*) *cum negatiua præcedēte etiam in qualibet minima parte verificatur , cap. 25. numero 11.*

2 Dictio (*ex nunc*) *temporis inchoationem ſignificat, cap. 39. nu. 25.*

Item importat, vt quod diſponitur ſtatim fiat ſine vlla temporis dilatione, ibid. nu. 26.

Declara, vt procedat poſt actum ex ſubiecta materia proceſſurum, ibid. nu. 27.

Iuncta cum clauſula , (& de cætero perpetuis futuris temporibus) non operatur, vt conſtitutio liget a die data, ſed ſolum a die publicationis, ſiue promulgationis, ibidem num. 28. Niſi addatur clauſula ex tunc ac ſi a die data præſentium, &c. ibid. nu 29.

2 Dictio (*placuit*) *ex dictio (beneplacitum) denotant arbitrium boni viri, cap. 70. nu. 8.*

2 Dictio (*reſiduum*) *in eo toto quod remanet propriè verificatur, cap. 72. nu. 17.*

2 Dictio, *ſeu pronomen* (*hoc*) *ad proxima refertur, cap. 77. nu. 23.*

2 Dictio (*huius modi*) *præcedentia, cum omnibus ſuis qualitatibus repetit, cap. 77. nu. 27.*

2 Dictio (*quæ*) *ſine copula geuet aliuus verbis antecedentibus adiecta, præcedentem diſpoſitionem reſtringit, cap. 77. nu. 52.*

2 Dictio (*cætera*) *regulatur ſecundum naturam rei, cui adiungitur, cap. 77. nu. 56.*

2 Dictio (*etiam*) *de ſui natura eſt implicatiua tacita, diuerſas ſpecies ab expreſſis includens, cap. 83. nu. 55.*

2 Dictio (*citra*) *abſque copula poteſt verificari in vna vice, cap. 100. nu. 53.*

Iuncta cum copula (&) probat immemorabilem ſi teſtes eam ea deponentes exprimant alia requiſita, ibid. nu. 12.

Limita vt ſine copula probet immemorabilē alijs concurrentibus in Regno Hiſpaniarum , vel quando teſtes addunt aliquam dictionem temporis continuatiuam, ibid. nu. 14. & 15.

2 Dictio (*quæcumque*) *habet maiorem vim, quam dictio (nulla) vel (omnis) & ſe extendit ad maiora expreſſis etiam impropria, cap. 101. n. 3.*

2 Dictio (*ideo*) *denotat cauſam finalem, cap. 105. numero 19.*

2 Dictio (*eius*) *& dictio (ſic) quando in tertia perſona proferruntur, referruntur ad teſtatorem, pag. 294. nu. 3. & 4.*

Dictio (*eius*) *refertur ad bona vtriuſque , tam teſtatoris, quam pupilli , quando apparet teſtatorem velle pupillariter ſubſtituere , ibidem numero 10.*

2 Dictio *vniuerſalis (omnia) in ſubſtitutione adiecta efficit , vt illa etiam comprehendantur , quæ alias non comprehenderentur, pagina 297. numero 33.*

1 Dies *incerta , & ſic dies mortis inſtituti importat conditionem caſualem, cap. 32. nu. 12.*

2 Dignitas *electiua appellatione dignitatis nō continetur, cap. 94. nu. 41.*

Dignitates maiores poſt Pontificales in Cathedralibus , & principales in collegiatis Eccleſijs Germaniæ, vigore concordatorum Papæ reſeruantur , etiam ſi ſint electiua , ibidem numero 65. & 66.

1 Dilatio *regulariter non conceditur actori , cap. 91. num. 1. quamuis tertius veniat ad cauſam contra ipſum vigore clauſulæ commiſſionis obtentæ per ipſum actorem (omneſque alios ſua intereſſe putantes ,) ibidem nu. 2. ſecus ſi tertius veniat ad cauſam vigore ſpecialis commiſſionis ab ipſomet obtentæ, quia tunc actori dilatio eſt concedenda, ibid. nu. 3.*

Idem eſt , vbi actor commiſit cauſam ſuper vno iure , & reus pendente iudicio produxit ius nouum , cuius reſpectu lis non fuerit capta , ibidem num. 4.

1 Dilatio *actori conceditur , quando reus cedit ius ſuum tertio, & ceſſionarius venit, propter mutationem perſonæ, licèt ceſſionarius vtatur iure cedentis, cap. 91. nu. 5.*

1 Dilatio *regulariter reo conceditur ad ſe informandum de iuribus ſuis, & deliberandum , an velit cedere, vel contendere, ibid. nu. 6.*

Limita, niſi contra eundem iam ſeruatus ſit terminus ad articulandum , & anno elapſo petat eam ſibi dari, ibid. nu. 7.

Secundo

Secundo limita, niſi citatio contra eum decreta, & termini obſeruatio emanauerit vigore commiſſionis impetrata literis non expeditis, ibidem num. 8.

Tertio limita in reo ſpoliatore, etiam ſi ſpolium contra eum non ſit probatum, ibid. nu. 9.

1 Dilatio *aliqua conceditur reo ſpoliatori ad opponendum contra iura nouiter producta, niſi in caſu, vbi perduceretur gratia ſi neutro, cap. 91. num. 10. & 11.*

Non datur reo, qui habuit quartam dilationem, ibid. num. 12.

Quarta dilatio conceditur, quando allegantur cauſa releuantes, & petens iurat cauſam eſſe veram, ibid. nu. 13.

Item hæredi vlterior dilatio conceditur, ſicut etiam ſucceſſori, quamuis eius prædeceſſor, contra quem iudicium fuerat captum, quartam obtinuerit, ibid. nu. 14.

Dilatio procuratori in curia concedenda eſt ad certiorandum Dominum in partibus de lite particulari ſibi mota, ibid. nu. 15.

Limita, niſi procurator repertus in curia habeat ſpeciale mandatum procedendi in cauſa commiſſa, ibid. nu. 16.

Secundo limita, vbi actor petit declarari locum eſſe regreſſui ob non ſolutam penſionem, ibidem num. 17.

Tertio limita, vt dilatio procuratori non detur pro habendis defenſionibus poſt decretum citationis, quando poſt dictum decretum mandatum produxerit per ſex menſes, ibid. nu. 18.

Quarto limita, quando Dominus fuit citatus per edictum in partibus confiſito de non tuto acceſſu, ibid. nu. 19.

1 Dilatio *non datur ceſſionario, ſi prius data fuit auctori ſuo, niſi reſpectu iuris proprÿ, quod aliunde habet, quàm a cedente, capitulo 91. numero 20.*

Dilatione pendente, ſeu termino ad liquidandum iudex non poteſt ſententiam proferre, & lata eſt ipſo iure nulla, ibid. nu. 21.

Dilatio a iudice conceſſa poteſt ab eorum reuocari, dummodo reuocatio fiat expreſſe, ibidem numero 22.

Dilatio in prolatione ſententiæ hodie non cenſetur reuocata, niſi in ſententia Rotali, ibidem numero 23.

2 Dilatio *data principali non prodeſt fideiuſſori, quando eſt obligatio dandi, ſi autem ſit obligatio faciendi, & factum ex ſui natura cohæreat perſonæ principalis tantum, prodeſt, ſecus ſi factum cadat in obligatione fideiuſſoria, pagina 281. numero 1.*

Dilatio duorum menſium, quæ reis condemnatis de iure datur ad ſoluendum iudicatum, intelligitur etiam conceſſa eorum fideiuſſoribus, ibidem num. 3.

Dilationis beneficium poteſt opponi per reum principalem accipientem ex perſona ſua defenſionem fideiuſſoris, licet dilatio principali conceſſa alias fideiuſſori non proſit, ibidem numero 4.

2 Dilatio *a quo tempore ſit duplicanda ſi debitum ante tempus petatur eſt controuerſum, ſed verior opinio eſt, quod ſit duplicanda ab initio vſque ad tempus ſolutionis, pagina 282. numero 5. & 6.*

2 Diſpenſatio *eſt facti, & de iure non præſumitur, cap. 1. num. 30.*

Diſpenſatio ad retinenda plura beneficia ſub eodem tecto poſtquam eſt narrata debet iuſtificari, etiam quod poſſint retineri ex diſpenſatione ordinarÿ ſi ſint difformia, ibid. nu. 18.

Diſpenſationis negatiua ab impetrante narrata ab eo eſt iuſtificanda, ibidem num. 29. & 32. & ſi ſit adiecta, vt qualitas narrata illegitimitatis, ſeu incompatibilitatis, omnia cum illa verificari debent, ibid. nu. 32.

Diſpenſatio præſumitur ex poſſeſſione triennali, niſi narratiua non diſpenſationis ſit facta ab ipſo beneficiato, quia tunc regula de triennali ei non prodeſt, quominus teneatur negatiuam diſpenſationis iuſtificare, ibid. nu. 40.

2 *Item diſpenſatio ex decennali poſſeſſione præſumitur, quando allegatur ab eo, pro quo diſpenſatio præſumitur, ſicut ſi ab eo negetur, & ab alio contra eum allegetur, capitulo 24. numero 1.*

Diſpenſatio in vno ex connexis extenditur ad aliud, ibid. nu. 6.

1 Diſponens *de re communi, cenſetur tantum de ſua portione diſponere, cap. 72. nu. 3.*

1 Diſpoſitio *facta in caſu vero trahitur etiam ad caſum fictum, quando eſt eadem ratio, cap. 6. numero 9.*

1 *Diſpoſitio ſiquens, quæ de præcedenti clauſula derogatoria mentionem non facit, & illam expreſſe non tollit, non valet, cap. 19. nu. 6.*

1 *Diſpoſitio legis ceſſat, vbi ceſſat eius præſupponitur, cap. 52. num. 37.*

1 *Diſpoſitio facta per viam prælegati in teſtamento non poteſt tranſire ad donationem inter viuos, licet ſint adiecta regula, quæ donationem importare videntur, cap. 58. nu. 20.*

1 *Diſpoſitio conditionalis non releuat, niſi verificetur, cap. 60. nu. 5.*

1 *Diſpoſitio l. ſcripturas, C. qui potiores in pignor. habean. quando locum non habeat, cap. 79. numero 13. & 14.*

1 *Diſpoſitio cap. quoniam, in fine, de iurepatronat. habet locum ſolum, quando lis eſt inter patronos, ſecus ſi inter præſentatos, capitulo 84. numero 11.*

1 *Diſpoſitio l. ſi quis maior, C. de tranſactio. eſt valde rigoroſa, & rariſsimè in iudicÿs practicatur, cap. 89. num. 3. Item nunquam recipitur quotieſcunque ceſſat læſio, ſeu intereſſe partis, & abeſt dolus, ibid. nu. 4.*

2 *Diſpoſitio Authen. ſi qua mulier, C. ad Velleianum procedit indiſtinctè, ſi non conſtet pecuniam in mulieris vtilitatem conuerſam fuiſſe, cap. 5. num. 11.*

Item locum habet quando maritus, & vxor ſimul contrahunt, & ſe principales in obligatione conſtituunt, ibid. nu. 12.

Item procedit quamuis mulier principaliter ſe obliget, & maritus fideiubeat pro ea, ibidem numero 13.

Item licèt mulier ſe obliget pro ſocero, vel priuigno aut fratre viri, ibid. nu. 14.

2 *Diſpoſitioni, l. fin. §. emptor autem. C. commun. delegat. pars renunciare nõ poteſt, cap. 19. n. 11.*

2 *Diſpoſitio qualibet hominis recipit interpretationem a iure communi, cap. 49. nu. 13.*

2 *Diſpoſitio l. Procula, ff. de proba. in contractu ocu ſui locum non habet, cap 67. nu. 29.*

2 Diſpoſitio *teſtatoris ab omnibus obſeruanda eſt, & non reſcindenda etiam reſcripto* Principis, *cap. 88. nu 5.*

2 *Diſpoſitio loquens de beneficijs non comprehendit electiua, nec modum prouidendi per electionem, cap. 94. nu. 40. & 43.*

2 *Diſpoſitio l.* Sticho *de vſufruct. legat. in inſtitutione filij locum non habet, cap. 105. nu. 13.*

2 Diſpoſitio *legis, vel ſtatuti loquẽs de filijs, locum habet etiam in nepotibus, quando principaliter fauore filiorum facta eſt, licèt in odium alterius redundet, cap. 105. nu. 51.*

2 Diſpoſitio *cap. 1. de ſucceſſ. feud. quod de feudo teſtari non poſsit, an intelligatur ſolum de diſpoſitione, qua fit inter extraneos, an vero etiam de ea quæ fit inter liberos, cap. 120. nu. 2. & 17.*

1 *Diſpoſitum in vno ex correlatiuis habet locum in alio, cap. 28. nu. 16.*

2 Diſpoſitum *in caſu vero debet cenſeri diſpoſitum etiam in tacito & non expreſſo, cap. 101. nu. 11.*

2 *Diſpoſitio teſtamentaria nulla valet in præiudicium eorum, qui ex lege feudi ſuccedunt, niſi eis conſentientibus, cap. 120. nu. 2.*

2 Diſtributio bonorum *per quotas facta per teſtatorem inter ſubſtitutos operatur, vt ſubſtitutio cenſeatur directa, non autem fideicommiſſaria, pag. 296. nu. 25.*

Item operatur, vt omnia bona cenſeantur relicta, ibid nu. 26. & 28.

Diſtributio *bonorum per quotas, quando ſubſtitutio eſt reſtricta ad bona teſtatoris, & facta per verbum commune, non poteſt operari ſubſtitutionem directam, & pupillarem, ibid. nu. 29. & pag. ſequen. nu. 31.*

2 Diſtributiones quotidianæ *ad quoſcumque hæredes beneficiati tranſeunt, cap. 2. nu. 11.*

2 *Item præſentibus tantum, & verè intereſſentibus debentur, cap. 32. 1. n. 16.*

Non ſunt præſtanda abſentibus etiam pro ſeruitio Epiſcopi, vel Eccleſiæ, vel alia iuſta cauſa, ceſſante tamen conſuetudine, ibid. nu. 17. & 18.

Diſtributiones *quotidianæ debentur clerico infirmo, dummodo tempore valetudinis ſit ſolitus intereſſe diuinis officijs, ibid. nu. 19.*

2 Diſtributiones *quotidianæ regulariter propter abſentiam clerici, vel tempore vacationis præſentibus accreſcunt, niſi in fundatione, vel ſtatuto dicatur, cuilibet certum quid diſtribuendum eſſe, quia tūc nihil vltra diſtribuitur, cap. 18. nu. 52. & cap. 32. nu. 20. & 21.*

2 Diſtributiones *quotidianæ veniunt in condemnatione, vbicumque clericus priuatus beneficio, ſeu iniuſtè illud poſſidens ad reſtitutionem fructuum condemnatur, dummodo ab actore de illis fuerit proteſtatum, ſecus ſi nulla facta ſit proteſtatio, cap. 34. nu. 1. & 2.*

Diſtributionum *appellatione non veniunt fructus, qui conſiſtunt in groſſa, & menſata, ibidem num. 3.*

2 Diſtributiones *quotidianæ, quæ debeatur intereſſentibus non comprehenduntur in conſtitutione* Pij Quinti *in ordine 67. quæ mandat fructus, nec non diſtributiones, cæteraque emolumenta beneficij penes idoneam perſonam deponi lite pendente ſuper beneficio in Eccleſia Cathedrali ſeu collegiata exiſtente, inter prouiſum à Papa, vel ab ordinario, & capitulum eiuſdem Eccleſiæ, ſed dicta conſtitutio habet locum ſolum in illis diſtributionibus, quæ ex ſtatuto, vel conſuetudine percipiuntur, cap. 77. n. 50. 53. & 57.*

Diſtributiones *quotidianæ, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid diſtributiones appellantur, & ab alijs diſtributionibus naturam ſeparatam habent, ibid. nu. 54.*

Item non continentur appellatione emolumentorum, ibid. nu. 55.

1 Diuiſio, *ſeu aſsignatio bonorũ facta per patrem filijs, in dubio cenſetur facta in adminiſtrationem, & in peculium, cap. 58. nu. 6. 8. & 10.*

Amplia *etiam ſi in diuiſione dicatur, quod pater in perpetuum, & iure proprio, etiam quo ad proprietatem bona aſsignat, & liberam facultatem diſponendi concedat, ſicut ſi eſſent patres familias, ibid. nu. 13.*

Diuiſio *bonorum facta per patrem inter filios ea intentione, vt ſit tranſlatiua dominij non valet, ibid. num. 7.*

Eſt valida, quando fit inter viuos cum iuramento, ibid. nu. 9. & 16.

Diuiſio *facta in teſtamento de ſui natura eſt mutabilis, ibid. nu. 14.*

Diuiſio *facta in teſtamento ſapit potius inſtitutionem, quàm legatum, quando non adeſt alius inſtitutus, ibid. nu. 28.*

2 Diuiſio *feudi facta inter fratres nunquid alteret naturam ipſius feudi, cap. 59 per totum.*

2 Dolus *auctoris, quando noceat ſucceſſori, cap. 12. numero 58.*

2 Dolus *futurus per pactum remitti non poteſt, ſed tantum culpa, cap. 19. nu. 40.*

1 Dominium *rei non transfertur, quãdo* Dominus *facultatem diſponendi ſibi reſeruauit, cap. 58. numero 12.*

Item non transfertur per diuiſionem, ſeu aſsignationem bonorum factam per patrem filijs, ibidem num. 7.

1 Dominium *rei emphiteoticæ, vel feudalis, quando agitur ad deuolutionem à* Domino *probari debet & quæ probatio requiratur, capitulo 85. per totum.*

1 Dominium *probatur per locationem concurrentibus adminiculis, puta ſolutione canonis, & confeſsione, cap. 65. nu. 8.*

2 *Dominium per venditionem non transfertur, ſed traditione, cap. 61. nu. 3.*

2 De-

2 Dominium præſcriptione tollitur, cap. 67. nu. 52.

2 Dominium in fideicommiſſarium non tranſit, niſi facta reſtitutione, cap. 104 nu. 7.

2 Dominium, quòd a iudice in ſubſtitutione bonorum transfertur, ab ipſo debitore translatū cenſetur, pag. 287. nu. 2.

1 Domini duo in ſolidum eſſe non poſſunt, cap. 58. numero 61.

1 Dominus ſuccedit Vaſſallo in nominibus creditorum, quæ ſunt extra ſuum territorium, cap. 9. num. 20.

1 Dominus rei tenetur ſtare locationi factæ ab eo, cui ipſe plenam adminiſtrationem conceſſit, cap. 68. num. 10.

1 Dominus viuente Vaſſallo, an & quando poſſit alium inueſtire de feudo, cap. 39. per totum.

1 Dominus inueſtiens aliquem de feudo nondum ſibi aperto, non poteſt inueſtituram reuocare etiam antequam feudum apperiatur, niſi conceſsio ſit facta propter importunitatē impetrantis, cap. 29. nu. 8. & 9.

1 Dominus directus poſt cōceſſam emphiteuſim non poteſt canonem augere, cap. 77. nu. 10.

Item non poteſt alienando directum dominium duriorem emphiteutæ conditionem ipſo inuito reddere, ibid. nu. 11.

1 Dominus agens ad caducitatem rei emphiteoticæ tenetur probare illius dominium per ſcripturā, vel ſaltem per ſolutionem continuatum per triginta vel quadraginta annos, quæ coadiuuctur ſcriptura facta de emphiteuſi, vel alia euidenti coniectura, cap. 85. nu. 1. 2. & 3.

1 Dominus agens ad rem feudalem concludenter eius dominium probare tenetur, & quod res ſit illa met, quam ipſe conceſſit in feudum, cap. 12. nu. 4 & cap. 85. nu. 10.

Amplia etiam ſi res ſit poſita intra fines Caſtri, ſeu feudi, & inueſtitura ſit generalis, cum pactis, terris reprobata opinione contraria, cap. 85. num. 11. & 12.

Item ſiue res intra fines feudi comprehenſa poſſideatur a tertio, ſiue ab ipſo inueſtito, de feudo ibid. nu. 13.

1 Dominus propter ingratitudinem poteſt priuare Vaſſallum feudo etiam antiquo, cap. 90. nu. 9.

1 Dominus rei emphiteoticæ poſt factam declarationem caducitatis, recipiens canonem pro tempore decurſo poſt pœnam caducitatis commiſſam ipſo facto intelligitur caducitatem remittere, nec poteſt amplius agere ad deuolutionem, pag. 290. col. 2. nu. 5.

Amplia etiam ſi proteſtetur ſe canones recipere, ſine præiudicio deuolutionis, ibid. nu. 6. & 8.

Amplia ſecundo etiā ſi poſt factam declarationem caducitatis canones non recipiat, ſed ſolum petat, ibid. nu. 9.

Donās, ubi de rebus donatis diſponit, aut donationem reuocat, de fructibus quoque cenſetur diſponere, cap. 58. nu. 34.

1 Donatio inter virū & vxorem regulariter non valet, cap. 95. nu. 38.

1 Donatio inter virum, & vxorem firmatur iuramento, cap. 8. nu. 6.

2 Limita quādo ſtatutum tollit fidem inſtrumento, cap. 5. num. 18. Item quando mulier remanet indotata, & ſine aliquibus bonis, ibidem numero 19. & 21.

1 Donatio inter patrem, & filium non conualidatur propter aſſertionem meritorum, cap. 50. n. 3.

Donatio facta, tā propter benemerita, quàm propter ſanguinem ob ſuperuenientiam nouæ prolis reuocatur, ibid. nu. 7.

1 Donatio per fideicommiſſum iniunctum bonis donatis, reuocata cenſetur, cap. 58. nu. 31.

Donatio noctè confirmata retrotrahitur ad effectum acquiſitionis fructuum, ibid. nu. 32.

1 Donatio decimarum a laico facta alteri laico ſine auctoritate Papæ non valet etiam ſi conſenſus Epiſcopi interuenerit, cap. 95. nu. 20.

2 Donatio facta abſenti, quando Notarius fuit ſtipulatus, valet etiam ante ratificationem, cap. 20. num. 1.

Item facta infanti, pro quo notarius ſtipulatur eſt valida, & ex ea ius acquiritur abſque ratificatione, ibid. nu. 2.

Donatio facta alicui, vt bona conſeruētur in eius familia, ſi donatarius ſit vltimus ex dicta familia, & nullus alius adſit ſuperſtes, ad eius hæredes tranſmittitur, ibid. nu. 5.

Donatio inter viuos eſt irreuocabilis, & ſtatim abdicat dominium a donante, ita vt ad ipſum amplius non redeat, ibid. nu. 6.

Facta ad fauorem donatarij, nec non pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque tranſit ad extraneos hæredes, etiam ſi alias extranei non comprehenderentur, ibid. nu. 7.

2 Donatio inter patrem & filium iuramento confirmatur, cap. 27. nu. 1.

Amplia quamuis ſit remuneratoria, & de meritis non conſtet, ibid. nu. 6.

Amplia ſecundo quamuis abſenti filio ſit facta, & nulla interuenerit ſtipulatio notarij, ibid. numero 10.

Amplia tertio quamuis ratificatio non fuerit ſequuta in vita patris, ibid. nu. 11.

Amplia quarto quamuis deficit inſinuatio, niſi ſtatutum annullet ipſum iuramentum tāquam dolore extortum, ibid. nu. 12. & 13.

2 Donatio ob benemerita nō valet, niſi merita probentur, etiam ſi adſit aſſertio donantis cum iuramento, niſi cū ipſa aſſertione adminicula concurrant, cap. 27. nu. 2. 3. & 4.

2 Donatio remuneratoria dicitur, quæ expreſſe legitur facta ex cauſa meritorum, & in eorum compenſationem, quamuis in inſtrumento adſit clauſula (libere, & pure &c.) cap. 27. numero 7. & 8.

2 Donatio ex cauſa nuptiarum facta filio cedit in eius legitimam, & in illa cenſetur inſtitutus, cap. 105. nu. 21.

2 Donatio facta cum ſolemnitatibus requiſitis in loco, ubi contractus fuit celebratus valet etiam quo ad bona exiſtentia extra illam Prouinciā, ſeu territorium, pag 291. nu. 1.

Donatio facta in ciuitate Prænestina per ciuem Romanum valet, licet ſolemnitas ſtatutorum

Vrbis

Vrbis non fuerit ſeruata,pag.292.nu.7.
Donatio *facta ſimpliciter comprehendit ſolum bona tempore donationis,non etiam ea, quæ donans poſtea acquiſiuit,ibid.nu.8.*
Donatio *etiam omnium,& ſingulorum bonorum mobilium,& immobilium,iurium,& actionum verbis vniuerſalibus, & generalibus facta, ad bona futura non extenditur,ibid.nu.10.*
1 Dos *promiſſa,vel conſtituta poſt mortem patris non dicitur debita,ſed quaſi debita,et pater non tenetur iure actionis, ſed ſolo iudicis officio, cap.25.num.3.*
Promiſſa, vel conſtituta a patre dicitur verum debitum patris, & pro ea datur actio, & ideò fructus non compenſantur,ibid.nu.4.
Dos *promiſſa, & conſtituta a patre ſi ſoluatur per heredem ex fructibus, poteſt detrahi in reſtitutione fideicommiſſi,ibid.nu.5 & 6.*
Dos *relicta ab Auo nepti contemplatione filij relicta præſumitur præſertim quando neptis non eſt adhuc nata, ideo filius tenetur illam dotare de ſua legitima, & de fructibus, quos percepit ex hereditate patris,ibid.nu.7.*
1 Dos *data filiæ,vel nepti ſi in locum legitimæ non ſuccedit, fideicommiſſo grauari poteſt, ſi autem in locum legitimæ ſubrogetur, onus & grauamen non tenet,cap.28.nu.1.*
1 Dos *ſuccedit loco legitimæ, vbicumque ſtatutum excludit filias a ſucceſſione patris, & mandat eas dotari cap.10.num.12. & libro 2. cap.83. numero 52.*
1 *Dos viuente patre, vel Auo retinet propriam naturam,nec in locum legitimæ ſubrogatur, cap. 28.num.3.*
Dos data filiæ, quæ a ſtatuto non ſit excluſa, in legitimam imputatur,ibid.nu.4.
Dos ſuccedit loco legitimæ quando datur filiæ, quæ ſit excluſa a ſtatuto propter dotem, ſecus ſi ſit excluſa propter exiſtentiam maſculi, ibidem num.5.
Dos *ſuccedit loco legitimæ, quando pater relinquit filiæ non ſimpliciter ex cauſa dotis, ſed etiam pro legitima, quamuis ſtatutum ab ipſa legitima filiam excludat,ibid.nu.7.*
Dos ſuccedit in locum legitimæ, ſi hoc filijs maſculis expediat, & ſtatutum excludens fœminas eorum fauore ſit factum, ſecus ſi hoc filijs non expediat,ibid.nu.9.
Dos ſecundum ſtatutum Vrbis non ſuccedit loco legitimæ, ibid.nu.10.
1 *Dos a patre profecta mortua in matrimonio filia relictis poſt ſe liberis non ad patrem, ſed ad ipſos filios pertinet etiam ſi non fuerit numerata, ſed ſolum promiſſa,cap.42.nu.1.3. & 4.*
Dos ſtante mora obligati habetur pro data in præiudicium ipſius,ibid.nu.6.
1 *Dos ſubrogatur in locum legitimæ,quando legatur filiæ pro omni, & toto eo, quod prætendere poteſt,cap.73.nu.5.*
2 Dotis *appellatione illius fructus non continentur, nec gaudent eius priuilegio,cap.67.nu.46.*
Itē in dotis fructibus perſoluendis mora non committitur niſi de anno in annum,ibid.nu.48.
2 *Dos congrua dicitur, quæ non eſt minor legitima,cap.69.nu.27.*
Item dos congrua intelligitur ſecundum conſuetudinem regionis,ibid nu.28.
Item dos congrua dicitur,quam pater ipſe conſtituit, ibid.nu.29.
Intellige*, quo ad præiudicium filiæ agentis ad ſupplementum dotis, ſecus in præiudicium creditorum, & fideicommiſſariorum,ibidem num. 30. 31. & 32.*
2 Dos *filiæ ſpuriæ debetur pro modo alimentorum, non autem pro quantitate legitimæ reiecta opinione Decij,cap.83.nu.34.& 35.*
Dos *data filiæ ſpuriæ ea mortua non tranſit ad illius heredes, ſed ad heredes dotantis, ibidem numero 36.*
Dos ab Auo materno non debetur nepti niſi ex iuſta cauſa, & in ſubſidium, quo caſu debetur dos etiam ſi neptis ſit illegitima, ibidem num. 37. 38. & 39.
Dotis fructus in Vrbe ex conſuetudine fori, & per ſtatutum taxantur ad rationem ſeptē florenorum cum dimidio pro quolibet centenario, tam pro oneribus matrimonij poſt moram non ſolutæ dotis,quam per alimentis viduarū etiam habentium pignus dotale, ex quo poſſint recipere fructus loco alimentorum,ibid.nu.53.
Dotis *fructus filiæ viduæ debentur ſub nomine intereſſe a die, quo ab heredibus patris fuit illi retardata dotis ſolutio,ibid.nu.51.*
2 *Dos data filiæ a patre in dubio de bonis paternis cenſetur in totum conſtituta, & non pro medietate de bonis maternis,dummodo ſubſtantia patris ſufficiat ad illam dotem,& tot bona non ſuperſint, quæ ſufficiant ad legitimam aliorum filiorum,pag.284.nu.1.& 6.*
Amplia etiam ſi filia, quando fuit nupta renunciauerit bonis paternis, & maternis, ibid.nu.2.
Amplia ſecundo quamuis ſubſtantia patris ad dandam eandem dotem alijs filiabus non ſufficiat,ibid.nu.3.
Limita*, niſi pater eſſet negotiorum geſtor filiæ, ibid.num.4.*

E

1 ECcleſia *ſubrogata reſpectu emphiteutæ in locū illius,qui emphiteuſim conceſſit ad idem tenetur, ad quod obligatus erat primus Dominus,cap.77.nu.2.*
2 *Eccleſia æquitatem ſeruare, nec cum aliena iactura locupletari debet, vbi eius ius non fuit effectum deterius,cap.14.nu.11. & cap.76.nu.9.*
2 *Eccleſia,quæ cecidit facto proprio a poſſeſſione ex contractu nullo non ſeruata ſolemnitate, habet remedium reſtitutorium ex conditione iuxta Authen. qui rem, C. de Sacroſanct.Eccleſ.cap. 35.numero 24.*
2 *Eccleſia præſumitur libera,& non de iurepatronatus,cap.50.nu.4.*
Eccleſia præſumitur in iuribus ſuis vſurpata a Magnatibus,ſeu Vniuerſitatibus,vbi non datur æqualis concurſus potentiæ, & auctoritatis in

collatoribus, ſecus ſi conferrentium ſit æqualis, vel maior auctoritas, ibid. nu. 5. & 6.
2 Eccleſia non concedit rem fertilem in emphiteuſim, niſi penſio ſit æqualis fructibus, c. 76. n. 28.
2 Eccleſia parrochialis effecta litigioſa non poteſt prælecto conferri, cap. 77. nu. 32.
2 Contra eccleſiam regulariter præſcribitur ſpacio 40. annorum cap. 92. nu. 12.
2 Eccleſia parrochialis illa dicitur, quæ habet parrochiam, ideſt locum deputatum, in quo populus habitat ad curam animarum congregatus, cap. 95. num. 1.
Eccleſia parrochialis differt a curata, ibid. nu. 8.
Eccleſia deſinit eſſe parrochialis actu, etiam ſi parrochiani, qui in parrochia habitant ex aliqua cauſa, vel culpa ibi non recipiãt ſacramenta, ibid. num. 3.
Itẽ eccleſiæ parrochialis ſtatus non mutatur propter culpam, ſeu negligentiam, Curati in adminiſtrando ſacramenta parrochianis, qui ea de cauſa cogantur accedere ad alia loca, ibidem num. 6.
Eccleſia parrochialis habet ius ſepeliendi omnes intra parrochiam degẽtes, etiam ſi ſint exteri, & forenſes habentes hoſpitium in ciuitate ibid. n. 9.
Item habet ius ſepeliendi viatores tranſeuntes, nec habẽtes hoſpitium in ciuitate, dummodo intra fines Parrochiæ moriantur reiecta opinione Gloſ & aliorum nonnullorum, ibid. nu. 10.
2 Eccleſia parrochialis de iure communi habet intentionem fundatam ſuper primitijs, & decimis omnium fructuum, qui licitè acquiruntur, & colliguntur intra fines parrochiæ, cap. 95. num. 12 & 13.
Eccleſia parrochialis debet habere decimam abſque diminutione, vel detractione, quamuis prædium decimatorium duplicem fructum afferat in anno, ibid. nu. 14.
Item quamuis prædium euertatur, & reducatur ad nouam ſpeciem fructuum, ibid. nu. 15. & 16.
Eccleſia parrochialis exigens decimam ſolum de quadam ſpecie fructuum, puta grani, vel olei, non amittit ius, & poſſeſſionem reſpectu decimæ aliorum fructuum, imò talis poſſeſſio illi conſeruatur etiam reſpectu fructuũ, qui ſubrogantur in locum eorũ, qui ex prædio decimali prius colligebantur, ibid. nu. 17.
Eccleſiæ nomine poteſt agi contra Dominum, vel poſſeſſorem etiam pro annis præteritis, quibus decima ſoluta non fuit, ibid. nu. 18.
Eccleſia decimam animalium habere debet, quando amplius non indigent lacte, ibid. nu. 20.
Declara, vt pro virili talis decima ſit diſtribuẽda, ſi animalia pro parte anni morentur in parrochiæ Domini ſui, & partim in aliena, niſi conſuetudo aliud in contrarium diſponat, ibidem num. 21.
2 Eccleſia vna poteſt contra aliam ius decimandi præſcribere, dummodo concurrat titulus, et poſſeſſio quadraginta annorum, vel ſola poſſeſſio immemoria illi, cap. 95. nu. 22.
Declara, quando eccleſia non eſt parrochialis, ſecus ſi agatur de præſcriptione vnius parrochialis aduerſus aliam, quia tunc ſola quadragennaria ſufficit, ibid. nu. 23.
Idem eſt, quando agitur de præſcriptione inter Eccleſiam non parrochialem, & aliam ſimiliter non parrochialem, ibid. nu. 24.
1 Eccleſiæ rebus catenus quiſque vti debet quatenus ipſa Eccleſia tribuere vult, cap. 3. nu. 15.
1 Eccleſiæ quale ius acquiratur ante acceptationẽ, quando bona illi applicantur in caſu alienationis, & an dictum ius quæſitum per pænitentiam tolli poſſit, cap. 5. per totum.
1 Eccleſiæ vtilitas ſemper eſt præferrenda omnibus qualitatibus præſentati, cap. 51. nu. 27.
1 Edictum carbonianum an competat filio legitimato petenti ſe immitti in poſſeſſionem hæreditatis patris, cap. 6. per totum.
Edictum carbonianum competit ei, cui competit bonorum poſſeſſio contra tabulas, ibid. nu. 1.
Item ei competit, qui ſi filius eſſet, hæres eſſet ab inteſtato, & ideò non datur exhæredato, ibidem num. 3.
1 Edictum carbonianum datur etiam filio adoptiuo, cap. 6. num. 7.
Edictum carbonianum quando filio legitimato non datur, ibid nu. 10.
Non datur niſi filijs exiſtentibus in poteſtate, ibid. num. 11.
Ex edicto carboniano poſſeſſio non datur, niſi illis quibus bonorum poſſeſſio contra tabulas competit, ſi eſſent præteriti, ibid. nu. 14.
1 Edictũ in electionibus, & prouiſionibus non circumducitur, cap. 51. nu. 33.
2 Effectus non debet egredi terminos ſuæ cauſæ, cap. 105. nu. 20.
1 Electio vbi fieri debet ſi quis vocetur, nec veniat ad diem per capitulum aſſignatum, & capitulum dicat expectandum, præſentes non poſſunt recedere, cap. 52. nu. 31.
2 Electio facta ad tres annos non valet etiam quo ad primum annum ſtante ſtatuto, quod electio conſiliariorũ fiat ad annum, & non vltrà cum decreto irritanti, cap. 25. nu. 12.
2 Electio in legato alternatiuo eſt legatarij, quando verba executiua in eum diriguntur, vel ſumus in dubio, ſecus ſi verba dirigantur in hæredem, quia tunc electio ad ipſum ſpectat, cap. 97. nu. 1. 2. & 3.
Electio rei legatæ ad legatarium deuoluitur, ſi hæres in termino ei dato a teſtatore non elegerit, ibid num. 4.
Idem eſt, ſi hæres non elegat intra terminum ſibi a Iudice præfixum ad inſtantiam legatarij, ibidem num. 5.
Electio incertæ perſonæ de certis ſpectans ad hæredẽ poteſt fieri donec illi certi, vel vnus ex eis petierit, ibid. nu. 9.
1 Electus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi dicitur legitimè electus, & præfertur cuicumq. alteri electo, cap. 55. nu. 14.
2 Eleemoſyna, ſeu pecunia poſita in capſa eleemoſinarum pro fabrica, vel pro miſſis celebrandis, in eum vſum expendi debet, & non in alium, cap. 42. num. 1.

Elee-

Eleemoſinæ,ſeu oblationes quæ fiunt imaginibus ſanctorum ad quem ſpectent, ibidem per totum capitulum.

1 Emancipatio *ex curſu temporis præſumitur,cap. 58.num.21.*

1 Emphiteuſis *recepta pro ſe,filijs,& nepotibus fæminas non comprehendit, & quare, cap.2. numero 1. & 5.*

Emphiteuſis Eccleſiaſtica *ſtrictè interpretatur, ibid.num.6.*

Emphiteuſis eccleſiaſtica recepta pro ſe, filijs, & nepotibus fæminas cōprehendit,quando fuit conceſſa propter benemerita,ibid.nu.7.

Item quando recipiens de tempore conceſſionis veriſimiliter non poterat generare filios, & non habebat niſi unicam filiam,ibid.nu.8.

Item quando ſtatutum,ſeu conſuetudo mandat, quod fæminæ cum maſculis pariter admittantur ad bona emphiteotica,ibid.nu.9.

Item,quando ſequeretur abſurdum niſi etiam fæminæ comprehenderentur,ibid.nu.11.

Item quando in conceſſione eſt data facultas recipienti in caſu obitus ſine filijs nominandi in teſtamēto unam fæminam, vel perſonam extraneam,ibid.nu.12.

1 *Emphiteuſis ſemper tranſit ad fæminas, quando fæminæ ſemel ſunt vocatæ,cap.2.nu.15.*

Declara procedere, quando fæmina ſtipulatur pro ſe,& filijs,ſecus quando maſculus eſt ſtipulator,ibid.nu.16.

Emphiteuſi in qua vocati ſunt filij & nepotes cum adiectione,hæredis, an fæminas comprehendat,ibid.nu.17.

Emphiteuſis conceſſa pro filijs,& hæredibus, requirit, quod vtrunque copulatiue concurrat, ibid.num.19.

Item fæminas comprehendit quando eſt conceſſa pro filijs,hæredibus, & deſcendentibus, ibidem numero 21.

Idem ſi ſit conceſſa pro filijs,& hæredibus, vſque ad tertium genus,ibid.nu. 2.

1 *Emphiteuſis renouatio fieri debet agnato proximiori,cap.3.nu.1.*

Item debet fieri proximioribus agnatis etiā tranſuerſalibus,ibid.nu.2.

Item facienda eſt etiam ab Eccleſia,ibid.nu.3.

Item quamuis proximior petens ſit fæmina, ibidem num.4.

Item fieri debet proximiori fæminæ, quamuis in priori inueſtitura maſculi tantum vocetur, ibid.nu.5.

Item facienda eſt cum eiſdem pactis, cum quibus facta fuerat prior inueſtitura,ibid.nu.6.

Item pluribus in proximiori gradu exiſtentibus æqualiter facienda eſt, quamuis ex tenore prioris inueſtitura vnus tantum vocetur, ibidem num.7. & 8.

Item ab eccleſia proximioribus fieri debet, etiam ſi conceſſio præcedens fuerit declarata nulla, & inualida ob defectum ſolemnitatum, ibid.nu.9.

1 *Emphiteuſis renouationem non tenetur* Dominus *proximioribus agnatis facere, quando emphiteuſis eſt finita ob culpā recipiētis, cap.3.n.10.*

Item nec quando Dominus *vult pro ſe retinere, ibid.num.11.*

Amplia,quamuis res eſſet ſolita renouari, ibidem numero 12.

Item,quamuis adeſſet pactum, quod poſt finitam generationem eccleſia teneatur proximioribus renouare,ibid.nu.13.

1 Emphiteuſis *renouatio ab Agnatis intra annum eſt petenda,alias cadunt a iure ſuo,cap.3.n.16.*

Declara,quādo conſtat, quod Agnati per annum ante habuerint notitiam, quod emphiteuſis eſſet finita per generationem,ibid.nu.17.

Emphiteuſis conceſſio intra annum datū Agnatis ad petendam eius renouationem,extraneo facta, poteſt ab ipſo Agnato reuocari ſpatio 30. annorum,ibid.nu.22.

Emphiteuſis renouatio Agnatis *faciēda eſt etiam quando tempore petitionis res non eſt integra reprobata opinione contraria,ibid.nu.23.*

1 *Emphiteuſis renouationem* Dominus *facere non tenetur,niſi cum conditionibus,quæ ab extraneo reperiuntur,cap.3.nu.24.*

Item non tenetur,quando renouationi fuit renunciatum, ibid.nu.25.

Emphiteuſis renouatio ſolis hæredibus facienda eſt,quando emphiteuſis eſt hæreditaria dummodo hæredes ſint capaces,ibid.nu.26.& 27.

Item facienda eſt ei,qui eſt magis propinquus vltimo,in cuius perſona generatio eſt finita, ibidem nu.28.

Sed an proximior per repreſentationem admittatur,quando adeſt alter verus proximior declaratur,ibid.nu.29.& ſeq.

1 *In emphiteuſi eccleſiaſtica filij naturales nō ſuccedunt,niſi ab habente poteſtatem fuerit delecta talis macula,cap.15.nu.2.*

In emphiteuſi eccleſiaſtica filiorum legitimorum & naturalium appellatione, legitimati per reſcriptum continentur, etiam ſi ſint inceſtuoſi, vel ſacrilegi, puta nati ex ſacerdote, aut moniali profeſſa, aut ex vtroque ſimul, dummodo ſint legitimati a Papa, *vel a* Comite Palatino *habentem plenitudinem poteſtatis,ibid.nu.1.& nu.3.& ſequen.*

1 *Emphiteuſis imputatur filijs in legitimam,quando peruenit ad filios ab ipſo patre,& ex contractu oneroſo, licèt res emphiteotica alienari non poſſit per ipſos filios,cap.74.nu.3.& 7.*

1 *Emphiteuſis ſi ſit recepta pro filijs & nepotibus, poteſt filius repudiare hæreditatem, & habere emphiteuſim,cap.74.nu.8.*

Emphiteuſis empta ex pecunijs patris, quamuis tranſeat ad filium non vti hæredem, ſed vti filium,nihilominus in legitimam imputatur,ibidem nu.9.

1 *In emphiteuſi an ius accreſcendi locum habeat,remiſſiue traditur,cap.75.nu.1.*

In emphiteuſi ius accreſcendi locum habet,quando adeſt conuentio expreſſa, vel tacita, ibidem numero 2.

Item emphiteuſi ius accreſcendi datur inter deſcendentes cuiuslibet inueſtiti, ibidem numero 3.

Item

Itē in emphiteuſi ius accreſcendi datur inter deſcendentes cuiuslibet inueſtiti,ibid.nu.3.

Item datur in portione tranſuerſali ſtante conuentione,ibid.nu.4.

In emphiteuſi maſculus tranſuerſalis, quādo excludat fœminam deſcendentem,ibid.nu.6.

1 Emphiteuſis priuata trāſiens ad Eccleſiam ſi eſt hereditaria non mutatur, ſed eadem obligatio manet,cap.77.nu.1.

Emphiteuſis priuati tranſiens ad eccleſiam per biennium deuoluitur, quando mora ſolutionis cœpit cum eccleſia,ibid.nu.7.

1 Declara niſi eccleſia recognouerit emphiteuſim eum iiſdem pactis, modis, & formis, de quibus in inſtrumento confecto cum Domino Laico, tūc enim emphiteuſis nunquā deuoluitur niſi tranſacto triennio,ibid.nu.8.

2 Emphiteuſis conceſſa abſque præfinitione temporis dicitur perpetua,non autem temporalis, cap. 25.num.6.

2 Emphiteuſis cōceſſa ſimpliciter vſque ad tertiam generationem incipit a primo acquirente, ſecus ſi ſit conceſſa vſque in tertiam eius generationem,quia tunc generatio primum acquirentem non comprehendit,cap.53.nu.1.

Item conceſſa vſque ad tertiam generationem non comprehendit pronepotes ſi fiat ſpecialis mentio de filijs,& nepotibus,ibid.nu.2.

Amplia,quamuis dicatur per ſe, filijs,nepotibus, & liberis,ibid.nu.3.

Item amplia,quamuis dicatur tibi, & poſt mortem tuam filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem,ibid.nu.4.

2 Emphiteuſis, & locatio perpetua quomodo ſecundum Rotam inuicē diſtinguantur, cap.76.n.e.

In emphiteuſi quid minimū ſoluitur in recognitionem directi dominij,ibid.nu 2.

Emphiteuſis non habet propriam naturam, ſed quamlibet ſuſcipit conuentionem, & omnia pacta appoſita in ea, de illius natura eſſe intelliguntur,ibid.nu.10.

Item emphiteuſis propriè dicitur, quamuis penſio magna, & correſpondens fructibus ſoluatur, dummodo ſolutio fiat in recognitionem directi dominij, & conſtet de emphiteuſi actum fuiſſe, ibid.nu 11.13.14.16.& 24.

2 Emphiteuſis conceſſio facta pro filijs, & nepotibus in 29. annos finito dicto tempore, etiam ſi ſuperſint filij, vel nepotes, extinguitur, & dominium vtile conſolidatur cum directo, pagina 304. num.16.

2 Emphiteuſis conceſſa pro filijs, & nepotibus maſculis,agnationis fauore facta cēſetur,nec tranſit ad fœminas,pag.303.nu.9.

2 Emphiteuſis, non autem locatio contracta intelligitur, quotieſcumque conceſſio eſt facta ad libellum,cap.76.nu.20.

Item, quando res fuit conceſſa ad meliorandum, ibid.nu. 22.

Item quando fuit conuentum, quod certa annua quantitas pro canone ſoluatur,ibid.nu.23.

Item, ſi vtile dominium tantum fuerit translatum, ibid.nu.24.

2 Emphiteutis propriè dicitur, quando res fertilis, & pretioſa datur pro iuſta penſione, cap.76. numero 27.

Emphiteuſis eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non tranſit,niſi hoc fuerit in conceſſione expreſſum,vel tacitè intellectum,ibid.nu.33.

2 Emphiteuſis non venit ſub generali obligatione bonorum,quando prohibetur eius alienatio ſub pœna caducitatis, vel apponitur pactum, quod in caſu alienationis ſine Domini cōſenſu ſolum cum melioramentis ad ipſum Dominū directum reuertatur,cap.117.nu.15.& 16.

2 Emphiteuſis de ſui natura tranſit ad fœminas, pag.302.nu.1.

2 Emphiteuſis conceſſa ad 29. annos finita locatione non poteſt alteri concedi, ſi adſit pactum reſeruandi,pag.303.nu.6.

Declara,vt non obſtante pacto de renouando Eccleſia poſſit pro ſe retinere,pag.304.nu.17.

1 Emphiteuta Eccleſiæ,qui alienauit,recuperando rem,euitat caducitatem,cap.5.nu.4.

Emphiteuta alienans irrequiſito Domino, & poſtea redimens cadit a iure ſuo, nec locus eſt pœnitentiæ ſequuta declaratione, & acceptatione Domini,ibid.nu.14.

1 Emphiteuta, qui iurauit ſoluere canonem ſingulis annis, vel in aliquo termino conuento, ſi de alia conuentione nō appareat,non ſoluendo ſtatim iure ſuo priuatur,cap.61.nu.1.

1 Emphiteuta alienans rem emphiteoticam etiam cum clauſula, ſaluo conſenſu Domino, cadit a iure ſuo,ſecundum communem,cap. 78.nu.1.

Fallit ſi clauſula ſaluo conſenſu Domino, addatur alia clauſula, & non alias,aliter, nec alio modo,quia tunc caducitas per alienationem non incurritur etiam ſequuta traditione antè impetrationem conſenſus,ibid.nu.2.& 3.

Emphiteuta alienans ſub conditione ſi Domino placuerit,vel ſi Domini conſenſus acceſſerit, caducitatem non incurrit,ibid.nu.4.

Emphiteuta prohibitus alienare etiam cum clauſula reſeruato conſenſu, ſeu beneplacito Domini,& non alias, &c. ſi alienet cum dicta clauſula caducitatem incurrit, ſed Rota commiſſo rigore,ſolet canonem augere,ibid.nu.7.

1 Emphiteuta eccleſiæ poteſt rem emphiteoticam in feudum dare ſine conſenſu Domini,cap.95.n.4.

2 Emphiteuta, ſeu Vaſſallus alienans partem, &c. emphiteuſis, ſeu feudi ſine conſenſu Domini priuatur ſolum parte alienata etiam ſi adſit partem, quod inueſtito non liceat bona vendere in totum, ſeu parte aliqua ſub pœna caducitatis a contractu, & contentis in eo, cap.14. numero 6. 7. & 8.

2 Emphiteuta locans ad longum tempus irrequiſito Domino cadit a iure ſuo,cap.25.nu.9.

2 Emphiteuta de iure communi poteſt etiam ſine conſenſu Domini rem emphiteoticam hypothecare,cap. 75.nu.33.

2 Emphiteuta a ſolutione canonis non excuſatur, niſi res in totum perierit,etiam ſi canon ſit magnus,cap.76 nu.32.

2 Emphiteuta, & vaſſallus amittunt melioramēta

etiam vtilia, quando emphiteuſis, vel feudum ob eorum culpam deuoluitur, cap. 110. nu. 13.

Limita *primo, quando ſoluitur pēſio æquiualens fructibus, ibid. nu. 14.*

Limita *ſecundo, quãdo in emphiteuta, & Vaſſallo nulla poteſt conſiderari culpa damnoſa Domino directo, ibid. nu. 15.*

1 Emptor *rei litigioſæ poſt trinam ſententiam conformem contra venditorem latam, non auditur, niſi parito rei iudicatæ, cap. 86. nu. 59.*

1 Emptor *re tradita cogi poteſt ad ſolutionem pretij, per venditorem, licet venditor factum præciſe præſtare non poſſit, dummodo per æquipollēs adimpleat ſuam obligationem, ita vt emptor ſecurus reddatur, cap. 90. nu. 4.*

2 Emptor *ſciens rem ſibi venditam eſſe communem cum alio, non poteſt agere de euictione, cap. 19. numero 17.*

Cenſetur *emiſſe partem venditoris tantū, & non totam rem, ibid. nu. 18. 19. & 20.*

Item emens rem aliquo onere affectam ſcienter, iut tantum venditoris emiſſe dicitur, ibid. n. 21.

Tenetur ſtare locationi factæ a venditore, ſi de illa notitiam habuit, etiam ſi hypothecam ignorauerit, ibid. nu. 22. & 23.

2 Emptor *ſciens in genere rem ad venditorem non ſpectare, non poteſt agere de euictione, quamuis ignoret ad quem pertineat, cap. 19. nu. 25.*

Emptor *ad effectum vt de euictione agere nō poſſit, oportet quòd clare ſciat rem eſſe alienari prohibitam, nec ſufficit diuturna cohabitatio, ibidem nu. 26.*

Emptor ſciens rem venditam alienam eſſe, poteſt agere de euictione, quando de illa ſpecialiter, & nominatim in illum caſum fuit ſtipulatus, ſecus ſi de euictione generaliter tantum ſibi proſpexerit, ibid. nu. 28. 29. & 30.

Declara *vt eminens ſcienter rem venditoris ſubiectam fideicommiſſo non poſſit agere de euictione, ſed tantum petere, vt pretium ſibi reſtituatur, etiam ſi de euictione in eum caſum ſtipulatus fuerit cum iuramento, ibidem numero 46. 47. & 50.*

Item non poteſt agere de euictione, ſiue res ſit ſubiecta fideicommiſſo conditionali, ſiue pure ſit reſtituenda contra gloſam, cuius opinio communiter reprobatur, ibid. nu. 48. & 49.

2 *Emptor pro rata pretij ſoluti ex æquitate fructus lucratur, cap. 112. nu. 56.*

2 *Emptor iuris alicuius vniuerſalis non habet neque plus, neque minus, quam in ipſa vniuerſitate continetur, cap. 55. nu. 1.*

2 *Emens ſcienter rem feudalem tanquam liberam ſine* Domini *conſenſu cōtra legis prohibitionem non agit de euictione, quamuis de illa ſibi expreſſe proſpexerit, cap. 19. num. 44. & 45. Item nec pretium ſolutum poteſt repetere, cap. 60. nu. 3. & 5. Si autem fuerit in bona fide, pretium ſolutum repetit, vel poteſt agere ad intereſſe actione ex empto, quamuis contractus ſit nullus, cap. 60. nu. 1. & 2.*

2 Emptor *euicto dominio rei ſibi vēditæ antequam poſſeſſio ab eo auocetur non poteſt agere contra venditorem de euictione, ſed ſolum ad intereſſe actione ex empto, cap. 79. nu. 4.*

3 *Emptor in actione de euictione, ſeu ad intereſſe ex empto poteſt petere etiam fructus amiſſos, & refectionem aliorum damnorum, quæ occaſione euictionis quouis modo paſſus eſt, ibid. nu. 5.*

3 *Item poteſt petere augumentum valoris prædij euicti, vbi ille ſit auctus a die venditionis vſque ad tempus euictionis ſequutæ, ibid. nu. 6.*

3 *Item ſi occaſione rei euictæ coactus fuit pro fructibus præceptis pendente lite euincenti dare in ſolutum proprium fundum, poteſt petere nedum pretium fundi, ſed etiam fructus, qui ex eo percipi potuiſſent, ibid. nu. 7.*

2 Emptor *ſiue eius ſucceſſor ſingularis conuentus hypothecaria poteſt retinere rem, donec ei ſoluatur impenſa, aut pretium melioramentorū, quatenus ex eis res ipſa facta ſit prætioſior; Vel poteſt, ſi vult abſolui a dicta actione, actori ſoluere ſummam rei æſtimationem detractis melioramentis ſecundum opinionem* Bartoli, *ſed* Couaruuias *contrariam defendit, cap. 112. num. 14. 15. & 16.*

Emptor, qui rem dotalem a marito ignoranter emit fructus ex ea perceptos facit ſuos, nec tenetur cum melioramentis compenſare, ibidem numero 40.

1 Enunciatiua *plurium inſtrumentorum in antiquis habet vim famæ, cap. 59. nu. 45.*

1 Epiſcopus *de iure communi habet fundatam intentionem exercenai iuriſdictionem quo ad omnes ſubditos in tota ſua diœceſi, etiam in inuitos cap. 11. nu. 2.*

Epiſcopus *debet manuteneri quo ad exercitium iuriſdictionis in tota diœceſi etiam ſi non probet poſſeſſionem, ibid. nu. 3.*

Item ſiuè ſit in ciuitate, vel alibi per diœceſim, & ſiue per ſe, ſiue per Vicarios ſuos quouis modō ſolitus ſit exercere iuriſdictionem, ibid. nu. 4.

Item donec contra eum per tres ſententias conformes probetur immemorabilis, quæ Deciano, *& Capitulo ex diſpoſitione* Concilij *Tridentini reſeruatur, ibid. nu. 8.*

Epiſcopus ſiue ſit in poſſeſſione ſubiectionis, ſiue non, poteſt vti ſua iuriſdictione contra inferiorem præſcriptionem allegantem, quouſque præſcriptio probetur, ibid. nu. 6.

1 *Epiſcopus ſuper ſimonia non diſpenſat, immo nec Papa ſolet diſpenſare cum ſimoniaco, vt beneficium acquiſitum per ſimoniam retineat, cap. 42. numero 69.*

2 *Epiſcopus quãdo confert beneficium ſimplex non tenetur eligere idoneorem, ſed poteſt gratificare quem vult: In beneficijs autem curatis ex pluribus idoneis iudicatis ab examinatoribus debet eligere magis idoneum, capitulo 52. num. 19. 20. & 21.*

Ab illius iudicio irrationabili, vel doloſo in collatione parrochialium per concurſum facta appellatio conceditur, dummodo de dolo, & irrationabilitate liquido conſtet, ibidem num. 22. 23. & 24.

Epiſcopus vel ordinarius poteſt aliquem ad concurſum

curſum admittere non obſtante, quod terminus ab eo præfixus ſit elapſus, & aduerſarius, qui comparuerat durante termino contradicat, ibidem nu. 29.

Epiſcopus (ſi tempore, quo debet fieri prouiſio beneficij per concurſum, non adſint examinatores ſynodales) non obſtante forma Concilij Tridentini, *poteſt deputare nouos examinatores abſque celebratione ſynodi, ſicuti ante concilium ei permiſſum erat, & ſi non deputauerit, & interim labatur tempus, intra quod prouiſio beneficij per concurſum fieri debit, beneficium ad ſedem* Apoſtolicam *deuoluitur, ibidem numero 35. 39. & 40.*

1 *Epiſcopus ſuſcipiens mandatum* Archiepiſcopi *contra eos, qui ei & non* Archiepiſcopo *ſubſunt, dicitur procedere iure proprio, & non metropolitico, & poterit vices ſuas alteri committere, cap. 54. nu. 13. & 14.*

Limita*, niſi iuriſdictio eſſet ad* Archiepiſcopum *deuoluta, quia tunc, vt delegatus procedit iure delegantis, & non proprio, ibidem numero 15.*

1 *Epiſcopo præſidente in ſynodo diœceſana, an* Vicarius *generalis capitulum præcedere debeat, cap. 69. per totum.*

Epiſcopus in arduis negotijs non poteſt aliquid facere, ſine conſenſu, & conſilio capituli, ibidem nu. 8.

Epiſcopus non poteſt facere, quod ille, qui non habent votum deciſiuum, in ſynodo diœceſana dēt votum, ibid. nu. 26.

2 *Epiſcopus lite vertente inter præſentatos non tenetur expectare quadrimeſtre, vel ſemeſtre, ſed poteſt non obſtante contradictione præſentatorum beneficium libere conferre, quando de iurepatronatus non conſtat, capitulo 84. numero 1.*

Non *poteſt ſtatim conferre, quando dubitatur an beneficium ſit de iurepatronatus, & patroni inter ſe litigant de iure, vel poſſeſſione illius, ſed debet expectare patronos laicos per quattuor menſes, &* Eccleſiaſticos *per ſex, intra quos lis finiri debeat, cauſa verò non finita libere poterit conferre ſine præiudicio euincentis, ibidem num. 2.*

Idem *eſt quando patroni litigant de præſentatione ex vi iuris præſentandi, ibid. nu. 3.*

Idem *quando lis eſt inter ipſos præſentatos, & non inter patronos ex vi iuriſpatronatus, & præſentandi, non tamen ex vi forma, vel prærogatiua præſentationis, & meritorum ſecundum aliquos, ſed contrarium fuit per* Rotam *reſolutum, ibid. nu. 4. & 5.*

1 *Epiſcopus non poteſt conferre beneficium iuriſpatronatus iure deuolutionis, quando patroni intra tempus iura ſua deduxerunt, & requiſiuerunt Epiſcopum, vt cauſam expediret proteſtando, quòd tempus ſibi non curreret, & ille diſtulit eam expedire, capitulo 84. numero 6.*

Item *non poteſt conferre etiam poſt lapſum tempus, quando patroni litigant ſuper præſentatione ratione prærogatiua, vel forma præſentationis, aut meritorum præſentatorum, ibidem num. 7.*

Item *non poteſt poſt lapſum quadrimeſtre, vel ſemeſtre* Eccleſiam *alteri conferre, quando conſtat de iure patronatus, vel illud præſupponitur, & lis pendet ſuper præſentatione facta, ibid. num. 8.*

Item *nec iure deuolationis poteſt conferre, quando lis eſt ſuper libertate* Eccleſiæ *inter ipſum* Epiſcopum*, & patronos, ibidem numero 9.*

Item *conferre non poteſt ex iure deuoluto, quando lis eſt inter ipſos præſentatos in tempore ſuper prælatione eorum præſentationis, etiam ſi lis intra tempus requiſitum non finiatur, ibidem num. 10.*

2 Epiſcopus *de iure communi habet intentionem fundatam, vt poſſit viſitare omnes eccleſias ſibi ſubiectas, cap. 15. nu. 1.*

Item *poteſt propria auctoritate viſitare eccleſias exemptas, quando non habent ſpecialem exemptionem quo ad viſitationem, ſecus ſi habeant, quia nec eccleſias illis vnitas poteſt viſitare, nec clericos ibi exiſtentes corrigere, ibidem numero 2. & 4.*

2 *Epiſcopus debet tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus ex diſpoſitione* Concilij Tridentini *ſingulis annis viſitare* Eccleſias *quomodolibet etiam exemptos, cap. 15. nu. 5.*

Itam Eccleſias *ſeculares, quæ nullius ſunt diœceſis, ſi habeat cathedralem proximiorem, ibidem num. 6.*

Item *tenetur viſitare commendata omnia beneficia, & monaſteria etiam exempta, ibidem numero 7.*

Item *confraternitates eleemoſynas Montis pietatis, &* Pia *loca omnia, ibid. nu. 8.*

Item *capitula Cathedralium, & aliarum maiorum* Eccleſiarum *nullis exemptionis obſtantibus, ibid. nu. 9.*

2 Epiſcopus *poteſt viſitare ex diſpoſitione* Concilij Tridentini*, quamuis facultas viſitandi in fundatione* Prælato *inferiori ſit conceſſa, niſi contra Epiſcopum adeſſet expreſſa prohibitio, cap. 15. nu. 10. & 11.*

Epiſcopus non tenetur adhibere conſilium, vel conſenſum eorum, quos ſibi pro viſitatione facienda adiunxerit, ibid. nu. 12.

2 Epiſcopus *de iure communi poteſt procedere contra Monachos, ſeu perſonas regulares non exemptas priuatiuè ad* Abbatem*, vbi agitur de cauſa criminali contra Monachum in figura iudicij in delictis communibus extra caſus comprehenſos in regula, vt eſt falſitas, homicidium, & ſimilia, cap. 33. nu. 125.*

Ab illius iudicio irrationabili, vel doloſo in collatione parrochialium per concurſum facta appellatio conceditur, dummodo de dolo, & irrationabilitate liquido conſtet, ibidem numero 22. 23. & 24.

Epiſcopus debet Monachos ad conuerſationem ſanctam promouere, Abbates aliaque officia inſti-

 tuere,

Digitized by Google

tinere, atque extra regulam acta corrigere, ibidem nu. 128.

Epiſcopus in ſua diœceſi habet merum imperium, ibid. nu. 141.

Ad prolationem ſententiæ excommunicationis debet iudicialiter procedere, ibid. nu. 129.

2 *Epiſcopus quando in eccleſia parrochiali poſſit conſtituere Vicarium, qui onera eccleſiæ ſuſtineat, cap. 77. nu. 33.*

2 *Epiſcopus poſt reſignationem Eccleſiæ non poteſt ſe intromittere in collatione beneficiorum in ea vacantium, ſed dicuntur* Papæ *reſeruata, cap. 94. nu. 29. & 31.*

Item cenſetur omne ius, & poſſeſsionem, quam in Eccleſia habuit a ſe abdicaſſe, ibid. nu. 30.

Item non habet beneficium alternatiuè conceſſum Epiſcopis reſidentibus in eorum Eccleſiis, ibid. num. 32.

1 Error *in perſona Iudicis vitiat proceſſum quando litigatur coram eo, qui nullam habet iuriſdictionem, cap. 49. nu. 1.*

Item vitiat, quando litigatur coram eo, quem partes credebant eſſe illorum iudicem, cum tamen non eſſet, licèt reſpectu aliorum ordinarium haberet iuriſdictionem, ibid. nu. 2.

Non vitiat, quando erratur in qualitate Iudicis *credēdo eum delegatum, cum non ſit, ſed tãtum ordinarius, ibid. nu. 3.*

Declara niſi error partium, & error Iudicis ſimul concurrant, ibid. nu. 4.

Error tam iuris, quam facti impedit prorogationem iuriſdictionis, quando erratur in illius fundamento, ibid. nu. 10.

2 *Error ad effectum reſcindendi tranſactionem debet eſſe circa cauſam finalem, & ſine qua alias quis non fuiſſet tranſacturus, capitulo 84. numero 3.*

2 *Error in qualitate perſonæ excuſat a delicto, quando qualitas, in qua erratur eſt illa, quæ facit eſſe delictum, & qua ceſſante, nullum eſt delictum, pag. 278. nu. 7.*

Error in qualitate perſonæ in quam delinquitur ſi qualitas illa non faciat ceſſare delictum, nec eſſe, non excuſat a delicto reſpectu pœnæ impoſitæ a iure communi, ſed ſolum reſpectu pœnæ ſtatutariæ, pag. ibid. nu. 8. & 10.

Itē error in qualitate perſonæ non excuſat, quando qualitas in qua erratur eſt talis, quæ alterat ſpeciem delicti, & qua vnum delictum facit tranſire in aliud, ibid. nu. 9.

2 Equitas *ab Eccleſia ſeruanda eſt, vbi eius ius non fuit effectum deterſus, cap. 14. nu. 13.*

2 Euictio *eſt de natura emptionis, capitulo 19. numero 14.*

Euictio ex natura rei contingens, nec etiam ignoranti debetur, quamuis generaliter promiſſa fuerit, niſi ſtipulatio ſit concepta verbis vniuerſalibus, puta quomodocumque, & qualitercumque, vel quauis de cauſa euincatur, ibidem numero 31. & 32.

Euictio emptori non debetur, quando ea ſequitur ex facto ſuo, vel ſui auctoris, etiam ſi expreſſè de illa fuerit ſtipulatus in illum caſum, niſi ſpecialiter euictio fuerit promiſſa ob culpam emptoris, ibid. nu. 36. 37. & 39.

Euictio oriens ex vna cauſa ſuperueniente poſt contractum venditionis, non debetur etiam ſi dictum ſit, quod venditor renunciat omni iuri, quod habet, vel in futurum habere ſperat, niſi expreſſè dicatur, ex noua cauſa, ibid. num. 41. 42. & 43.

2 *Euictionis promiſsio non operatur, niſi quo ad ea, quæ fuerunt vendita, cap. 55. nu. 5.*

2 *Euictio non debetur niſi amiſſa poſſeſsione rei, cuius euictio petitur, licèt contra emptorem ſit lata ſententia ad rem ipſam reſtituendam, cap. 79. num. 1.*

Euictio eſt emptæ rei per Iudicis ſententiam abductio, ibid. nu. 2.

Euictio vbi præſtanda eſt, debentur etiam fructus amiſſi, nec non refectio aliorum damnorum, quæ emptor occaſione euictionis quouis modo paſſus eſt, ibid. nu. 5.

Item debet præſtari augumentum valoris prædij euicti, vbi ille ſit auctus a die venditionis vſque ad tempus euictionis ſequuta, ibidem numero 6.

Item ſi occaſione rei euictæ emptor coactus fuit pro fructibus perceptis lite pendente euincenti dare in ſolutum proprium fundum, in obligatione de euictione venit nedum pretium fundi, ſed etiam fructus, qui ex eo percipi potuiſſent, ibid. nu. 7.

1 Excadentiæ *feudorum cum eiſdem pactis dari debent, cap. 95. nu. 32.*

Poſſunt poſſideri a Baronibus Regni *Neapolis ſeparata a* Baronia, *& iuncta cum illa, ibidem numero 34.*

1 Exceptio *non numeratæ dotis nihil prodeſt quando illi fuit renunciatum, & talis renunciatio operatur, ac ſi lapſum eſſet tempus opponendi ac ipſa dote non numerata, cap. 8. nu. 21.*

1 *Exceptio intruſionis obſtat agenti interdicto recuperandæ in beneficialibus, quamuis ei non obſtet exceptio notorij criminis, cap. 59. nu. 18.*

Exceptio tu non poſſidiſti tempore allegati ſpolij in iudicio recuperandæ admittitur, ibid. nu. 24.

1 *Exceptio non adimplementi dicitur litis finita, & impedit litis ingreſſum, cap. 88. nu. e.*

Item nunquam cenſetur ſublata per ſtatutum, ibid. nu. 3.

Item habet locum quamuis in modico non fuerit adimpletum, ibid. nu. 4.

Item opponi poteſt poſt ſententiam, & in illius executione, ibid. nu. 13.

1 *Exceptio non implementi opponi poteſt nulla habitu cōſideratione, quis primo contrauenerit, ſed quis primo agat, nam qui prius agit debet prius docere de adimplemento, cap. 89. nu. 7. & 8.*

Declara quando nō conſtat, quis prius debeat implere, ſecus ſi appoſitum ſit tēpus adimplementi, quia tunc ordo ſeruandus eſt, ibid. nu. 9.

2 *Exceptio non adimplementi impedit executionem ſi a parte opponatur, alias iudiciū nō valet, præſertim in contractibus nominatis, niſi ex officio iudicis fuerit ſuppleta, cap. 121. nu. 97. & 98.*

2 *Ex-*

Exceptio debet eſſe de regula, capitulo 94. numero 67.

Exceptio dotis, quæ obÿcitur ab vxore bona mariti poſsidente contra creditores eiuſdem mariti, impediti executionem ſententiæ ad eorum fauorem latæ, etiam ſi vxor ſit hæres mariti, dummodo tamen hæreditatem adiuerit cum beneficio inuentarÿ, cap. 121. nu. 22. & 25.

Exceptio, quæ non impugnat ſententiam, ad impediendam eius executionem etiam poſt ſententiam opponi poteſt, ibid. nu. 24.

Exceptio, vbi factum eſt probatum, non dicitur requirere altiorem indaginem, licèt diſputatio ſit in iure, niſi in diſcuſsione iuris vertatur ſubtilitas, vel magna difficultas, ibidem numero 80. & 81.

Exceptio, quæ cedenti obſtat, repellit quoque ipſum ceſsionarium, cap. 88. nu. 11.

Exceptio nullitatis oriens ex ventre inſtrumenti, cuius vigore agitur retardat executionem etiam obligationis cameralis, & quamuis altiorem indaginem requirat, capitulo 121. numero 33. & 36.

Declara, dummodo nullitas ſit ex defectu citationis, iuriſdictionis, vel mandati, ibidem numero 38. & 39.

Exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis opponi poteſt, quamuis a ſtatuto prohibeatur dari de nullitate, ibid. nu. 41.

Exceptio nullitatis impedit executionem, quando incidẽter proponitur, ſecus ſi principaliter, quia tunc ſit executio firmo manente iudicio nullitatis, niſi iudex nullitatis præuenerit inhibendo antequam actor executionem petat, ibid. nu. 42. 43. 44. & 45.

Exceptio melioramentorum executionem ſententiæ retardat, etiam ſi verſemur in iudicio poſſeſſorio, & executiuo, cap. 121. nu. 46.

Item exceptio retentionis ob melioramenta opponi poteſt etiam poſt ſententiam in illius executione, & ſi non admittatur poteſt appellari, aut actio ſpolÿ intentari, ſeu via nullitatis, quamuis agatur Saluiano interdicto, ibid. numero 48. & 49.

Declara, vt exceptio retentionis ob melioramenta non retardet executionem, niſi de illorum exiſtentia in genere ſaltem conſtet, ibidem numero 51.

Exceptio compenſationis, quando debitum eſt liquidum, ad retardandam executionem opponi poteſt, etiam poſt ſententiam, capitulo 121. numero 52.

Declara vt exceptio compenſationis non admittatur contra obligationem cameralem, nec contra alias obligationes iuratas, niſi creditum, quod quis compenſare intendit, ſuperuenerit poſt promiſsionem iuratam de ſoluendo, ibidem numero 53. & 54.

Exceptio attentatorum ſuſpendit omnia iudicia quamtumuis priuilegiata etiam ſpolÿ, capitulo 121. num. 57.

Item operatur, vt antequam ad executionem procedatur attentata ſint purganda etiam reſpectu fructuum, qui non ſunt liquido, ibidem numero 56.

Declara vt exceptio attentatorum executionem non ſuſpendat, quando notoriè conſtat de non iure petentis reuocari attentata reſpectu negotÿ principalis, ibid. nu. 58.

Declara ſecũdo vt non valeat, quãdo tertius non exiſtẽs in lite dat de attentatis in dicta lite commiſsis ab altero ex collitigantibus, vel quando talis exceptio opponitur contra ipſum tertium, qui aliquid fecerit in præiudicium alterius ipſorum, dummodo non habeat cauſam ab altero ex collitigantibus, ibid. nu. 60. & 62.

Declara tertio, vt exceptio attentatorum non retardet executionem ſententiæ, vbi ex actis conſtat de deſertione appellationis, ibidem numero 63.

Vnde nec executio ſententiæ iudicis a quo, qui lapſo tempore ad docẽdum de proſequutione appellationis præfixo executus fuit, dicitur attentata, ibid. nu. 65.

Exceptio adminiſtrationis tutelæ, non impedit executionem, quæ ſit a muliere pro reſtitutione dotis contra bona mariti, niſi conſtet ad eius manus perueniſſe magnam ſummam pecuniarum, ex qua ſibi præſumatur ſatisfeciſſe, cap. 121. num. 67. & 68.

Item non admittitur contra obligationem cameralem, ibid. nu. 69.

Exceptio ſupplementi legitimæ non retardat executionem, neque immiſsionem, quæ ſit vigore Saluiani interdicti, ibid. nu. 70.

Exceptio altiorem indaginem requirens in iudicio Saluiani interdicti non admittitur, ibidem numero 71.

Item nec exceptio diſcuſsionis admittitur in iudicio executiuo, ibid. nu. 74.

Exceptio dominÿ executionem non retardat, niſi dominium eſſet iam probatum, vel incontinenti probaretur, cap. 121. nu. 75.

Item exceptio dominÿ non admittitur in iudicio recuperandæ, quamuis in continenti probari poſſit, ibid. nu. 76.

Fallit in tertio ſe Dominum aſſerente, qui in iudicio recuperandæ impedit reſtitutionem, non obſtante ſuſpenſione petitorÿ, ibidem numero 77.

Exceptio dominÿ incontinenti probata opponi poteſt etiam contra agentem remedio l. finali, C. de edicto Diui Adriani tollend. ibidem numero 78.

Exceptio periurÿ repellit agentem a limine iudicÿ, quando agitur ex eodem contractu, cuius vigore intenditur periurium, capitulo 121. numero 83.

Exceptio periurÿ non retardat executionem obligationis præſertim cameralis, niſi ſit liquida, ibid. nu. 84. & 86.

Exceptio compromiſsi non retardat executionem obligationis cameralis ſi compromiſſum ſit voluntarium ſecus ſi ſit neceſſarium, videlicet factum vigore ſtatuti, capitulo 121. numero 89. & 91.

Exceptio ſpecialis reſeruationis beneficij, obſtat agenti ſpolio in cauſa beneficiali, etiam quod ſpoliatus ipſe iuſtificaſſet prouiſionem ſuam titulo colorato, ibid. nu. 106.

Exceptio intruſionis in beneficialibus repellit agentem interdicto recuperandæ, ibid. nu. 108.

Exceptio notorij criminis in beneficialibus non obſtat agẽti interdicto recuperandæ, ſed tantum defectus proprietatis, ibid. nu. 109.

2 *Exceptio proprietatis obſtat ſpoliato vxore agenti interdicto recuperandæ propter peccatum, cap. 121. num. 110.*

Item ei obſtat exceptio affinitatis, & conſanguinitatis in tali gradu exiſtentis, ſuper quo Papa diſpenſare non poterat, ibid. nu. 111.

Exceptio frigiditatis, & impotentiæ non obſtat ſpoliato vxore agenti interdicto recuperandæ, ſed bene exceptio publicæ honeſtatis, dummodo excipiens ſe offerrat paratum illam in continẽti probare, ibid. nu. 113.

2 *Exceptio minoris ætatis tempore contractus matrimonij, ſeu quo prætenditur factum in Eccleſia obſtat ſpoliato vxore agenti ad illius recuperationem, cap. 121. nu. 115.*

Declara, vt ætas debeat eſſe perfecta, nec ſufficiat probare, quod mulier ſeu virgo a decimo quarto anno deſtaret tantum per duos menſes, ibid. nu. 116.

Exceptiones, quæ opponi poſſunt a principali ad retardandam executionem, poſſunt opponi a fideiuſſore etiam ipſo principali inuito, ibidem numero 118. & 119. & ſi fideiuſſor ſcienter, & doloſè illas omiſerit non poteſt ſolutum a principali repetere, ſecus ſi ignoranter, ibidem numero 120.

Exceptionum principali competentium ſcientia in fideiuſſore non præſumitur, ſed illam principalis probare debet, ibid. nu. 121.

2 *Exceptio liquida ex eiſdem actis poteſt a iudice ſuppleri ex officio, quamuis de illa non ſit oppoſitum, pag. 289. nu. 4.*

2 Exclusio *ſubſtituti non tendit ad commodum illius, qui ſolus eſt poſitus in conditione, ſed ad fauorem hæredis grauati, vt poſſit de bonis ſuis liberè diſponere, cap. 88. nu. 3.*

2 Excluſus *debet haberi pro non excluſo ad fauorem eius, cuius contemplatione excluditur, vt pars excluſi ei accreſcat, quando tam excluſus, quam non excluſus eodem iure aliàs admitterentur, ſecus ſi diuerſo iure, capitulo 10. numero 4.*

2 Excommunicatio *ad effectũ repellendi aliquem a limine iudicij probatur qualibet leui probatione, cap. 41. nu. 5.*

2 Excommunicatus *occultus poteſt alium excommunicare, cap. 41. nu. 1.*

Item excommunicatus in iudicio ſtare non poteſt agendo, ſed ſolum ſe defendendo, dummodo contra eum de excommunicatione excipiatur, ibidem nu. 2. & 3.

Excommunicatus proſequens appellationem a ſententia lata contra ſe, quando ſit audiendus, ibid. nu. 4.

1 Executio *etiam ſolum petita ante reſtitutionem in integrum non retardatur, capitulo 86. numero 41.*

3 *Executio non habet locum in prælegatis, niſi pro parte cohæredis, pro alia autẽ parte bona capiuntur iure hæreditario, cap. 58. nu. 27.*

2 *Executio ſentẽtiæ impeditur per tertium contradictorem ratione ſolius poſſeſſionis rei per ſententiam alteri adiudicatæ, cap. 121. nu. 1.*

Item impeditur, ſi tertius de cuius intereſſe agitur non fuerit citatus, licèt tres ſententiæ prolatæ fuerint, ibid. nu. 2.

Declara vt executio non impediatur per tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe, ſi non poſſideat, ibid. nu. 3.

Executio ſententiæ contra auctorem lata ab eius ſucceſſore non impeditur, quando iure hæreditario ſuccedit, ſecus ſi alio iure ſuccedat, ibidem num. 4. & 5.

Item executio per tertium, qui ſciuit cauſam agitari, & poſt ſentẽtiam comparuit pro ſuo intereſſe, non impediatur etiam data cautione de reſtituendo, ibid. nu. 7.

2 *Executio ſententiæ, ſeu exequendi ius ſpatio 30. annorum præſcribitur, cap. 121. nu. 10.*

Item executio retardatur donec acta fuerint integre tranſportata, ibid. nu. 11.

Item ſuſpenditur pendente cauſa reſtitutionis in integrum, etiam ſi commiſſa cauſa reſtitutionis aduerſarius obtineat commiſſionem cum clauſula, quòd iudex ad legitimam executionẽ procedat, ibid. nu. 12. & 13.

Declara vt executio ſententiæ, quando eſt capta per reſtitutionem in integrum non retardetur, quamuis reſtitutio competat de iure communi, vt in minore, & Eccleſia ibid. nu. 14.

Item quamuis non ſit capta non retardatur per reſtitutionem in integrum obtentum a minore, vel Eccleſia, quando viget vehemens præſumptio calumniæ, ibid. nu. 15.

Executio dicitur capta, quando literæ executoriales fuerunt decretæ, & relaxatæ, ibidem numero 16.

2 *Executio ſuſpenditur per clauſulam (ſi quid exequendum, &c.) in reſcripto, ſeu commiſſione appoſitam, cap. 121. nu. 17.*

Declara, vt hæc clauſula ſuſpendat ſolum, donec de iuſtitia ſententiæ cognoſcatur, ibidem numero 19.

Et dummodo clauſula iuſtificetur ex eiſdẽ actis ab eo, qui illius vigore executionem petit, ibidem num. 20.

2 *Executio ſententiæ ad fauorem creditorum latæ impeditur exceptione dotis, quæ obijcitur ab vxore bona mariti poſſidente contra creditores eiuſdem mariti, dummodo vxor hæreditatẽ adiuerit cum beneficio inuentarij, cap. 121. numero 22. & 25.*

Executio obligationis cameralis retardatur, quando ex ventre inſtrumenti, cuius vigore agitur, oritur defenſio, & nullitatis exceptio, ibidem numero 33. quamuis altiorem indaginem requirat, ibid. nu. 36.

Item

Item executio obligationis cameralis retardatur quotieſcumque inſtrumentum in forma cameræ fuit vulneratum per ſententiam, etiam quod alias de nullitate opponi non poſſit, ibidem numero 37.

a Executio ſententiæ retardetur, quando nullitas ex eiſdem actis deducetur, dummodo ſit ex defectu citationis, iuriſdictionis, vel mandati, cap. 121. nu. 38. & 39.

Amplia vt executio retardatur ob nullitatem ex defectu iuriſdictionis, etiam ſi talis nullitas altiorem indaginem requirat, ibid. nu. 40.

a Executio ſententiæ impeditur exceptione nullitatis, quando nullitas incidenter proponitur, ſecus ſi principaliter, quia tunc ſit executio firmo manente iudicio nullitatis, Niſi Iudex nullitatis præuenerit inhibendo, antequam actor executionem petat, capitulo 121. num. 42. 43. 44. & 45.

Executio retardatur mediante exceptione melioramentorum, etiam ſi verſemur in iudicio poſſeſſorio, & executiuo, ibidem numero 46. & quamuis ſententia iam ſit lata, ibidem numero 48.

Declara, dummodo de melioramentorum exiſtentia in genere ſaltem conſtet, alias ſecus, ibid. num. 51.

a Executio retardatur exceptione compenſationis, vbi debitum eſt liquidum, capitulo 121. numero 52.

Limita in obligatione camerali, & in aliis obligationibus iuratis, niſi creditum, quod quis compenſare intendit, ſuperuenerit poſt promiſſionem iuratam, de ſoluendo, ibidem numero 53. & 54.

a Executio retardatur, quotieſcumque opponitur de attentatis, quæ ſunt purganda antequam ad executionem ſententiæ procedatur etiam reſpectu fructuum, qui non ſunt liquidi, cap. 121. num. 56.

Item quamuis verſemur in Iudicio ſpolij, aut alio quantumuis priuilegiato, ibid. nu. 57.

Limita ſi notoriè conſtet de non iure petentis reuocari attentata reſpectu negotij principalis, ibid. num. 58.

Secundo limita, quando tertius non exiſtens in lite dat de attentatis in dicta lite commiſſis per alterum ex collitigantibus, ibid. nu. 60.

Tertio limita, vbi ex actis conſtat de deſertione appellationis, ibid. nu. 63.

a Executio ſententiæ iudicis a quo, qui lapſo tempore ad docendum de proſequutione appellationis præfixo executus fuit, non dicitur attentata, cap. 121. nu. 65.

a Executio quæ fit a muliere pro reſtitutione dotis contra bona mariti non impeditur per exceptionem adminiſtrationis tutelæ, niſi conſtet ad eius manus perueniſſe magnam ſummam pecuniarum, ex qua ſibi præſumatur ſatisfeciſſe, cap. 121. nu. 67. & 68.

Amplia idem eſſe, quamuis agatur vigore obligationis cameralis, ibid. nu. 69.

a Executio, aut immiſſio, quæ fit vigore Saluiani interdicti non retardatur per exceptionem ſupplementi legitimæ cap. 121. nu. 70.

a Executio proceſſus executiui non retardatur per exceptionem diſcuſſionis, cap. 121. nu. 74.

Item executio non retardatur per exceptionem dominij, niſi dominium eſſet iam probatum, vel incontinenti probaretur, ibidem numero 75.

a Executio, ſeu immiſſio, quæ fit ex remedio l. fi. C. de edicto Diui Adriani tollen. impeditur per exceptionem Dominij probatam incontinenti, cap. 121. nu. 78.

Item impeditur ab Agnato poſſidēte bona feudalia, & docente de iure ſuo incontinenti, & ſe comprehenſum eſſe in inueſtitura feudi, ibidem numero 79.

a Executio præſertim obligationis cameralis non retardatur per exceptionem periurij, niſi ſit liquida, cap. 121. nu. 84.

Item non retardatur per exceptionem compromiſſi voluntarij, ſecus ſi compromiſſum eſt neceſſarium, videlicet factum vigore ſtatuti, ibidem num 89. & 91.

Executio etiam vigore obligationis cameralis retardatur per exceptionem non implementi, cap. 121. num. 92.

Amplia quamuis non implementum in modico verſetur, ibid. nu. 93.

Item, quamuis ſtatutum prohibeat omnem exceptionem, ibid nu. 94.

Declara dummodo a parte opponatur de non implemento, alias executio valet, præſertim quando ſumus in contractibus nominatis, niſi exceptio fuerit ex officio Iudicis ſuppleta, ibidem num. 97. & 98.

Executio ſententiæ retardatur per appellationem, quotieſcumque ea venit admittenda, ſecus ſi appellatio non ſit permiſſa, ibidem numero 100.

Executio ſententiæ generaliter retardatur, vbicumque conſtat de non iure agentis, quamuis agatur in mero poſſeſſorio, ibid. nu. 104.

a Executor Apoſtolicus quando eſt merus, & literæ ei directæ non habent clauſulam ſonantem in iudicialem indaginem, aut conditionem, quæ tacitè non inſit, nec agitur de præiudicio alicuius, poteſt ſuper narratis extraiudicialiter ſe informare, & iuſtificatio iudicialis coram eo non requiritur, cap. 1. nu. 151.

Item executoribus Apoſtolicis meris creditur de proceſſu ab illis facto, licèt de illo non appareat, dummodo præceſſerit tantum tempus, quòd veriſimiliter potuerit capi extraiudicialis informatio, & niſi contrarium probetur, ibidem nu. 152. & duobus ſequentibus.

Executor Apoſtolicus quando eſt merus, licèt admiſerit articulos ſuper iuſtificatione narratorum, & aliquis teſtes ſuper illis fuerint inducti, & examinati, non propterea dicitur ſe feciſſe mixtum, ita vt iuſtificatio iudicialis ſit neceſſaria, ſed omiſſa via Iudicis poteſt ad aliam tranſire, & reaſumere partes executoris, ibidem num. 155.

1 Exemplo, *ſeu copia ſimplici, an & quando ſit fides adhibenda, cap. 81. per totum.*

Exemplum exempli in Archiuio reperti non probat, niſi oſtendatur originale, etiam ſi vtrumque exemplum ſolemniter extractum fuerit, ibidem nu. 15. & 16. Item quamuis exemplum eſſet confectum per multos notarios, ibid. nu. 18.

2 Exemptio *à ſolutione decimarum vigore priuilegiorum* Pontificum *conceſſa, intelligitur de decimis quæ parrocho, aut alijs perſonis ex iuris communis diſpoſitione debentur, non autem de illis, quæ ex aliqua particulari conceſſione perſoluuntur, cap. 40. nu. 35.*

1 Exemptus *non poteſt renunciare ſuæ exemptioni in præiudicium ſuperioris, cap. 5. nu. 17.*

2 Exheredatio *patris non nocet filio in bonis, quæ non habuit a patre ſed ab auo, cap. 90. nu. 2.*

Exheredatio fit ſolum ab eo, qui poteſt & tenetur inſtituere, & in bonis proprijs tantum, non autem alterius, ibid. nu. 4.

2 Expenſæ *quando ſint reficiendæ, & de materia vide in verbo, Impenſa.*

2 Expreſſio *valoris facta per impetrantem quando habet vim conditionis, ea vera non exiſtente, gratia tanquam ſubreptitia in totum redditur nulla, cap. 4. nu. 4.*

2 Extenſio *cenſetur facta cum omnibus qualitatibus, & eadem remanente natura, cap. 75. n. 38.*

1 Extraneus *ſi ſit vocatus poſt mortem filiorum ſiue filijs exiſtentia filiorum vnius filij facit deficere conditionem, ſub qua erat ſubſtitutus, & pro illius excluſione non eſt opus, quòd inducatur ius tranſmiſſionis, cap. 27. nu. 16.*

1 *Extranei (in materia conſuetudinis* Bulgari, *) qui ſint, & an mater hoc nomine contineatur, cap. 29. nu. 48. & 49.*

2 *Item extranei (in materia feudali) hæredũ appellatione non continentur, ſed ſolum filij, cap. 59. num. 4.*

1 Extraneum *primum in iudicio ſpolij, hoc eſt ſpoliati poſſeſſio, debet probari plenè, & concludenter, cap. 59. nu. 30.*

Non probatur per vnum teſtem etiam de viſu, & publica voce, & fama, niſi ſaltem concurrat alius de publica voce, & fama, ibid. nu. 31.

Item non probatur per cõfeſſionem factam in libello, ſeu commiſſione, quod ſpoliatus erat pacificus poſſeſſor, ibid. nu. 35.

Item non probatur per confeſſionem factam in articulis, ſi ſit de poſſeſſione ſpoliatiua, ibidem numero 36.

1 *Primum extremum in ſpolio probatur præſumptiua, aut ſemiplena probatione in antiquis, cap. 59. num. 41.*

Item extremum primum ſpolij in antiquis probatur etiam per teſtes de auditu auditus, & de publica voce, & fama, ibid nu. 43.

Item in antiquis probatur per clauſulam conſtituti, quamuis aliter non conſtet de tẽpore conſtituti, ibid. nu. 48.

1 *Extremum ſecundum in ſpolio, hoc eſt poſſeſſio rei conuenti, leuioribus probationibus probatur, cap. 59. nu. 26.*

Item probatur per teſtimonium de auditu a parte, quæ tenet, & poſſidet rem ſpoliatam, ibid. n. 27.

Item probatur per ſuſtentationem litis cum adminiculis, ibid. nu. 28.

Item probatur ex ſola litis cõteſtatione, per quam ſolam probatur moleſtia in poſſeſſione, ibidem numero 29.

2 Extrema in iudicio Saluani interdicti, *quæ ſint, & quomodo probentur, cap. 117. n. 1. & 21. cum ſequentibus.*

F

2 FActa *regulariter plus quam verba attenduntur, cap. 146. nu. 3.*

1 *Facta multa vinculum inducunt, quæ antequam fiant impediri poſſunt, cap. 62. nu. 7.*

2 Factum *vigore decreti nulli etiam per illum, qui fuit priuatus, eſt nullum, tanquam factum vltra debitum, & metu mandati, cap. 6. nu. 8.*

2 *Ea quæ facta ſunt nequeunt iure infirmari, cap. 33. num. 10.*

2 Facto *aliquid facere plus eſt, quàm verbis explicare, cap. 33. nu. 22.*

2 *Factum tempore belli dicitur, quãdo iam bellum imminet, cap. 94. nu. 54.*

2 Factum *vbi eſt probatum, diſputatio iuris nõ facit, quod exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, niſi in diſcuſſione iuris vertatur ſubtilitas, vel magna difficultas, cap. 121. numero 80. & 81.*

2 Factum *dubium, & dubium iuris intricati, & controuerſi æquiparantur, cap. 121. nu. 82.*

1 Facultas *teſtandi de bonis ſitis in* Vrbe, *& extra per decem miliaria, non comprehendit iura & actiones, cap. 9 nu. 21.*

2 *Facultas conceſſa clerico transferendi penſionem ſibi reſeruatam in alias perſonas, vel in vnam, aut plures, vel cum clauſula, & alias in forma ſolita latiſſimè extendenda, intelligitur de ſimilibus perſonis, hoc eſt clericis, cap. 18. num. 15. 18. 19. & 20.*

2 *Facultas legitimandi ſtantibus legitimis non intelligitur conceſſa, niſi in ſpecie hoc ſit dictum, cap. 81. nu. 9.*

Item facultas data reducendi legitimatos in priſtinum ſtatum naturæ, ita vt poſſint ſuccedere, ac ſi de vero, & legitimo matrimonio nati eſſent, etiam cum filijs legitimis, & naturalibus, intelligitur, vt ſuccedant ſolum cum legitimis, ſed non vt excludant legitimos, ibid. nu. 10.

2 Falcidia *amittitur propter omiſſionem inuentarij, cap. 72. num. 5. & talis pœna eſt inducta ob præſumptionem ſubtractionis, ibid. nu. 7.*

Falcidia non detrahitur aduerſus piam cauſam, ſicut nec Trebellianica, ibid. nu. 11. & 12.

2 *Falcidia detrahi poteſt ab hærede, quando legatum vltra dodrãtem hæreditatis aſcendit, etiam ſi res titulo inſtitutionis fuerit relicta, cap. 105. nu. 36. & 37.*

Falcidia a teſtatore prohiberi poteſt, ibid. nu. 38.

Falcidia teſtatorum gratia inducitur, ne ſcilicet inteſtati moriantur, ibid. nu. 39.

1 Fama

1 Fama ſola ſufficit, ac plenè probat fideicommiſſum in antiquis, cap. 12. nu. 39.

1 Abſque fama priuilegij, vel recognitione feudali, poſſeſſio ſola immemorabilis nõ ſuffragatur laico decimas Eccleſiæ poſſidenti, cap. 29. nu. 2.

Fama priuilegij ad effectum, vt immemorabilis laico ſuffragatur in materia decimarum, non eſt probanda per quadraginta annos, ſed ſufficit, vt probetur per aliquod tempus diuturnum quod quantum ſit remittitur arbitrio Iudicis, ibidem num. 1. 5. & 7.

De fama diuturna teſtes deponentes operantur, quod retro fuerit ſemper ipſa fama, ibid. nu. 9.

1 Fama publica in factis antiquis, quorum non extat memoria, habetur pro ſcientia, & veritate, cap 59. num. 44.

2 Familiaritas ad effectum regulæ tertiæ Cancellariæ reſeruantis beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium non requiritur continuata per quattuor menſes, quia quid ſit quo ad effectum regulæ 32. ac præſtando conſenſu Cardinalis præſentis in Curia, quando impetratur beneficium à Papa vacans per obitum familiaris Cardinalis, cap. 94 nu. 15.

Familiaritas Papæ operatur reſeruationem, nec ad hunc effectum requiritur conſenſus Cardinalis, in cuius familiaritate beneficiatus exiſtens deceſſit etiam ſi ille Papa mortuus fuerit, & ita per illius obitum familiaritas fuerit extincta, Item quamuis beneficiatus eſſet familiaris Papæ per priuilegium, ibid. num. 17. verſ. Reſeruatio tamen.

Familiaritas vera licet requirat mentem, ſeruitium, & dentem, nihilominus Princeps poteſt facere per priuilegium, vt quo ad effectum iuris, non verus pro vero, & proprio familiari habeatur, ibidem ante num. 18.

2 Fauor publicus diuino æquiparatur, c. 108. n. 20.

1 Fauor redditus ad ius commune ceſſat, quando quis priuatur iure ſuo cap. 55. num. 73.

1 Fæmina habens feudum poteſt illud alteri concedere ſine conſenſu domini directi, niſi viuat iure Longobardorum, quia tunc requiritur in Mundualdus, cap 95. num. 40.

Fæmina non poteſt ſubinfeudare amatoribus ſuis cum quibus viuit luxurioſe, ibid. nu. 41.

1 Fæminæ non comprehenduntur in emphiteuſi recepta pro ſe filijs, & nepotibus, & quare, cap. 2. num. 1.

Comprehenduntur quando conceſſio fuit facta propter benemerita, ibid. nu. 7.

Item quando recipiens emphiteuſim de tempore conceſſionis veriſimiliter non poterat generare filios, & non habebat niſi vnicam filiam, ibidem nu. 8.

Item quando ſtatutum, ſeu conſuetudo mandat, quod fæminæ cum maſculis pariter admittantur ad bona emphiteotica, ibid. nu. 9.

Item quando ſequeretur abſurdum, ſi non eſſent comprehenſæ, ibid. nu. 11.

Item quando in conceſſione emphiteuſis eſt data facultas recipienti in caſu obitus ſine filijs, nominandi in teſtamento vnam fæminam, vel perſonam extraneam, ibidem num. 12.

1 Fæminæ an comprehendantur in emphiteuſi, in qua vocati ſunt filij, & nepotes cum adiectione hæredes, cap. 2. nu. 17.

Comprehenduntur in emphiteuſi conceſſa pro filijs hæredibus, & deſcendentibus, ibid. nu. 21.

Idem ſi emphiteuſis ſit conceſſa pro filijs, & hæredibus vſque ad tertium genus, ibid. nu. 22.

1 Fæminæ ex proprietate ſermonis appellatione generis continentur, cap. 2. nu. 23.

1 Fæminæ appellatione filiorum in teſtamentis non continentur, quando ſequeretur abſurdum, quod fæmina magis remota excluderet propinquiorem, cap. 100. nu. 1.

1 Fæminæ appellatione filiorum in vltimis voluntatibus regulariter continentur ex interpretatione tantum extenſiua, non comprehẽſiua, cap. 100. nu. 2. 3. & 4. & tales interpretatio dicitur [illegible], & præualet propriè ſignificationi, libro 2. cap. 49. nu. 8.

1 Limita quando teſtator habuit reſpectum ad conſeruationem agnationis, vel quando ſtatutum viget excluſiuum fæminarum, capitulo 100. numero 6. & 7.

2 Secundo limita quando in contrarium adſunt coniecturæ valde probabiles, & neceſſariæ, cap. 49. num. 10.

1 Feudatarius abuſiue inueſtitus, quando poſſit propria auctoritate feudum capere, cap. 29. n. 7.

1 Feudatarius, qui pro feudo tenetur ad certã annuam penſionem, ſeu cenſum, ſi ceſſauerit per triennium in ſolutione cadit a iure ſuo, etiam abſque interpellatione, cap. 63. nu. 2.

Declara, niſi ab Eccleſia feudum recognoſcatur, ibid. nu. 3.

Secundo declara, quando feudum principaliter datur ob vtilitatem ſecus ſi principaliter innitatur gratiæ, ſeu præheminentiæ, & ſubiectioni, ibid. nu. 4. & 7.

Tertio declara, vt feudatarius ob non ſolutionem non amittat feudũ, abſque interpellatione, quando a ſeruitijs ſolum perſonalia tenetur, ibidem num. 8. & 9.

1 Feudatarius, licèt receperit feudum ad annuam penſionem modicam, non principaliter ob præſtationem ipſam tamen ob non ſolutionem cadit a iure ſuo, quãdo iurauit ſoluere, etiamſi in vno ſolo anno ceſſet, cap. 63. nu. 12.

Limita, niſi in conceſſione adſit pactum expreſſum, quòd ſit locus deuolutioni ob nõ ſolutionem intra triennium, quia tunc iuramentum non poteſt operari effectum deuolutionis ante triennium finitum, ibid. nu. 13.

1 Feudatario mortuo ſine filijs, & agnatis, an fructus feudi pendentes ad eius hæredes pertineant, cap. 64. nu. 1. & ſeq.

1 Feudatarius regulariter poteſt ſubinfeudare rem, quam iure feudi ab alio recognoſcit etiam ſine conſenſu Domini, & quamuis feudum ſit Eccleſiaſticum, cap. 95. nu. 1. 2. & 3.

Limita primo vt non poſſit ſubinfeudare niſi æquali, hoc eſt æquè idoneo ad ſeruiendum, & eodem modo, quo ipſe habet, & dummodo fraus

non

Digitized by Google

non interueniat, ibidem numero 5. 6. 7. & 8.

Secundo limita, vt non poſſit ſubinfeudare ſine conſenſu Domini, *quãdo ſeudum in curia ipſius Domini exiſtit, vel in loco vbi ille iuriſdictionem habet, ibid. nu.* 9.

Tertio limita, vt ſubinfeudare non poſſit, niſi vita ſua durante, ibid. nu. 10.

Quarto limita, vt non poſſit plus iuris in alium transferre, quam ipſe habeat, ibid. nu. 12.

Quinto limita, vt ſubinfeudare non poſſit, quando in conceſſione appoſitum fuit pactũ de non alienando, ibid. nu. 26.

1 Feudatarius *ſubinfeudans rem conſenſu* Domini *adhibito, non poteſt ſolo ſuo conſenſu reuocare, cap.* 95. *nu.* 44.

2 Feudatarius, *vel emphiteuta alienans partẽ feudi ſeu emphiteuſis ſine conſenſu* Domini *priuatur ſolum parte alienata, etiamſi adſit pactum, quod inueſtito non liceat bona vendere in totum, ſeu parte aliqua ſub pena caducitatis a contractu, & contentis in eo cap.* 64. *nu.* 6. 7. & 8.

2 Feudatarius *minor habet reſtitutionem in integrum etiam lapſo anno, infra quem lege iubente inueſtitura renouari debet, cap.* 98 *nu.* 5.

1 Feudatarius, & *emphiteuta amittunt meliorationes etiam vtiles, quando feudum, vel emphiteuſis ob eorum culpam deuoluitur, cap.* 110. *numero* 13.

Limita *primo quando ſoluitur penſio æquiualẽs fructibus, ibid. nu.* 14.

Limita *ſecundo quando in feudatario, & emphiteuta nulla poteſt conſiderari pæna dãnoſa* Domino *directo, ibid. nu.* 15.

2 *Feudatarius prohibitus de feudo teſtari per tex. in cap.* 1. *de ſucceſ. feud. an ſolum intelligatur prohibitus diſponere de feudo inter extraneos, an vero etiam inter liberos cap.* 120. *nu.* 2. & 17.

2 Feudatarius *poteſt feudum vni ex filijs relinquere, ita vt cæteri reuocari non poſſint, dummodo cæteris liberis relinquat legitimam ſecũdum vnam opinionem, cap.* 120. *nu.* 6. *Sed contrarium defenditur, ibid. nu.* 7. & *ſeq.*

Feudatarius *non poteſt alterare naturam feudi in præiudicium agnatorum, ad quos feudum eſt reuerſurum, niſi ipſi conſentiant, ibidem numero* 7.

Item ſine Domini *conſenſu nõ poteſt feudum vni filiorum prælegare, quamuis ſit feudum nouum niſi lex, vel pactum feudi aliud ſuadeat, ibid. nu.* 10. 11. & 12.

1 Feudatarius *vbi viuitur iure francorum non poteſt ſecundo genito feudum dare, niſi primogenitus fuerit ingratus, cap.* 120. *nu.* 13.

Item non poteſt in feudo, in quo omnes filij æqualiter ſuccedunt, diſponere vt vnus filiorum habeat duas partes, in feudo, alter verò tertiam, ibid. nu. 14.

Feudatarius *poteſt feudum nouum, & etiam antiquum, dummodo ſit hæreditarium, vni ex filijs in totum legare cum conſenſu* Domini, *ſecus ſi feudum ſit ex pacto, & prouidentia, ibid. numero* 15. & 16.

1 Feudorum *excadẽtia cum eiſdem pactis dari debent, cap.* 95. *nu.* 132.

1 *In feudo ex pacto, & prouidentia ſucceſſor non tenetur ſoluere debita prædeceſſoris ex fructibus feudi, cap.* 26. *nu.* 1.

Amplia etiam ſi ſuccedens ſit hæres illius, qui debita contraxit ſine beneficio legis, & inuentarij, ibid. nu. 2.

1 *In feudo conceſſo pro filijs, & deſcendentibus hæredibus, ſucceſſor tenetur ſatisfacere creditoribus anteceſſoris de fructibus feudi non obſtante inuentario, ſecus ſi conceſſio ſit facta pro filijs hæredibus, & eorum deſcendentibus, cap.* 26. *numero* 3.

Feudi *ſucceſſor quando non teneatur niſi pro rata fructuum pendentium tempore mortis, ibidem num.* 4.

Feudi *renouatio licèt differat a prima inueſtitura, nihilominus debet attẽdi tenor primæ, quando expreſsè fuit dictum, quod renouat ſecũdum tenorem antiquæ inueſtituræ, ibid. nu.* 13.

Feudi *renouatio non poteſt fieri in præiudicium comprehenſorum in prima inueſtitura, quando viuunt illi, qui ſunt de comprehenſis in illa, ſecus ſi non adſint de comprehenſis, ibid. nu.* 14.

1 *In feudo mixto hæres cũ beneficio inuentarij non tenetur ad debita, cap.* 26. *nu.* 16.

Feudum *quando eſt facta mentio de deſcendentibus, licèt non ſit dictum, hæredibus dicitur ex pacto, & prouidentia, ibid. nu.* 17.

Feuda *in* Regno Neapolis *ſunt hæreditaria, non ex pacto, & prouidentia, ibid. nu.* 18.

1 Feudum *in obſeruantiam pactorum poteſt reuocari, ſicut ipſa donatio, cap.* 63. *nu.* 1.

Feudum *amittitur etiam abſque interpellatione ſi Vaſſallus, qui pro feudo tenetur ad certũ annuam penſionem, ſeu cenſum per triennium in ſolutione ceſſauerit, ibid. nu* 2.

Declara *niſi feudum ab Eccleſia recognoſcatur, ibid. nu.* 3.

Item declara, quando feudum principaliter datur ob vtilitatem percipiendam, ſecus ſi principaliter innitatur gratia, ſeu præeminentia, & ſubiectioni, ibid. nu. 4. & 7.

1 Feudum *propriè non dicitur, quando conceſſio ſit pro annua quantitate, ſed potius emphiteuſis, vel contractus innominatus, & tranſit etiam ad fæminas, cap.* 63. *nu.* 5. & 6.

Feudum *non perditur ob non ſolutionem, quando feudatarius ad ſeruitia tantum perſonalia tenetur niſi adſit interpellatio, ibid. nu.* 8. & 9.

Item non amittitur ob non ſolutionem, quando ſeruitium perſonale eſt dignius, & principalius præſtatione reali, ſecus ſi pẽſio quæ ſoluitur præualet ſeruitio perſonali, ibid. nu. 10. & 11.

1 Feudum *ob non ſolutionẽ amittitur, quando Vaſſalus iurauit ſoluere, tametſi in vno ſolo anno ceſſet, cap.* 63. *nu.* 12.

Declara *niſi in conceſſione adeſſet pactum expreſſum, quando ſit locus deuolutioni ob non ſolutionem per triennium, quia tunc iuramentum non poteſt operari effectum deuolutionis ante triennium finitum, ibid. nu.* 13.

1 Feudum *ad* Dominũ *reuertitur cum omni incremento,*

multo, ſi miles, aut Vaſſallus, qui alteri illud concefferat, moriatur ſine harede, cap. 95. nu. 13.

Eius refutatio per primum infeudantem facta ſubinfeudato praiudicat, ibid. nu. 14.

Feudum ad Dominum *non deuoluitur, ſed remanet apud ſubfeudatarium, quando liberis, & agnatis deficientibus ſecundus Vaſſallus vult recognoſcere feudum a primo infeudare, ſeu Domino ibid. nu. 17.*

Feudum a pupillo alteri ſubinfeudari non poteſt etiam cum auctoritate tutoris, ibid. nu. 39.

a *Feudi conceſſio facta ſimpliciter vſque ad tertiam generationem, incipit a primo acquirente, ſecus ſi ſit facta vſque in tertiam eius generationem; quia tunc generatio primum acquirentem non comprehendit, cap. 53. nu. 1.*

Item facta vſque ad tertiam generationem non comprehendit pronepotes ſi fiat ſpecialis mentio de filijs, & nepotibus, ibid. nu. 2.

Amplia, quamuis dicatur pro ſe, filijs, nepotibus, & liberis, ibid. nu. 3.

Item amplia quamuis dicatur tibi, & poſt mortem tuam filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem, ibid. nu. 4.

a *Feudum habens ex pacto, & prouidentia in viuentibus iure longobardo, vel iure communi feudorum, non poteſt praiudare agnatis viuentibus, vel inde conceptis, ſed tantum naſcituris, cap. 58 num. 8.*

a *Feudum ex diuiſione facta inter fratres de ipſo feudo non alteratur, ſed retinet naturam ſuam formalem cap. 59. nu. 1.*

a *Feudum refutans in manibus* Domini, *qui inueſtiuerit aliam tanquam de feudo nouo ad illud amplius non admittitur, cap. 59. nu. 8.*

Item non admittitur ſi refutatio fuit limitata, & is cui facta eſt, de feudo diſpoſuerit, ibid. nu. 7.

Item non admittitur, quando refutatio fuit facta purè, & liberè quia cenſetur omnimoda, & realis, ibid. nu. 9.

a *Feudum non tranſit ad alias lineas durante linea illius, cui ipſum feudum obtigit in diuiſione, cap. 59. nu. 11.*

Feudi renuntiatio, ſeu refutatio in dubio cenſetur perſonalis, non autem realis, ibid. nu. 13.

Item cenſetur facta tantum in fauorem illorum, qui ſunt expreſſi, & quorum intuitu fuit facta, ibid. num. 14.

Quando eſt perſonalis non excludit ſucceſſionem aliorum in inueſtitura cõprehenſorum, in euentum, quòd ille, cui feudum in diuiſione obtigit, moriatur ſine filijs, ibid. nu. 16.

a *Feudum aperitur ſolum ad fauorem eius, qui illud refutauit in ſecunda diuiſione, & illo pradefuncto ad fauorem eius deſcendentium excluſis alijs fratribus ſecundum Ruinum, cuius tamen opinio reprobatur, cap. 59. nu. 15. & 20.*

Feudum poteſt alienari a primogenito in ſecundum genitum, qui non habeat filios ſine Domini conſenſu, ibid. nu. 18.

a *In feudo de iure communi omnes filij aequaliter ſuccedunt, cap. 120. nu. 1.*

Feudum iuriſdictionale magis regi debet per vnum, quam per plures, ibid. num. 3.

In feudo iuriſdictionali de conſuetudine primogenitus tantum ſuccedit, ibid. nu. 5.

a *Feudum poteſt a patre vni ex filijs relinqui, ita vt cateri reuocare non poſſint, dummodo cateris liberis relinquat legitimam ſecundum vnam opinionem, cap. 120. nu. 6. ſed contrarium defenditur infra nu 7. & ſeq.*

a *Feudi natura a patre feudatario non poteſt alterari in praiudicium cognatorum, ad quos feudum eſt reuerſurum, niſi ii conſentiant, cap. 120. nu. 7.*

De feudo Vaſſallus teſtari nõ poteſt Domino *non conſentiente, niſi feudum ſit francum, & liberum, ibid. nu. 8. & 9.*

Feudum ſine Domini *conſenſu non poteſt vni filiorum pralegari, licèt ſit feudum nouum, niſi lex, vel pactum feudi aliud ſuadeat, ibidem nu. 10. 11. & 12.*

Feudum, vbi viuitur iure francorum non poteſt a patre dari ſecundo genito, niſi primogenitus fuerit ingratus, ibidem nu. 13.

Similiter in feudo, in quo omnes filij aequaliter ſuccedunt diſponi non poteſt a patre diſponi, vt vnus filiorum habeat duas partis in feudo, alter vero tertiam, ibid. nu. 14.

a *Feudum nouum, & etiam antiquum, dummodo ſit hareditarium poteſt a patre vni ex filijs in totum legari cum conſenſu* Domini, *ſecus ſi feudum ſit ex pacto, & prouidentia, capitulo 120. num. 15. & 16.*

De feudo, in quo omnes filij aequaliter ſuccedunt, pater non poteſt diſponere in praiudicium alterius filij ibid. nu. 18.

In feudo ſuccedens cum alijs fratribus, non poteſt alteri partem ſuam legare, ibid. nu. 19.

Feudi alienatio per contractum ſolum inter viuos permittitur inter agnatos, non inter extraneos, ibid. nu. 21.

De feudo prohibitus teſtari per text. in cap. 1. de ſucceſ. feud. an ſolum intelligatur prohibetur diſponere inter extraneos, an vero etiam inter liberos, ibid. nu. 1. & 17.

a *Feudum ſecundum conſtitutiones Regni Neapolis peruenit ad fratrem cum onere maritandi ſororem, cap. 122. nu. 2.*

Amplia, vt fratre differente ſoror poſſit petere, quod portio feudi ſibi pro ſua dote aſſignetur, ibid. num. 3.

a *Feudum mortuo alienante ſtatim aperitur filio, vel agnato, quando non interuenit aſſenſus Domini pag. 300. nu. 3. Sed iſtud declaratur, ibid. num. ſequenti.*

a *Feudum ex pacto, & prouidentia licèt non decurrat, vel deſſinat, vt ad haredes, tamẽ dicitur eſſe in hareditate, pag. 301. nu. 6.*

Feudum in petitione hareditatis continetur, ſecundum veriorem ſententiam, ibidem numero 1. & 3.

Limita quando agitur aduerſus filium, vel alium in inueſtitura comprehenſum, ibidem numero 8.

Amplia dictam limitationem, vt procedat nedum

volen-

uolente extraneo, agere, ſed etiam alio in inueſtitura comprehenſo, ibid. nu. 9.

1 Fictio eſt diſpoſitio aduerſus veritatem, capitulo 47. num. 9.

1 Fictio non habet locum, vbi non habet veritas, cap. 101. nu. 10.

1 Fideicommiſſarius debet accipere poſſeſſionem de manu hæredis, cap. 1. nu. 1.

Capiens poſſeſſionem auctoritate propria non eſt legitimus contradictor ad impedendam hæredis immiſſionem, etiam ſi incontinenti doceat de iure ſuo, ibid. nu. 2.

Item ſublata conſuetudine immemorabilis etiam tollitur, vbi per legem reprobatur conſuetudo tanquam iniqua & irrationabilis, ibid. nu. 6.

Idem eſt quando lex, vel ſtatutum expreſsè tollit etiam priuilegia, ibid. nu. 7.

2 Immemorabilis non eſt propriè priuilegium, ſed dicitur priuilegiũ fictum, & tacitũ, c. 101. n. 8.

1 Immiſsio iudicialis etiam cum colonorum recognitione non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſsione, ſi iudex non ritè, nec rectè proceſſerit, capitulo 59. num. 37.

2 Immiſsio in poſſeſsionem datur vigore clauſulæ, conſtituti, cap. 20. nu. 3.

1 Impedimentum non eſt iuſtum, quòd ex culpa propria procedit, & ſi poteſt adhibita diligentia remoueri, non excuſat, cap. 52. nu. 42. & 44.

2 Impedimentum cauſatum ex abſentia dicitur iuſtum ad effectum excuſandi clericum a reſidentia, niſi negotiũ ſit tale, quod poſsit tractari per alias perſonas, cap. 32. nu. 9.

Impedimentum infirmitatis non excuſat appellantem, qui non redijt pro Apoſtolis, ibid. nu. 10.

2 Impedimentum ad proſequendam appellationem appellanti ſolum ſuffragatur ad effectum, ne cauſa dicatur deſerta, ſed non vt executio facta poſt lapſum termini ad docendum de proſequutione dicatur attentata, cap. 121. nu. 66.

Impedimentum publicæ honeſtatis dirimit matrimonium etiam contractum, ibid. nu. 114.

2 Impenſæ factæ in cultura, & fructibus colligendis ab eo deduci poſſunt, qui tenetur fructus reſtituere, cap. 108. nu. 1.

Amplia, vt impenſæ factæ pro fructibus colligendis etiam a malæ fidei poſſeſſore deduci poſsint, niſi per vim, & iniuriam fructus ſubripuerit reiecta opinione Sarmientis, ibidem numero 3. 4. & 5.

2 Impenſæ factæ in cultura a poſſeſſore bonæ fidei peti poſſunt, quamuis pauci, aut nulli fructus fuerint collecti, dummodo poſsideat ex titulo vniuerſali, ſecus ſi ex particulari, cap. 108. numero 9. & 10.

2 Impenſæ factæ per colligendis fructibus deducè poſſunt, licèt quis iubeatur integros fructus reſtituere, cap. 108. nu. 11.

Item quamuis Eccleſiæ, vel alteri piæ cauſæ fructus ſint reſtituendi, ibid. nu. 13.

2 Impenſæ factæ in cultura, & fructibus colligendis non deducuntur, quando fructus ſunt præſtandi in certa quantitate, aut menſura, cap. 108. num. 14.

Item non deducuntur in ſolutione decimæ prædialis, ſeu realis, quæ debentur ex fructibus, ſecus ſi ſolutio fiat pro decima perſonali, quæ prouenit ex hominis ingenio, & negotiatione, ibid. num. 15. & 16.

Item non deducitur, quando legatum fructuum alias inutile redderetur, ibid. nu. 17.

Similiter non deducuntur, quando habetur relatio ad fructus pendentes, ſiue extantes ſecundum aliquorum ſententiam, licèt contrariũ verius videatur, ibid. nu. 18. & 19.

2 Impenſæ factæ pro habendis fructibus non deducuntur, quando de ipſis fructibus gabella eſt ſoluenda ſecundum vnam opinionem, ſed cõtraria eſt verior, cap. 108. nu. 21. & 22.

2 Impenſæ factæ pro collectione fructuum cum fructibus perceptis compenſantur, cap. 112. nu. 35.

2 Impenſæ neceſſariæ dicuntur, quæ fiunt propter impendendi neceſſitatem, ne res vel pereat,

vel

vel deterior fiat, capitulo 109. numero 1.

Impenſæ neceſſaria deducuntur etiam ab habente titulum iure vtilis dominij tantum, vt eſt Vaſſalus, & emphiteuta, ibid. nu. 3.

Impenſæ neceſſariæ a fideicõmiſſario hæredi grauato ſolui debent, quamuis hæres ſciret rem eſſe fideicommiſſo ſubiectum, ibid. nu. 4.

Impenſæ litis pro conſeruandis, & recuperandis rebus hæreditarij factæ repeti per hæredem grauatum poſſunt tanquam neceſſariæ, ita vt nec cum fructibus perceptis ſint compenſandæ, ibid. num. 5. & 6.

Impenſæ neceſſariæ debentur etiam ſi res, in quę factæ ſunt perierit ſine tamen culpa poſſidentis, reiecta differentia Bartoli ſecundum Menochiũ, ſed opinio Bartoli eſt communior, ibid. n. 7. & 8.

Impenſæ neceſſariæ reficiendæ ſunt, quamuis Dominus fundi minus fuiſſet impenſurus, ſi ipſe reparationes, aut meliorationes feciſſet, dummodo impẽdens moderatas, & ſolitas expenſas non exceſſerit, ibid. nu. 9.

Impenſæ neceſſariæ debentur etiam ſi poſſeſſor rem meliorando formam agri immutauerit, ibidem num. 10.

Impenſæ neceſſariæ ſunt perſoluendæ etiam ſi ab amico poſſeſſoris contemplatione factæ fuerint, licèt ſit ſecus, quando impenſæ fiunt ratione conſanguinitatis, & amicitiæ, quæ intercedit cum ipſo Domino, ibid. nu. 11. & 12.

Impenſæ neceſſariæ debentur, quamuis factæ ſint Domino inuito, aut etiam proteſtante ne fierẽt, dummodo reſpiciant vtilitatem publicam, aut ſimilem cauſam, ibid. nu. 13.

Impenſæ neceſſariæ debentur nedum ſolo detentori, vt colono, commodatario, & ſimilibus, ſed etiam poſſeſſori malæ fidei, ſiue is titulum habent, ſiue non, & ſiue meliorationes conſiſtant in faciendo, ſiue in reficiendo, ibid n. 14. & 15.

Limita, niſi poſſeſſor malæ fidei ſit etiam fur, vel niſi res, in qua meliorationes factæ fuerunt perierit, ibid. nu. 16. & 17.

Impenſæ neceſſariæ, quæ ſunt modicę quantitatis non perſoluuntur, ibid. nu. 18.

Impenſæ neceſſariæ non perſoluuntur, quando rei vtilitatem perpetuam non reſpiciunt, ſed ſolum impendentis commodum pro tempore, quo ipſe poſſidet, ibid. nu. 19.

Impenſæ neceſſariæ non debẽtur, quando ſunt adeo magnæ, vt Dominus non poſſit eas ſoluere, & propterea cogatur rem derelinquere, ibid. nu. 20.

Sed quomodo hoc ſit intelligendum, declaratur ibid. in fine remiſſiuè.

Impenſæ, ſeu meliorationes vtiles dicuntur, quæ meliorem rem faciunt, deteriorem eſſe non ſinunt, cap. 110. nu. 1.

Impenſæ vtiles regulariter impendenti ſunt reficiendæ, ibid. nu. 2.

Impenſæ vtiles ſunt reficiendæ etiam ſi ſint factæ in fundo minoris, quando impendens poſſidebat cum titulo, & bona fide, ibid nu. 3.

Impenſæ vtiles debentur, quamuis ſint factæ cauſa colligendorum fructuum, & fructus aliqui non fuerint percepti, ibid. nu. 4.

Impenſæ vtiles ſunt perſoluendæ quamuis maritus vtiliter in rem vxoris impenderit, tametſi pro huiuſmodi impenſis res dotalis retineri nequeat, ibid. nu. 5.

Impenſæ vtiles reſici debent etiam ſocio, qui in rem communem vtiliter impendit, ibid. nu. 6.

Impenſæ vtiles ſoluendæ ſunt etiam hæredi per fideicommiſſum conditionale grauato reſtituere ei, qui tenetur alijs poſteà reſtituere, ſecus ſi fideicommiſſarius alteri etiam reſtituere ſit obligatus, & ille alter alteri, ibid. n. 7. & 8.

Impenſæ vtiles debentur etiam vaſſallo, & emphyteutæ, niſi meliorationes ſint factæ ex conuentione, quæ ſpecialiter exprimatur, ibid. n. 9. 10. & 11.

Impenſæ vtiles non debentur vaſſallo, & emphyteutæ, quando ob emphyteuſis, vel fæudum ob eorum culpam deuoluitur, cap. 110. n. 13.

Limita, quando ſoluitur, penſio æqualis fructibus ibid. nu. 14.

Limita ſecundo, quando in emphyteuta, & vaſſallo nulla poteſt conſiderari culpa damnoſa domino directo, ibid. nu. 15.

Impenſæ vtiles ſolui debent etiam vſufructuario ſi ſint magnæ, & in reficiendo conſiſtant, ſecus ſi conſiſtant in ædificando de nouo. ibid. nu. 16. & 17.

Impenſæ vtiles ſunt reficiendæ etiam negotiorum geſtori, commodatario, mandatario, tutori, curatori, & creditori in re pignorata, ibid. n. 18.

Impenſæ vtiles perſolui debent etiam colono, & inquilino, ſi ſint perpetuæ, non pro tempore conductionis tantum, & dummodo ex conuentione aliud actum non ſit, quamuis eorum culpa ob non ſolutam penſionem eijciantur, ibid. n. 19.

Impenſæ vtiles perſoluendæ ſunt etiam à venditore, qui rẽ auocat remedio. l. 2. C. de reſcinden. vẽdit. niſi læſio eſſet enormiſſima, & ſic in magno exceſſu vltrà dimidiũ, cap. 110. n. 20. & 21

Impenſæ vtiles reficiendæ ſunt etiam clerico, aut Prælato, qui ex bonis ſuis patrimonialibus vtiliter in rem Eccleſiæ impenderit, ſecus ſi impenderit ex fructibus beneficij ſecundum opinionem Abbatis. ibid. n. 22. ſed contrariam ſententiam vti veriorem tenuerunt Aleiat. & Surdus, ibid allegati nu. 23.

Impenſæ vtiles factæ à Clerico, ſeu Prælato in re Eccleſiæ de ſuo patrimonio ad ipſum ſpectant eius vita tantum durante, nec eo mortuo per teſtamentum ad eius hæredes, ſeu alios transferuntur, ibid. nu. 24.

Declara dũmodò impenſæ, ſeu meliorationes ſint annexæ bonis Eccleſiæ, ità vt ſeparari nequeant, ſecus ſi poſſint ſeparari, ibid. nu. 25.

Impenſæ vtiles non debentur, niſi impendens de vtilitate, & melioratione doceat, ibid. nu. 26.

Impenſæ vtiles non debentur, quando ex eadem materia factæ ſunt, ſecus ſi per diuerſam, ibid. num. 27.

Declara, verum quo ad deductionem, nõ reſpectu æſtimationis, quam bonę fidei poſſeſſor conſequitur, ſi illam antè reſtitutionem petat, ibid. n. 28.

Impenſę, & meliorationes, quamuis vtiles, quãdo

ſunt

ſunt adeo magna, & exceſsiua, vt dominus illas perſoluere uequeat, ita vt cogatur habere rē pro derelicta, non debentur, cap. 110. n. 29.
Limita primo, niſi dominus eas impenſas fuiſſet facturus, ibid. nu. 30.
Lemita 2. reſpectu abraſionis, quam poſſeſſor bona fidei poteſt facere, ſi meliorationes ſint ſeparabiles, & ſine laſione ſtatus rei id fieri poſsit, & dummodo ex abraſione vtilitatem ſit conſequuturus, ſicue ſi nullam vtilitatem aut modicam, ibid. nu. 3e.
Limita 3. reſpectu retentionis rei, quæ datur impendenti rem ipſam poſsidenti, ibid. nu. 32.
2 Impenſa, ſeu meliorationes vtiles ſi res meliorata perierit, non debentur etiam bona fidei poſſeſſori, quando agitur iudicio particulari rei vendicationis, ſecus ſi iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis, ibid. nu. 33.
Impenſæ vtiles non debentur, quando amicitiæ cauſa facta fuerunt, ibid. nu. 34.
Impenſæ facta in remouendo tutores ſuſpectos non repetuntur ab amico, qui illas fecet, ibidem num. 35.
Impenſa facta à procuratore, qui amici ſui filiū defendit in iudicio, cenſetur facta animo donandi, nec repete poteſt, ibid. nu. 36.
2 Impenſa vtilis modica non deducitur, niſi ſit ſeparabilis, cap. 110. nu. 38. & 39.
Impenſa modica qua dicatur, ibid. nu. 40.
Impenſæ quando à mala fidei poſſeſſore repeti poſsint, ibid. nu. 41. & 42.
Impenſæ à poſſeſsore bona fidei facta eo tempore, quo erat in bona fide, repete poſſunt, licet poſteà mala fidei ſuperuenerit, Poſſeſſor autem mala fidei factas tempore mala fidei non repetit, quamuis bona fidei ſuperueniat, ibid. nu. 43.
Impenſa, & meliorationes à poſſeſſore, qui dubitat de ſua bona poſſeſsione, deducūtur ſi ante, vel poſt dubitationem facta ſint, quæ autem factæ fuerunt tempore dubitationis, deducuntur eo modo, quo à male fidei poſſeſſore, ibid. nu. 44.
2 Impenſæ voluptuariæ ſunt, quæ ſpeciem dumtaxat exornant, non etiam fructum augent, cap. 1e1. nu. e.
Impenſæ voluptuariæ non deducuntur per modū æſtimationis, ſed ſolum per abtractionem, ibid. nu. 2.
Limita 1. niſi dominus offerrat æſtimationem, ibid. nu. 3.
Limita 2. quando impenſa ſui natura eſt inſeparabilis, vel cum maximo rei incommodo, & nulla aut modica vtilitate detrahentis ſeparationem admittit, ibid. nu. 4.
Limita 3. quando dominus ipſe dictas impenſas fuiſſet facturus, ibid. nu. 5.
Limita 4. in impenſa facta in re venali, ad cuius æſtimationem dominus tenetur, ibid. nu. 6.
Limita 5. in malæ fidei poſſeſsore, qui voluptuarias impenſas non deducit, nec abradit, quando ſunt inſeparabiles, ſecus ſi abſque detrimento rei ſeparari poſsint, ibid. nu. 7. & 8.
2 Impenſæ ab alio factæ de mandato viri in re dotali ſoluto matrimonio à viro repetuntur, ac ſi ab eo factæ fuiſſent, cap. 113. num. 7.
2 Impenſæ factæ per medicum curando infirmum, actione negotiorum geſtorum ab eo repetuntur, quamuis fuerint factæ infirmo nolente, aut inuito, cap. 113. nu. 3.
1 Impetrans beneficium ad iuſtificationem ſuæ tituli non tenetur docere de titulo ſui prædeceſſoris, ſed ſufficit probare, quod prædeceſſor longo tempore ſecundum allegationem Lapi, vel per triennium ſecundum Rotam beneficium poſsederit, quodque communi opinione reputabatur habere ius, & titulum in beneficio, quæ concluſio ampliatur, & limitatur multis modis, cap. 41. per totum.
1 Impetrans non iuuatur allegatione lapi, quando habens regreſſum ignorauit anteceſſorem pacificè poſsidere, cap. 41. nu. 89.
2 Impetrās beneficium, qui narrauit aliquem non fuiſſe diſpenſatum ſufficienter, vel minus legitimè tenetur probare talem inſufficientiam, cap. 1. nu. 37.
Item tenetur probare negatiuam diſpenſationis, quando illegitimus poſſedit beneficium per decennium, ibed. nu. 38.
2 Impetrans (ſi Papa prouiderit de prioratu, quatenus per ſeculares conſueuerit obtineri in titulum. ſin autē per regulares, ſi commendari conſueuerit in commendam) tenetur iuſtificare gratiam in vno ex dictis modis, capitulo 1. numero 69.
Impetrans gratiam tenetur fateri omnia in ſupplicatione contenta, ſicut & libellans, cap. 1. nu. 115. declara ibid. nu. 117. 119. & ſeq.
2 Impetrans beneficium pure, & diſpoſitiue, ſi aſſerat vnum ex pluribus modis vacandi, omnes alios cenſetur negaſſe, & ſatis eſt, quod probet vnum modum, cap. 21. nu. 126.
2 Impetrans, qui ſe fundat in tempore obitus debet plenè probare illud tempus, quotieſcumque agitur de obitu principaliter, & ſumus in materia obiectiua, ſecus ſi agatur de obitu incidenter, & per viam replicationis, quia tunc ſufficit probare obitum per publicam vocem, & famam, etiam quod non probetur tempus obitus, cap. 1. nu. 201. & 202.
Item impetrans beneficium eodem die obitus non tenetur probare impetrationem præceſsiſſe, ſed aduerſario incumbit onus probandi quod obitus præceſſerit, dummodo ſit derogatum regulæ, de veriſimili notitia, &c. Alias ſi excipiatur de dicta regula impetranti incumbit onus probandi veriſimilem notitiam obitus, & ſic ſatisfeciſſe dictæ regulæ, ibid. nu. 205. & 208.
1 Impetratio beneficij per obitum titularis putatiui, qui fuit pacificus poſſeſſor triennalis, præfertur impetrationi factæ per obitum titularis veri, cap. 4e. nu. 21.
2 Impetratio beneficij viuentis in dubio non præſumitur, cap. 1. nu. 207.
1 Implementum pro parte ſua, quando agens ex contractu vltro citroque obligatorio probare teneatur, cap. 88. per totum.
1 Incertitudo vitiat omnē diſpoſitionē, c. 82. nu. 12.

2 In-

Digitized by Google

2 Indultum, ſeu priuilegium habens decretum irritans operatur a die data, etiam ante ſcientiam priuilegiati, cap.39.nu.7.
2 Infans (niſi in facultate hoc exprimatur) legitimari nequit, cap.87.nu.10.& 11.
Infans in maiori ætate poteſt ratificare legitimationem tempore infantiæ factam, quamuis ea eſſet nulla, ibid nu.13.
1 Inferior non poteſt mutare ſtatum beneficij, cap. 55.num.36.
2 Inferior non poteſt ſe intromittere, vbi ſuperior manum appoſuit, cap.37.nu.65.
1 Infeudatio non eſt alienatio, cap.95.nu.28.
2 Infirmitas non eſt legitimum impedimentum ad excuſandum appellantem, cap.74.nu.7.
2 Initium & origo rei eſt ſpectanda, pagina 290. numero 3.
2 Iniuſtitia notoria dicitur, quæ reſultat ex eiſdem actis, vel aduerſatur communi opinioni, quæ ratione contraria non conuincitur, capitulo 75. numero 28.
2 Inſtantia currit etiam impedito facto Iudicis, vbi quis poteſt ſibi conſulere per recurſum ad ſuperiorem, cap.74.nu 5.
2 Inſtãtia in Regno Neapolis quomodo perpetuetur, pag 288.nu.2.
1 Inſtitutio hæredit trahitur etiam ad futura, cap. 30.num.50.
1 Inſtitutiones plures æquè principaliter fieri poſſunt ſub contraria conditione, cap.34.nu.10.
1 Inſtitutio, quia hæres ſit filius teſtatoris, item propter benemerita, ſi conſtet illum non eſſe filium, non ſuſtinetur ob ſolam cauſam meritorũ, cap.50.nu.1.
2 Inſtitutio prima non deſinit eſſe pura, quando adēptio ſit in pœnam, cap.14.nu.4.
2 Inſtitutio filij in re propria eiuſdem filij non valet, quamuis res pertineat ad eum ratione proprietatis ſolum, vſusfructus verò ad patrem ſpectet, cap.105.nu.6.& 41.
2 Inſtitutio hæreditatis in rebus alienis fieri poteſt cap.105.nu 42.
2 Inſtitutus in re certa dato ſibi cohærede vniuerſali dicitur legatarius, cap.105.nu.11.
2 Inſtitutus in vna re, nullo dato cohærede ſuccedit per ius accreſcendi in vniuerſo patrimonio teſtatoris, niſi ſit inſtitutus in re aliena, capitulo 105.num.43.
2 Inſtrumentum requirens ſubſcriptionem duorum notariorum eſt nullum de iure communi, ſi manus vnius deficiat, cap.29.nu.13.
1 Quãdo datur in publicam formam ſufficit, quod ſubſcribatur ab vno ſolum notario, licèt ſit neceſſarium, quod duo notarij interueniant in eius receptione ſi partes ita conuenerint, cap.46.numero 7.& 8.
1 Inſtrumentum publicatum ab vno notario tantum ex duobus ſimpliciter rogatis probat, quando alter eſt mortuus, vel ſe ſubſcribere non poteſt cap.46.num.9.
Non probat quando ſtatutum ad tollendam falſitatem, & erroris materiam diſponit, quòd ambo notarij ſimpliciter rogati in Inſtrumẽtorum publicatione ſe debeant ſubſcribere, niſi adminicula concurrant. ibid nu.10.& 11.
1 Inſtrumenti fides poteſt ex adminiculis ſuppleri, licèt deficiat ſolemnitas ſtatutaria, cap.46.numero 11.& 11.
Declara quando ſtatutum tollit tantum fidem ſcripturæ & annullat, ſecus ſi a ſtatuto requiratur certa forma probationis, quia tunc ſi non ſit ſeruata dicta forma, actus ille non poteſt aliunde probari, ibid.nu.12.
1 Inſtrumento annullato non intelligitur annullatus contractus in eo contentus, ſi aliunde conſtet de illius veritate, cap.46.nu.14.
1 Inſtrumentorum plurium enunciatiua in antiquis habet vim famæ, cap.59.nu 45.
1 Inſtrumenta locationum in antiquis probant poſſeſsionem etiam contra tertium, ſi locationes effectum ſortitæ fuerint, cap.59.nu.46.& 47.
1 Inſtrumentum minus ſolemne probat, quando ſecundum illius tenorem apparet obſeruatum fuiſſe, cap.81.nu.7.
1 Inſtrumenta duo contraria, ſeu diuerſa ſi producta reperiantur a pluribus, ſiu ab eadem perſona, cui magis ſtandum ſit & quando ſe inuicem tollant. cap.82.per totum.
Inſtrumenti fides nullam recipit diuiſionem, ibidem num.10.
Inſtrumenti fides tollitur quando inſtrumenta inuicem pugnant ex veriſimilitudine, licèt non ex neceſſitate, ibid nu.11.
1 Inſtrumentum quod datur in publicam formam quando a notario poſſit addi, vel minui, vltra id quod in nota originali continetur, & quando extenſo potius ſtandum ſit, quam matrici, cap.93. per totum.
2 Inſtrumenti fides non poteſt ſtare in pendenti, nec vllam recipit diuiſionem, cap.106.nu.18.
2 Inſtrumentum, cuius vigore agitur debet produci in actis illius notarij, qui cauſam tractat, nec ſufficit fuiſſe productum in actis alterius notarij eidem iudici, & tribunali inſeruienti, cap. 107.num.4.
Inſtrumentum productum in Iudicio limitatè ad certum finem, & effectum, ad alium & diuerſum non ſuffragatur, ibid.nu.5.
Inſtrumentum productum ante litem conteſtatam in eadem inſtantia in genere, non probat etiam inter eaſdem partes, niſi producatur de nouo tempore litis conteſtatæ, ibid.nu.10.
2 Inſtrumentum dicitur nullum, ſi locum in quo fuit celebratum non contineat, cap.121.nu.34.
Inſtrumentum quando ſecundum conſuetudinem Regni Neapolis debeat eſſe ſubſcriptum a Iudice, & teſtibus, ibid.nu.35.
1 In interdicto recuperandæ Rota non ſolet reſtitutionem concedere abſque titulo colorato, cap. 11.num.44.
1 Interdictum retinendæ competit hæredi contra turbantem poſſeſsionem defuncti abſque actuali apprehenſione, vbi ſtatutum mandat eius poſſeſſionem continuari, cap.116.nu.5.
Limita primo in bonis, quæ a defuncto naturaliter tantum poſſidebantur, ibid.nu.6.

Limita

Digitized by Google

Limita ſecundo quando poſſeſsio erat apud defunctum ex cauſa de ſui natura non tranſitoria ad heredes, ibid. nu. 7.

Limita tertio quando poſſeſsio naturalis fuit medio tempore, ab initio occupata, niſi fuerit vera turbatio, ibid. nu. 8.

1 *Interdictum de corriualibus non eſt merè poſſeſſorium, ſed habet admixtam cauſam proprietatis, cap. 11. nu. 48.*

Interdictum Saluianum non habet locum, niſi duo extrema copulatiuè probentur, ſcilicet creditum cum hypotheca, & poſſeſsio debitoris de tempore obligationis, vel poſteà. cap. 117. numero 1. & 2.

2 *Interdictum Saluianum ſuper fundo dotali exerceri non poteſt, ibidem nu. 3.*

Amplia, etiam ſi fundus dotalis fuerit aſtimatus, dummodo aſtimatio non fuerit facta tempore conſtitutionis dotis, aut paulo poſt ſed ex interuallo, ibid. nu. 6.

Interdictum Saluianum non competit ſuper mercibus venalibus poſtquam distracta fuerunt, ibid. num. 7.

Declara verum in mercibus particularibus apotheca, qua quotidie venduntur, vel permutãtur, ſecus ſi vendatur tota apotheca, vel eius pars, ita vt penes emptorem non deſinat eſſe corpus vniuerſale, ibid. nu. 8.

2 *Interdictum Saluianum non datur ſuper bonis emphiteoticis expreſſe prohibitis alienari, etiam largè alienationis ſumpto vocabulo, cap. 117. numero 13.*

Interdictum Saluianum non datur ſuper melioramentis in re emphiteotica factis, quando melioramenta ipſa ſunt expreſſe prohibita alienari, & hypothecari, ibid. nu. 19.

Lim. 1a, niſi emphiteuta ſit pauper, & hypotheca ſit conſtituta ad effectum adificandi in ſolo ad meliorandum conceſſo, ibid. nu. 26.

Interdicti Saluiani extrema quomodo probentur ibid. nu. 21. & ſeq.

2 *Ex interdicto Saluiano vtilis actio datur etiã pro recuperatione damnorum, & intereſſe, quando pro illis competit hypotheca, cap. 117. nu. 25.*

Interdictum Saluianum aſſumit naturam iudicij, & cauſa ſuper qua agitur, ibid. nu. 26.

2 *Interdictum Saluianum auocat ſolum poſſeſsionem, non autem dominium, cap. 117. nu. 30.*

Saluianum interdictum, quomodo differat ab hypothecaria, ibid. nu. 31. & ſeq.

2 *Per interdictum Saluianum ſtante mora debitoris pignus non diſtrahitur, ſed ſolet impetrari commiſsio, ſeu reſcriptum per quod debitori præfigitur terminus ad ſatisfaciendum de ſorte principali, cum damnis, & intereſſe quo elapſo proceditur ad ſubhaſtationẽ, cap. 117. nu. 29. & 33.*

2 *Interdictum Saluianum qualiter locatori prouideat, cap. 118. nu. 1. & de inuectis, & illatis in prædium Vrbanum, vel Ruſticum, quando ſint Domino tacitè hypothecata pro penſione ad effectum, vt ſit locus Saluiano interdicto, ibid. n. 2. & omnibus ſeq.*

2 *In iudicio Saluiani interdicti exceptiones altiorẽ indaginem requirentes non admittuntur, cap. 121. nu. 71.*

2 Intereſſe *eſt aſtimatio damni emergentis, & lucri ceſſantis ex eo quod non ſit quod fieri debet, vel non præſtatur quod præſtari debet, cap. 19. numero 5.*

2 *Intereſſe in actione tutellæ probatur per iuramentum in litem, cap. 48. nu. 7.*

2 *Intereſſe an ſit licitum, vel ne inſpicitur perſona creditoris pag. 288. nu. 6.*

2 Interpellatio *requiritur, vt debitor in mora conſtituatur, pag. 269. nu. 2.*

Declara, vt vna etiam interpellatio ſufficiat, ibidem num. 3.

Item declara vt etiam ſufficiat vna interpellatio extraiudicialis, in his, quæ debentur iure actionis, vel obligationis, ſecus in his, quæ debentur officio iudicis nobilis, ibid. nu. 4. 5. & 6.

2 *Interpellatio extraiudicialis non conſtituit debitorem in mora, quando debitor antea fuerit in mora, & poſt dictam moram creditor nõ interpellauit, pag. 271. nu. 10. Sed contrarium tenet Iaſ. & eſt verior opinio, ibid. nu. 11.*

Interpellatio extraiudicialis ſufficit ad cõſtituendum debitorẽ in mora etiam ſi ſit facta per verba enunciatiua, ibid. nu. 12.

Interpellatio non requiritur ad effectum moræ, quando reus tenetur ex delicto, ibid. nu. 13.

Requiritur ſolum in contractibus nominatis, ſecus in contractibus bonæ fidei, ſeu ſtricti iuris, ibid. nu. 14.

2 *Interpellatio ad effectum moræ non requiritur in extraneo, qui mulieri dotem promiſit, pagina 270. num. 15.*

Item non requiritur in debitore obligato minori 25. annis ibid. nu. 16.

1 Interpretatio *potius a iure antiquo ſumenda eſt, quam a iure nouo, quãdo ad illud facta fuit reductio per ius nouiſsimum, cap. 32 nu. 8.*

Interpretatio fieri debet, vt leges antiquæ minus quam fieri poſsit corrigantur, ibid. nu. 11.

1 *Interpretatio ſemper facienda eſt, vt diſpoſitio ſit conformis menti teſtatoris, cap. 45. nu. 15.*

1 *Interpretatio nunquam fit, vt minus dilectus cenſeatur vocatus ante magis dilectum, cap. 76. numero 7.*

2 *Interpretatio ſemper fieri debet, ne verba ſint ſuperflua. cap. 66. nu. 8.*

Limita quando verba operarentur effectum contrarium menti teſtatoris, vel eius voluntatem euerterent, quia tunc ſuperfluitas potius eſt toleranda, & interpretatio magis fieri debet, quòd verba cenſeantur propter imperitiam poſita ad declarationem etiam non neceſſariam, ibid. numero 11. & 12.

2 *Interpretatio lata proueniens ex proprietate verborum vniuerſalium, non excluditur, quamuis materia ſit odioſa, & alteri præiudicialis, cap. 67. nu. 1. & cap. 85. nu. 2.*

2 *Interpretatio paſsiua quam ſtatutum recipit a iure communi, eſt illa per quam ius commune ſe extendit ad ſtatutum, non autem per quã ſtatutum extenditur, cap. 80. nu. 12.*

Amplia ſiue immediatè cauſam habeat a condemnato, ſiue mediatè, non obſtante, quòd vitium litigioſi ſit perſonale, ibid. nu. 61.

1 Inuentarium operatur, vt actiones, quæ competiũt hæredi in effectu non confundantur, cap. 37. nu. 2. & lib. 2. cap. 121. nu. 27.

1 Item operatur ſolum, vt quis damnum non patiatur, non autem vt lucrum faciat, cap. 121. numero 28.

1 Inueſtiens aliquem de feudo nondum ſibi aperto, non poteſt inueſtituram reuocare etiam antequam feudum aperiatur, niſi conceſſio ſit facta propter importunitatem impetrantis, cap. 29. numero 8. & 9.

Inueſtitus de feudo viuẽtis in caſum caducitatis, ſeu deuolutionis vacante feudo poteſt auctoritate propria poſſeſſionem corporalem apprehendere, ibid. nu. 6.

1 Inueſtitura loquens de filijs, & nepotibus nõ comprehendit filias, & neptes, cap. 2. nu. 5.

1 Inueſtitura emphiteuſis deuoluta ob lineam finitam intra annũ extraneo facta, poteſt ab Agnato reuocari ſpacio 30. annorum, cap. 3. nu. 22.

1 Inueſtituræ tenor attendi debet, & magis forma inueſtituræ, quam natura ipſius rei, cap. 26. nu. 7.

1 Inueſtitura antiqua non attenditur, quando apparet de illius alteratione, puta ſi prima erat ad tertiam generationem, & ſecunda ſit facta pro deſcendentibus in perpetuum, maximè ſtãte acceptatione ſecundæ, cap. 26. nu. 15.

1 Inueſtitura feudi facta per Dominum viuente Vaſſallo in caſum caducitatis, & deuolutionis habet effectum, ſiue inueſtiens ante primum feudatarium decedat, ſiue Vaſſallus ſecundus præmoriatur, Nam eius hæredes poſſeſſionem feudi vacantis nanciſcuntur, dummodo ſint legitimi, & in feudo ſucceſſibiles, cap. 39 nu. 4.

Inueſtitura non poteſt reuocari a Domino inueſtiente aliquem de feudo nondum ſibi aperto, etiam antequam aperiatur, niſi conceſſio ſit facta propter importunitatem impetrantis, ibid. num. 8. & 9.

Inueſtitura de feudo viuentis nedum verbalis, ſed etiã realis valet, quando ex iuſta cauſa poſſeſſor fuit priuatus, ibid. nu. 12.

Inueſtitura facta de caducitate ſucceſſionis feudi etiam incerti valet, ibid. nu. 13.

Inueſtitura de feudo viuentis non habet effectum, ſi primus Vaſſallus moriatur cum legitimis hæredibus, ad quos feudum deuoluatur, ibidem numero 14.

Item non valet ſi fiat purè, neque ligat inueſtientem, niſi ſtipulatio ſit adhibita, ibidem numero 15. & 16.

Inueſtitura facta de feudo viuẽtis tanquam vacante non valet, ibid. nu. 25.

Inueſtitura ambitioſa ad caſum ſuum reſtringitur, ibid. nu. 26.

Inueſtitura facta de re, vt deuoluta ex cauſa non vera, non operatur, quamuis poſſet valere, ſi eſſet facta de re, vt deuoluta ex cauſa vera, ibid. nu. 27.

1 Iudex, qui incepit procedere via ordinaria contra debitorem, relicto illo iudicio poteſt executiue agere creditore contradicente, ſecus ſi creditor conſentiat proceſſui ordinario, cap. 38. nu. 6.

1 Iudici datur poteſtas parcendi reo contumaci expectando eum actore contradicente. c. 52. n. 30.

1 Iudex non eamdem iuriſdictionem habet in acceſſorio, quam habet in principali, cap. 54. nu. 8.

1 Iudex appellationis tenetur admittere omnes exceptiones, quæ de iure communi opponi poſſunt, & vbi exceptio eſt releuans ad executionem procedere non poteſt, ſed debet cognoſcere in negotio principali, cap. 86. nu. 10.

1 Iudex ſi vigore Breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ procedit nõ iuſtificata reſeruatione, dicitur nulliter procedere, & eiecto a ſua poſſeſſione datur reſtitutio, cap. 1. nu. 86.

Amplia etiam ſi in Breue adeſſet clauſula (abſque vitio ſpolij,) quia intelligitur, quatenus Breue ſit iuſtificatum, ibid. nu. 87.

2 Iudex nulliter procedens dicitur agere, vt priuatus, non vt iudex, cap. 6. nu. 3.

Eius auctoritas non eximit ab incurſu pœnæ ciuilis, ibid. nu. 5.

2 Iudex (ſtante pacto, quod de damnis, & intereſſe ſtetur iuramento partis) quando ſumma pro qua iuratur eſt conſiderabilis, non debet iuramentum deferre, niſi concurrant coniecturæ, cap. 16. nu. 10.

2 Iudex non poteſt facere numerum ſententiarum contra ius litigatoris, cap. 22. nu. 2.

Item non poteſt confirmare ſententiam nullam parte opponente, etiam ſi nullitas primæ ſententiæ influat in ſecundum confirmatoriam, ibid. nu. 3.

Item quamuis ſententia non ſit nulla in totum, ſed pro parte, niſi contineat diuerſa capita, ibidem num. 4.

2 Iudex competens poteſt ex officio mandare inſtrumentum venditionis confici, ſi contractu adimpleto pro parte emptoris, venditor recuſet tale inſtrumentum conficere, capitulo 70. numero 10.

Item poteſt venditorem compellere ad rem venditam tradendam emptori, ſeu poſſeſſionem illius, etiam manu militari, ibid. nu. 11.

2 Iudex non poteſt pronunciare ſuper negotio principali, ſed tenetur pronunciare ſuper deſertione appellationis parte opponente, niſi appellatio ſit deſerta ab vna parte tantum, cap. 74. numero 8. & 9.

2 Iudex dando reuerentiales videtur appellationi deferre, cap. 75. nu. 23.

2 Iudex non poteſt iudicare ex his, quæ ſunt extra acta reprobata ſententia Abbatis, & Felini, cap. 107. num. 2.

2 Item iudex non poteſt ſupplere de facto, cap. 107. numero 9.

2 Iudex ſubrogatus alteri Iudici, coram quo fuerat cauſa inſtructa, poteſt ſtatim cauſam expedire, abſque noua dilatione, dummodo interceſſerit tantum tempus, vt veriſimiliter inſtrui potuerit licèt non plenè, cap. 115. nu. 1.

2 Iudex

2 *Iudex vnus poteſt per alium exequi facere ſua mandata, pag. 302. nu. 3.*

1 Iudicium *quando poteſt valere ex iuriſdictione ordinaria, ex ea debet ſuſtineri, cap. 44. nu. 7.*

Viam ex qua Iudicium reddatur eluſorium, quis eligere non præſumitur, ibid. nu. 6.

1 A *iudicio* Epiſcopi *in collatione parrochialium per concurſum facta datur appellatio, quando Epiſcopus doloſe, & irrationabiliter iudicat, cap. 52. nu. 22. & 23.*

Declara *dummodo de huiuſmodi dolo, & irrationabilitate liquido appareat, ibid. nu. 24.*

1 In *iudicio ſpolij vltra probationem extremorum, an aliud probandum ſit, & qua probatio requiratur, cap. 59. per totum.*

3 Iudicium *factum a falſo procuratore venit annullandum, etiam quod contra eum in quolibet actu proteſtatum non fuerit, ſeu repetita proteſtatio, eum non debere audiri, niſi docto de legitimo mandato, cap. 92. nu. 5.*

Iudicium agitatum cũ Monacho conſtituto procuratore ſine licẽtia ſuperioris, ſuſtinetur, quando non fuit oppoſitum, ſecundum communem, & veriorem ſententiam, ibidem num. 6. & ſequentibus.

Item *iudicium agitatum cum milite ſuſtinetur, quando non fuit oppoſitum, ibid. nu. 11.*

2 Iudicium *factum a filio ſine conſenſu patris non valet, ſed ex ratificatione eiuſdem patris conualidatur etiam poſt concluſum in cauſa, dummodo ſententia non ſit lata, capitulo 13. num. 1. 2. 4. & 5.*

1 Iura & *actiones non veniunt appellatione bonorum in certo loco exiſtentium, cap. 9. nu. 19.*

2 Iura *hæreditaria penes heredes remanent inutilia, vbi dominium ipſo iure tranſit in fideicommiſſarium, cap. 112. nu. 46.*

2 Iura Eccleſiæ *præſumuntur vſurpata a Magnatibus, ſeu Vniuerſitatibus quando datur æqualis concurſus potentiæ, & auctoritatis in collatoribus, ſecus ſi conferentium ſit æqualis, vel maior auctoritas, cap. 52. nu. 5. & 6.*

2 Iurium *præſcriptio non tribuit ius de nouo, ſed ſolum conſeruat antiquum, cap. 56. nu. 14.*

2 Iuramento *eius de cuius animo, & propoſito dubitatur ſtãdum eſt in his quæ ab eius animo dependent, niſi contrarium ſaltem per indicia, & coniecturas probetur, capitulo 1. numero 149. & 150.*

2 *Iuramento partis ſtatur de ſcripturis, & illorum tenere probato furto, cap. 10. nu. 2.*

2 *Iuramentum intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus, cap. 121. nu. 55.*

1 *Iuramentum obligat præciſe ad obſeruantiam, cap. 18. nu. 13.*

Declara *quando factum eſt poſſibile, ſecus ſi præciſe impleri nequeat, quia tunc iurans excuſatur ab implemento, & contra eum agi poterit ſolum ad intereſſe, non autem ad reſciſſionẽ contractus, cap. 90. nu. 10.*

1 Iuramentum *nihil operatur, quando ſtatutum detrahit fidem inſtrumento obligationis, cap. 43. num. 6.*

1 *Iuramentum adiectum ab emphiteuta promiſſioni de ſoluendo Canonem, quando operetur effectum deuolutionis, cap. 61. nu. 2. & 3.*

Iuramentum tantum operatur, quantum adeſt de conſenſu, & non vltra, ibid. nu. 4.

1 *Iuramentum an a lege ciuili, ſeu Principe ſæculari prohiberi poſſit, ne in contractibus apponatur, cap. 62. per totum.*

Iuramentum *de iure canonico præſtari nõ debet, niſi ex neceſſitate, & quãdo talis neceſſitas ſubeſſe dicatur, ibid. nu. 4. & 16.*

Iuramentũ *operatur, quod illud præſtans in contractu poſſit ad eius implementum coram iudice eccleſiaſtico conueniri, ibid. nu. 11.*

1 Iuramentum *ſuppletorium quando ſit præſtandum creditori in materia cedulæ priuatæ, cap. 79. num. 15.*

2 *Iuramentum ſuppletorium non admittitur ad probandum dominium rei emphiteoticæ, quando agitur ad illius deuolutionẽ, ſed requiritur probatio exacta, & concludens, cap. 85. nu. 5. & 6.*

2 Iuramentum *non operatur in his, quæ non pendẽt a poteſtate iurantis, cap. 19. nu. 50.*

2 Iuramentum *ſecundum naturam principalis diſpoſitionis eſt intelligendum, cap. 18. nu. 7.*

2 Iuramentum *non operatur, quando adeſt læſio enormiſſima, cap. 5. nu. 20.*

2 Iuramentum *non conſtituit in mora, abſq; interpellatione ad effectum pænæ, cap. 6. nu. 14.*

1 Iuramentum *calumniæ expreſſe petitũ debet præſtari, alias proceſſus non valet, cap. 47. n. 1. & 5.*

Si non fuerit petitum eius omiſſio non vitiat, ibidem nu. 2.

Iuramentum *calumniæ debet præſtari in omni inſtantia, imò in executione ſi petatur, ibid. n. 3.*

Item *præſtari debet in iudicio etiam ſummario, ibid. nu. 4.*

Iuramẽtum *calumniæ eſt inductum ob publicam vtilitatem; ne veritas opprimatur, nec Iudex etiã expreſſe poteſt illud remittere, cap. 47. n. 6.*

Item *reddit proceſſum nullum, quamuis vigeat conſuetudo, vt ſi iuramentum hoc fuerit petitum remitti poſſit ibid. nu. 7.*

1 *Iuramẽtum calumniæ poteſt præſtari per procuratorem etiam habentem generale mandatum ad lites, cap. 47. nu. 8.*

Iuramẽtum *calumniæ præſtitum in obſeruatione terminorum ad ſentẽtiam amplius præſtari non debet, ibid. nu. 9.*

Iuramentum *calumniæ non vitiat proceſſum, quando ex actis apparet de bono iure illius, pro quo fuit lata ſententia, ibid. nu. 10.*

Item *non vitiat ſi eodem die, quo ſententia fuit lata fuerit petitum, quamuis non præſtitum, niſi fuerit petitum in proteſtatione facta in termino citationis ad ſententiam, ibid. nu. 11. & 12.*

2 Iuramentum *confirmat contractum factum a minore, cap. 20. nu. 10.*

1 Item *ſuffragatur licẽt fuerit præſtitum in die feriato etiam dominico, quando actus non eſt iudicialis, ibid. nu. 11. 12. & 13.*

Iuramentũ confirmat donationem inter patrẽ & filiũ, & ſupplet defectũ inſinuationis, c. 58. n. 16.

2 Amplia etiam ſi donatio ſit remuneratoria, & de meritis non conſtet, cap. 27. nu. 6.

Item quamuis filius fuerit abſens, & nulla interuenerit ſtipulatio notarij, aut ratificatio ipſius filij in vita patris, ibid. nu. 10. & 11.

Limita, vt iuramentum ſuppleat defectum inſinuationis, niſi ſtatutum annullet ipſum iuramentum tanquam dolo extortum, ibidem numero 12. & 13.

2 Iuramentum vnicum in donatione adiectũ quando plures defectus ſupplere poſsit, cap. 27. n. 15.

Iuramentum promiſſorium ſemper eſt ſeruãdum ſi ſeruari poteſt abſque diſpendio ſalutis æternæ ibid. num. 5.

1 Iuramentum confirmat donationem inter virum & vxorem, cap. 8. nu. 6. Niſi ſtatutum tollat fidem inſtrumento, lib. 2. cap. 5. n. 18. vel niſi mulier ex tali donatione remaneret indotata, & ſine aliquibus bonis, ibid. nu. 19. & 21.

3 Iuramentum aſſertorium inter perſonas prohibitas non probat benemerita, niſi cum aſſertione meritorum adminicula concurrãt, capitulo 27. num. 3. & 4.

2 Iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei, venit ex natura actionis, cap. 48. nu. 5.

Iuramentum in litem in actione tutelæ an veniat ex natura ipſius actionis, ita vt fideiuſſor teneatur ſoluere illud totum, in quo tutor prauio dicto iuramento fuerit condemnatus, ibidem per totum.

3 Iuramentum non venit in generali diſpoſitione, niſi de illo fiat mentio, cap. 67. nu. 32.

Iuramentum habet vim conteſtationis litis, & perpetuat actionem vſque ad 40. annos, ibidem numero 33.

2 Iuramentum conſenſu partium remitti poteſt, cap. 84. nu. 9.

1 Iurans excuſatur ab implmento quando factum præciſè implere non poteſt, & contra eum agitur ad intereſſe, non autem ad reſciſionem contractus, cap. 90. nu. 9.

2 Iurans non contrauenire contractui, nec petere abſolutionem a dicto iuramento, ſi vult agere ad illius reſciſionem debet imprimis petere abſolutionem, & ea obtenta iterum facere ſe abſoluere a iuramẽto præſtito de non contrauenjendo contractui, cap. 84. nu. 3.

Declara, vt vnica abſolutio ſufficiat quando ſupplicatio eſt generalis, & omnia iuramenta, quæ obſtant agenti complectitur, ibid. nu. 6.

Item declara, niſi plura contineantur iuramenta tendentia ad obſeruationem eiuſdem actus, quia tunc ſufficit vnicam petere abſolutionem ad effectum agendi contra illum actum, ibid. nu. 7.

1 Iuriſdictionem habens ex conceſſione, vel priuilegio Principis, ſi illa vtatur in vno actu, retinet iuriſdictionem in omnibus, cap. 11. nu. 34.

1 Iuriſdictio data inferiori in dubio cenſetur data cumulatiuè ad Iudices ordinarios, non autem priuatiuè, etiam ſi competat ex fundatione, cap. 54 nu. 1. & 2.

Iuriſdictio quando datur Prælato regulari priuatiuè conceſſa cenſetur, ibidem numero 3.

Item priuatiue data cenſetur, quando conceditur fauore perſonæ, in quam exerceri debeat, & fauor illius ſit non habere plures, qui illam exerceant, ibid. nu. 4.

Iuriſdictio acquiſita per præſcriptionem intelligitur priuatiuè quo ad iudicem ordinarium, ibid. num. 5.

Iuriſdictio eadem non competit iudici in acceſſorio, quam habet in principali, ibid. nu. 8.

Iuriſdictio ſuffraganei propter eius negligentiam ad Archiepiſcopum deuoluitur, ibid. nu. 10.

1 Iuriſdictio legati præſente Papa ceſſat, & in nulla habetur conſideratione, cap. 69. nu. 6.

Iuriſdictio Vicarij ceſſat Epiſcopo præſente, ibid. num. 9. 64. & 67.

Iuriſdictio delegata æquiparatur mandato extraiudiciali, ibid. nu. 18.

2 Iuriſdictio, quam quis nondum habet, licèt alteri demandari non poſsit, incipit tamen valere eo tempore, quo delegans illam acquirit, cap. 33. num. 12. & 13.

1 Ius conditionale contingens ex contractu inter viuos eſt tranſitoriũ ad heredes etiam ante conditionis exiſtentiam, cap. 29. nu. 5.

1 Ius quæſitum alicui facto alterius, auferri non poteſt facto eiuſdem, cuius opera fuit quæſitum, cap. 5. nu. 7.

Ius quæſitum tertio ex contractu, vel occaſione contractus re, vel ſic operatur, vt non poſsit ab illo contractu recedi in eius præiudicium, ibidem num. 10.

2 Ius quæſitum incorporatum, & radicatum ex priuilegio obtento ob cauſam onerosam æquipollet iure communi, cap. 23. nu. 6.

2 Ius quæſitũ vocatis in caſu contrauentionis ante conditionis euentum, non tollitur ex eo, quòd poſteà deficiat conditio, cap. 103. nu. 14.

2 Ius ſecundum Cancellariã non dicitur plenè radicatum in prouiſo ante expeditionem literarũ, ſed ſecundum Rotam plenum ius acquiritur per ſolam ſupplicationem, cap. 71. nu. 13.

2 Ius exequendi ſpacio 30. annorum præſcribitur, cap. 121. nu. 10.

2 Ius conſiderabile non acquiritur ex acceptatione reſignationis momentanea ad effectum retrocedendi, cap. 71. nu. 16.

1 Ius Prælati, ſeu Clerici conſiſtit in ſola adminiſtratione, nec cauſatur ex ſucceſſione, ſed electione, cap. 29. nu. 20.

1 Ius accipientis reſoluitur iure dantis reſoluto, cap. 95. nu. 11.

Ius ſecundi Vaſſalli reſoluitur, quando primus Vaſſallus venit priuãdus ob culpã in perſonam Domini commiſſam, ſiue agatur de præiudicio Agnatorum, ſiue filiorum, ibid. num. 15. & 16.

2 Ius reale quod quis habet in feudo remitti poteſt ſine Domini conſenſu, cap. 91. nu. 2.

2 Ad ius extinctum, & ſublatum reintegratio dari non poteſt, ſed tantum ad ius eliſum, & diminutum, quando durat in eſſentia, licèt ceſſet eius effectus, cap. 23, nu. 11. & 12.

3 Ius petendi ſupplementum legitimæ præſcribitur ſpacio 40. annorum, cap. 65. nu. 18.

2 Ius

2 Ius primogenituræ competens filio ex diſpoſitione, vel priuilegio Principis per patrem, aut alium tolli nõ poteſt, etiam ſi filius erga ipſum patrem fuerit ingratus, cap. 90. nu. 1. & 5.
2 Iuris vniuerſalis appellatione Caſtrum continetur, cap. 53. nu. 2.
2 Ius ex perſona actoris metiri debet, cap. 75. n. 40.
2 Ius retentionis ex cauſa melioramentorum tranſit in ſucceſſores ſingulares, cap. 112. nu. 7.
2 Ius de futuro in contractu, & donatione inter viuos non cenſetur comprehenſum, niſi expreſſe dicatur, pag. 292. nu 10.
1 Ius tertij in translatione, quæ fit per Iudicem ſem per reſeruatum cenſetur, cap. 18. nu. 4.
2 Ius diſputabile vbi factum eſt probatum, nõ facit, quod exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, niſi in diſcuſſione iuris vertatur ſubtilitas, vel magna difficultas, cap. 121. nu. 80. & 81.
2 Ius dubium, & intricatum æquiparatur dubio facti, cap. 121. nu 82.
2 Ius ſepulturæ pendet ab adminiſtratione ſacramentorum, cap. 93. nu. 11.
Ius ſepeliendi omnes intra parrochiam degentes, etiam ſi ſint exteri, & forenſes habentes domicilium in ciuitate, competit Eccleſiæ parrochiali, ibid. num. 9.
Amplia idem eſſe de viatoribus tranſeuntibus, nec habentibus hoſpitium in ciuitate, dummodo intra fines parrochiæ moriantur reiecta opinione Gloſſæ, & nonnullorum aliorum, ibid. nu. 10.
2 Ius decimandi ab vna Eccleſia contra aliã præſcribi poteſt, dummodo concurrat titulus, & poſſeſſio quadraginta annorum, vel ſola poſſeſſio immemorabilis, cap. 95. nu. 22.
Declara, quando Eccleſia non eſt parrochialis, ſecus ſi agatur de præſcriptione vnius parrochialis aduerſus aliam, quia tunc ſola quadragenaria ſufficit, ibid. nu. 23.
Idem eſt, quando agitur de præſcriptione inter eccleſiam parrochialem, & aliam ſimiliter non parrochialem, ibid. nu. 24.
2 Ius offerendi competens ſecundo creditori, non habet locum, quando primus creditor auctoritate legis, vel pacti vendidit bona debitoris, ſecus ſi debitor dederit illam in ſolutum, vel vendiderit primo creditori, & ipſe creditor alteri, pagina 289. nu. 1.
Ius offerendi competit creditori hypothecario etiam in cauſa appellationis, & in actu ipſius executionis, ibid. nu. 3. & ſequen.
Ius offerendi competit cuilibet poſſeſſori etiam minutio, ibid. nu. 8.
Ius offerendi non competit creditori habenti generalem hypothecam contra ſecundum bona creditoris poſſidentem ex ſpeciali hypotheca, ib. n. 7.
Ius offerendi intra quantum tempus locum habeat, ibid. nu. 10.
Ius offerendi non habet locum, niſi oblatio fiat pro toto credito, ibid. nu. 12.
1 Ius accreſcendi prohibetur inter eos, qui ſuccedũt ex diuerſo iure, cap. 10. nu. 8.
1 Ius accreſcendi per additionem hæreditatis extinguitur, cap. 27. nu. 17.
1 Ius accreſcẽdi an habeat locum in emphiteuſi remiſſiuè traditur, cap. 75. nu. 1.
Ius accreſcendi in emphiteuſi locum habet, quando adeſt conuentio expreſſa, vel tacita, ibid. n. 2.
Item datur inter deſcendentes cuiuslibet inueſtiti, ibid. nu. 3.
Ius accreſcendi in emphiteuſi locum habet in portione etiam tranſuerſali ſtante conuentione, ibidem num. 4.
2 Ius accreſcendi poſt ius acquiſitum locum non habet, nec inter diuerſas ſpecies ſucceſſionum admittitur cap. 31. nu. 18.
2 Ius accreſcendi locum non habet, quando portio valide a teſtatore per inſtitutionẽ non fuit data, cap. 105. nu. 44.
1 Ius canonicum attendi debet quando materia eſt ſpiritualis, licèt lex ciuilis illi contradicat, cap. 62. nu. 14.
2 Ius canonicum tractans de fide, vel de ſacramentorum ſubſtantia, nullo tempore præſcribitur, & nulla conſuetudine mutari poteſt, cap. 100. numero 25.
Idem eſt ſi tractet de priuilegijs perſonarum eccleſiaſticarum, & de illarum prærogatiua, quæ libertas eccleſiaſtica dicitur, ibid. nu. 26.
Item etiam ſi agatur de conſuetudine inducenda contra aliquos particulares Religioſos, ibidem numero 27.
2 Contra ius canonicum (vbi agitur de iuribus, & rebus temporalibus acquirendis, amittendis, & alijs ciuilibus diſpoſitionibus) conſuetudo introduci non poteſt niſi ſpatio 40. annorum ſecundum communem, ſed iuxta veriorem ſententiam decem anni ſufficiunt, cap. 100. numero 30. & 31.
1 Iuspatronatus probatur per fidem adminiculatam ex pluribus ſequentibus præſentationibus quæ ſint ſortitæ effectum, cap. 81. num 6.
Item concurrentibus præſentationibus probatur ex copia alterius copiæ fundationis iuriſpatronatus ſumpta ex regiſtro, ibid nu. 8.
1 Iuspatronatus, ſeu ius præſentãdi amittitur propter crimen hæreſis, neque per abſolutionem obtentam mediante abiuratione recuperatur, cap. 83. nu. 13. & 14.
2 Iuspatronatus vniuerſitatis, vel communitatis, quando non oſtenditur verus titulus fundationis, & dotationis, ex diſpoſitione Concilij Tridentini, quomodo probetur, cap. 52. nu. 1.
Eius probatio facta per teſtes, vel aliud æquipollens non valet, ibid. nu. 2.
Amplia, vt probatio requiſita per concilium ſit adhibenda etiam ſi communitas, ſeu vniuerſitas ſit parua, ibid. nu. 3.
2 Ius patronatus acquiritur ex fundatione, & dotatione præterquam in eccleſijs monaſterialibus, ſeu conuentualibus, in quibus fundatori non acquiritur ius in electione ſuperioris, cap. 52. num. 7.
2 Iuspatronatus tranſit ad quoſcumq. hæredes mediante titulo vniuerſali hæredis, cap. 55. nu. 8.
Item tranſit in emptorem hæreditatis, ibidem numero 9.

Digitized by Google

Idem eſt ſi cum clauſula ſublata non adſit clauſula, quod de ſubreptione, &c. Sed alia æquipollens; veluti quod non poſsit contrauenire, ibidem num. 108.

Iuſtificatio iudicialis non requiritur coram executoribus Apoſtolicis, quibus committitur facultas aliquid faciẽdi, vbi literæ eis directæ non habent clauſulam ſonantem in iudicialem indaginem, aut conditionem, quæ tacitè non inſit, nec agitur de præiudicio alicuius, ſed executores, qui ſunt meri poſſunt ſuper narratis extraiudicialiter ſe informare, ibid. nu. 151.

L

2 LAeſio *in contractu non datur, quando ex dubio euentu poteſt eſſe lucrum & damnum, pag. 287. nu. 25.*

1 Laici *de iuramento diſponere non poſſunt, cap. 62. num. 10.*

Laici præſtantes iuramentum in contractu, poſſunt ad illius implementum coram Iudice eccleſiaſtico conueniri, ibid. nu. 11.

Laici non poſſunt quidquam ſtatuere in materia matrimonij, ſiue annullando matrimoniũ iam contractum, ſiue impediendo contrahendum, ibid. num. 21.

1 Laicus *habens decimas in feudum non poteſt eas alteri in feudum concedere, ſeu in alium laicum quouis modo transferre, ſine auctoritate* Papæ, *quamuis conſuetudo vigeat in contrarium, quod ſcilicèt ſine auctoritate* Papæ *decimæ de laico in laicum transferrantur, cap. 95. numero 19. & 22.*

1 *Laicus non eſt capax iuris ſpiritualis, nec poteſt ſpiritualia poſsidere niſi* Papa *illum capacem faciat, cap. 95. nu. 21. & lib. 2. cap. 121. nu. 105.*

2 *Laicus beneficia Eccleſiaſtica conferre non poteſt cap. 3 num. 6.*

2 *Laici oblationes, quæ ſunt iuris ſpiritualis percipere non poſſunt nec conſuetudo, ſeu præſcriptio aliqua in contrarium illis ſuffragatur, cap. 42. numero 5.*

2 *Laicus fundator non poteſt prætendere ius eligendi, aut præſentandi Superiorem in Eccleſia conuentuali, aut collegiata, niſi in ipſa fundatione a* Papa *per ſpeciale priuilegiũ id ſibi fuerit conceſſum, cap. 52. nu. 8. Vel niſi cum fama priuilegij concurrat immemorabilis, vel oſtendantur præſentationes per tantum temporis ſpatium, vnde poſsit præſumi priuilegium Apoſtolicum, ibid. num. 9.*

2 *Laicus non habens titulum ab Eccleſia nõ poteſt ius decimandi quocumque temporis curſu præſcribere, cap. 92. nu. 1.*

2 *Laicus, vt poſsit decimas percipere debet vltra immemorabilem probare etiam famam priuilegij Apoſtolici, vel quod poſſederit decimas tanquam* Vaſſallus *Eccleſiæ, cap. 92. nu. 3. & 4.*

Laicus eſt capax decimarum conſenſu Papæ *interueniente, ibid. nu. 5.*

2 *Laicis decimæ concedi non poſſunt vltra vitam conductoris, etiam ſi ſolemnitates interueniant, quæ in alienatione rerum eccleſiaſticarum requiruntur, cap. 102. nu. 3.*

1 Legatarius *tranſmittit ad hæredes legatũ etiam ante acceptationem, cap. 5. nu. 2.*

1 *Legatarij, quando hæreditas eſt ſoluendo, præferuntur creditoribus in rebus legatis, & multo magis filijs quo ad legitimam, quæ deducto ære alieno tantum debetur, cap. 23. nu. 16.*

2 *Legatarius propriè hæres non dicitur, cap. 8. n. 6.*

2 *Legatarius partem rei acceptare, & partem repudiare non poteſt, cap. 96. nu. 1.*

Legatarius vbi plures res ei ſunt relictæ, poteſt vnam earum acceptare, & alteram repudiare, niſi legatum ſit factum ſub nomine vniuerſali peculij, ſuppellectilis, & ſimilium, ibid. nu. 3.

2 *Legatarius habens electionem ſi vnam rem acceptet, aliam repudiare tenetur, cap. 96. nu. 4.*

Legatarius fructus rei legatæ ante acceptationem habere non debet, niſi res fuerit propria teſtatoris, quo caſu fructus illi debentur a die aditæ hæreditatis etiam ante acceptationem, niſi legatum ſit conditionale, ibid. nu. 5. 6. & 7.

In legatarium legatum conditionale non tranſit niſi purificata conditione, ibid. nu. 8.

1 Legatum *omnium bonorum mobilium, & ſtabilium non comprehendit iura, & actiones, cap. 29. num. 56.*

1 *Ex legatis, vel fideicommiſsis particularibus an per filium legitima detrahi poſsit, ſi nullum confecerit inuentarium, cap. 23. per totum.*

2 Melioramenta *vtiliter, aut neceſſario facta a marito in re dotali ſine voluntate vxoris, repetuntur contraria actione de dote, vel negotiorum geſtorum, ſi verò vxore volente, actione mandati, cap. 113. nu. 6.*

2 Melioramenta *ab alio facta de mandato viri in re dotali, ſoluto matrimonio a viro repetūtur, ac ſi ab eo facta fuiſſent, cap. 113. nu. 7.*

2 *Melioramenta facta ab herede grauati in re ſideicomiſſo ſubiecta, re ipſa tradita ſeu reſtituta ſine deductione impenſarum, repetūtur incerti condictione, cap. 113 nu. 9.*

2 *Melioramenta, quando* Dominus *illa ſoluere non tenetur, ſed impendenti ſolum abraſio conceditur, æſtimari debent, ac ſi ab ædificio eſſent ſeparata, quando autem* Dominus *illa tenetur ſoluere, æſtimari debent prout valent ædificio iuncta, cap. 114. nu. 1. & 2.*

2 *Melioramenta vbi debentur, & creuerit eorum valor an ſint ſoluenda iuxta valorē currentem tempore reſtitutionis, an verò ſecundum tēpus, quo facta fuerunt, cap. 113. nu. 3. 4. & ſeq.*

2 *Melioramenta, quando minor vel* Eccleſia *reſtituitur in integrum aduerſus contractum, æſtimantur attento tempore facta meliorationis, quamuis de tempore præſenti res ſit pretioſior, ſecus ſi meliorationes ex tempore ſint attrita, & minus valeant, quam fuerit impenſum, quia tūc æſtimantur ſecundum tempus præſens, cap. 114. num. 6. & 7.*

Melioramenta, *quando impendens illa fecit non pro ſe, verum pro* Domino, *qui fructus percipit, æſtimantur ſolum reſpectu eius, quod fuit impenſum a principio, nec incrementum, vel deterioratio pretij attenditur, ibid. nu. 9.*

Melioramenta æſtimari debent inſpecto tempore reſtitutionis rei, quando ille, qui meliorauit eſt Dominus *directus, vel vtilis, ibid. nu. 10.*

1 Membra *non debent per intermediam aliquā perſonam a capite ſeparari, cap. 69. nu. 24.*

2 Merita *inter perſonas prohibitas non probantur per ſolam aſſertionem etiam iuratā, niſi concurrant adminicula cap. 27. n. 3. & 4. & lib. 1. cap. 50. nu. 2. & 4.*

1 *Meritorū cauſa concurrente, cauſa ſanguinis dicitur impulſiua, quæ ſola attendi non debet, cap. 50. num. 10.*

1 Miles *non poteſt conſtitui procurator etiā de conſenſu, cap. 92. nu. 10.* Declara, *vt nō prohibeatur eſſe procurator pro ſe, & commilitonibus, ibid. nu. 9. Item declara, vt iudicium agitatum cum milite ſuſtineatur, quando non fuit oppoſitum, ibid. nu. 11.*

2 Minor, *qui iurauit ſe maiorem, licèt excludatur a beneficio reſtitutionis in integrū ratione minoris ætatis, tamen nō impeditur, quin poſſit dare de nullitate contractus, ob non ſeruatas ſolemnitates in contractibus minorum requiſitas, cap. 63. nu. 1.*

Item *poteſt dicere contractum nullum, quamuis ſub pœna nullitatis ſit prohibitus contrahere ſine certa ſolemnitate, & quamuis contractus cedat in illius vtilitatem, ibid. nu. 2.*

2 Minor *aduerſus lapſum temporis ei a lege, vel ſtatuto conceſſi pro reluenda re paterna, reſtitutionem in integrum petere poteſt, cap. 98. nu. 1.*

Amplia, *vt etiam contra tutorem, vel curatorem ſuum agere poſſit actione perſonali pro eius indemnitate, quamuis alienatio fuerit facta eo conſentiente, ibid. nu. 2.*

Item *amplia, vt minor eligēs vnam viam, in alia ſibi non præiudicet, ibid. nu. 3.*

2 Minori *datur reſtitutio etiā aduerſus alienationem factam ſolemniter, quando ex ea aliquod præiudicium ſibi infertur, cap. 98. nu. 4.*

2 Minor *Vaſſallus habet reſtitutionē in integrum etiam lapſo anno, infra quem lege iubente inueſtitura renouari debet, cap. 98. nu. 5.*

2 Minori *nunquam reſtitutio in integrum denegatur, niſi a lege, vel ſtatuto expreſſe ſit cautum, cap. 98. nu. 6.*

2 Minor, *qui inconſulto hereditatem adiuit in integrum reſtitui poteſt aduerſus talē additionem, etiam ſi hereditas ſit opulenta, & lucroſa, cap. 98. nu. 11. & 12.* Item *quamuis confecerit inuentarium, & hereditatem adiuerit cum auctoritate curatoris, contra quem poſſit habere regreſſum, ibid. nu. 13. & 14.*

2 Minor *reſtitutionem alterius minoris non impedit, quando certat de damno euitādo, c. 98. n. 15.*

1 Modus *in contractu nominato adiectus operatur, vt poſſit a contractu diſcedi eo non impleto, quando fuit cauſa finalis ipſius contractus, ſecus ſi impulſiua, cap. 90. nu. 5.*

1 Monachus *æquiparatur potius militi, quàm ſeruo, cap. 92. nu. 8. Item poteſt eſſe in iudicio pro ſe, & litis conſortibus, ibid. nu. 7.*

Amplia, *vt iudiciū agitatum cum monacho conſtituto procuratore etiā ſine licentia ſuperioris, ſuſtineatur quando non fuit appoſitum, ibidem nu. 6. & ſequentibus.*

2 Monachus *poteſt habere beneficium curatū ex diſpenſatione, item ſine diſpenſatione ad præſentationem* Abbatis, *ſi ſit beneficium curatum ſui ordinis, cap. 35. nu. 122.*

2 *Monachus, ſeu regularis non exēptus puniri debet ab* Epiſcopo *non autem a* Prælato *ſui ordinis, quando agitur de cauſa criminali contra eū in figura iudicij, & de delictis communibus extra caſus comprehenſos in regula, vt eſt falſitas, homicidium, & ſimilia cap. 35. nu. 125.*

Item Monachus *exēptus delinquens extra locum exemptum poteſt ab ordinario puniri non obſtante exemptione, ibid. nu. 126.*

Monachus *committens delictū, quod eſt delictum apud omnes, vt furtū, homicidiū, & alia eiuſdem generis, non iudicatur vt monachus, ibid. n. 136.*

2 Mona-

2 Monachus tenetur obedire Abbati magis, quam Epiſcopo in his, quæ concernunt obſeruantiã regulæ, ſed vbi agitur de cura animarum ab Epiſcopo ſuſcepta, & de cauſis iudicialibus, Epiſcopo magis, quàm Abbati debet obedire, c. 35. n. 134.
2 Monachus non poteſt accuſare ſine licentia Abbatis, cap. 35. nu. 139.
2 Monachus contra Epiſcopum, vel Eccleſiam parrochialem non debet allegare præſcriptionẽ, ſed conſuetudinem, cap. 95. nu. 29.
1 Moneta ſolui poteſt in vna ſpecie pro alia, quando non intereſt creditoris, cap. 94. nu. 1.
Solui debet inſpecto valore ſecundum communem curſum loci, in quo fuit initus contractus, quando contrahentes litigant ſuper eius valore reſpectu loci tantum, ibid. nu. 2. & 3.
1 Moneta ſoluenda eſt proportionabiliter ad æſtimationem antiquã, quando valor, qui erat de tempore contractus reperitur immutatus eo tempore, quo eſt facienda ſolutio, in pondere, & bonitate intrinſeca, cap. 94. nu. 7. 9. & 10.
Solui debet inſpecto valore ſecundum tempus præſens, quando mutatio contingit ob iuſſum Principis, vel quia plus hodie valet aureus, quàm groſſior moneta, ibid. nu. 11.
Monetæ valor extrinſecus quãdo variatur attendi debet tempus ſolutionis etiam in annuis præſtationibus, & vbi agitur de fructibus ſoluendis, ibid. nu. 12. & 13.
Item monetæ valor ſi intra tempus ſolutionis accreuerit a debitore non deducitur, & ſi fuerit diminutus ſuppleri non debet, ibid. nu. 14.
Item eius diminutio contingens poſt morã debitoris, cedit damno, & præiudicio ipſius, præſertim ſi creditor ſit ſolitus lucrari ibid. nu. 15.
1 Monitorium executum poteſt quandocumque reproduci, nec circũducitur, niſi quando eſt tranſactum longum tempus, ita vt lis habita ſit pro deuoluta, cap. 56. nu. 6.
2 Monitorium emanatum ab Auditore Cameræ contra clericum ad perſonaliter comparẽdũ, præbet legitimam cauſam non reſidendi, niſi emanauerit ob culpam præcedentem ipſius clerici, cap. 32. nu. 12. & 13.
1 Mora operatur, vt periculum rei in alium transferratur, cap. 7. nu. 11.
2 Mora in fructibus dotis perſoluendis non committitur, niſi de anno in annum, cap. 67. nu. 48.
2 Mora hæredis in non eligendo vnam ex rebus alicui alternatiuè legatis in termino ei dato a teſtatore, operatur quod electio ad legatarium deuoluatur, cap. 97. nu. 4.
Idem eſt ſi hæres non eligat intra terminũ ſibi a iudice præfixum ad inſtantiã legatarij, ibi. n. 5.
2 Mora fauore minoris ipſo iure contrahitur, cap. 102. nu. 48.
2 Moræ requiſita quæ ſint, pag. 269. nu. 1.
Mora a debitore non committitur niſi fuerit interpellatus, ibid. nu. 2.
Amplia, vt ad contrahendam moram vna etiam interpellatio ſufficiat, ibid. nu. 3.
Amplia ſecundo vt etiã ſufficiat vna interpellatio extraiudicialis in his, quæ debentur iure actionis, vel obligationis, ſecus in his, quæ debentur officio iudicis nobili, ibid. nu. 4. 5. & 6.
2 Mora non committitur per debitorem ante litem conteſtatam, quando creditor prius fuit moroſus, videlicet, quia noluit recipere pecuniam ſine iuſta cauſa, pag. 269. n. 7. Sed an illud ſit verum, vide ibid. in fine nu. 8. & 9.
2 Mora non contrahitur per interpellationem extraiudicialem, quando debitor antea fuerat in mora, & poſt dictam moram creditor non interpellauit, pag. 270. nu. 10. Sed contrarium tenuit Iaſ. & eſt verior opinio, ibid. nu. 11.
2 Mora cõtrahitur a debitore per interpellationem extraiudicialem, etiam ſi interpellatio ſit facta per verba enunciatiua, pag. 270. nu. 12.
2 Mora contrahitur a reo, qui ex delicto tenetur, quãuis interpellatus non fuerit, pag. 270. nu. 13.
2 Mora in contractibus nominatis non contrahitur ſine interpellatione, ſecus in contractibus bonæ fidei, ſeu ſtricti iuris, pag. 270. nu. 14.
2 Mora abſque interpellatione cõmittitur ab extraneo, qui mulieri dotem promiſit, pag. 270. n. 15.
2 Item abſq; interpellatione contrahitur a debitore obligato minori 25. annis per contractum bonæ fidei, vel per fideicommiſſa, aut legata, pagina 270. nu. 16.
2 Item ab illo, qui eſt obligatus pupillo, pagin. 270. numero 18.
2 Item ab illo qui eſt obligatus Eccleſiæ, vel alijs locis pijs nomine legati, vel fideicommiſſi, pagina 270 num. 17.
2 Itẽ ab illo, qui eſt obligatus fiſco, ibid. nu. 19.
2 Item quando quis promiſit, ſe aliquid facturum, & curaturum, licet contrariũ Decio magis placeat, pagin. 270. nu. 20.
2 Item mora contrahitur abſque interpellatione, quando fuit promiſſum aliquid conſiſtens in faciendo, quod habet tractum ſucceſſiuum, pagin. 271. nu. 21.
Item quando debitor ante interpellationem dixit, nolo adimplere quod promiſi, ibid. nu. 22.
Item quando quis obligatur cum iuramento, & ſcit creditorem indigere, ibid. nu. 23.
Limita in eo, qui promiſit ad diẽ incertũ, ib. n. 24.
2 Mora propter difficultatem a debitore non contrahitur, quando promiſit aliquid, quod in faciendo conſiſtit, pag. 271. nu. 25.
Amplia etiam ſi interpoſitum ſit iuramentum, ibid. nu. 26.
Limita in eo, qui tenetur ad ſiſtendum, vel ad præſentandum aliquem in Iudicio, niſi caſus mortis acciderit in eo, qui repræſentari debebat, ibidem nu. 27. & 28.
Limita ſecundo quando factũ debet explicari mediante pecunia, ibid. nu. 29.
2 Mora propter difficultatem nõ contrahitur a debitore, qui promiſit dare aliquã ſpeciẽ, dummodo difficultas ſit magna, ita vt quodammodo caſui fortuito æquiparetur, pag. 271. nu. 30. & 31.
Limita in debitore negãte debitum, qui poſtea de mendacio conuincatur, ibid. nu. 32. Sed contrarium tenet Alex. nu. 33. Cuius opinio an ſit vera vide infra nu. 34.

2 *Mora purgatio non admittitur in hærede, qui monitus a iudice, vt voluntatem defuncti impleret intrà anni non impleuit, pag. 275. n. 22.*

Item non admittitur in hærede, qui intra tempora ſtatuta a l. fin. C. de iure deliberan. non fecit inuentarium, ibid. nu. 23.

Item non admittitur in matre, quæ non fecit dare tutorem filio, cum primum potuit Prætorem adire, ibid. nu. 24.

2 Similiter *non admittitur, vbi appoſitum eſt iuramentum ſuper promiſſione pœnæ, ibid. num. 25.*

Limita *de iure canonico, ſecundum quod etiam vbi adeſt iuramentum admittitur purgatio moræ, quando ius alterius non eſt factum deterius, ibidem, nu. 26.*

2 Mora *purgatio regulariter non admittitur poſt litis conteſtationem, pag. 275. n. 27.*

Limita *niſi poſt litis conteſtationem offeratur id quod petitur, ibid. nu. 28.*

Limita *2. in fideiuſſore, qui non tenetur ex facto ſuo, ſed ex ſua promiſſione propter factum alienum, ibid. nu. 29.*

Limita *3. quando ante litis conteſtationem nulla mora præceſſit. ſed contrahitur in ipſa litis conteſtatione, quia tunc moræ purgatio admittitur vſque ad ſententiam, vel etiam ſtatim lata ſententia, imò pendente etiam iudicio in ſecunda inſtantia, ibid. nu 30. 31. & ſequen.*

2 Mora *purgatio regulariter non admittitur, quãdo cum certa die, & certa pœna aliquid fuit promiſſum, pag. 276. nu. 32.*

Limita *1 in ſtipulationibus prætorijs, & iudicialibus quo ad præparatoria tantum iudicij, ſecus quò ad deciſoria, ibid nu. 33. & 34.*

Limita *2. vbi in teſtamentis, & vltimis voluntatibus dies adijcitur cauſa multiplicandæ obligationis, licet in contractibus ſecus ſit, ibid nu. 35*

Limita *3. in die tacita quam promiſſor non potuit intelligere, & præuidere, ibid. nu. 36.*

Limita *4. quando dies eſt adiecta in pacto nudo, & poſtea fuit promiſſa pœna per ſtipulationem, ibidem, nu. 37.*

Limita *5. quando appoſita eſſet dies tantum a partibus, & lex ſubintelligeret pœnam, id eſt, interesse, quod ex parte debitoris pœna eſt, ibidem, nu. 38. Sed Iaſ. contrarium tenet, nu. 39.*

Limita *6. quando dies adiecta eſſet cauſa demonſtrationis, ibidem, nu 40.*

Limita *7. in die incerta, quamuis expreſſa, ibid. num. 41.*

Limita *8. ſi debitum non erat liquidum, ibidem, num. 42.*

2 M*oræ purgatio admittitur ante litem cõteſtatam intra modicum tempus quando cum die, & cum pœna aliquid fuit promiſſum, pag. 277. nu. 43.*

Item *admittitur, quando ſine die, & cum pœna aliquid fuit promiſſum adhibita tamen diſtinctione, ibid. nu 45.*

2 Mora *ab actore purgari poteſt ad conſeruandam actionem iam conſtitutam, pag. 277. nu. 46.*

Amplia etiam ſi in ſtipulatione eſſet appoſita dies, & pœna. ibid. nu. 47.

Limita *non procedere, niſi intra modicum tempus & quando rei non intereſt, ibid. nu. 48.*

Declara limitationem, vt actori concedatur modicum tempus, quando ipſe tenetur aliquid offerre, ſecus ſi non teneatur offerre, ſed recipere, nam tunc ſemper poteſt purgare moram, dummodo res non ſit perempta. ibid. nu. 49.

2 *Mora etiam ſi tractetur de libertate adipiſcenda ab actore purgari nõ poteſt ad actionẽ quærendam principaliter, ſed tantum acceſſoriè, niſi reus conſenſerit actorem purgare moram, pag. 277. nu. 50. 51. 52. & 53.*

Mora *creditoris in interpellando principalem nõ liberat fideiuſſorem principaliter obligatum, pag. 281. nu 6.*

1 Mortis *appellatione continetur etiam ciuilis, quando habet eundem effectum, quẽ habet mors naturalis. cap. 71. nu 3.*

1 Mulier *locationi fundi dotalis per maritum factæ matrimonio ſoluto ſtare debet, cap. 18. nu. 8.*

1 *Mulier poteſt ſe obligare pro dote alterius mulieris non obſeruata forma ſtatuti non ſolum ſi teneatur dotare, ſed etiam ſi non teneatur. cap. 47. nu. 11. & 12.*

1 *Mulieris obligatio non valet ſi fideiubeat pro marito etiam ex cauſa dotis, cap. 43. nu. 13. & lib. 2. cap. 5. nu. 15. & 16.*

Item *non valet quamuis maritus, & vxor ſimul contrahant, & ſe principales in obligatione conſtituant ibid. nu. 14. & lib. 2. cap 5 nu. 12.*

Item *quamuis mulier principaliter ſe obligauerit, & maritus fideiuſſerit pro ea, ibidem, nu. 15. & lib. 2. cap. 5. nu. 13.*

Item *quamuis mulier ſe obliget cum ſocero, vel priuigno, aut fratre viri, ibidem, n. 16. & lib. 2. cap. 5. nu. 14.*

2 Mulieris *obligatio ad fauorem mariti eſt ipſo iure nulla & præſumitur in fraudem legis facta, niſi probetur ceſſiſſe in mulieris vtilitatem, quæ aliundè probanda eſt, quam ex inſtrumento, cap. 5. nu. 3. 4. & 5.*

Mulier *ſi pro viro fideiubeat iuuatur Velleiano etiam in caſibus in quibus fideiubens pro alijs nõ iuuaretur; Item quamuis mulier Velleiano renunciauerit. ibid. nu. 6. 7. & 8.*

2 *Non poteſt renunciare diſpoſitioni Authenticæ, ſi qua mulier, C. ad Velleian. ſiue ſimus in mutuo, ſiuè in alio contractu, ibid. num. 9. & 10.*

Poteſt *ſe obligare cum iuramento. & talis obligatio valet, niſi ſtatutum tollat fidem inſtrumento, ibid. num. 17. & 18. vel niſi mulier remaneat penitus indotata, & ſine aliquibus bonis, quia tunc eius obligatio etiam iurata non valet, licèt fideiubeat pro liberando viro a carceribus, ibid. nu. 19. & 21.*

2 Mulier *licèt habeat hypothecam in bonis mariti, non tamen poteſt auocare merces venditas per maritum, aut alia venalia ne commercium interdicatur, cap. 36. nu. 2.*

2 Mulier *principaliter de adulterio inquiſita ſi delictum confiteatur ex ſola confeſſione poteſt puniri, ſecus ſi confeſſio ſit facta incidenter in inquiſitione ſuper alio delicto, cap. 89. nu. 1.*

Limita *in Magna Curia Vicaria Neapolis, quæ poteſt*

poteſt ſtatim pronunciare ſine nouo proceſſu ſuper confeſſione incidenter facta ibid. nu. 3.

- Mulier *habens feudum cum conſenſu* Domini *obligatum pro dote, poteſt ſine nouo conſenſu renunciare dictum ius hypotheca in manibus debitoris poſsidentis ipſum feudum, cap. 91. nu. 1.*
- Mulier *ſemel atque iterum pro aliquo intercedens, non dicitur verè intercesſioni conſentire, niſi biennium tranſeat, cap. 100. nu. 19.*
- Mulier *habens obligata pro ſua dote bona feudalia mariti, reſeruato conſenſu* Domini, *licèt feudum ſit apertum agnatis, tamen fauore dotis poteſt impetrare dictum conſenſum, pag. 300. n. 1.*
- Mutuum *contrahitur ſolum in rebus conſiſtentibus in pondere numero, & menſura, & quæ in genere ſuo functionem recipiunt, pag. 286. n. 10.*
- *In mutuo dominium de neceſsitate in accipientem transfertur, pag. 285. nu. 4.*
- De *mutuo ad locationem quo pacto pallatio fiat, pag. 286. nu. 7. 9. & 19.*

N

- NArrata *pars gratia ſunt, cap. 1. nu. 2.*
- *Narrata in diſpenſatione ſunt verificãda, cap. 1. nu. 17.*
- *Amplia, vt diſpenſatio ipſa ad retinenda plura beneficia ſub eodem tecto poſtquam eſt narrata, debent iuſtificari, etiam quod poſsint retineri ex diſpenſatione ordinarij ſi ſint diformia, cap. 1. numero 18.*
- *Narrata omnia, quæ poſsũt facilius mouere* Principem *ad gratiam concedendam ſunt iuſtificanda, cap. 1. nu. 5. & 19.*
- *Narrata in gratia motu proprio conceſſa non ſunt iuſtificanda, cap. 1. nu. 163. & 165.*
- Narratiua *gratiæ debet iuſtificari, vt gratia ſuffragetur, cap. 1. nu. 1.*
  Item narratiua iurispatronatus, ibid. nu. 7.
  Item narratiua ætatis, quamuis conſiſtat in facto proprio, ibid. nu. 8.
- *Narratiua gratia ab eo eſt iuſtificanda, qui commiſit cauſam, & ſic effectus fuit actor reſpectu alterius concurrentis cum eo, & habentis gratiam de eadem re, cap. 1. nu. 9. Ampliatur n. 10.*
- *Narratiua qualitatis, quando ſit iuſtificanda, vt gratia ſuffragetur, cap. 1. num. 11. 12. 13. 14. & 15.*
- Narratiua *duorum beneficiorum ſub eodem tecto ex ſtylo* Cancellariæ *requirit clauſulam (quæ obtinent ex diſpenſatione* Apoſtolica *) & ſi talis clauſula non ſit appoſita in ſupplicatione, additur (alterum illorum ad electionem partis,) & aliter literæ non expediuntur, cap. 1. nu. 20.*
  Narratiua gratiæ iuſtificari debet, etiam ſi ſit negatiuè concepta præſertim in impetrationibus beneficiorum, ibid. nu. 21. & 22.
  Narratiua *nõ facta publicationis ſecundum Rotam probatur ex productione collationis factæ in fauorem reſignatarij poſt tempus datum ad publicandum, ibid. nu. 23.*
- Narratiua *negatiuè concepta ab impetrante probari debet, ſiue ſit negatiua facti, ſiue qualitatis. cap. 1. nu. 25.*
  Item quamuis ſit narratiua tituli, ibidem num. 26. & 27.
  Fallit ſi verba(nullo titulo ſuffragante.) & alia huiuſmodi addantur de ſtylo ad effectum colorandi narratiuam intruſionis propter intereſſe Annatiſtarum, ibid. nu. 28.
  Narratiua *diſpenſationis negatiuè concepta ab impetrante verificari debet, ibid. nu. 29. & 32.*
  Etſi talis negatiua diſpenſationis ſit adiecta, vt qualitas narrata illegitimitatis, ſeu incompatibilitatis, omnia cum illa ſunt iuſtificanda, ibidem nu. 33.
- Narratiua *gratia ab impetrante eſt iuſtificanda nedum in iudicio ordinario, & vbi agitur ad canonizationem gratiæ, ſed etiam in iudicio executiuo, quamuis nullus adſit contradictor, cap. 1. nu. 41. & 42.*
  Declara, *vt in iudicio executiuo, & poſſeſſorio adipiſcendæ omnia narrata ſint verificanda, ſi pars opponat, parte verò non opponente ea ſolum debent iuſtificari, quorum falſitas vitiat gratiã, vel quorum expreſsio facilius mouit* Principem *ad concedendum, ibid. nu. 43.*
- Narratiua *non eſt in omnibus verificanda quando agitur poſſeſſorio recuperandæ, & retinendæ, ſed in iudicio recuperandæ ſufficit oſtendere ſolam poſſeſsionem, & titulum coloratum;* In *poſſeſſorio autem retinendæ ſatis eſt probare poſſeſsionem etiam ſine titulo colorato, cap. 1. nu. 44.*
- *Narratiua plurium delictorum facta in ſupplicatione in forma iuris; cum clauſula (ſi de præmiſsis, ſeu altero eorum conſtiterit &c.) debet verificari quo ad omnia delicta narrata, ſi verba illa, (ſeu altero eorũ &c.) ſint caſſata prout fieri ſolet, cap. 1. nu. 68.*
- Narratiua *gratia habens clauſulã, (vt aſſeritur) vel cũ clauſula(ſicut accepturus,) vel (ſicut intelleximus) non eſt verificanda, cap. 1. numero 93. & 94.*
  Item neque narratiua intruſionis, ibid. nu. 95.
  Item nec narratiua, quæ habet iuris præſumptionem pro ſe, ibid. nu. 96.
- Narratiua, *quod beneficium eſt ſeculare non debet iuſtificari, niſi Papa prouiderit de eo, quatenus per ſeculares obtineri conſueuerit, cap. 1. num. 98.*
  Item nec narratiua, quod beneficium non eſt curatum, ſed ſimplex, & reſidentiam perſonalem non requirens, ibid. nu. 99.
  Narratiua non eſt verificanda, quando gratia per 30. annos apparet obſeruata, & executioni demandata, cap. 1. nu. 101.
- *Narratiua iuſtificatio præſumitur, quando intrat regula de triennali ea autem ceſſante requiritur ſpacium 30. annorum, ibid. nu. 103.*
- Non *requiritur etiam ſi verſemur in gratia ad poſtulationem partis, quando* Princeps *nõ vult, quod de ſubreptione, & obreptione dari poſsit, cum clauſula ſublata, &c. ſecus ſi clauſula ſublata non ſit adiecta, cap. 1. numero 104. 105. & ſequenti.*
  Idem eſt ſi cum clauſula ſublata non adſit clauſula,

ſula, quod de ſubreptione, &c. ſed alia æquipollens, veluti quod non poſſit contrauenire, ibid. num. 108.

2 Narratiua gratiæ, quæ potius debuit retrahere Principem ad concedendum, non eſt verificāda, cap. 1. nu. 123.

Item neque narratiua litterarum, quod aliquis ſit approbatus, & idoneus repertus, cum ſemper ante expeditionem recipiatur probatio, ibidem num. 124.

2 Narrata omnia ſunt verificanda, quando exprimuntur, et Papa facilius inducatur ad gratiam concedendam; præſertim quando plura exprimatur ad aggrauandam perſonam poſſeſſoris, & agitur non ſolum ad effectum priuationis, ſed etiam adiudicationis, cap. 1. n. 127. & 128.

Narratiua plurium, quorum vnum venit qualificatiuè ad aliud requirit iuſtificationem vtriuſque, ibid. nu. 129.

Narratiua conſiſtens in facto proprio non eſt verificanda, niſi ſit narratiua ætatis, ib. nu. 130 & 131.

Item facta in gratia auctoris a ſucceſſore in beneficio non debet iuſtificari, ſiue vtatur dicta gratia agendo, ſiuè excipiendo, quando prædeceſſor fuit pacificus poſſeſſor triennalis, ibidem, nu. 132. ſi autem non poſſedit pacificè per triennium, ſucceſſor tenetur illius gratiam iuſtificare, etiam ſi de illa opponat excipiendo tanquā de iure tertij ad excludendam intentionem agentis, ibid. nu. 134. & 135.

Narratiua cauſæ in gratia, ſeu reſcripto facta nō eſt verificanda, quando conſtat de re, cuius cauſa, vel demonſtratio dicitur, niſi ſit talis, ſine qua impetrans gratiam non obtinuiſſet, vel niſi ſit poſita ſub conditione, ibid. nu. 145.

Narratiua conſiſtens in mente, vel animo impetrantis, ſi aliter iuſtificari non poſſit, probatur per ſolum iuramentum, ibid. nu. 148.

Narratiua Principis de facto propio plene probat, ſecus ſi narratiua ſit de facto alieno, quia tunc etiam facta Motu proprio non probat, ſed transfert onus probandi in aduerſarium, ibid. nu. 166. & 167.

Narratiua Principis facta in gratia ad poſtulationem partis, quando eſt narratiua facti proprij in qua Princeps, principaliter ſe fundat, non eſt verificanda, ibid. nu. 174.

Idem eſt in narratiua de facto alieno in qua Princeps fundat gratiam, quæ licet non probet, inducet tamen præſumptionem pro impetrante, quæ transfert onus probandi in aduerſarium, ibid. nu. 175. & 176.

Narratiua Papæ ſuper eo, quod veriſimiliter ignorat non transfert onus probandi in alium, ſed ab ipſomet impetrante eſt iuſtificanda, ibidem, num. 177.

Narratiua vacationis tanquam de beneficio reſeruato per prouiſum a Papa non plene, & concludenter probari debet, quando nec ordinarius, vel alius prætendens collationem ad ſe ſpectare, aut ab illis prouiſus ſe opponit, etiam ſi in prouiſione Papæ adſit clauſula (dummodo hac vice collatio ad nos pertineat) ſed ſemiplena tātum probatio ſufficit, cap. 1. n. 189. 191. 192. & 193.

2 Narratiua gratiæ regulariter plenam probationem non requirit, ſed ſufficit ſemiplena, cap. 1. num. 194.

2 Requirit plenam probationem, quo ad narrata, ſuper quibus gratia fundatur, niſi agatur de re parui præiudicij, cap. 1. nu. 195. & 196.

2 Negatiua promotionis ſeu diſpenſationis ab impetrante eſt iuſtificanda, cap. 1. num. 29. & 32. præſertim ſi ſit expreſſa ad aggrauādam perſonam poſſeſſoris, ibid. nu. 35. Et ſi ſit adiecta, vt qualitas narratæ illegitimitatis, ſeu incompatibilitatis omnia cum illa ſunt verificanda, ibidem num. 33.

2 Negatiua cum dictione (aliquod) etiam in qualibet minima parte verificatur, cap. 25. nu. 11.

1 Negligentibus iura non ſubueniunt, ſed neceſſitate rerum impeditis, cap. 52. nu. 41.

2 Negligentia, ſeu traditas creditoris in non petendo quod ſibi debetur, non ſufficit ad præſumendam ſolutionem, cap. 67. nu. 36.

1 Nepos ex filia appellatione nepotum continetur, quando ſubiecta materia non repugnat, pagina 303. num 2.

Nepos ex filia quando extant nepotes ex linea maſculina, quorum contemplatione mater excluditur, ipſe quoque excluſus cenſetur, illis autem non extantibus non excluditur, ſi filia fuit de medio ſublata, ibid. nu. 3. & 4.

2 Nepotes ex filio gaudent eiſdem iuribus, & priuilegijs, quæ patri competebant, capitulo 105. numero 50.

2 Nepotes comprehenduntur in diſpoſitione legis, vel ſtatuti loquente de filijs, quando principaliter fauore filiorum facta eſt, licet in odium alterius redundet, cap. 105. nu. 51.

2 Neptis quando ex veriſimili mente teſtatoris a ſubſtitutio excluditur, cap. 49. nu. 1.

2 Neptis non debet eſſe melioris conditionis, quàm filia excluſa, cap. 49. nu. 2.

Declara, quando eadem ratio concurrit, ſecus ſi ratio excluſionis ſit diuerſa, quia tunc teſtator excludens filiam propriam ab vniuerſali ſucceſſione, non cenſetur neptem excludere, ibidem num. 11.

2 Neptis ex filio poſita in conditione patruo tacitè præfertur, quando etiam ab inteſtato illum excludit, cap. 49. nu. 12.

2 Neptis aliquando eſt melioris conditionis, quàm filia propria, præſertim, quando patris ſui perſonam repræſentat, & gradum ingreditur, cap. 49. num. 15.

2 Neptis per conditionem, ſi ſine filijs, ſubſtitutum excludit, quando non apparet clare ex verbis teſtatoris, quòd ipſe fecerit ſubſtitutionem, vt bona conſeruarentur in agnatione, capitulo 49. numero 20.

1 Nominatio, ſeu electio facta per patronos etiam de non clerico, valet, dummodo nominatus antequam præſentetur perſonaliter ordinario, ſit clericus effectus, cap. 83. nu. 9. & 11.

1 Nominatio facta a patronis ad beneficium iuris patro-

patronatus non tribuit ius aliquod nominato, ſeu electo, cap. 83. nu. 10.

1 Notariatus *officium eſt publicum auctoritate, & utilitate, vel ſaltem publicum auctoritate, cap. 46. num. 2.*

Notarij iudicibus ordinarijs æquiparantur, ibid. num. 5.

1 *Notarius aſſumptus, vt roget ſe cum alio intelligitur ſimul, & non inſolidum, ibid. nu. 6.*

Notarij vnius ſubſcriptio ſuffiɛit, quando inſtrumentum datur in publicam formam, licèt ſit neceſſariũ, quod duo interueniant in receptione, ſi partes ita conuenerint, ibid. nu. 7. & 8.

Item vnus notarius ex duobus ſimpliciter rogatis poteſt inſtrumentum publicare, quãdo alter eſt mortuus, vel ſe ſubſcribere non poteſt, ibid. num. 9.

1 Notarij *ſcriptura quomodo ſit recognoſcenda, cap. 80. per totum.*

1 Si *non ſit authentica non ſumit robur ex archiuio, quando in eo cuſtodiuntur aliæ ſcripturæ non authenticæ, cap. 81. nu. 22.*

Item carens ſigno, & ſubſcriptione non ſumit robur ex filza, in qua adſunt aliæ ſcripturæ non authenticæ, niſi concurrãt adminicula, ibidem, num. 23.

Notarius aliquid atteſtando, quando remaneat nudus teſtis de auditu, ibid. nu. 4.

1 *Notarius, qui non fuit rogatus de inſtrumento, in eius extenſione nihil addere, aut minuere poteſt in ſubſtantialibus, cap. 93. nu. 1.*

Notarius rogatus de inſtrumento, ſi contrariũ eius, quod in matrice eſt, apponit in extenſo, corrigendum eſt inſtrumentum ex protocollo, eiq; & non extenſo danda eſt fides, ſecus ſi ſcripturæ non ſint repugnantes, quia tunc ſtatur pleniori, ibid. nu. 2. & 3.

Notarius poteſt in inſtrumento rogato addere ex ſe etiam ex interuallo, dummodo tamen id faciat tempore congruo, quo recordabatur de voluntate partium, ibid. nu. 4. & 5.

Notarius ſi ſcripſerit in notula, ſeu matrice verba dubia, ſeu cæterata, poteſt ea declarare conficiendo inſtrumentum publicum, & tunc ſtandum eſt inſtrumento extenſo, quamuis notulam originalem non correxerit, ibid. nu. 6. 7. & 8.

1 *Notarij rogati extenſio facta in inſtrumento publico præſumitur facta ſecundum voluntatem partium, de qua erat informatus, & illi magis ſtandum eſt, quam extenſioni factæ ab alio notario, cap. 93. nu. 9. & 10.*

1 Notarij *duo ſi non ſimul, ſed ſimpliciter ſint rogati, præſumuntur rogati in ſolidum, & ſufficit quod vnus ex eis redigat inſtrumentum in publicam formam, cap. 46. numero 1. & lib. 2. cap. 29. nu. 15.*

2 *Fallit de iure municipali, quãdo ſtatutum æquiparat iſtos duos caſus, videlicet quod* Notarij *ſint rogati inſimul, & quod ſimpliciter, cap. 29. num. 16.*

Notarij quando creantur recipiunt facultatem limitatam, vt ſeruare debeant non ſolùm ſolemnitates iuris communis, ſed etiam Statutorum *loci, vbi inſtrumenta conficiunt, ibidem, nu. 17. & cap. 106. nu. 1.*

2 Notarius, *ſeu ſcriba conſcribens cõtractum alienationis feudi ſine* Domini *conſenſu amiſſione manus puniatur, cap. 60. nu. 6.*

1 Notorium *facti eundem habet effectum, quem habet notoriũ iuris, quò ad iuriſdictionis exercitium, cap. 11. nu. 10.*

2 Nouatio *hodie non fit, niſi expreſsè agatur, neq; etiam ope exceptionis, cap. 56. n. 1. & 2.*

Item non fit, quando ſecunda obligatio fuit facta citrà præiudicium priorum iurium, ac iura iuribus addendo, ibid. nu. 3.

Item non fit quando prima obligatio plus continet, quam ſecunda, ibid. nu. 4.

Item non fit, quando ſecunda obligatio fuit facta ad cautelam, maximè ſi ſit præiudicialis nouanti, ibid. nu. 5.

2 *Nouatio primæ obligationis inducta non cenſetur, ſed potius reformatio, quotieſcumq; ſecunda diſpoſitio eſt cum ſuppletione, vel diminutione, cap. 56. nu. 11.*

2 *Nouatio inducitur, quando in contrarium militant coniecturæ euidentes, & ſufficit tacita voluntas, dummodò ſumatur ex verbis expreſſis in diſpoſitione, & ſtipulatio interceſſerit, cap. 56. nu. 12. 13. & 14.*

Nouatio per ſolum Chirographum *ſine ſtipulatione induci non poteſt, etiam ſi quis ſe obliget in plus, ibid. nu. 15.*

Nouatio non fit vbicunque contractus ſe inuicem compatiuntur, niſi dicatur expreſſè, præſertim ſi in poſteriori contractu apponatur clauſula præſeruatiua prioris contractus, ibidem, num. 16.

Nouatio dicitur facta etiam ſi id expreſſè actum non fuerit, quando contractus ſe non compatiuntur ad inuicem, dummodò ſequens contractus valeat, ibid. nu. 17. & 19.

Nouatio *non fit vbi actio eſt priuilegiata, vt eſt actio de dote, etiam ſi ſtipulatio ſubſequens plus contineat, ibid. nu. 28. & 29.*

2 Nullitas *ſententiæ proueniens ex non tranſportatione actorum primæ inſtantiæ nõ excuſatur præſumptione boni iuris, cap. 43. nu. 3.*

1 *Nullitas contractus opponi poteſt, quamuis antea ad illius executionem actum fuerit, cap. 38. num. 3.*

2 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis non intelligitur reiecta, licèt per ſtatutum nullitates ſimpliciter reijciantur, cap. 51. nu. 4.*

Limita niſi ſtatutum præfigat terminum ad dicendum de nullitate, quia poſt lapſum termini nullitas etiam notoria, & ex defectu iuriſdictionis oppoui non poteſt, ibid. nu. 5.

2 *Nullitas proueniẽs ex ventre inſtrumenti quamuis altiorem indaginem requirat, impedit executionem etiã obligationis* Cameralis, *cap. 121. num. 36.*

2 *Nullitas impedit executionem ſententiæ, quando incidenter proponitur, ſecus ſi principaliter, quia tunc fit executio firmo iudicio nullitatis, niſi* Iudex Nullitatis *preuenerit inhibendo ante-*

Digitized by Google

antequam actor executionem petat, cap. 12. nu. 42.43.44 & 45.
1 Quod nullum eſt nullum producit effectum, cap.78.nu.5.
2 Numeratio pecuniæ probatur per atteſtationem Notarij, licèt non adſit verbum, (numerauit) ſed dicatur recepit in contanti, cap. 65.nu.14.

O

2 OBitus, quãdo agitur incidenter, & per viam replicationis probatur per publicam vocẽ, & famam, etiam quod non probetur tempus obitus, quãdo autem agitur de obitu principaliter, & ſumus in materia obiectiua, veluti quando probatio tendit ad annullandam gratiam, tunc impetrans, qui ſe fundat in tempore obitus, debet plene probare illud tempus, cap.1. numero 201. & 202.
Obitus, & gratia impetrationis beneficij per obitum, ſi eodem die concurrant, gratia præſumitur præceſſiſſe, etiam ſi ex parte obijcientis probetur hora mortis, ibid.nu.203.& 204.
Declara, vt impetrans beneficium eodem die obitus non teneatur probare impetrationem præceſſiſſe, dummodo ſit derogatum regulæ Cancellariæ de veriſimili notitia, &c. alias ſi excipiatur de dicta regula, ipſi incumbit onus probandi veriſimilem notitiam obitus, & ſic ſatisfeciſſe dictæ regulæ, ibid.nu.205.& 208.
1 Oblatio verbalis ſufficit ad excuſandum debitorem a mora, quando creditor recuſat recipere, cap.57.nu.1.
Operatur etiam reſpectu futuri temporis, quando conſtat de animo creditoris, quòd non vult etiã in futurum recipere, ibid.nu.2.
Item ſufficit in legato annuo donec creditor mutat voluntatem, ibid.nu.3.
Oblatio verbalis, vt dicatur legitimè facta, quot requiſita requirantur, ibid.nu.8.
1 Oblatio ſola ſufficit ad euitandum pœnam caducitatis, quando ob canonem non ſolutum caducitas incurritur, ad effectum verò conſequendi plenariam liberationem a canone emphiteotico, requiritur depoſitio, & conſignatio, cap.61.nu.5.
Non operatur etiam ſequuta depoſitione, & conſignatione, quando creditor iuſta de cauſa recuſat recipere, ibid.nu.6.
Item non operatur, quando ſit ab emphiteuta poſt aliquod tempus incurſa caducitatis, vel ſit parte non citata, nec in loco vbi fieri debet, item vbi non eſt facta de toto debito, ibid.nu.7.
1 Oblatio ſola fructuum non ſufficit, licèt fructus ſint illiquidi, ad effectum, vt clauſula parito iudicato ſatisfactum dicatur, quidquid ſit quando agitur de purgatione ſpolij, vel attentatorum, cap.87.nu.4.& 5.
2 Oblationes, vel eleemoſinæ quæ fiunt imaginibus ſanctorum in aliquo monaſterio, vel loco clericorum regularium, ipſis religioſis acquiruntur, & non alijs, cap.42.nu.3.
Oblationes factæ imagini pictæ in pariete alicuius priuati non acquiruntur Domino parietis, nec Epiſcopo, ſed Rectori Parrochialis Eccleſiæ intra cuius limites domus ſita eſt, ibidem numero 4 & 6.
Oblationes, quæ ſunt iuris ſpiritualis, a laicis percipi non poſſunt, nec conſuetudo, ſeu præſcriptio aliqua in contrarium illis ſuffragatur, ibid.num.5.
Oblationes, quæ fiunt Imagini pictæ in aliqua capella, ſeu oratorio, aut eccleſia non curata, non debentur ſacerdoti cuius eſt eccleſia, vel capella, ſed iure parrochiæ pertinent ad Rectorem Parrochialis eccleſiæ intra cuius fines exiſtit illa eccleſia, ſeu capella, ibid.nu.7.8.& 9.
1 Obligatio generalis non comprehendit bona prohibita alienari, quando adſunt alia bona, ſuper quibus verificari poſſit obligatio, præſertim ad effectum euitandæ caducitatis, cap.72.nu.2.
1 Obligatio quando eſt perpetua, & perfecta, ita quod non pẽdeat eius eſſentia ex mutatione perſonæ in tertij præiudicium non immutatur, cap. 77.num.4.
1 Obligatio iurata non poteſt adimpleri per æquipollens, cap.88.nu.19.
1 Declara quando factum eſt poſſibile, alioquin promittens præſtando intereſſe liberatur, cap. 77.num.20.
2 Obligatio rem tradi habet admixtam obligationem rem dari, cap.19.nu.2.
2 Obligatio quæcumque tam actiua, quam paſſiua tranſit ad hæredes etiam tacitos, cap.19. nu.35.
Obligatio cameralis & proceſſus illius vigore factus quibus exceptionib. impediatur, vide in verbo, exceptio.
1 Obſeruantia debet eſſe vniformis, cap.13.nu.15.
2 Obſeruantia conſtitutionis præſumitur, & ad probandum contrarium requiritur, quod actus, quibus cõtrarium probatur, habuerint effectum, & fuerint obtenti in cõtradictorio Iudicio, cap. 39.nu.44.
2 Per obſeruantiam, & diuturnitatem quadraginta annorum præſumitur noua gratia, et confirmatio, cap.99.nu.5.
2 Obſeruantia communis, ſeu conſuetudo interpretatiua inducitur abſque temporis diuturnitate, cap.100.nu.22.
2 Obſeruantia contractus eſt probanda ab eo, qui illam allegat, cap.102.nu.1.& 5.
2 Obſeruantia ſtatuti præſumitur, niſi ſtatutum ſit contra ius, cap.102.nu.4.
2 Obſeruantia contractus, quando agitur de præſumẽda confirmatione Apoſtolica, ob temporis antiquitatẽ, iuncta obſeruantia, debet probari clarè, & apertè ab eo, qui illum allegat, non autem per præſumptionem, cap.102.nu.5.
2 Offendens clericum, credẽs illum eſſe laicum non incurrit ſententiam canonis, ſi quis ſuadente, pag.278.nu.2.
2 Offendens mediatores rixæ, quos non intendebat offendere, non punitur, pag.278.nu.3.
2 Officia ad vitam duratura in legitimam computantur, cap.86.nu.15.
2 Officia omnia monaſterij, & adminiſtrationes ſunt manualia ad nutum Abbatis, c.35.nu.140.

1 Offi-

INDEX.

1 Officium Vicarij poſt obitum Epiſcopi expirat, cap.55.nu.18.

2 Officium iudicis nobile ex ſola equitate conceditur, cap.67 nu.6.

Item praſcribitur ſpacio 40. annorum ibidem numero 7.

Item tollitur per praſcriptionem ſtatutariam, ibid.nu.4.& 5.

2 Omiſsio ſolemnitatis reddit actum ipſo iure nullum, etiam ſi ſtatutum non habeat clauſulam annullatiuam, dummodo contineat cauſam perpetuam prohibitionis, cap.29.nu.7.

1 Onera qui non ſubeunt, nec beneficijs ſtatutorum gaudent, cap.9 nu.2.

1 Onus quando pluribus in eodem gradu inſtitutis ſimpliciter imponitur, cenſetur omnibus impoſitū, niſi in conditione grauaminis de aliquo fiat mentio, quia tunc ille ſolus grauatus cenſetur, & non alij, cap.76.nu.8.& 9.

2 Onus, ſeu grauamen iniunctum ſub certa conditione, ſub contraria ademptum cenſetur, cap. 103 nu.3.& 11.

1 Opinio irrationabilis, & contra mentem teſtatoris non attenditur, cap.58.nu.23.

1 Opinio communis, quòd renouatio emphiteuſis debeat fieri cum eiſdem pactis, cum quibus facta fuerat prior inueſtitura, declaratur, cap. 3.num.6.

1 Opinio, quòd Agnatis renouatio non ſit facienda, quando tempore petitionis res non erat integra reprobatur, cap.3.nu.23.

1 Opinio Ioannis de Anan. Bolognini, & Gozadini, quòd attendenda ſint ſtatuta loci, vbi bona ſunt ſita pro maiori parte declaratur procedere ad effectum additionis hæreditatis, non autem ad effectum excluſionis ab hæreditate, cap.9.nu.12.

1 Opinio Iaſonis, & Rimmaldi Iun. quod ad minuendam legitimam matris ſufficiat, vt frater præteritus faciat concurſum ab inteſtato, reprobatur, cap.10.nu.3.

1 Ab opinione communi receditur, quando conuincitur per concludentem rationem, cap.31.nu.4.

1 Opinio Bald. in l.ouacibus nu.41.C.de impub.& alijs ſubſtit. reprobatur, cap.33.nu.14.

1 Opinio Socin.iun.& Emanuelis Coſta refellitur, cap.33.nu.15.

1 Opinio Bald. in conſ.84.lib.4. approbatur per Rotam, cap. 34.nu.5.

1 Opinio Oldradi, quòd beneficium non dicatur curatum, quando cura apud plures reſidet, tanquam repugnans Concilio Tridētino non eſt tenenda, cap.52.nu.5.

1 Opinio Staphilei, quatenus confundit beneficia patrimonialia, non beneficijs iuriſpatronatus, reprehenditur, cap.53.nu.10.

1 Opinio collectoris in deciſ.20. de præben. & deciſ.4.eod. tit. in antiquioribus declaratur, cap. 55.num.61.

2 Opinio Staphilei, quod ad præſcribendum ſtatum beneficij ſecularis indiſtinctè ſufficiant decem anni reprobatur, cap.55.nu.71.

1 Opinio quæ diſtinguit amplectenda eſt, cap.74. numero 1.

1 Opinio Angeli, quod exemplo in Archiuio reperto ſtandum ſit, reprobatur, cap.81.nu.19.

1 Opinio Oldradi, quod valor conſideretur iuxta locum, in quem collata eſt gratia, non autē vbi facta eſt, communiter reprobatur, capitulo 94. numero 6.

2 Opinio Rebuffi in praxi tit. quid ſit &c. nu.8. in fine reprobatur, cap.3.nu.4.

2 Opinio collectoris in deciſ.1. de priuileg. in antiquis, quòd in priuilegijs exemptionum requiratur ſubſcriptio Cardinalium reprobatur, cap. 9.num.2.

2 Opinio Angeli, in conſ.168. quod per adēptionem ſub conditione factam intelligatur inſtitutio facta ſub contraria conditione, ſi ſcilicet non alienabit, reprobatur, cap.14.nu. 3.

2 Opinio Baldi in l.voluntas, nu.6. C.de fideicom. & in authen. ſi quas ruinas, C.de Sacroſ. Eccleſ. declaratur cap.25.nu.20.& 21.

2 Opinio Marſilij in ſingul.512. quod ſit credēdum vnico etiam teſti dicenti ſe fuiſſe ſubornatum, refellitur, cap.35.nu.38.

2 Opinio Milei in Repertor. in verb. pæna decretalis auaritia, reprobatur, cap.35.nu.49.

2 Opinio, ſeu votum D. Robuſterij relatum in deciſ.578.num.3. parte prima, diuerſ. reprobatur, cap.39 nu.13.

2 Opinio Angeli in l.2.§. ſi rem, prope finem, de vſucapion quod ſemel interrupta præſcriptione ſtatutaria, excluſa vlteriori, ſtandum ſit diſpoſitioni iuris communis reprobatur, cap.67.n.16.

2 Opinio Beroi in conſ 124.lib.1. nu.16. in fine declaratur, cap.75.nu.32.

2 Opinio Corn. in conſ.263.lib.1. & Soc.iun.conſ. 64. ſub numero 2.lib.2. declaratur, cap.86.numero 15.& 18.

2 Opinio Abbatis & Felini, quod iudex poſsit moueri ex his, quæ ſunt extra acta, reprobatur, cap. 107.num.2.

2 Opinio Couarruuia, quod debitor in Saluiano poſsit cogi ad ſolutionem, alioquin, quod pignus diſtrahatur, reprobatur, cap. 117.nu.29.

2 Opinio Sforz. Odd. quod ſubſtitutio ſolum dicatur reſtricta ad bona teſtatoris, quando fuit facta cum dictione taxatiua tantum reprobatur, pagin.294.nu.8.

2 Opinio Bart. in l.Centurio nu.27. de vulg. Quod quando teſtator ſubſtituit filio pupillo per verbum commune in omnibus bonis ſuis, vel in tota hæreditate cenſeatur comprehenſa pupillaris directa reprobatur, pag.297.nu.32.

1 Oratorium ſimplex ex quibus ſignis cognoſcatur, cap.55.nu.8.

1 Ordinarius poteſt aliquem ad concurſum admittere non obſtante, quod terminus ab eo præfixus ſit elapſus, & aduerſarius, qui comparuerat durante termino contradicat, cap.52.nu.29.

2 Ordinariorum appellatione comprehenduntur etiam inferiores Epiſcopo, quando materia eſt ipſis inferioribus adaptabilis, cap.15.nu.13.

Reliqua in materia Ordinarij, vide in verbo, Epiſcopus.

2 Origo rei, & initiū eſt ſpectandū, pag. 290. n.3.

2 Pa-

P

2 PActū renouationis in 29. annos adiectū in contractu emphyteotico intelligitur de prima renouatione ad tollendam infinitatem, pagin. 304 nu. 18.

1 Pactum, quod finita emphyteuſi Eccleſia teneatur renouare proximioribus Agnatis non valet, cap. 3. nu. 14.

1 Pactum aut conſuetudo contraria accipienti in materia vſurarum non prodeſt, cap. 67. nu. 6.

1 Pacta alicuius inſtrumenti, vel ſcripturæ obſeruans, illud inſtrumentum, ſeu ſcripturam approbare cenſetur. cap. 81. nu. 13.

2 Pactum, quod de damnis, & intereſſe ſtatur iuramento partis, valet, & illi ſtandum eſt, cap. 16. nu. 8.

Intellige ſecundum aliquos, quo ad quantitatem, quando alias conſtat de damno, ibid. nu. 9.

Illius vigore, quando ſumma, pro qua iuratur eſt conſiderabilis, Iudex non debet deferre iuramentum, niſi concurrat coniecturæ, ibid. nu. 10.

Item habet locum, quamuis iurans non ſit omni exceptione maior, ibid. nu. 11.

2 Pactum de retrouendendo cum hypotheca nō præſcribitur, niſi ſpacio 40. annorum, cap. 57. nu. 1.

2 Item pactum de retrouendendo quandocumque, & perpetuo, ſpacio 30. annorum extinguitur, cap. 67. nu. 56.

2 Pactum prohibitorium hypothecæ ſinè conſenſu Domini in contractu emphyteotico, intelligitur de re emphyteotica, in qua locator poteſt ſi vult præferri, non autem de ea, quæ fit ad effectum ædificandi, cap. 75. nu. 34.

2 Pactum, quod penſio debeat eſſe libera, & exempta ab omnibus expenſis in contractu locationis licitè apponi poteſt, pag. 286. nu. 15.

Non comprehendit damnum, ſeu periculum ex natura rei proueniens, ibid. nu. 16.

2 Pactum aſſecurationis capitalis inter ſocios fieri poteſt, etiam eodem contextu, quando pars lucri remittitur, pag. 287. nu. 21.

2 Pactum inæqualitatis in ſocietate, videlicet, quod vnus plus habeat altero, valet, ſi plus contulerit pecunia, vel opere, cap. 146. nu. 1.

Non valet, quamuis ſit æqualitas in lucro, quando inæqualitas prouenit ex eo, quod plus vnus contulerit, quam alius, reprobata opinione Cornei, ibid. nu. 2.

1 Papa non ſolet diſpenſare cum ſimoniaco, vt beneficium acquiſitum per ſimoniam retineat, cap. 41. nu. 69.

1 Papa ſolus poteſt laicum reddere capacem iuris ſpiritualis, cap. 95. nu. 21.

1 Papa concedens libertatem teſtandi illi, qui alias teſtari poterat, cenſetur ei remittere ſolemnitatem teſtandi, cap. 97. nu. 5.

1 Papa reſcribens per verbum (Placet) cenſetur omnia concedere, quæ non ſunt cancellata, cap. 98. num. 1.

2 Papa ſinè conſilio Cardinalium poteſt de rebus, quantumuis arduis ſtatuere, cap. 9 nu. 3.

Papæ credendum eſt præſertim in materia, in qua liberam poteſtatem habet, ibid. nu. 5.

2 Papa eodem contextu dans retentionem penſionis cum promotione ad Epiſcopatum, non facit nouam gratiam, ſed tantum remouet obſtaculum ſtyli impediens, quominus penſionarius poſſit donec viuit retinere penſionem, & tunc gratia non poteſt dici ſubreptitia, cap. 18. num. 36. & 37.

2 Papæ ſcientia probari poteſt nedum per litteras, ſed etiam per teſtes, ibid. nu. 41.

Item probatur ex clauſula motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, ibid. nu. 44.

Papa in beneficialibus pleniſſimam habet poteſtatem, ibid. nu. 53.

2 Papa, ſeu alius Princeps in dubio non præſumitur velle derogare priuilegio ex cauſa oneroſa conceſſo, cap. 23. nu. 5.

2 Papa non cogitur diſpenſare, & gratiam facere, cap. 30. num. 7.

2 Papa concedens laicis priuilegium, vt poſſint decimas percipere, niſi diſpoſitioni cap. prohibemus de decim. ſpecialiter deroget, aut ſaltem Concilijs generalibus in genere, actus dicitur nullus ex defectu voluntatis, cap. 38. nu. 42.

Amplia, quamuis in priuilegio adſit clauſula, (Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis,) & clauſula (quorum tenores, &c.) quia non facta mentione de Concilijs generalibus, talis clauſula intelligitur de Conſtitutionibus Apoſtolicis editis per ſolum Papam, ibid. nu. 43. & 44.

2 Papa non præſumitur habere notitiam iuris ex ſpeciali conceſſione alicui competentis, ſed eius tantum, quod ex iuris communis diſpoſitione competit, cap. 40. nu. 23. & 34.

2 Papa vnius beneficia quomodo dicatur ſcire collationem ad aliquem ſpectare, cap. 40. nu. 33.

2 Papa reſeruans beneficia nemini iniuriam facit, cap. 94. nu. 2.

Papæ manus appoſitio inducit reſeruationem beneficiorum, ibid. nu. 5.

2 Papa procedens per viam declarationis nihil noui inducit, nec alteri præiudicat, cap. 94. nu. 52.

2 Papa per regulas Cancellariæ non cenſetur velle inducere nouas reſeruationes in præiudicium concordatorum Germaniæ, niſi de eis expreſſam & ſpecialem mentionem fecerit, cap. 94. nu. 44.

2 Papæ reſeruantur dignitates maiores poſt Pontificales in cathedralibus, & principales in collegiatis Eccleſiæ Germaniæ vigore concordatorum, etiam ſi ſint electiuæ, cap. 94. nu. 65. & 66.

2 Parrochia ex decem perſonis conſtituitur, quibus recedentibus manet parrochia habitu, licet non actu, & illis reuerſis iterum dicitur parrochia habitu, cap. 95. nu. 2. & 7.

Non deſinit eſſe parrochialis actu etiam ſi parrochiani, qui in parrochia habitant, ex aliqua cauſa, vel culpa ibi non recipiant Sacramenta, ibid. numero 3.

2 Parrochiæ ſtatus non mutatur propter culpam, ſeu negligentiam Curati in adminiſtrandis Sacramenta parrochianis, qui ea de cauſa cogātur accedere ad alia loca, cap. 95. nu. 6.

2 Par-

2 Parrochiani vnius eccleſia, licet audiant diuina, & ſacramenta percipiant in aliena parrochia, non tamen efficiuntur de illa parrochia, niſi animo perpetuæ habitationis cum rerum ſubſtantia ibi ſiant incolæ & parrochiani, cap.95.n.5.

1 Parrochus de iure communi habet fundatam intentionem in perceptione decimarum ex omnibus prædijs exiſtentibus in ſua Parrochia, cap. 11.num.12.

2 Item ſuper omnibus obuentionibus ſpiritualibus intra limites parrochiæ contingentibus, cap.42. num.6.

Parrochus an, & quando manuteneri debeat in poſſeſſione exigendi decimas, vide in verbo, manutentio.

1 Parrochus non tenetur probare decimas ſibi competere, ſed onus huius probationis incumbit contrarium aſſerenti, & ius commune contra ſe habenti, cap.11.nu.14.

2 Parrochus poteſt deputare laicos, vt nomine ſuo oblationes, & dona percipiant, & cuſtodiant, dummodo illa non percipiant de altari, cap.42. num.11.

2 Parrocho tantum decimæ, primitiæ, & oblationes debentur, non autem alijs clericis in eccleſia ſeruientibus non obſtante conſuetudine in contrarium, cap.54. nu.3.& 4.

1 Præſumptio eſt, quod aliquis perceperit fructus magis ex cauſa licita, quam illicita ad euitandum ſpolium, & delictum, cap. 36. nu. 3.

1 Præſumptio emancipationis ex curſu temporis inducitur, cap. 58. nu. 21.

1 Præſumptio, quod qui olim poſſedit, præſumatur poſſediſſe tempore ſpoliationis, in rebus mobilibus locum non habet, cap. 59. nu. 12.

2 Præſumptio iuris operatur, vt qui illam habet pro ſe ſuper negatiua narrata, releuetur ab onere illam probandi, cap. 1. nu. 31.

2 Præſumptio ſolemnitatis ex lapſu temporis locum habet quando allegatur eo, ad cuius fauorem præſumitur, ſecus ſi ab eo negetur, cap. 24. nu. 3.

2 Præſumptio quo ad vnum connexum operatur, quo ad aliud, quando is, ad cuius fauorem præſumitur non negat, ſecus ſi neget factum proprium, ex quo oritur præſumptio, quia tunc ratio connexorum nihil operatur, cap. 24. num. 5. 7. & 8.

2 Præſumptio l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm. habet locum, quo ad portionem proprij parentis, non quo ad portionem alterius, cap. 31. nu. 27.

Item locum habet in portione, quæ ipſi patri, ſeu matri eſt pure relicta, non ſub conditione, ibid. num. 28.

2 Præſumptio l. Quintus, de donat. inter virum, & vxor. quod pretium ſolutum ab vxore in emptione bonorum, ex pecunijs viri ſolutum præſumatur, locum habet etiam ſi marito præſente vxor emat, & pretium ſoluat, cap. 82. nu. 2.

Limita, niſi etiam vltra præſentiam mariti aſſeratur in inſtrumento, vxorem ſoluere de proprijs pecunijs, ibid. nu. 3. & 5.

2 Præſumptio generalis, quod pecunia ſit numerantis non tollit præſumptionem ſpecialem, l. Quintus, de don. inter vir. & vxor. cap. 82. nu. 4.

2 Præſumptio l. Quintus, ſecundum aliquos non habet locum, quando eſt controuerſia inter vxorem, & extraneum, ſiue tertium, cap. 82. nu. 7.

2 Præſumptio, l. Quintus habet locum in vidua durante anno luctus, cap. 82. nu. 8.

2 Item in vidua poſt annum [illegible] dotem mariti [illegible] bona filiorum [illegible] cap. 82. num. [illegible]

Fallit ſi probetur ipſam aliunde potuiſſe acquirere, et quod habere alia bona, quam dotalia, ſi vel eſſet negotiatrix, ibidem, nu. 10. [illegible]

2 Præſumptio non debet capi per quam [illegible] redatur nullus, pag. 284. num. [illegible]

2 Præſumptio, quæ capitur ex reſtrictione verborum teſtatoris, vt voluerit facere ſubſtitutionem [illegible] ni tempore fideicommiſſariam, non admittit interpretationem in contrarium, niſi liquido appareat de contraria voluntate, pag. 285. n. 16.

Præſumptio ſeu coniectura deſumpta ex affectione ſubſtitutorum ad inducendam pupillarem ad excluſionem matris, non attenditur, vbi ſubſtitutio facta pupillo, eſt reſtricta ad bona teſtatoris, & facta per verba communia, ibid. nu. 17.

2 Primitiæ Parrocho tantum debentur, non autem alijs clericis in Eccleſia ſeruientibus, cap. 34. n. 1.

Item ſunt de iuribus parrochialis Eccleſiæ, & illi debentur ratione Sacramentorum. ibid. nu. 2.

Amplia, vt primitiæ Parrocho tantum debeantur, quamuis conſuetudo vigeat in contrarium, ibidem, num. 4.

2 In primitijs conſuetudo attendi debet circa quantitatem, non autem reſpectu perſonæ, cui ſolui debent, cap. 34. nu. 5.

1 Primogenitus, quando cum alijs fratribus feudum conferre teneatur, cap. 65. per totum.

2 Primogenitus, qui ſolus debet ſuccedere in feudo, conſentiens, quod inueſtitura fiat omnibus fratribus, ſibi, & ſucceſſoribus præiudicat, cap. 58. n. 4.

Item ſibi præiudicat in totum conſentiendo inueſtiri ſecundum genitum, ibid. nu. 5.

2 Primogenitus habens feudum ex pacto, & prouidentia, de iure communi feudorum non poteſt primogeniturâ agnatis viuentibus, vel inde conceptis, ſed tantum naſcituris, cap. 56. nu. 8.

2 Primogenitus, iure primogenituræ ſibi competente ex diſpoſitione, vel priuilegio Principis, per patrem, vel alium priuari nequit, etiam ſi aduerſus patrem ingratus fuerit, cap. 90. n. 3. & 5.

2 Primogenitus, tantum de conſuetudine in feudo iuriſdictionali ſuccedit, cap. 120. nu. 5.

1 Princeps ſæcularibus an poſſit prohibere ne in contractibus iuramentum apponatur, cap. 62. per totum.

1 Princeps ſæcularis non debet pati, vt peierantes viuant, cap. 62. nu. 3.

1 Princeps concedens libertatem teſtandi illi, qui alias teſtari poterat, cenſetur illi remittere ſolemnitatem teſtandi, cap. 97 nu. 5.

2 Princeps, cum in ſua Conſtitutione aliquid refert tanquam geſtum a ſeipſo, cenſetur approbare, & tacite diſponere, cap. 8. nu. 7.

2 Princeps in dubio non præſumitur velle derogare priuilegio ex cauſa onoroſa conceſſo, c. 23. n. 5.

2 Princeps poteſt concedere feudatario in præiudicium primogeniti, vt ipſe diuidat bona feudalia inter filios, cap. 28. nu. 1.

2 Princeps poteſt legitimationem, ſeu aliud priuilegium a ſe conceſſum quandocunque præſertim

per

per viam legis uniuerſalis reuocare, & multò magis modificare, ſeu limitare, cap. 30. n. 9. & 10

2 Princeps non præſumitur habere notitiam iuris ex ſpeciali conceſsione alicui competentis, ſed ius tantum, quod ex iuris communis diſpoſitione competit, cap. 40. nu. 23. & 34.

2 Princeps concedens priuilegium contra ius commune cenſetur derogare nedum iuri communi, ſed etiam ſententia pro eo lata, cap. 85. nu. 17.

2 Princeps quamuis ſoleat interpratari voluntates defunctorum, non tamen ſolet per clauſulas generales illis derogare, cap. 88. n. 6.

2 Prior conuentualis habens curam animarum tam in foro pœnitentiali, quam iudiciali ipſo iure pœnam priuationis incurrit, ſi intra annū non promoueatur, ſiue habeat dictum Prioratū in titulum, ſiue in commendam, cap. 35. num. 98. & 99.

2 Prior in tempore eſt potior in iure, pag. 289. n. 5.

2 Priuatio præſupponit habitum, & acquiſitionem, cap. 32. nu. 6.

2 Priuatio beneficiorum ex quibus cauſis inducatur, & quando agitur de priuatione monaci, ad quem ſpectet cognitio, an ad Epiſcopum, vel potius ad Abbatem, cap. 35. per totum.

2 Priuatio locum non habet, vbi lex non diſponit, cap. 72. nu. 6.

2 priuatio beneficiati etiam ob contumaciam inducit reſeruationem beneficiorum, quibus fuit priuatus, clauſam in corpore iuris, cap. 94. n. 28.

2 Priuatio iuris proprij propter vtilitatem publicam tolleratur, cap. 220. nu. 4.

2 Priuatus poſſeſsione ex decreto nullo debet reſtitus etiam ſi ſit tertius, cap. 6. nu. 4. & 6.

1 Priuilegium decimarū, quod laicis conceditur an requirat ſpecialē derogationem Concilij Lateranenſis, vel Conciliorum generalium, cap. 19. per totum.

1 Priuilegij cauſa debet attendi, & ea ceſſante ceſſat priuilegium, cap. 30. nu. 29.

2 Priuilegium habens certam diſpoſitionem, operatur, vt licet in eo fiat mentio per dictiones relatiuas de alijs priuilegijs, tamen opus nō ſit, quod illa appareant, cap. 1. nu. 146.

2 Priuilegium repertum in regiſtro aliarum Bullarum Papæ, & ab eo ſolemniter extractum plenam fidem facit, cap. 9. nu. 1.

Habens ſubſcriptionem officialium Papæ plenè probat non ſolum actum tunc geſtum, ſed etiam narrata per Papam, ibid. nu. 4.

1 In priuilegijs exceptionum Papæ ſubſcriptio Cardinalium non requiritur, reprobata opinione Collectoris, cap. 9. nu. 2.

2 Priuilegium non facta derogatione regulæ de iure quæſito non tollendo, ad viam iuris communis non reducitur, & reductio aliter facta nō valet, præſertim ſi priuilegium fuerit conceſſum ex cauſa onéroſa, cap. 23. nu. 1. & 4.

2 Priuilegium a Principe conceſſum, poteſt ab ipſo quandocumque præſertim per viam legis reuocari, & multo magis modificari, ſeu limitari, cap. 30. nu. 10.

2 Priuilegium habens decretum irritans operatur a die dota, etiam ante ſcientiam priuilegiati, & ita non valent retrogeſta contra ipſum etiam ignoranter, ſi ipſe decrito vti voluerit, cap. 39. nu. 7. & 9.

2 priuilegio priori per aliud ſubſequens nunquam derogatum cenſetur, niſi de illo fiat mentio, propter illius præſumptam ignorantiam, cap. 40. num. 24.

2 priuilegium habens clauſulam, quod illi derogari non poſſit nec in genere, nec in ſpecie, & quatenus ei derogetur eatenus confirmatum cenſeatur, non tollitur per clauſulas generales derogatorias, neque ex illa clauſula, Etiam ſi opus eſſet de clauſulis derogatorijs mentionē expreſſam facere. cap. 40. nu. 31.

2 priuilegium conceſſum ad inſtantiam Regis, vel illius Oratoris nō venit in derogatione generali priuilegiorum, & indultorum, cap. 40. num. 25. & 26.

Item nec conceſſum ad fauorem Vniuerſitatis, ibid. nu. 27.

Item nec conceſſum ex cauſa oneroſa, ibid. nu. 28.

2 priuilegium conceſſum Regi, vel alij iure ſpeciali, non comprehenditur in derogatione etiam generaliſsima priuilegiorum alijs conceſſorum, etiam cum clauſula ad inſtantiam Regum, & cum derogatione regulæ de iure quæſito non tollendo, niſi ſpecifica mentio de eo facta fuerit in derogatione, cap. 40. nu. 29.

2 priuilegia ex cauſa dotis mulieribus conceſſa competunt etiam ſterilibus, cap. 69. nu. 12.

2 priuilegium, quod trebellianica detrahi non poſſit non datur loco, ſed piæ cauſæ, cui relinquitur, cap. 72. nu. 21.

2 priuilegium legitimandi ſtantibus legitimis non intelligitur conceſſum, niſi in ſpecie hoc dicatur, cap. 81. nu. 9.

2 priuilegium datum reducendi legitimatos in prīſtinum ſtatum naturæ, ita vt poſſint ſuccedere, ac ſi de vero, & legitimo matrimonio nati eſſent, etiam cum filijs legitimis, & naturalibus, intelligitur, vt ſuccedant ſolum cum legitimis, ſed non excludant legitimos, cap. 81. nu. 10.

1 priuilegium Comitis palatini continens facultatem legitimandi in genere quoſcunque ſpurios, inceſtuoſos, nefarios, comprehendit vere quamlibet ſpeciem ſpuriorum, inceſtuoſorum, & nefariorum, cap. 15. nu. 7.

1 priuilegium Comitis palatini, in quo ſpecialiter, & in indiuiduo derogatum fuit Authen. quib. mod. nat. effe. ſui. §. fin. comprehendit etiam natos ex ſacrilegio, & monachatu, cap. 15. nu. 12.

2 priuilegium exemptionis extenditur etiam ad bona acquirenda poſt conceſsionem, quādo eius verba ſunt uniuerſalia, ſecus ſi ſint ſolum indefinita, cap. 85. n. 1. 3. & 4.

2 priuilegium pendente lite impetratum non ſuffragatur, nec liti praiudicat, niſi de ea fiat mentio etiam ſi priuilegium Motu proprio fuerit conceſſum, cap. 85. nu. 8.

Limita, niſi lis eſſet turbida, de qua non eſſet, facta mentio in Motu proprio, ibid. nu. 9.

2 priuilegium impetratum lite pendente valet

lite

Digitized by Google

lite finita, quando ſententia fuit lata pro impetrante, cap.85.nu.13.

Declara, *quando priuilegium eſt generale, ſecus quando fuit ſpecialiter impetratum in certa lite doloſe, non ex ſimplicitate, & ignorantia, quia tunc licet non praiudicet liti, ea tamen finita ſuſtinetur, ibid.nu.12.& 14.*

2 *priuilegium impetratum lite pendente non faciens mentionem de iure illius, qui ſententiam obtinuit non valet etiam lite finita, cap.85.nu.15.*

Valet quo ad litem nouiter inſtaurandam, quando ſententia fuit lata ſuper eo, quod competebat, de iure communi, ibid.nu.16.

2 Priuilegium *quantumuis generale impetratum lite pendente, non trahitur ad lites pendentes, & ſic non comprehendit præterita, nec pendentia, ſed futura, cap.85.nu.18.*

2 *priuilegium impetratum in materia, ſuper qua fuit lata ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non valet quò ad ipſam ſententiam, ſi nõ faciat de ea mentionem, cap.85. nu.19.*

2 Priuilegium *tacitum, & fictum tollitur ſublato priuilegio vero, cap.101.nu.9.*

2 Priuilegium *reuocationis attentatorum non egreditur perſonas, inter quas illa fuerunt commiſſa cap.121.nu.61.*

1 Probans *poſſeſſionem ex priuilegio decimandi in toto aliquo territorio reſpectu fructuum, qui in eo alias naſcebantur, iuuatur, vt manuteneri debeat etiam reſpectu noualiũ ex poſt repertorum in eodem territorio, cap.11. nu.32.*

1 Probatio *famæ priuilegij an ſit neceſſaria per ſpacium 40. annorum ante litem motam, vel minus tempus ſufficiat ad effectum, vt immemorabilis in decimis laico ſuffragetur, cap.17. per totum.*

1 Probatio *ex confeſſione reſultãs admittitur etiam contra præſumptionem iuris, & de iure, cap.41. num.10.*

1 Probatio *eſt conſequutio rei probatæ, capitulo 51. num.10.*

1 Probatio *in liquidatione fructuum perceptorum, ad quorum reſtitutionem aliquis per rem iudicatam condemnatur, debet concludere per neceſſe, non autem per poſſibile, ſecus ſi rei iudicata condemnet ad fructus, qui percipi potuerũt, quia tunc probatio per poſſibile, & etiam præſumptiua admittitur, cap.87.nu.8.*

2 Probatio *per publicam vocem & famam ſufficit, quando agitur de probanda vacatione, ſeu obitu in menſe Apoſtolico ad effectum reſeruationis beneficij, nec* Ordinarius, *aut prouiſus ab eo eſt in cauſa, cap.1.nu.197.& 199.*

2 Probatio *plena illa dicitur, quæ ſecundum ſubiectam materiam eſt talis, cap.1.nu.198.*

Item *probatio plena requiritur in re magni præiudicij, ibid.nu.200.*

2 Probatio *plena, & concludens requiritur ad probandum ſimoniam, vbi agitur ad priuationem beneficiorum, ſi autem agatur tantum ad reppellendum aliquem ab aſſecutione beneficij nõdum obtenti, probationes leuiores ſufficiunt, cap.35. nu.18.& 19.*

2 Probatio *ad probandum delictum debet de neceſſitate concludere, cap.35.num.29.*

2 Probatio *nec ſemiplena inducitur per famam, quando agitur de crimine etiam ciuiliter intentato, ſed ſolum ex fama oritur indicium delicti, cap.35.nu.81.& 82.*

Probatio *concludens oritur etiam ex coniecturis, & præſumptionibus vrgentibus, ibid.nu.94.*

Probatio *exactiſſima non requiritur in materia beneficiali, ſed ſufficit ordinaria, dummodo ſit plena, & concludens ſecundum ſubiectam materiam, cap.35.nu.95.*

2 Probationes *in cauſa conuentionis facta, non proſunt in cauſa reconuentionis, cap.107.nu.8.*

1 Probationes *leuiores in iudicio retinendæ ſufficiunt, cap.11.nu.13.*

2 Probationes *contra auctorem factæ non nocent ſucceſſori in maioricatu, niſi in proſequutione, litis fuerit citatus ſaltem per proclama, vel aliquos actus fecerit, per quos ſibi præiudicauerit, cap.121.nu.6.*

Probationes *etiam poſt ſententiam admittuntur, quando tendunt ad corroborationem probationum antiquarum, ibid.nu.21.*

1 Procuratores, *vel delegati ſi plures adhibeantur ſimpliciter, non cenſentur dati in ſolidum, ſed coniunctim, cap.46.nu.4.*

1 Procuratoris *malitia, vel dolus* Domino *non nocet, ſed eius tantum negligentia, cap.86. nu.15.*

1 Procurator *nedum in omittendo* Domino *præiudicat, ſed etiam præiudicat rei iudicatæ faciendo actus poſitiuos, & iudice illos admittente, licet fuerit proteſtatus, cap.87.nu.n.37. & 38.*

1 Procurator *parte opponente debet mandatũ producere, alias acta facta poſt dictam oppoſitionem non ſuſtinentur, parte vero non opponente ſufficit de mandato quandocunquè docere, cap. 92.nu.1.*

1 *Procuratoris falſi acta veniunt annullanda etiã quod contra eum, in quolibet actu non fuerit proteſtatum, ſeu repetita proteſtatio, eum non debere audiri, niſi docto de legitimo mandato, cap.92.nu.5.*

2 Procurator *ad lites reuocatus cenſetur per comparitionem conſtituentis ſine clauſula, citra reuocationem, &c. cap. 26.nu.1.*

Fallit *ſi conſtituens nõ fecerit actum iudicialem, ibid.nu.2.*

Item *fallit, ſi conſtituens poſtea compareat in* Iu*dicio cum dicta clauſula, ſeu proteſtatione, ibidem nu.3.*

2 Procurator *non cenſetur reuocatus ex eo, quod per aliquot annos nihil geſſerit, niſi de expreſſa reuocatione mandati appareat contra* Ca*ſtrenſem, cuius opinio reprobatur, cap.26.nu.4.*

2 Procurator *accipiens poſſeſſionem beneficij ante expeditionem literarum, ſi non habeat ſpeciale mandatum, non facit incidere* Dominum *in pœnam priuationis beneficij, cap.35.nu.56.*

2 Procurator Dominus *litis effectus poſt mortẽ conſtituentis poteſt litem proſequi, donec appareat, quis vellit eſſe hæres, cap.62.nu.3.*

Itẽ procurator Dominus *litis effectus cuius mandatum durat, poteſt alium ſubſtituere, ibid.n.5.*

2 Pro-

2 Procurator Dominus litis effectus nō poteſt litem proſequi poſt obitum conſtituentis in ſecunda, vel vlteriori inſtantia, niſi mandatum illam explicitè comprehendat, vel habeat clauſulam releuans, cap.62.nu 7.

2 Procurator ad exigendum non cenſetur habere facultatem quietandi, niſi facta reali ſolutione, etiam ſi habeat mandatum cum libera, cap.93. num.4 & 5.

2 Procurator ad exigendum ſi partem debiti recipiat, & quietantiam faciat de toto, non per hoc principali ſunt ſublata actiones contra debitorem, præſertim ſi in mandato dicatur, & de habitis, receptis, & recuperatis quietandum, cap. 93.num.6.

Procurator non habens mandatum ſpeciale ad exigendum, ſi confitentur ſe recepiſſe pecuniam a debitore non præiudicat Domino, etiam ſi conſtet de numeratione, ibid.nu.1.

Procurator habens mandatum ad exigendum ſi confiteatur pecunias recepiſſe, non præiudicat Domino, niſi conſtet de numeratione, ibidem numero 2.

Limita quando procurator non ſolum habet mandatum ad exigendum, ſed etiam ad quietandum & exactum pecuniam confitendum ſecundum aliquos, ſed contraria opinio eſt magis communis, ibid.nu.3.

Procurator habens mandatum ad exigendum, recipiendum, & per pactum debitorem liberandū, & componendum, ſi confiteatur pecunias recepiſſe, Domino præiudicat, ibid.nu.8.

Item confitens exegiſſe Domino præiudicat, ſi decretum iudicis interuenerit, ibid.nu.9.

Idem eſt, quando quietatio facta per eum continet actionum ceſſionem, ibid.nu.10.

Idem, quando eſſent adiecta verba aliqua, ex quibus denotaretur realis numeratio, ibid.nu.11.

Procurator generaliter conſtitutus ad omnia negotia Domini, vt ſunt Inſtitores ſi confiteatur pecuniam a debitore recepiſſe, præiudicat Domino, ibid.nu.12.

Idem eſt, quando Dominus in mandato iuraſſet ſe ratum habiturum quidquid per procuratorem factum fuerit, etiam ſi in mandato adeſſent clauſulæ appendicia, ibid.nu.13.

Procurator ad exigendum confitens pecunias recepiſſe, quando conſtat de fraude illius nūquam Domino præiudicat, ibid.nu.14.

2 Procurator, qui amici ſui filium defendit in iudicio, impenſam non repetit, ſed donandi animo, eam feciſſe præſumitur, cap.110.nu.36.

2 Procurator vel ſcriba poſſunt retinere acta, & proceſſus litis donec pro expēſis eis ſoluatur quod debetur, cap.112.nu.3.

2 Procurator in cauſa criminali ad accuſandū conſtitutus, debet habere ſpeciale mandatum iurandi in animam conſtituentis, quod ipſe conſtituēs credit crimen expreſſum verum eſſe, & ſe illud poſſe probare, pag 210.nu.6.

1 Producens ſcripturā aliquam non intelligitur fateri contenta in ea, niſi quatenus ſcriptura illa per ſe probat, cap.82.nu.18. & 19.

1 Productio ſcripturæ priuatæ, vel copiæ ſimplicis nullam operatur confeſſionem producentis, cap. 82 num.18.

2 Productio actorum geſtorum in vna cauſa, debet fieri in alia, alias non probant licet ſint facta coram eodem iudice, & inter eaſdem perſonas, cap. 107.num.1.

2 Productio teſtamenti, cuius virtute petitur immiſſio ex remedio l.fin C.de edicto diui Adriani tolle. in actis fieri debet, nec ſufficit ſi teſtamentum iudici tantum exhibeatur, capitulo 107.nu.3.

Productio inſtrumenti cuius vigore agitur debet fieri in actis illius notarij, qui cauſam tractat, nec ſufficit fuiſſe factam in actis alterius notarij eidem Iudici, & tribunali inſeruienti, ibid.n.4.

Productio facta in iudicio limitate ad certum finem & effectum ad alium, & diuerſum non operatur, ibid.nu.5.

Productio ſpecialis actorum, quorum copia datur operatur, vt illa tantum ſint de actis, & non reliquus proceſſus, ibid.nu.6.

Productio actorum geſtorum in vna cauſa, ad hoc vt probent in alia coram eodem iudice, & inter eaſdem partes, debet fieri etiam quando ſumus in eadem inſtantia in genere, ibid.nu.7.

Productio facta ante litem conteſtatam in eadem inſtantia in genere, non probat etiam inter eaſdem perſonas, niſi fiat de nouo tempore litis conteſtatæ, ibid.nu 10.

Productio debet eſſe realis cum ſpecificatione iurium, & termino ad opponendum, alias ſi ſit ſolum verbalis, non ſuffragatur, ibid.nu.11.

Amplia, vt procedat etiam in cauſis ſummarijs, & vbi mandatur procedi de plano, & manu regia, ibid.nu.12.

Productio teſtium vbi ſit in diuerſa cauſa, electio eſt illius, contra quem producuntur, an velit ſtare illorum depoſitionibus, vel teſtes repetere, niſi ſint mortui, ibid.nu.13.

2 Proemium declarat mentem diſponentis, & rationem finalem inducit, cap.77.nu 51.

1 Prohibens alienationem ſub certa pœna applicanda alicui alteri, non poteſt pœnitere, nec reuocare ſuam diſpoſitionem pœnalem, quando pœna fuit commiſſa, cap.5.nu.12.

1 Prohibitio teſtatoris ne eius, aut moleſtia alicui inferratur, intelligitur de vi, ſeu moleſtia facti non iuris, cap.1.nu.26.

1 Prohibitio alienationis tacita ex fideicommiſſo reſultans, an tollatur ab expreſſa limitata ad certum tempus, cap.4 per totum.

Prohibitio alienationis vſque ad certum tempus, quando cēſeatur permiſſum poſt tempus, ib.n.2.

1 Prohibitio alienationis nuda ab omni cauſa, tam expreſſa quam tacita non attenditur, quamuis hæreditas fuerit adita, cap.72.nu.6.

1 Prohibitio noua adiecta prohibitioni antiquæ de non alienando ampliat diſpoſitionem, cap. 95. num.27.

2 Prohibitio alienationis non reſiſtit venditioni, ſed ſolum impedit dominij translationem, cap.19. nu.4.& cap.65.nu.4.

2 Probibitio alienationis expreſſa actum in contrarium factum reddit ipſo iure nullum a principio, non autem tacita, cap. 61. nu. 4.

2 Probibitio alienationis ſtans per ſe, & poſita in parte teſtamenti ſeparata à ſubſtitutione, inducit fideicommiſſum abſolutum nedum in caſu alienationis, ſed etiam mortis, quando autem venit acceſſoriè, & conſequutiue ad ſubſtitutiones praecedentes, non inducit nouũ fideicommiſſum, ſed a praecedentibus ſubſtitutionibus regulatur, cap. 103. nu. 4. & 8.

2 Probibitio alienationis iungitur ſubſtitutioni praecedenti, quando ſtatim poſt pupillarem ſubſtitutionem in eodem capitulo, & ſub eodem verborum contextu immediatè per verba participia ſubſequitur, cap. 103. nu. 5.

Item iungitur ſubſtitutioni praecedenti, quando in probibitione adeſt dictio repetitiua, tam in haereditate, & bonis appoſita, quam in perſonis, ibid. num 6.

Probibitio alienationis ſubſequens, vbicumq; praecedunt ſubſtitutiones expreſſe in certis caſibus, cenſetur adiecta retento eadem themate, & facta ad carroborationem dictarum ſubſtitutionũ, vt arctet probibitos tantum eo caſu, quo grauati ſunt reſtituere, ibid nu. 9.

Probibitio expreſſa teſtatoris de non alienando, quando non eſt ſeparatim facta diutius non durat, quam duret legis probibitio, licèt ſit efficacior, & ſiue praecedat, ſiue ſequatur ſemper cenſetur facta reſpectiue ad ſubſtitutiones expreſſas, ibid. nu. 18.

Probibitio teſtatoris de non alienando vt operetur non perſonae probibitae ſpectantur, ſed illae quarum fauore facta eſt, ibid. nu. 19.

2 Probibitio de qua in cap. 1. de ſucceſs. feud. quòd de feudo teſtari non poſſit, an ſolum intelligatur de diſpoſitione, quae ſit inter extraneos, an vero etiam de ea, quae ſit inter liberos, cap. 120. num. 2. & 17.

1 Prohibitum ad tempus, quando poſt tempus permiſſum cenſeatur, cap. 4. nu. 2.

1 Probibitum vna via, alia admitti non debet, cap. 95. nu. 24.

2 Prohibito vno probibetur etiam aliud, per quod ad illud peruenitur, praeſertim vbi militat eadem ratio, & eadem mens legis, & eius aequitas, cap. 94. nu. 58. & 59.

2 Prohibitus alienare, ſi poſt defectam conditionem alium haeredem inſtituat, non dicitur contrauenire, cap. 103. nu. 13.

2 Probibitus alienare ſub paena caducitatis alienãs partem bonorum, cadit ſolum a parte alienata; & non in totum, etiam ſi in caſu alienationis alius vocetur, cap. 14. nu. 1. & 2.

2 Probibitus donare vſque ad certam quantitatem non poteſt facere plures donationes ſucceſſiue, cap. 15. nu. 3.

2 Promiſsio de euictione non operatur, niſi quo ad ea, quae fuerunt vendita, cap. 55. nu. 5.

2 Promiſſio alimentandi in dubio cenſetur perpetua, hoc eſt, durante vita illius, cui alimenta fuerunt promiſſa, cap. 83. nu. 29.

2 Promiſſio de ſoluendo fructus recompenſatiuos facta creditori ab haerede debitoris, cui bona ſubbaſtata fuerunt retrouendita ab oblatore iuxta ſtylum Ciuitatis Peruſij, numquid ſtante dilatione ei facta ad ſoluendum pretium, ſubſtineatur, pag. 287. num. 8. & ſeq.

1 Promittens factum alienum non excuſatur ab implemento, quando ipſe agit, ſecus quando per viam exceptionis vult euitare paenam, cap. 88. num. 15.

Limita, niſi conſtet ipſum adhibuiſſe omnem diligentiam, vt impleret, nec potuiſſe adimplere, ibid. nu. 16.

1 Promittens factum alienum, ſi ſe obligauit ad damna, & intereſſe non tenetur praeciſe adimplere, quamuis fuerit dictum, quod faciendo omnem diligentiam ſe excuſare non poſſet, etiam ex cauſa impoſſibilitatis, ſed ſoluendo intereſſe liberatur quamuis obligatio ſit iurata, cap. 88. nu. 17. & 18.

2 Promotio dicitur facta, quando parum ſupereſt vt fiat, cap. 94. nu. 56.

2 Pronomen (hoc) ad proxima refertur, cap. 77. num. 25.

1 Proprietatis mentio facta ad differentiam vſuſfructus intelligitur de nuda proprietate, niſi fiat mentio proprietatis implicite, ſeu concretiue ſub nomine fundi, cap. 29. nu 64. & 65.

1 De proprietate beneficij aduerſus poſſeſſorem habentem vltimum ſtatum non aliter dicitur conſtare, quam per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam, cap. 55. nu. 66.

1 Proteſtatio ſecundum propriam naturam ſententiam praecedit, cap. 47. nu. 13.

1 Proteſtatio quae fit contra iura producta, dicendo generalia contra &c. operatur, vt remaneat ius ſaluum excipiendi quandocumque, quòd alias fieri non poſſet, cap. 80. nu. 10.

Non operatur poſt rem iudicatam, licèt reſtitutio in integrum obtenta fuerit, ibid. nu. 10.

1 Proteſtatio, vt nihil fiat, niſi docto de legitimo mandato, debet repeti in quolibet actu, alioquin ab ea receſſum videtur, cap. 92. num. 2. Declarã quando procurator ab initio habebat mãdatum, licèt illud non produxerit, ſecus ſi nullum habebat mandatum, vel ſimus in caſu, in quo iudicium nõ poteſt claudicare, quia tunc iudicium eſt nullum, quamuis contra eum nõ fuerit proteſtatum, ibid. nu. 3. 4. & 5.

12 Proteſtatio, quod non cenſeatur receſſum ab antiqua hypotheca, niſi quatenus ex ſecunda ſequatur ſatisfactio, quid operetur, cap. 56. nu. 20.

2 Proteſtatio dicitur contraria facto, quando totum factum deſtruit, praeſertim quando factũ eſt certum, & determinatum contra proteſtationem, ſecus quando tendit ad limitationem actus, c. 56. num. 21.

12 Proteſtatio facta in renouatione ſocietatis officij, quod quis non intendit liberare obligatos in prima, donec de ſecunda ſibi fuerit ſatisfactum, valet, etiam quod ſecunda ſocietas ſit ſuper diuerſo officio, & proteſtatio ſit facta abſentibus obligatis in prima, cap. 56. nu. 22. & 23.

2 Pro-

2 Proteſtatio *contraria facto nihil operatur, pag. 290.col.2.nu.7.*

2 Protocollum *non valet, nec ex eo poteſt deſumi publicum inſtrumentum, niſi ſit ſcriptum, & ſubſcriptum manu notarij qui atteſtetur de eo fuiſſe rogatum,cap.68. nu.1.*

Item in protocolli recognitione non requiritur, quod manus notarij recognoſcatur per teſtes,qui viderint ſcribere,ibid nu 2.

1 Prouiſio *hominis, quando tollat prouiſionem hominis legis,cap.4.nu.12.*

1 *Prouiſio beneficij quando ſit facienda per concurſum,& numquid Epiſcopus magis idoneū eligere teneatur, & quis dicatur magis idoneus,cap. 52. per totum.*

1 Prouiſio *Apoſtolica non impedit ius patronatus, nec quaſi poſſeſſionem illius,etiam illi derogando,cap.55.nu.35.*

2 *Prouiſio facta ab Ordinario collatore cenſetur facta motu proprio, & nulla indiget iuſtificatione,niſi prouiſus ab Ordinario agat ad excluſionem prouiſi Apoſtolici,cap.1.nu.178.& 179.*

2 *Prouiſiones Apoſtolicæ non faciunt aliquem ſtatum,cap.30.nu.8. Vide in verbo,collatio.*

1 Prouiſus *de beneficio habet intentionē fundatam de iure communi,quod eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferrantur, cap.60.nu.2.*

Item poteſt dicere penſionem nullam, & inualidam, licet penſionarius exiſtat in quaſi poſſeſſione exigendi,ibid.nu.3.

2 *Prouiſus ab Ordinario,qui contra prouiſum Apoſtolicum ſe fundat in prouiſione Ordinaria ratione menſis,tenetur probare vacationem in tali menſe, in quo fundat intentionem ſuam, cap.1. num.180.*

Prouiſus a Papa non tenetur verificare narratiuam vacationis tanquam de beneficio reſeruato plenè,& concludenter, quando nec Ordinarius, vel alius prætendens collationem ad ſe ſpectare, aut prouiſus ab eis ſe opponit, etiam ſi in prouiſione Papæ adſit clauſula dummodo hac vice collatio ad nos pertineat, ſed ad ſemiplenā tantum probationem tenetur,ibid.nu.189.191.& ſeq.

2 Proximior *ad effectum, vt ei fieri debeat renouatio emphiteuſis dicitur ille,qui eſt magis propinquus vltimo, in cuius perſona eſt finita generatio,cap.3.nu.28.*

Proximior per repræſentationem an admittatur ad renouationem emphiteuſis petendam,quando adeſt alter verus proximior,ibid.nu.29.

Proximiores vbi vocantur ſub nomine collectiuo, vel indefinito,tunc cum illo,qui in veritate proximior eſt,concurrit etiam is,qui eſt ei coæqualis iuris fictione,ibid.nu.31.

2 *Proximior ex venditione conditionali non admittitur ad retractum,cap. 78.nu.6.*

1 Proximitas *gradus quando ſola conſideratur,frater excludit nepotem fratris patris ſui,& ſic nepotem ex fratre ſuo patruele,cap.3.nu.30.*

2 Publicatio *ſtatuti, ſeu conſtitutionis præſumitur quando conſtitutio eſt deſcripta in Archiuio publico,ita vt omnes illius copiam habere poſſint, cap.39.nu.32.*

Item quando concurrit diuturnitas temporis cum obſeruantia,ibid.nu.33.

Item quando conſtitutio eſt facta a Prioribus *in Conſilio,ibid.nu 34.*

Item quando eſt regiſtrata in regiſtro Papæ, *& publicè impreſſa,vel palam venundatur,ibidem num.35.*

1 Pupillus *habens feudum non poteſt ſubinfeudare etiam cum tutoris auctoritate, cap.95.nu.39.*

Q

1 QValitas *neceſſaria ad aliquem actum debet adeſſe, & conſequenter probari de tempore, quo neceſſaria eſt ad dictum actum,cap.17.nu.3.*

1 *Qualitas hæredis in conceſſione facta pro filijs hæredibus, & eorum deſcendentibus non cenſetur repetita in perſona deſcendentium,cap.126. num.11.*

1 *Qualitas nō requiſita in actu, ſi fuit appoſita non auget,nec minuit ipſum actum,cap.95.nu.43.*

2 *Qualitas narrata quando ſit iuſtificanda,vt gratia ſuffragetur cap.1.nu.11.12.& ſeq.*

2 *Qualitas iuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi,cap.35.nu.102.*

2 *Qualitas germanitatis in ſtatuto* Vrbis *in nonis reformat. cap.24. cenſetur adiecta ad tollendas difficultates fratrum patruelium,non autem ad excludendum filios fratris germani, cap. 80. num.15.*

2 *Qualitas duplicitatis vinculi, & fraternitatis ſicut ineſt ex diſpoſitione, & fictione iuris in nepote ex fratre per repræſentationem & ſubrogationem ita etiam ineſt qualitas germanitatis illi cohærens,cap.80 nu.16.*

1 *Qualitas confeſſionis,quæ non poteſt pro parte acceptari,an admittat probationem in cōtrarium, cap. 45.nu.19.*

2 *Qualitas ſpurietatis in legitimatione ſpurij exprimenda eſt,alias legitimatio non valet,c.87.n.2.*

Fallit quando vna tantum qualitas ſpurietatis in filio concurrit,ibid nu.4.

Secundo fallit, quando in reſcripto Principis *adſunt verba prægnantia omnes defectus etiā non expreſſos comprehendentia,ibid.nu.5.*

Tertio fallit, quando idem effectus reſultat ex qualitate non expreſſa,qui etiam reſultat ab expreſſa,ibid.nu.6.

Quarto fallit in qualitate, quæ non alterat illegitimitatem, ſed tantum aggrauat vitium parentum,ibid.nu.7.

2 Quadriennium, *quod datur ad petendam reſtitutionem in integrum, incipit currere a die ſententiæ,cap.98.nu.9.*

1 Querella *inofficioſi teſtamenti de iure antiquo competebat filijs, tam quando minor quantitas legitimæ relinquebatur, quàm cum onus ſuper legitima imponebatur, capitulo 28. numero 55.*

2 *Querella inofficioſi teſtamenti, quæ filio competit,ad eius deſcendentes tranſmittitur, cap.105. num.46.*

INDEX.

R

1 RAtificare *contractum dicitur, qui ex cõtractu agit.cap.81.nu.64.*

2 Ratio *expreſſa a ſtatuto operatur,vt illius diſpoſitio comprehendat omnes perſonas,in quibus eadem ratio militat, & ſic etiam forenſes, præſertim ſi reſpiciat commodum illorum,qui ſunt in ciuitate,cap.106.nu.8.& 9.*

2 Ratio *expreſſa a lege, vel ſtatuto facit, vt per viam comprehenſionis veniat ille caſus, in quo eadem ratio militat, etiam ſi non ſit expreſſus, cap.106.nu.15.*

3 Ratio *vnica non attenditur, quando plures ſunt cauſæ diſpoſitionis,cap.20.nu.8.*

2 Ratio *generalis (quia vult bona conſeruari in familia) appoſita in prohibitione alienationis vltra caſus illarum non extenditur, cap.103. num.10.*

Item operatur fideicommiſſum ſeparatum in caſu contrauentionis,ibid.nu.12.

2 Rationes *duæ finales, vbi in eadem diſpoſitione concurrunt, quamuis vna ceſſet, non ceſſat diſpoſitio,ſi altera remaneat,pag 290.nu.5.*

1 Recognitio *feudalis, vt immemorabilis laico in decimis ſuffragetur, debet probari per totum tempus, quo probatur ipſa poſſeſſio, cap. 17. num.4.& 8.*

1 Recognitio *limitata limitatum producit effectum cap.77.nu.9.*

1 Recognitio *ſcripturæ,ſeu cedulæ priuatæ quemodo fiat,cap.79. per totum.*

1 Recognitio *ſcripturæ notarij ſecundum ſtylum curiæ fit per teſtes deponentes ſe cognoſcere manum,& ſcripturam,& perſonam ſcribentis,cap. 80.nu.1.*

Item recognitio ſcripturæ Notarij *ſi teſtes ſint mortui,vel non reperiantur fit per comparationem cum alijs ſcripturis publicis eiuſdem notarij, ibidem, numero 2.3. & ſequentibus. Vbi explicatur quando comparatio faciat plenam probationem.*

Recognitio in ſcriptura, ſeu tranſumpto antiquo non requiritur, vel ex ſtylo Rotæ *ſufficit recognitio facta etiam inter alias perſonas, ibidem numero 6. & libro 2. cap.68. numero 3.*

Item in recognitione protocolli non requiritur, quod manus notarij recognoſcatur per teſtes, qui viderint ſcribere,ibid.nu.2.

2 Rector *parrochialis Eccleſiæ habet intentionem fundatam de iure communi ſuper omnibus obuenientibus ſpiritualibus cõtingentibus intra limites ſuæ parrochiæ,cap.42.nu.6.*

Poteſt deputare laicos, vt nomine ſuo oblationes, & dona percipiant,& cuſtodiant, dummodo illa non percipiant de altari,ibid.nu.11.

1 *Non tenetur probare decimas ſibi competere, ſed onus huius probationis incumbit contrariũ aſſerenti, & ius commune contra ſe habenti, cap. 11.num.14.*

2 *Illi ſolo decimæ,primitiæ,& oblationes debentur, non autem alijs clericis in eccleſia ſeruientibus, quamuis conſuetudo vigeat in contrarium, cap. 54.nu 3.& 4.*

2 Rector *parrochialis,vt iura parrochiæ conſequatur, ſufficit, quod per eum non ſtet, quin miniſtret eccleſiaſtica ſacramenta, capitulo 95. numero 4.*

3 *Eius culpa, & negligentia in adminiſtrando ſacramenta parrochianis, qui ea de cauſa cogantur accedere ad alia loca, non mutat ſtatum eccleſiæ,ibid.nu.6.*

1 *Rector parrochialis eccleſiæ habet ius ſepeliendi omnes intra parrochiam degentes, etiam ſi ſint exteri, & forenſes non habentes hoſpicium in ciuitate,ibid.nu.9.*

Idem eſt de viatoribus tranſeuntibus, nec habentibus hoſpicium in ciuitate, dũmodo intra fines parrochiæ moriantur, reiecta opinione gloſ. & aliorum nonnullorum,ibid.nu.10.

Rector parrochialis debet habere decimam fructuum qui licitè acquiruntur, & colliguntur intra fines parrochiæ abſque diminutione, aut detractione quamuis prædium decimatoriũ duplicem fructum afferrat in anno, ibidem numero 13 & 14.

Item quamuis prædium euertatur, & reducatur ad nouam ſpeciem fructum,ibid.nu.15.

Rector eccleſiæ exigens decimam ſolum de quadam ſpecie fructuum,vt puta grani,vel olei non amittit ius, & poſſeſſionem reſpectu decimæ aliorum fructuum, immo talis poſſeſſio ei conſeruatur etiam reſpectu fructuum, qui ſubrogantur in locũ eorum, qui ex prædio decimali prius colligebantur,ibid.nu.17.

Rector eccleſiæ poteſt agere contra Dominũ, *vel poſſeſſorem etiam pro annis præteritis, quibus decima ſoluta non fuit,ibid.nu.18.*

Non debet habere decimam animalium, niſi quando amplius non indigent lacte,& talis decima diſtribuenda eſt pro virili, ſi animalia pro parte anni morentur in parrochia Domini *ſui, & partim in aliena, niſi conſuetudo aliud in contrarium diſponat,ibid.nu.20.& 21.*

Rectori eccleſiæ decima de fructibus ſubrogatis in locum illorum,qui prius colligebantur, & quorum decima ſolui ſolebat, non debetur, quando decima fructuum, qui prius colligebantur erat debita ratione præſcriptionis,niſi etiã reſpectu ſubrogatorum de ſufficienti præſcriptione doceatur,ibid.nu.27.

2 *Rector poteſt facere compoſitionem ſuper modo ſoluendi decimam ſuæ eccleſiæ, & talis compoſitio durat ſolum eo viuente,niſi a* Papa *fuerit confirmata,cap.95.nu.31.*

Non poteſt facere compoſitionem diminutiuam quantitatis cum laicis ſine conſenſu Papæ, *ibidem nu.32.*

Rector eccleſiæ poteſt prohibere poſſeſſoribus agrorum ne fructus percipiant, niſi eo, vel eius procuratore vocato,ibid.nu.33.

Item inuito Domino, *vel poſſeſſore prædij poteſt apponere cuſtodem,qui fructus cuſtodiat, ibid. num.34.*

1 Reductio priuilegij, ſeu alterius conceſſionis ad viam iuris non facta derogatione regulæ de iure quæſito non tollendo, non valet, cap. 23. nu. 1.
Reductio ad viam iuris non eſt fauorabilis, quando alteri ius quæſitum tollitur, ibid. nu. 3.
Item non operatur contra priuilegium impetratum ex cauſa oneroſa, ibid. nu. 4.
Reductio ſtatuti ad viam iuris communis a ſtatuentibus facta non valet, quando in confirmatione adeſt clauſula decreti irritantis, ibidem numero 9.
2 Refutans feudum in fauorem vnius ex fratribus ſi refutatio non ſit omnimoda, & realis, deficiente linea illius, cui facta eſt refutatio, ſemper ſuccedit, etiam ſi per modum renunciationis refutatio ſit facta, & in diuiſione adſit promiſſio de euictione, & renunciatio omnis iuris, quod habet renuncians, vel habere ſperat, cap. 59. nu. 2. 5. 6. & 12.
2 Refutans feudum ad illud amplius non admittitur, ſi refutatio fuit limitata, & is, cui facta eſt de feudo diſpoſuerit, cap. 59. nu. 7.
Item non admittitur, ſi feudum fuit refutatum in manibus Domini, & Dominus inueſtiuerit alium tanquam de feudo nouo, ibid. nu. 8.
Item non admittitur, quando refutatio fuit facta pure, & libere, quia cenſetur omnimoda & realis, ibid. nu. 9.
2 Refutatio feudi quando dicatur realis, & quando perſonalis, cap. 59. nu. 10.
2 Refutatio feudi cenſetur facta tantum in fauorem illorum, qui ſunt expreſſi, cap. 59. nu. 14.
2 Quando eſt perſonalis non excludit ſucceſſionem aliorum in inueſtitura comprehenſorum, in euentum quod ille, cui feudum in diuiſione obtigit, moriatur ſine filijs, cap. 59 nu. 16.
1 Regens Cancellariæ non poteſt limitare ſignaturam Papæ, cap. 98. nu. 3.
2 Regreſſus ad beneficium habet cauſam de præterito; & datur ſecundum Rotam etiam literis non expeditis, cap. 71. nu. 1. & 15.
Regreſſus non eſt acquiſitio noui tituli, ſed antiqui continuatio, ibid. nu. 3.
Regreſſus non comprehenditur ſub concordatis Germaniæ, nec ſub Indultis Cardinaliti, ib. n. 4.
Regreſſus dicitur, vbicumque gratia habet cauſam de præterito, licet in literis dicatur tantum acceſſus, ibid. nu. 7.
1 Regula l. Imperator, de poſtul. quod prohibitum ad tempus cenſeatur permiſſum poſt tempus, declaratur, cap. 4 nu. 2.
1 Regula, quod qui non admittitur ad legitimam non facit partem in ipſa legitima, declaratur, cap. 10. nu. 19.
1 Regula, quod generi per ſpeciem derogatur, non procedit, quando genus, & ſpecies non concurrūt ſuper eodē iure, ſed ſuper diuerſo, c. 30. n. 18.
1 Regula l. cum proponas la 2. C. de pact. quod frangenti fidem fides frangatur eidem, quomodo intelligatur, cap. 89 nu. 10.
2 Regula, quod actori ſufficiat fundare intētionem ſuam, nec teneatur probare reo exceptionem non competere, non procedit quando impetrans gratiam id narrauit, nam ex vi narratiuæ aſtringitur ad probandum, cap. 1. nu. 16.
2 Regulam habens pro ſe cum qualitate, debet qualitatem illius probare, cap. 73. nu. 6.
2 Regula prohibitiua potius attenditur, quàm permiſſiua, cap. 73. nu. 8.
1 Regula Cancellariæ 36. prohibens appellationes ante diffinitiuam ſententiam, illaſque vna cum commiſſionibus, & omnibus inde ſequutis annullans, ſecundum opinionem Rotæ procedit in caſu ſimplici appellationis, non autem quando per clauſulam (quam & quas) non ſolum cauſa appellationis, ſed etiam negotij principalis committitur, cap. 20. nu. 9.
1 Regulæ Cancellariæ habent locum etiam in beneficijs iuriſpatronatus, cap. 53. nu. 6.
2 Regulæ Cancellariæ propter decretum irritans inficiunt retrogeſta, quandocumque producantur, cap. 39. nu. 8.
2 Regulæ Cancellariæ ligant ante publicationem, non ex ſola clauſula ex nunc, ſed quia habent clauſulā retrotractiuam, ex nunc in craſtinum aſſumptionis ſuæ, &c. cap. 39. nu. 30.
2 Regulæ Cancellariæ poſt publicationem factam in curia vbique afficiunt, cap. 39. nu. 39.
2 Regulis Cancellariæ non intelligitur derogatum per clauſulam generalem non obſtantibus conſtitutionibus, &c. niſi de illis fiat mentio ſpecialis, cap. 40. nu. 16.
Item nec illis derogatum cenſetur per derogationem generalem regularum Cancellariæ, niſi quatenus perimunt ipſo iure gratiam, cuius fauore facta fuit derogatio, ſecus ſi non perimant ortum ipſius gratiæ ſed eā differrant, & ſuſpendant donec aliquid factum ſit, ibid. nu. 17.
2 Regulis Cancellariæ etiam ſpecialem mentionem requirentibus derogatum cenſetur per derogatoriam generalem dictarum regularum cum clauſula quorum tenores, cap. 40. nu. 19.
1 Regula de triēnali eſt merè perſonalis, nec ad ſucceſſores eius priuilegium trāſfertur, c. 41. n. 33.
1 Regula de triennali non prodeſt habente titulum infectum, cap. 94. nu. 36. Item neque illi, qui innititur collationi nullæ, & Papæ reſeruatæ, ibidem num. 33.
2 Regula Cancellariæ 21. prohibet non ſolum prouiſiones beneficiorum, quæ obtinebant promoti ante promotionem, ſed etiam reſignationes, cap. 94. nu 57. & 60.
1 Regula Cancellariæ de menſe habet locum in omnibus beneficijs, cap. 53. nu. 1.
Item comprehendit beneficia, quæ dantur in titulum, & ſunt in Eccleſia numerata, etiam quod ſint patrimonialia, ibid. nu. 3.
Item regula de menſe fortius operatur, quam indultum Cardinalium, ibid. nu. 5.
1 Regula de annali loquitur quando ſit impetratio de beneficio ab alio per annum poſſeſſo, cap. 56. num. 2.
2 Regula Cancellariæ prohibens iudicari iuxta formam ſupplicationis etiam in poſſeſſorio non habet locum in poſſeſſorio retinendæ, capitulo 1. numero 47.

nn 3 Habet

Habet locum etiam quo ad beneficia, quæ ſamiliaris decedens obtinebat ante mortem Cardinalis defuncti, item quo ad acquiſita durante familiaritate prioris Cardinalis, ibid. nu. 13.

Item requirit conſenſum Cardinalis per extenſionem factam in Cancellaria, vel Camera, ibid. num. 14.

Non requirit probationem familiaritatis continuatæ per quatuor menſes, quidquid ſit quo ad effectum regulæ, 32. ibid nu. 15.

Eius reſeruatio fuit inducta etiam in gratiam Cardinalium ibid. nu. 19. & 22.

Item eius reſeruatio non ceſſat, quamuis ceſſet familiaritas per mortem Cardinalis, reiecta opinione Geminiani, & Faſtoli, ibid. nu. 20.

Non comprehendit beneficia ad collationem Cardinalium Epiſcoporum ſpectantia, ibidem num. 23. & 24.

2 Reintegratio *ad ius extinctum, & ſublatum dari non poteſt, ſed tantum ad ius eliſum, & diminutum, quando durat in eſſentia, licet ceſſet eius effectus, cap. 23. nu. 11. & 12.*

1 Relapſus *de iure non poteſt admitti ad ſecundam abiurationem, nec pœnam mortis euadere, cap. 83. nu. 15.*

Relapſus, quamuis gratiam vitæ obtinuerit, non tamen intelligitur ad bona priſtina reſtitutus, ibid. nu. 16.

2 Relatio *facienda per peritos non requirit partis citationem, cap. 70. nu. 4.*

Item poteſt fieri die feriata, ibid. nu. 5.

1 Religioſus *poteſt eſſe in iudicio pro ſe, & litis conſortibus, cap. 92. nu. 7.*

Item æquiparatur potius militi, quam ſeruo, ibidem nu. 8.

Amplia vt iudicium agitatum a regulari, ſeu religioſo conſtituto procuratore etiam ſine licentia ſuperioris, ſuſtineatur, quando non fuit oppoſitum, ibid nu. 6. & ſeq.

2 *Religioſus, ſeu regularis non exemptus puniri debet ab Epiſcopo, non autem a Prælato ſui ordinis, quãdo agitur de cauſa criminali contra eum in figura iudicij, & de delictis communibus extra caſus comprehenſos in regula, vt eſt furtum, homicidium & ſimilia, cap 35. nu 125.*

Item religioſus exemptus delinquens extra locum exemptum poteſt ab Ordinario puniri non obſtante exemptione, ibid. nu. 126.

Religioſus delinquens cõtra regulam Prælati ſui, & capituli diſciplinam, ſi ab eo corrigatur non poteſt appellare, ibid. nu. 130.

Item non poteſt accuſare ſine licentia ſuperioris, ibid nu. 139.

Tenetur obedire Prælato ſuo magis, quam Epiſcopo in his, quæ concernunt obſeruantiam regulæ, ſed vbi agitur de cura animarum ab Epiſcopo ſuſcepta, & de cauſis iudicialibus, Epiſcopo magis, quam Prælato ſuo tenetur obedire, ibidem num. 134.

1 Relocatio *ab Eccleſia proximioribus fieri debet, etiam ſi locatio præcedens fuerit declarata nulla, & inualida ob defectum ſolemnitatum, & quare, cap. 3. nu. 9.*

1 Remedium *recuperandæ poteſt intentari omiſſo remedio retinendæ, cap. 38. nu. 2.*

2 *Remedium canonis reintegranda 3. q. 1. præſcriptione tollitur, quemadmodum cæteræ actiones priuilegiatæ, ſecundum magis communem, & veriorem opinionem, cap 67. nu. 50.*

Declara, *vt dicto remedio ſpatio 30. vel 40. annorum præſcribatur tantum, quando ſpolium eſt ſimplex proueniens ex probatione duorum extremorum, ſecus quando ſpoliator a principio fuit doloſus, vel violentus. ibid. nu. 57. & 58.*

2 Remedium *ſaluiani interdicti aſſumit naturam iudicij, & cauſa ſuper qua agitur, capitul. 117. num. 26.*

2 Remedium Saluiani *interdicti, an & quando concedatur, vide in verbo, Interdictum Saluianum.*

2 ***Remedium ſpolij, item manutentionis datur contra illum, qui alienam poſſeſſionem inuadit, cap. 64. num. 3.***

2 Remiſsio *iuris realis, quod quis habet in feudo fieri poteſt ſine* Domini *conſenſu, cap 91. nu. 2.*

1 Renocatio *emphiteuſis, quando proximioribus agnatis ſit facienda, & quis in hac materia proximior dicatur, & an veniat proximior per repreſentationem, cap. 1. per totum.*

1 *Renouatio feudi licèt differat a prima inueſtitura, nihilominus debet attendi tenor primæ, quando expreſſe fuit dictũ, quod renouat ſecundum tenorem antiquæ inueſtituræ, cap. 26. n. 13.*

Renouatio feudi non poteſt fieri in præiudicium comprehenſorum in prima inueſtitura, quando viuunt illi, qui ſunt de comprehenſis in illa, ſecus ſi non adſint de comprehenſis, ibid. nu. 14.

1 Renunciatio *exceptionis nõ numeratæ dotis idem operatur, ac ſi lapſum eſſet tempus opponendi de non numerata dote, cap. 8. nu. 21.*

1 Renunciatio *expreſſa non trahitur ad ignorata, cap. 41. nu. 87.*

1 Repræſentatio *præſente principali non attenditur, cap. 69. nu. 25.*

1 Rebus *Eccleſiæ catenus quiſque vti debet, quatenus ipſa Eccleſia ei tribuere vult, cap. 3. nu. 15.*

1 Rem *litigioſam emens poſt trinam ſententiã conformem contra venditorem latam non auditur niſi parito rei iudicatæ, cap. 86. nu. 59.*

1 *Rerum pluralitas de facili non præſumitur, cap. 12. num. 44.*

Præſumitur contra illum, qui identitatem probare tenetur, ibid. nu. 2.

1 *De re communi diſponens cenſetur tantum de ſua portione diſponere, cap. 72. nu. 3.*

1 Res *Domino perire debet, cap. 7. nu. 8.*

1 *Res non priuilegiata ad priuilegiatum perueniens aſſumit naturam, & priuilegium illius, cap. 77. nu. 6.*

1 *Res quælibet ſui origine libera præſumitur, & ſeruitus è contrario non habet cauſam naturalem, ſed aut impoſitiuam, aut præſcriptam, cap. 83. nu. 4. & 14.*

2 *Res cenſetur vendita cum ſuis ſeruitutibus eo modo quo reperiebatur apud venditorem præſertim concurrente ſcientia emptoris, cap. 55. nu. 4.*

2 Res

2 Res alienata ab eo qui eſt grauatus fideicommiſſo, imputatur ei in trebellianicam etiam inuito fideicommiſſario, cap. 73. nu. 2.

2 Res aliena in teſtamento relicta ab herede legatario vrxſtanda eſt, ſi poteſt redimi, alioquin eius aſtimatio arbitrio boni viri debetur, cap. 105. nu. 1. & 2.

Amplia, vt aſtimatio quoque debeatur, ſi redemptio ſui natura ſit difficilis, veluti ſi prædium minoris, vel dotale relictum fuerit, ibid. n. 3.

2 Res hæredis legari poteſt, non etiam res propria ipſius legatarij, etiã ſi legatarius rem poſtea alienauerit, cap. 105. nu. 4. & 5.

Res aliena, quam teſtator ignorabat alienam eſſe ſi fuerit relicta, legatum non valet, niſi perſonæ coniuncta ſit factum, ibid. nu. 7.

